DE VIO, Tommaso

Reverendissimi... Thomae de Vio Caietani Cardinalis... In quatuor Euangelia ad graecorum codicum veritatem castigata, ad sensum quem vocant literalem comentarij... / accuratiùs quàm antehac excusi. -- Parisiis : Apud Ioannem Foucheriu[m]..., 1542 (Excudebantur à Nicolao Buffet)

[24], 503 h., +8, 2a-3a8, a-z8, 2a-2z8, 3a-3q8, 3r7 ; 8°

Impresor entre paréntesis tomado de colofón

1. Biblia. N.T. Evangelios-Comentarios 2. Biblia. T.B. Ebanjelioak-Iruzkinak I. In quatuor Euangelia ad graecorum codicum veritatem castigata, ad sensum quem vocant literalem commentarij... II. Título

R-6186 Enc. piel gofrada, deteriorada. -- Ex-libris ms. en h. de guarda.: "Fr. Petrus de Goicoechea donauit Bibliothec. Burzeñensi anno 1610" y Ex-libris autógr. en port.

Ex Libris du Grec Leclerc Lorraine
Bibliothèque Buzelienne anno
Ere 1816

D-6186

REVEREN-

DISSIMI DOMINI DOMI-
ni Thomæ De uio Caietani, Cardinalis
Sancti Xisti, in quatuor Euangelia
ad Græcorum codicum ueritatem
castigata, ad sensum quem
uocant literalem Com-
mentarij: cum in-
dicibus amplis-
simis.

Accuratiùs quàm antehac excusi.

PARISIIS.

Apud Ioannem Foucheriũ in via Iacobęa,
sub scuto Florentiæ.

1542

CLEMENTI. VII PONT.

Max. Thomas de Vio Caietanus, Cardinalis Sancti Xisti, felicitatem.

ROmanæ ruinę pars pater beatiſsime quãuis & retũ omniũ direptione & perſonali captiuitate fuerĩ, magnitudo tamẽ ocij inde ſubſecuta in propria patria vniuerſa tẽperauit. Septẽ ſiquidẽ ſupra viginti menſes integros priuatã Caietæ vitã ducens, cõmentarios in nouum teſtamentum quos inchoauerã (duobus duntaxat Matthæi capitibus priũs expoſitis) perfeci. Fuit autem intentio mea ſenſum literalem tantũmodo proſequi. Et quoniã Acta Apoſtolorum euangelicã hiſtoriam ſecundum rerum geſtarum ordinem immediate ſequuntur, idcirco volumen hoc (beatitudini tuę dicatum) cõmentariorum noſtrorum in quatuor euangeliſtas, compræhendit etiam Acta Apoſtolorum: vt vniuerſa hiſtoria noui teſtamenti ſimul habeatur. Qualiacunque autem hęc ſcripta ſint, apoſtolatus tui iudicio ſubijcio: quemadmodum & mea reliqua. nihil enim in Chriſti eccleſia tutũ eſtq; apoſtolicæ ſedis doctrinæ non quadrat. Suſcipiat igitur benigne beatitudo tua fructum inuitæ ſimulque ocioſæ tã diuturnæ meæ abſentiæ. & felix valeat.

ELENCHVS CAPItum Euangelij secundum Matthæum.

Enealogia Christi
2. De magis & pueris interfectis.
6 3. Primus Ioannes prædica. reg. cœ
4. De tentatione Christi.
De vocatione Petri, Andreæ filiorum Zebedæi.
5. De beatitudinibus.
Cum proximo non cõtenden.
Non mœchandum.
De vxore non repudian.
Non iurandum.
De iniuria patienter toleran.
Diligendos esse inimicos.
6 De eleemosyna, oratione ieiu.
De contemnenda terrenorum cura.
7. Quomodo nullum condem. liceat.
Petendum esse.
Cauendos esse pseudo prophe.
8. De leproso.
De Centurione.
De socru Petri.
De dæmoniacis curatis.
De adulescente sequi russo.
De sedata tempestate maris.
De dæmonijs in porcos eiectis
9 De paralytico.
De Matthæo.
De Christo cum publi. sumente cibum.
De filia Archisynagogi.
De mulie sangun. profluu. laborante.
De duobus cæcis.
De muto dæmoniaco.
10. Instruit dominus duodecim Apostolos, dans illis potestatem curandi.
11. De discipulis à Ioan. missis.
12. De discipulis sabbato vellẽtibus spicas.
De sanata manu arida.
De dæmoniaco cæco & muto.
De petentibus signum.
De matre & fratribus.
13. Parabolæ seminantis & re. cœ.
14. De Ioanne & Herode.
De quinque panibus & duobus pisc.
De ambulante Iesu super mare.
15. De transgressione præcepti dei propter constitutiones humanas.
De Chananæa.
De turbis sanatis.
De septem panibus.
16. De fermento Phariſæorum.
De interrogatiõe apud cęsareã.
De dehortatione Petri ne Iesus &c.
17. De transformatione Christi.
De lunatico.
De exigentibus didrachma.
18. De quærentibus quis maior &c.
De offendiculo abijciendo.
De centum ouibus parabola.
De correptione proximi.
De potestate ligandi soluendique.
De eo qui debebat decem milia talentorum.

19 De interrogantibus an liceret diuortium facere.
De diuite interrogante Iesum.
20. De mercede conductis operarijs.
De filijs Zebedæi.
De duobus cæcis.
21. De asina & pullo.
De cæcis & claudis.
De ficu quæ exaruit.
De principibus sacerdotum & scribis interrogantibus dñm
De duobus filijs parabola.
De vinea.
22. De vocatis ad nuptias.
De censu Cæsaris.
De Sadducæis.
De legislatore Christum interrogante.
De quæstione domini.
23. Deploratio Scribarũ & Phariſæorum.
24. De consummatione, die & hora.
25. De decem virginibus.
De ijs qui talenta acceperunt.
De aduentu Christi.
26. De ea quæ vnxit dominum.
De paschate.
De typo mystico.
De proditione Iudę & Caipha.
Negatio Petri.
27. De præside Pilato.
De pœnitentia Iudæ.
De tormentis & pœnis Iesu & morte eius.
De petitione corporis domini & sepulchri custodibus.
28. De Christi resurrectione.
De sepulchri custodibus testibus resurrectionis.
Quomodo se præbuit Iesus videndum mulieribus, & Apostolis in Galilæa.

ELENCHVS CAPITum Euangelij secundum Marcum.

DE Ioanne Baptista Christum Baptizante in Iordane.
De vocatione Petri. Andreæ, & filiorum Zebedæi.
De dæmoniaco,
De socru Petri.
De curatis à varijs morbis.
2. De leproso.
De paralytico.
De Leui publicano filio Alphæi.
De Iesu conuescente publicanis.
De discipulis vellentibus præ fame spicas sabbato.
3. De habente manum aridam.
De Apostolorum electione, data illis varia potestate.
De matre & fratribus.
4. De semine parabola.
De increpatione aquarum.
5. De legione dæmoniorum.
De filia Archisynagogi.
De muliere sanguinis profluuio laborante.
6. Quomodo Christus misit Apostolos curatum varios morbos.
De Herode & Ioanne.
De quinque panibus & duobus piscibus.
De ambulatione in mari
7. De disci-

7. De discipulis illotis manibus prandentibus.
De transgressione præceptorum dei.
De syrophœnissa.
De sabbato.
8. De septem panibus.
De quærentibus signum.
De fermento Pharisæorum.
De cæco.
De interrogatione in Cæsarea
De dehortatione Petri.
9. De transformatione domini.
De lunatico.
De disputatione quis esset maior.
De offendiculo tollendo.
10. De diuortio.
De diuite interrogante Iesum.
De filijs Zebedæi
De Barthimæo.
11. De pullo.
De ficu quæ exaruit.
De eiectis è templo nummularijs
De fiducia erga deum.
De oblitione iniuriarum.
De principibus sacerdotum & scribis qui dominum interrogabant.
12. De vinea.
De censu dando Cæsari.
De Sadducæis.
De scriba.
De interrogatione domini.
Cauendos esse hypocritas
De vidua paupercula.
13. De consummatione.
De die & hora.
14. De ea quæ dominum vnxit vnguento,
De paschate.
Christi captiuitas.
Negatio Petri.
De ijs quæ domino Iesu apud summum sacerdotem irrogata sunt.
15. De ijs quæ sub Pilato præside passus est.
De morte.
De petitione corporis domini.
De sepultura,
16. De Christi resurrectione.
Quibus post mortem apparuit vius.
Quomodo discipulis commisit Euangelij prædicationem.

ELENCHVS CAPITum Euangelij secũdum Lucam.

De parentibus Ioannis baptisti. eiusque natiuita.
D Salutat Maria ab Angelo.
Visitatur Elizabeth à Maria
2. De censu.
De partu Mariæ.
De pastoribus.
De Simeone.
De Anna prophetissa.
Iesus inuentus in medio doctorum.
3. Ioannes prædicat baptismum pœnitentiæ.
De ijs qui Ioannem interrogabant.
De Herode & Ioanne.
De baptismo Christi.
Genealogia Christi.

4. De ieiunio & tẽtatione Christi.
Iesus ductus in montem, subtraxit se Iudęorum conspectui.
De dæmoniaco.
De socru Petri.
De curatis à varijs morbis & dę monijs.
5. De captura piscium.
De leproso.
De paralytico.
De Leui publicano.
De Iesu prandente cum publicano.
Cur discipuli Ioannis ieiunant: Christi vero non.
6. Discipuli spicas vellunt sab. præsa.
De habente manum aridam.
De Apostolorum electione.
De beatitudinibus.
Diligendos esse inimicos.
Cum proximo nõ contẽdẽdũ.
Quod proximum condem. non licea.
7. De seruo Centurionis.
De filio viduæ.
De discipulis missis à Ioanne.
De ea quæ vnxit dominum. vnguento.
8. De eo qui sementem faciebat para.
De matre & fratribus.
De increpatione aquarum.
De legione.
De filia Archisynagogi
De muliere sanguinis profluxu laborante.
9. De duodecim Apostolis & potestate illis data.
Audiuit Herodes de Iesu.
De quinque panibus & duobus piscibus.
De interrogatione domini.
De transformatione Christi.
De lunatico.
De Disputatione quis esset maior.
De eo qui prohibitus fuit ab Apostolis ejicere dæmonia.
Prohibet ne petãt vindictam ob id quòd non recepti sint hospi.
10. De designatis septuaginta.
De quæstione legisperiti.
De eo qui incíderat in latrones
De Martha & sorore eius Magdalena.
11. De oratione.
De habente dæmonium mutum
De muliere quæ de turba vocem extulit.
De ijs qui petebant signum.
De Pharisæo qui dominum inuitauit.
De deploratione Scribarum.
12. De fermento Pharisæorũ.
De eo qui volebat diuidi hæredi.
De eo cuius ager ferax fuit.
De terrenorum cura despicien.
Fugiendam esse auaritiam.
De seruo vigili.
Cum proximo non cõtenderis.
13. De Galilęis & ijs qui in Siloa
De ficu quę fruct. non protulit.
De muliere quæ habebat spiritũ infirmitatis.

De gra-

De grano fina. & fermen. para.
De eo qui quęrebat an pauci eſſent qui ſalutem conſequerentur
De ijs qui dice. Ieſu, de inſi. Herodis.
14. De hydropico.
Non amandos primos accubitus.
Pauperes ad prandium vocandos potius quàm amicos.
De inuitatis ad cænam.
De ædificatione turris parabola.
15. De centum ouibus parabola.
De filio peregre profecto in regionem longinquam
16. De diſpenſatore iniquo.
Ne apicem quidem à lege periturum.
Diuortium non eſt licitum.
De diuite & Lazaro.
17. De offendiculo.
Fratri remittendum delictum.
De fiducia erga deum.
De decem leprofis
Ieſus interrogatus quando regnum dei venit.
18. Semper orandum.
De iudice iniquo.
De Phariſęo & publicano.
Puerorum eſt regnum dei.
De diuite qui interroga. Ieſum.
De cæco.
19. De Zachæo.
De decē ſeruis qui minas acce.
De pullo Aſinæ.
Deflet Ieſus Hieruſalem.
Ejcit Ieſus emētes & vendentes.
20. De ſenioribus quærentibus ex Ieſu qua poteſtate hęc fac.
De vinea.
De ijs qui Chriſto inſidiabantur occaſione cenſus.
De ſadducęis negantibus reſurrectionem.
De interrog. domini aduerſus Phariſæos.
21. De vidua quæ duo minuta obtu.
De conſummatione.
Prædicit Ieſus excidium Hieruſalem.
De ſignis.
22. De paſchate.
De contendentibus quis maior.
Captiuitas Chriſti.
Ducitur Ieſus ad pricipem ſacer.
23. Ducitur ad præſidē Pilatū.
Contemptus Herodis.
De mulieribus dominum plangentibus.
Crucifigitur Chriſtus
Sepultura Chriſti.
24. Mulieres viſitāt ſepulchrū.
De Petro currente ad ſepulchrū
De peregrinis in Emaus.
Ieſus in medio diſcipulorum.
Aſcendit Ieſus in cœlum.

ELENCHVS CAPItum Euangelij ſecundum Ioannem.

Teſtimonium Ioannis Baptiſtæ de Chriſto.
Interrogatur Ioannes nū ipſe ſit Chriſtus.

De Andrea, Simone, Petro, Philippo & Nathanaele vocatis.
2. De nuptijs in Cana.
De eiectis è templo.
De eo quòd dixit destruite templum hoc.
3. De Nicodemo & Iesu.
Iesus & Ioannes baprizant.
Quæstio de purificatione.
4. De muliere Samaritana.
De filio reguli.
5. De eo qui triginta octo annos tenebatur morbo.
Iudæi quærunt interficere Christum.
6 De quinque panibus & duobus piscibus.
Secessit Iesus à turba ne deligeretur in regem.
De ambulatione in mari.
Sequitur turba Christum naviculis.
De turba quærente signum.
De pane cœlesti.
Discipulorum multi defecerũt à Christo.
Sententia Petri de Christo.
7. Iesus clam ascendit ad diem festum.
Mirantur Iudæi Christum scire literas quas non didicerat.
Dissensio turbæ de Iesu.
Contendunt principes cum ministris & Nicodemo.
8. De muliere adultera.
De interrogantibus Iesum quẽ se esse diceret.
Interrogant Iesum de patre eius.
Promittitur à Iesu libertas se sequentibus.
De ijs qui dicebat Iesum habere dæmonium.
Tentant Iudæi in Christum iacere lapides, eo quòd præfert se Abrahæ.
9. De cæco à natiuitate, & inter hũc & phariſæos disceptatio.
10. De pastore bono & mercenario
Iesus interrogatur in porticu deambulans.
11. De Lazaro resuscitato.
Consilium pontificum & Phariſæorum de Iesu apprehendendo.
12. Maria vngit pedes Iesu.
De asella.
De Græcis interrogantibus Philippum.
Auditur à turba vox è cœlo.
13. Lauat Iesus pedes discipulorum.
Exit Iudas proditurus Christũ.
Inculcat Iesus vt inuicem se diligant.
Quærit Petrus Christum quo vadat.
14. Thomas queritur se nescire quo vadat Iesus.
Philippus petit ostendi sibi patrem.
Iudas Thaddæus interrogat Iesum.
Promittit discipulis consolatorem Christus.
15. De vite vera, agricola & palmitibus.
Præcipit Iesus mutuam dilect.
16. Prædicit Christus discipulis

lis quæ ventura sunt ipsis.
Paracletus arguet mundum.
De eo quod dixit, pusillū & vi.
Patrem daturum esse quicquid petitū fuerit per nomen Iesu.
17. Oratio Iesu ad patrem pro illis quos sibi delegit.
18. Proditur Iesus.
Sternuntur in terrā Iudæi verbo Christi.
Amputat Petrus auriculam.
Ducitur Iesus ad Annam, ad Caipham, inde ad Pilatum.
19. Damnatur morte crucis dominus.
De stantibus iuxta crucem.
Sepelitur corpus Iesu.
20. Resurrectio domini.
Mariæ Magdalenæ primum, deinde Apostolis congregatis post resurrectionem præbet se videndum Christus.
21 Petro & alijs piscantibus apparet Iesus ad mare tiberiadis.
Dicitur Petro, pasce oues meas.

FINIS INDICIS CAPITVM EVANGELIORVM.

Index Commentariorum Thomæ de Vio Caietani Cardinalis Sancti Xisti, in quatuor euangelia: cui° numer° foliũ, a vero priorẽ, b alterã sequentẽ paginã indicat.

A

Biathar cur ante Dauidem regem nominatur princeps sacerdotum. Marci 2.fo.193 a

Abominatio desolationis quam prædixit Daniel staturam in loco sancto, significat exercitum Romanorum. Matth. 24.fo.129.b

Actiuæ vitæ vacantes egent repetitione doctrinæ ad hoc vt illam imbibant. Lucæ. 10. fol. 253.b

Adolescentulus Christum captũ sequens non fuit Apostolus: verissimile autem est ipsum fuisse filium hortulani. Mar. 14. fol 192.a

Adorationis cultus exterior nõ propter seipsum deo gratus est: sed pro quanto ad interiorem (qui in spiritu & veritate fit) ordinatur. Ioan. 4. fo.363 a

Adulterij causa licet christiano dimittere vxorẽ & aliam ducere: salua ecclesiæ diffinitione Matth. 19 fo.103.b

Admiratio in Christum ex experimentali notitia quomodo cadere potuerit. Matt. 8 f. 53.a

Aduerbia affirmandi (puta vere, certe & similia) abundantioris appellatione non veniunt. Mat. 5. fo 36.a

Affirmatio est causa affirmationis & negatio negationis in causis proprijs Io. 8. f. 411.a.

Agnus assus cum lactucis agrestibus in lege manducari mãdabatur. Matt. 26. fo. 141. a

Agni paschalis esus cum tot cęrimonijs scriptis Exodi. 12. immolatio erat in memoriam beneficij receptinocte illa qua deus transiuit Aegyptiorum primogenitos occidendo, & populus de Aegypto exiuit. Luc. 22. fo. 304. in princi.

Amans est secundum veræ amicitiæ simul & concupiscentię amorem in amato: de illo cogitando, desiderando illi bona gloriæ, famę, diuitiarum, ab illo sperando & cæt. Ioan. 6. fo. 390. a

Amen dictio, nota est conclusionis affirmatiua, & vere seu fiat interpretat. Mat 6. f. 42 a.

Amor Iesu est primum, secundũ & tertium ad pontificem requisitum: hinc enim pendet totum negocium, & sine hoc amore non est quis pontifex aut pastor nisi æquiuoce. Io. 21 fo. 501. a

Amor & dilectio in quo differant. ibidem.

Amare

Amare proximũ ſicut ſeipſum, eſt amare proximum propter bonum ipſius & non propter tuam vtilitatẽ: ſicut amas teipſum propter teipſum. Matt. 22.fo.116.b.

Amor primorum locorum ad cæteris præſidẽdum, affectus eſt qui ſuperbiæ aſcribitur amor autem ſalutationum & nominis rabbi, affectus eſt inanis gloriæ. Matthæi. 23 fol. 122.b.

Anima Hebræo more aliquando pro vita ponitur. Matth. 6.fo 44.b.

Anima, ſpiritus rationem habet vt corpus ſupergreditur: vnde & ſpiritus ſtatum ſeparata à corpore ſortitur. Lucæ.1. fol. 203.a

Animarum & vniuerſaliter ſpirituum damnatorũ tormenta quæ ſint. Luc.16. fo.284.b & fo.ſequenti.a

Anima hominis ab extrinſeco venit: hoc eſt non de potentia materiæ educitur (ſicut reliquorum animalium animę) ſed à deo glorioſo ſimplici emanatione fit. nõ tamen priꝰ quàm corpori infundatur: ſed creando infunditur & infundendo creatur. Ioan.1. fo.328.b

Anima Chriſti ab inſtanti creationis ſuæ omnia ſciuit & vidit. duplicẽmque notitiam habuit, creatã ſcilicet & increatam. nec propterea inferendum eſt in Chriſto duas perſonas exiſtere, videlicet dei & hominis, ſed vnam tantum. Ioan.3.fo.350.b

Animæ humanæ immortalitas quomodo habeat̃ ex authoritate quam dominus inducit. Matt.22. fo.119.b & Luc.20 f.298.b i fine & fo.ſequẽti,a.

Animum proprium per patientiam poſſidere, quam ſit homini conducibile. Luc.21.fol. 301.a

Animæ cibus conſtat ex vero & bono quia anima conſtat ex intellectu & voluntate. & intellectus paſcitur vero, voluntas autem bono &c. Ioan. 6.fo.381.b

Animam ponere formaliter loquẽdo idem eſt quod ponere vitam corporalem. Ioan.10. fo.422.a

Anima Chriſti quamuis ab eius corpore ſeparata fuerit, eadẽ tamen hypoſtaſis numero in corpore mortuo & in anima perſeuerauit: quoniam quod ſemel aſſumpſit nunquam dimiſit. Ioan.19.fo.416.b

Animi quies magnus & incredibilis fructus eſt. quam nemo niſi humilis & miris nouit, ſuaue iugum domini expertus. Matth.11.fo.70.b

Anima habet vſque ad mortem ſtatum animæ in morte autem in ſpiritus ſtatum tranſit, quoniam illo modo quo puræ ſpirituales ſubſtantiæ

ſunt

fuit exiſtit. Luc. 23. fo. 314. b

Angeli græce, latine nuncij dicuntur. Matth. 18. fo. 98. a

Angeli per ſpecies congenitas de nouo ſingularia cognoſcunt quum enim ſingularia ad actum exiſtentiæ veniũt, tunc per antiquas ſpecies cognoſcuntur, quia de nouo ipſis antiquis ſpeciebus aſſimilantur. Luc. 4. fo. 222. b

Annifere. 40. fluxerunt à Chriſti paſſione vſq; ad Petri Apoſtoli mortem. Ioan. 21 fo. 502. a

Antichriſtus etſi faciet miracula, nunquam tamen faciet ea quæ ſunt dei propria, viuificationem ſcilicet animarum & reſuſcitationem mortuorum. Ioan. 5. fo. 373. a.

Apparitio prima angelica cum ſplendore, facta eſt ad paſtores i natiuitate domini. Luc 2 fo. 213. b

Apoſtoli non viuebant ex mẽdicato aut expectando oblationes aut promiſcue apud omnes, ſed apud dignos regno cœlorum. Matthæi. 10 fo. 61. b

Apoſtoli ad Chriſti fidem nunquam mundum cõuertiſſent, neque eccleſiæ bonis temporalibus donatæ fuiſſent, ſi patres priſci dixiſſent & non feciſſent. Matth. 23. fo. 121. b

Apoſtoli Chriſti nullum errorẽ (ſiue ex ignorãtia ex oblitione) circa doctrinam ſuſcepto Baptiſmo ſuſcepto homines operanda ſu, circa euangelia ſcribenda aut approbãda incurrere potuerunt. Ioan. 14. fo. 460. b

Apoſtoli omnes Galilæi erant. Ioan. 16. fo. 475. b

Apoſtoli non ſemper vtuntur ſcriptura ſecũdum literalem ſenſum ſed quandoque ſecundum ſenſum myſticum. Ioã. 19. fo. 493. a

Aquam in vinum Chriſtus anno ſecundo ſuæ prædicationis conuertit. Luc. 4. fo. 223. a

Architriclinus Græca dictio eſt à triũ lectorũ loco denominata, in quibus comedebatur quoniam triũ lectorum numero perfectũ conuiuium ſignificabatur. Io. 2. fo. 344. b

Aſſiſtentia diuina eſt neceſſaria ad vtendum diuinis donis, vt ex facto Petri intueri licet. Matth 14. fo. 85. b

Auguſtus imperator cur dixerit melius eſt Herodis porcum eſſe quàm filium. Matthæi. 2 fo. 12. b

Abylonicæ trãſmigrationis nomen ab Ezechiele primæ Iudæorũ captiuitati in Babylonẽ appropriata fuit. Matt. 1. fo. 4. a

Baptiſmus eſt ſpiritualis animæ regeneratio. Matt. 19. f. 106.

Baptiſmi lex quia eſt noua, nõ ligat præteritos &c. Ioan. 3 fo. 348. b

peranda docẽdi ſunt, quoniã non ſufficit ſcire credẽda ſperanda & diligenda ex charitate, ſed oportet etiam ſcire quæ ſunt operanda. & à quibus eſt abſtinendum. Matth. 28. fo. 155. b

Baptiſmi partes & comites in quo differant ibidem.

Baptiſta cognomen Ioan. à baptizando dictum, quoniam primus baptiſmum inſtituit. Matth. 3. & Ioan. 1. fo. 327. a

Bar Iona nõ eſt vna dictio, ſed duæ. bar enim Idem eſt quod filius, & Iona eſt nomen proprium. Matth. 15. fo. 91. a

Bartimæus filius Thimei interpretatur, ſicut Bartholomæus filius Tholomæi. Mar. 10. fo. 183. b

Benefacere homini pauperi, naturalis miſericordiæ officiũ eſt, fidelibus & infidelibus cõmune, ſed benefacere fratri Ieſu Chriſti, officium eſt chriſtianæ miſericordiæ, quæ in pauperibus Chriſtum conſiderat, & propter Chriſtum hæc opera exercet. Matt. 25 fo. 138 b

Benefacientibus & mutuantib⁹ legem parem Chriſt⁹ ſtatuit. videlicet q̃ nihil inde ſperetur. ex quo colligitur prohiberi non ſolum pactum ſed internã ſpem aliquid habendi & ex conſequenti peccatũ vſurę mentalis in mutuo conſtituitur. Luc. 6. fo. 232. a

Bethleem locus natiuitatis Chriſti, qui alio nomine Ephrata appellatur, licet duplex Bethleem ſit. Matth. 2. fo. 11. a

Bethleem Dauid regis ſecundũ originem ciuitas fuit, Sion autem ſecundum regiam habitationem. Luc. 2 fo. 212. b

Bethesda Hebraicum cognomẽ eſt natatorij in quo animalia vt munda viuerent abluebantur & ſignificat Bethesda fluxionis domum, quoniam defluentes pluuiales aquę ibi colligebãtur Ioan. 5. fo. 367. a

Boanerges dictio Hebraica eſt, & filius tonitrui interpretatur. Mar. 3. fo. 164. b

Bonum eſt naturaliter prius malo: nec malum aliter ĩueniri poteſt quam bono ſuperueniens. nam ſi malum integrũ fingatur, ſeipſum deſtruit. Matth. 13. fo. 79. b

Bonum & malum ſunt in rebus verum autem & falſum in anima, quoniam voluntas tẽdit in̊ obiectum in re, intellectus autem obiectum in ſe trahit Ioan. 6. fo 383. b

Bonus eſt dominus, negans q̃ volumus & petim⁹, vt tribuat q̃ mallemus ſi omnia videre m⁹ quę ipſe videt. Matth. 18 fo. 100. a

C Anes homines appellantur quotũ ſtudiũ ac officium eſt clamare ad repellendũ, ipu

guãdũ

gnandum & cõtradicendum Matth.7. fo.47.b
Chaos ſonat confuſionem. Luc. 17 fo.285.b
Capernaum (corrupto vocabulo Capharnaũ) dicitur eſſe ciuitas maritima. Matth.4. fo.22.a
Charitatem ita deus ordinauit vt homo pl⁹ ſe quã proximũ diligat. Matth.22.fo.120.a
Charitatem frigere quid. Matth. 24.fo.18,b.
Charitatis gratia habitualis plurimũ differt ab illius vſu: qm̃ homines non ſunt ex ſe ſufficientes ad vſum charitatis & gratiæ quam habẽt in anima â deo infuſam, ſed egẽt ad vtẽdum illa cõtinuo gratuito dei auxilio. quo deſtitutus Petrus negauit Chriſtum & perdidit charitatis gratiam. Matth.26. fo.146.a
Caro vna in quẽ ſenſum dicãtur coniuges. Matt.19.fo.102.a
Caſtratio propter regnum cœlorũ, ſignificat nõ tãtũ abdicationẽ vſus ſed etiã poteſtatis. & proptrea inſinuat votũ caſtitatis. Matt.19 f.104.a
Cauſę ſecũdæ (ſicut ſũt petitiões iquiſitiões &c.) certitudini diuinę ꝓuidẽtię nõ cõtrariãtur ſed ipſã exequunt. ita ꝙ ſicut diuinæ ꝓuidẽtiæ ordo habet vt veſcamur pane in ſudore vult⁹ noſtri (ſerendo, metẽdo &c.) ita habẽt vt petẽdo, iquirendo, pulſando regnũ cœlorũ igrediamur. Mat.7. f.48.a
Cedron ſeu hebraico more chidro nomen torrentis qui eſt inter Hieruſalem & montem Oliueti ſignif. obſcuritatem. Ioan 18.fo.483.b
Cœlũ & terra inter primas partes vniuerſum corporeũ integrantes, primũ locum tenẽt. Matt.5 fo.35.a
Cephas cuias dictio ſit, & quid ſignificet. Ioan.1.fo.341.b
Cœna Chriſti quo ordine facta fuerit, & quę poſt cœnam ſecuta. Ioan.13.fo.448.a
Cœna Chriſti quo die & qua hora facta fuerit. Ioã.13.f.446.a
Chriſtus duas generationes habuit alteram ſecundum diuinitatẽ, alterã ſecundũ humanitatem. Matth.1.fo.2.a
Chriſtus ſimul atque cõceptus eſt habuit corpus formatũ & aĩã itellectiuã. Luc.1. f.207.a
Chriſtus eſt nomen dignitatis ſeu gratię quoniã Hebræorũ reges dicũtur Hebraice Meſię: hoc eſt Chriſti Græce, latine vncti. Matt.1.fo.2.a
Chriſt⁹ ſecundũ carnalẽ generationẽ eſt fili⁹ Dauid. Matt. 1. fo.2.a
Chriſtus ſecundũ hiſtorias natus eſt anno.42. imperij Auguſti Cæſaris: qui erat annus 34. vel circiter regni Herodis. Matt.2.fo.8.b
Chriſtus cur nomen filij hominis ſibi appropri auerit. Mat.8.fo.54.b

Christ⁹ vsque ad annum. 30. ex ercuit artem fabrilem. Mar. 6 fo.170.b

Christus crucifixus est. 8. calen. april. &. 5. die ante venit sup alinam in Hierusalem. Matt. 21. fo.113.b

In Christi morte ac resurrectione omnia legalia mortua fuerũt quãuis secũdũ apparẽtiã vsq3 ad Hierosolymitanũ excidiũ tolerata fuerit. Matt. 21. fo.116.a

Christus venditus est duobus dieb⁹ ante pasca. agnus enim paschalis immolatus illo anno fuit die veneris, incipiente tamẽ in p̃cedẽti vespere: Iudas autem vendidit ipsum die mercurij &c Matt. 26. f.137.b

Christus quanuis parabolice loqueret, parabolas tamen secũdũ audientiũ capacitatẽ proponebat vt fructuosæ essent: licet multi indigni eas nõ intelligerent. Mar. 4. f.167.b

Christi p̃ductio ex virgine naturalis fuit (quoniã in naturali loco, naturali materia, naturalibus actionib⁹ partis vegetatiuæ beatæ virginis productus est) licet modus supernaturalis fuerit. Luc. 1. fo.205.b

Christi conceptio in vtero virginis statim post respõsionẽ angelo factã secuta creditur. quod ex eo apparet. q̃. 8. calẽ. april. annunciatio facta fuit, &. 8. calen. ianuarij Iesus natus est. Luc. 1. f.206.b

Christus post mediam noctem natus est. Luc 2. fo.213.b

Christi secundus aduentus statui meritorio terminum imponet Luc. 19. fo.296.a

Christus cur affirmauerit se esse in medio discipulorum sicut qui ministrat. Luc. 22. f.306.a

Christus vocabatur Nazarenus â ciuitate Nazareth vnde o. riundus putabatur. Ioan. 1. fo. 342.b

Christus qua ascensione asserit se ascendisse in cœlum quum dicit, nemo ascendit in cœlũ nisi filius hominis. &c. Ioan. 3. fo.351.b in prin.

Christus quum vniuersas virtutes habuerit, cur duarum tantum se proponit exemplum scilicet humilitatis & mitritatis. Matt. 12. fo.70.b

Christus proposuit tantum ea quæ sunt ab omnibus imitabilia. ibidem.

Christus non mendicabat sed precio cibum emebat. & proprium (in communi tamen) habuit nõ enim de alieno sed de proprio cibos emebat Ioã. 4. fo.360.b

Ante Christi mortẽ nullus quãruncunque sanctus in beatitudinis mansiones ingrediebat. ipsa mors Christi beneficium hoc humano generi contulit vt iusti purgatione non indigentes beatificarentur. Ioan. 14. fo.453.a

De quibus rebus loquebatur Christus

Christus, dicés adhuc multa habeo vobis dicere, sed non poteſtis portare modo. Ioan. 16. fo. 471. b

Christus baptizatus in desertũ iuit, & circa illius anni finẽ discipulos congregare cœpit, durante adhuc immo in summa authoritate existente Ioan. 2. fo. 343 b

Christus an infra quadraginta dies sui ieiunij esurierit. Mat. 4. fo. 19 b

Christus in carne appellatus est à Thoma deus addito etiam articulo. Ioan. 20. fo. 498. a

Cibus debet sic sumi vt nullum præstet impedimentum exercitijs spiritualibus, & Christus quidem tria maxima mysteria immediate post sumptum cibum exercuit. Ioan. 21. fo. 500. b

Claui quibus Christus est crucifixus trésne an quatuor fuerint incertum est. Luc. 23. fo. 313 b

Cogitatio mala cur ponitur effectus malæ voluntatis. Mat. 7 fo. 174. b

Cognitio passiua Iesu est nobis via ad cognoscendum deum patrem eius, & non econuerso Ioan. 14. fo. 454. a

Confessio sacramentalis fuit à Christo instituta: sed modus confitendi & absoluendi est ab ecclesia determinatus. Io. 20 fo. 496. B

Confessor vnde scire potest se à spiritu sancto moueri ad remittendum vel retinendum peccata. ibidem.

Cõiugium fuit à deo institutũ. ad hoc enim significandum explicauit Moyses masculũ & fœminam fecit eos. Matt. 19. fo. 102. a

Coniugium filij cum matre seu filię cum patre est diuino iure prohibitum, cum reliquis autem personis (quantum est ex iure diuino) licitum est, Mat 19. fo. eodem.

Cõiugium efficit duos, carnem vnam vnitate communitatis: quoniam ponũt carnes suas in cõmuni inter se, ita quòd sunt duo in carne vna communi vtriq3. Mat. 19. f. 102. b

Coniugium non tollit diuersitatem personarum, nec consistit in communitate animæ aut spiritus, sed in cõmunitate carnis. Mat. 19. fo. 102. b

Cõiugij inseparabilitatẽ Christus probat ex institutione diuina ab initio mundi, secluſa ecclesiastici sacramẽti ratione. Mat. 19 fo. 103. a

Consanguinei more scripturæ fratres appellantur. Ioan. 2. f. 145. b

Contritio vnica sufficit ad multa peccata delendum. Luc. 7. fo. 237. b

Corbona Hebræa dictio est: & significat sacrum thesaurum. Mat. 7. fo. 147. b

Corban donum deo dicatum significat

ſignificat. Mar. 7. fo. 174. a

Cor mũdum habere apud Salomonem rariſſimũ ſeu impoſſibile eſt: ipſo dicente prouerbiorũ. 20. quis poteſt dicere, mundauí cor meum. Matthæi 5. fo. 27. a

Cordis nomine voluntas (quæ humanorum operum primũ principium internum eſt) ſignificatur. Matth. 5. ibidem,

Creatura quælibet hoc habet quòd eius eſſe nõ eſt niſi ipſa: ac per hoc ſola eſt ſuo eẽ cuilibet autẽ & ſoli hypoſtaſi diuinæ dicire cõuenit ſolus nõ ſum: quoniam vno eodemque eſſe quo vna hypoſtaſis. diuina eſt, eſt & alia. Ioan. 8. fo, 404. a

Credere & peccatorum pœnitere, dona dei ſunt. Luc. 16. fo. 285. a

Credere actus intellectus eſt â volũtate moti. Io. 5. fo. 177. a

Credere deũ aut deo ſolius intellectus actus eſt: ſed credere in deũ eſt credendo cõfidere ſeu in deum tẽdere quod continet in ſe actum intellectus, & voluntatis, actus fidei, ſpei charitatis. Ioan. 6 fo. 362, a

Credere non tantum donum dei eſt, ſed etiam poſſe credere (loquẽdo de potentia propinqua) eſt gratiæ diuinæ: quanuis poſſe credere potentia remota naturæ ſit rationalis. Ioan, 12. fo. 442. b

Credendi modus & ratio eſt viſio credibilium, credimus enim myſterium trinitatis, incarnationis & reliquos articulos fidei, quia videmus non illa que credimus ſed illa eſſe credibilia. Ioan. 6. fol. 385. a

Culicem excollere quid Matth. 23. fo. 125. b

Cura craſtina appellatur omnis illa cura, quæ ſecundum rectam rationem nõ præſenti tẽpori ſed futuro cõgruit. Matth. 6. fo. 46. a

Cura pauperum & ſimilium cõtinue incumbens, non debet impedire curam occurrentiũ bonorum operũ quæ ex ſpeciali aliqua occurrenti occaſione exercenda ſunt. Ioan. 12. fo. 435. b

d Damnatorũ vermis intrinſeca pœna ſenſus eſt: ignis autem exterior pœna &c. quæ ſequuntur Mar. 9. fo, 180, b

Dauid primus rex in ſaluatoris Genealogia fuit. Mathæi 1. fo. 2. a

Dauid rex diſtinxit filios Aaron ſortibus ad miniſtrandũ per vices ſacerdotalia in templo domini: & octaua ſors contigit Abiã. Luc, 1. fo. 200. a

Debitores ſumus inuicẽ ab exemplo Chriſti ad mutua opera quibus opus eſt tam ad corpus, quam ad animum. Ioan. 13. fo. 448. a

Dedicationis festum à Iohanne relatum cuius templi dedicationis fuerit anniuersarium. Ioan.10.fo.422.b

Dæmonum potestas super res corporeas inhibita alligataque á deo est.Matt.8. fo.55.b

Dæmonibus imperare, summi imperij genus apparet.Marc. 1.fo.161.a

Dæmonum potestas naturalis in pœnam peccati eius alligata est.marc.1.fo..160.b.in fine.

Dæmones applicando actiua passiuis, multas ægritudines causant.marc.9.fo.179.a

Dæmonum intellectus in pœnam peccati eius ab ipso deo ligatus seu impeditus est. ita quód non solum eorum potentia est ligata,sed etiam intellectiua vis,vt cognoscere non valeant quæ ex vi naturalis sui luminis cognoscere possent. Lucę.4.fo.222.b in fine.

Dæmonum potestas ligata est non solum ad nocendum sed etiam ad tẽtandum. Luc.22. fo.307.a

Denarius diurnus dicitur denarius vnus valens.x. nummos pro opera totius diei dandus matth.20.fo.106,b

Deus tribus modis est in rebus omnibus, scilicet per essentiam, præsentiam & potentiam.matth.5.fo.35.b

Deus prefert misericordiam sacrificio. matth.12.fo.172.a

Deus nõ censum sed affectum, nec quantum sed ex quanto offertur pensat.matth.19.fo. 106.b

Deus non continue sed frequentissime(tamen secundum suæ sapientiæ dispositionẽ) conuertit peccatores ad operandum in veritate charitatis cómuniter.matthæi.22.fo 106.b.

Deum diligi tota voluntate, tota animali vita & toto intellectu quid matt.22.fo. 120.a

Dei dilectionis iam dictæ mandatum cur dicitur primum & magnum.matth.22.folio eodem.a

Deus solus ex sua naturali notitia nouit tempora & momenta quę in sua potestate posuit quoniam nullus naturalis notitia nouit consilium dei nisi spiritus dei.Christus tamen etiam secundum quòd homo ab instanti conceptionis suæ perfecte beatus vidit in diuina essentia omnia & singula quæ sunt,erunt & fuerunt. matth.24.fo.133.a

Deo possibile est quicquid non Implicat contradictionem. Luc.1.fo.206.b

Deus cur â beata virgine in cãtico suo appellatur saluator. Luc.1.fo.208.a

Deo proprium est habere nomẽ sanctum.Luc.1 fo.209.a

Deus licet aliqualiter naturali cognitio-

cognitione ab angelis & hominibus cognoſcatur, à nullo tamẽ eorum ſicuti eſt clare videri poteſt (trinus ſcilicet in perſonis & vnus in ſubſtantia) ſed per reuelationem huiuſmodi notitia altior naturali communicatur Luc.10.fo.251.b

Deus quandoque nouiter pœnitentes interni gaudij magna conſolatione afficit donec in via dei firmentur, vt de Paulo & Auguſtino Patet Luc.15.fo.279.b

Dei ſola eſſentialia (hoc eſt abſolute ad dei ſubſtãtiam pertinentia) lumine naturali cognoſcimus, puta quòd deus eſt actus purus, ſeipſum intelligens & omnia alia in ſeipſo & quòd eſt volens, ſumme fœlix, à nullo dependens, & reliqua omnia quæ ſunt perfectionis ſimpliciter. de vocatis autem notionalibus ſeu perſonalibus nihil cognoſcimus. Iohan.1.fo.326.a

Deus ab omnibus cœli habitator exiſtimatur, non per excluſionem habitãdi vbique. ſed per extenſionem quòd etiam in cœlo habitet, & ibi manifeſtius propter clariores ibidem effectus. Ioan.3. fo.351.b

Deus eſt lux non ſenſibilis ſed intelligibilis, cuius iſta lux ſẽ ſenſibilis participatio quædam eſt &c. Ioan.8.fo.403.a

Deus ſolus eſt, qui eſt ſine quacunque permixtione non eſſendi. eſt enim ſolus actus purus nullam in ſe compatiens potentialitatem. omnis autem creatura potentiæ permixta eſt. Ioan.8.fo.405.b

Deum eſſe extra mundum vniuerſum etiam ſecũdum philoſophos manifeſtum eſt: & alia pulchra quæ ſequuntur. Ioan.10 fo.425.b

Deus hominum peccata in aliquo bonum ord: nat. Ioan. 12.fo.442.a.in fine.

Deus adoptione eſt pater multorum filiorum: natura vero proprius pater eſt Ieſu ſecundum diuinitatem. Ioan 14. fo.454.a.in fine &.b.in principio.

Diabolus Græca dictio eſt: & ex vi ſermonis calumniatorem ſeu delatorem ſignificat tranſlatum eſt autẽ ad ſignificãdum dæmonem tam apud Græcos quàm apud Latinos. Ioan.8.fo.410.a

Dictio excluſiua ſeu exceptiua addita termino perſonali in eſſentialibus non excludit ab altera perſona diuina. Mat.11.fo.70.a

Dictio pros principali ſua ſignificatione ſonat ad: quãuis etiam vtantur alii Græci pro apud. Ioan.1.fo.323.a

Dictio excluſiua ſeu exceptiua iuncta termino perſonali (puta patri ſeu filio) reſpe-

ctu essentialium non excludit nisi à diuerso,Ioan.17,fo. 477.a

Dydimus Latine geminus dicitur seu Gemel',sed an à Grecis Thomas hoc nomen acceperit, an etiam inter Hebræos geminus appellaretur. & qua ratione geminus dictus sit incertum est. Ioan.11. fo.429.a

Dies aduentus Christi ad iudicium soli deo naturali notitia notus est.Mat.24.fo.133.a

Dies azimorum septem erant in quorum primo agnus paschalis immolabatur cum azimis panibus manducandus. Matth.26 fo.140.b

Dies resurrectionis Christi fuit dies qui à nobis dicitur dominicus.Matth.28.fo.153.a

Duodecimus quartus lunæ(qui mense quo passus est Christ⁹ fuit dies Iouis(cur à Marco appellatur primus dies azimorum.Marc.14.fo.190.b & Luc,22.fo.304.a

ies sabbati à die sabbatorum in hoc differt,quòd dies sabbati quemcunque diem festũ significat dies autem sabbatorum solum septimum diem &c.Luc4.fo.223.b

Dies azimorum.erant septem dies continui quorum primus & vltimus erant dies festi & celebres.Luc 6.fo.228. a & fo.303.b.in fine.

Dies primus & septimus paschę Iudæorum erat festus quo pò pulus ad sermonẽ conueniebat Ioan.2.fo.347.a

Dies nuptiarũ in quibus Christus aquam in vinũ mutauit, fuit annuersarius dies baptismi Christi à Ioan suscepti.Ioan.2.fo.345.b

Diligere debemus proximum nostrum vt nosipsos.i. amore amicitiæ &c. Matth.22. fo.120.a

Dilectio inimici quo modo sit præcepta. Lucæ. 6. fo.230. b & infra. Vbi diligentissimè nota domini Caietani mirabilem distinctionem scilicet vel in genere vel in specie.vnà cum eius diuina subdistinctione secundi membri scilicet vel regulariter vel in articulo necessitatis. quibus in ista quotidiana materia omnium fabulantium ænigmata solues. Ideo memoriæ manda, & tanto doctori gratiã habe. Et vide hæc eadem.Matth.5.fo.38.a.& b.

Dilectionis mandatum cur nouum sit à domino appellatũ. Ioan.13.fo.451.b

Dilectio dei secundum actũ diligendi est æterna & non futura: sed secundum effectum est futura. Ioan.14.fo.458.b. in fine.

Dilectio inimici cur sit à domino præcepta.Luc.6.fo.230.i.

Discipulos Christus congregauit paulo post quàm Ioannes baptiza-re

baptizare incœpit. Lucæ. 4. fo,223.a

Discipuli septuaginta omnes sunt sancti.& quo ad hoc melius fuit collegium.70. quàm 12.Apostolorum, quorum vnus damnatus est.Luc.10.fo. 250.b.in fine.

Diuitiæ non sunt secundum se impedimẽta ad regnum cœlorum: sed affectus hominis minus ordinatus ad diuitias habitas (qui valde frequens est) difficilem reddit aditum diuitis ad regnum celorum. Matth.19.fo.105.a

Diuortium cum libello repudij an fuerit licitum, Matth.19 fo.103.a

Doctores minimi dicũtur à domino violãtes & violare docentes mandata minima: magni autem dicũtur facientes & docentes Matth.5.fo.31.b

Dogma illorũ qui tradũt deum quãdoque damnatorum misertum vanum est. Matth. 12.fo.74.b

domini appellatione Hebræi deũ nominare consueuerunt. Luc.1.fo.208.a

Domus dei cõgregatio fideliũ. Ioan.8.fo.408.b

Dono dei contrariatur non solum contraria actio, sed etiã vsus negatio scilicet quãdo, vbi & sicut oportet.Matthęi 25.fo.137.b

Dona dei dantur vt maneant in æternum: sed ex parte accipientium contingit quandoque vt non maneant in æternum,Ioan.14.fo.457.a

Ecclesia Christi est vna domus totius mundi. Matth.5. fo.29.b

Ecclesiæ appellatione aliquando intelligitur ecclesiæ prælatus. Matth. 18. fo.99.a

Ecclesiam esse Iesu Christi sponsam, Apostolus ad Ephesios & ad Corinthios sæpe testatur.Matth.22.fo.116.b

Electi quomodo dicũtur clamare continue ad deum pro vindicta.Luc.18.fo.291.a

Electus nullus secũdum rectam rationẽ absolute petit quod negari potest, sed petit illud sub conditione. Ioan.16. fo. 474.b

Eleemosyna data propter inanem gloriam peccatum est: subsequens autem releuatio pauperis bona est: sed nõ est fructus malæ volũtatis dantis,sed est fructus rei quę datur.Luc.6.fo.233.b

Eli & elohi quid sonent. Marc. 15.fo.194.b

Elizabet de tribu Leui quomodo fuerit cognata beatæ virginis de tribu Iuda. Lucæ 1. fo.206.a

Encænia Græca dictio est: & significat initialia, in euangelio autem notat festum dedicationis templi seu altaris.

Iohan.10.422.b.
Ephphata Hebraica dictio eſt quam ipſemet euangeliſta per imperatiuum paſſiuum aperire interpretatus eſt. Mar. 7.fo.175.b
Ethnicus quid ſignificet. matt. 6.fo.401.a
Quod vnus euangeliſta dicit alius quandoque tacet,& quod vnus tacet,alius ſupplet.mar. 10.fo.181.b.
Euangeliorum tituli dicuntur ab euangeliſtis appoſiti.matt. in Procœ.
Euangelium Græce. Latine bonam nunciationem ſignificat.matth.in Procœ.ibidem.
Euangelium non Hebraice ſed Græce à matthæo ſcriptum fuiſſe cõſtat. matth. in Procœ. ibidem.b.
Euangelium nihil aliud tradit quàm Ieſum Nazarenum eſſe verum Meſiam,& eundem eſſe filium dei.ibidem.
Euangelia multa ſcripta fuerũt: videlicet nomine Bartholomæi, Andræi. matthæi, Nicodemi & aliorum Lucæ .in Procœ.fo.199.a
Euangeliorũ multitudo rerũ verarũ incertitudinem generabat.Luc.in.Procœ.ibidem.
Euangeliũ Ioannis ſcriptum eſt Chriſtianis plusquam ſexaginta annis elapſis à paſſione domini & iam deſtructa Hieruſalẽ.10.2.f.345.b.in fi.
Euchariſta infantibus tribuenda non eſt, quibus dici non poteſt accipite comedite. matthei.26 fo.141.b.in fine.
Euchariſtia in articulo neceſſitatis licitè ſumeretur à laico manib⁹ pprijs.ma.16.f.142.a
Eunuchorum tria genera. matt. 19.fo.104.a
Excõmunicare apud Hebræos erat extra ſynagogam ſeu cõgregationem eijcere. Ioan.9 fo.415.b
Excommunicati vtinã haberentur ſolummodo vt Ethnici & Publicani & non interdicere tur colloquium cum eis &c. matth.18.fo 99.b

qua fabri ſpecie faber fuerit Ioſeph.matt.13.fo.83.
Facere verba Chriſti ille dicitur qui vſque in finẽ perſeuerat. mat.7.fo.52.a
Facilitas modũ executionis ſignificat,& fieri poſſe præſupponit.matt.19.fo.105.b.
Fatuus quid ſonat.matt.5.f.32.a.
Fecum quantitas(ſecundũ Hippocratẽ.)in corpore ſano debet eſſe æqualis quantitati alimenti.matt.15.fo.88.b
Ficulnea à Chriſto maledicta quid ſignificet.ma.21.f.113.b
Fideles veri ſunt qui fidẽ Chriſtianam profitentur verbis & factis.Luc.18.fo.291.b.

Fides centurionis an fuerit maior fide Ioannis Baptiſtæ. Mat.8.fo 53.b

Fides aliena apud clementiſſimum Ieſum etiam aliis vtilis eſt.Mat.9 fo 56.a

Fides ad hoc infunditur vt quilibet credens in tenebris peccatorum non maneat, ſed ſicut corde credit ita lucida opera exerceat. alioquin vanũ eſt,damnum eſt Io.12.fol. 444.b

Fidei vniuerſa materia in duobus comprehenditur: altero ego ſum in patre meo, altero vos in me & ego in vobis, quoniam in primo myſteriũ diuinarum perſonarum, in ſecundo eccleſię myſterium cõprehenditur Io.12.f 158.a

Filij ratio habet locum in diuinis Ioan.1 fo.340.b.

Filij dei appellatio quid Chriſti tempore apud Hebræos ſonaret.Io.1.fo.eodem

Filij fornicationum in ſcriptura appellantur Iſraelitæ Idololatræ Io.8.fo.409.b.

Filius perditionis quis dicatur. Iohan.17 fo.480.

Fimbria veſtimenti quid. Matt. 23.fo.122.b.

Fimbriæ legales erant hyacintinæ vitę poſitæ in angulis quatuor palliorum ad recordationem mandatorum omnium: phylacterium autem erat pro memoria ſpecialiter mandati de vnius dei dilectione ex toto corde,& cætera.Matthęi 23.fo.122.b.

Finis eſt primum principium in actionibus & operationibus: quoniam finis eſt agendi ratio, & ex fine ratio actionis & operis ſumitur.Matthęi. 5. fo.24.b.

Foramẽ acus(vbi agit dominus de difficultate ſaluationis diuitum)quid ſignificet.Matth. 19.fo.105.a.

Fratres ſecundum ſcripturæ morem conſanguinei appellantur.Mat.13.fo.83.a

Fratres ſumus omnes tribus rationibus.Matth.23.fo.123.b.

Fructus pœnitentia dignus eſt in operibus pœnitentiæ perſeuerare,nihil contra pœnitẽtiæ profeſſionem admittere, & facere ſatis deo pro peccatis commiſſis.Matthæi. 3.fo.15.a.

Furta, homicidia, adulteria & fornicationes cur numerentur à domino inter procedentia ex ore.Matthæi 15. fo.89.a.

Abatha Hebraice, Latine dicitur ex celſum ſeu eminens.Ioannis. 19 fo.490.b.

G

Gabriel à fortitudine dei denominatur.Lucæ primo. folio.203.

Gadarenorum regio trans iordanem eſt.Marci quinto. folio.168.a

Gazophylaciũ quid ſignificet. Luc.21.fo.299.b

Gehennæ nomen, vnde ſit deriuatum. Matthæi quinto, fo.32.b.

Geſta Hebraico more verba appellantur. Lucæ.24. folio 319.a

Gethſemane quid ſonet Matth. 26.fo.143.b

Gentilium error imputantium quòd ſicut multiloquium vtile eſt ad hoc vt â principibus exaudiamur, ita vtilis ſit ſermonis multiplicatio orando deum Matthęi.6.folio 40.a

Gentiles multi ibant in Hieruſalem ad adorandum, & cæt. Ioan.12.fo.437.a

Gloria communiter inter ſpiritualia eſt præcipuum deſideratum: inter corporalia autem opulentia. Matthæi.6. fo 39.a

Gloria humana tanquam præmium bonorum operum exiſtimatur. Matthæi. 6. folio eodem.a

Gloria humana ſi intendatur ipſam præferendo ijs quæ ſunt ex charitate neceſſario diligenda facienda aut vitanda: proculdubio mortale peccatum incurritur. Matthæi 6.fo.39.a

Gloria humana ſi appetatur vt finis quidam illius operis, non tamen contra ea, quæ ſunt de neceſſitate charitatis veniale tantum peccatum incurritur, &c. Matthæi.6. fol. eodem, a

Gloriam humanam gloriæ diuinæ præferre, mortale peccatum eſt ex ſuo genere. Ioã. 12.fo.435.a

Golgotha dictio Syra eſt, non Hæbræa. Matthæi. 27. folio 10.a & Ioan.19.fo.491.b

Gratiam miſericordia reſpicit quemadmodum iuſtitia debitum, & iſtis duabus virtutibus vniuerſa ad alterum opera perficiuntur, cum aut debitum aut gratuitũ eſſe oporteat id quod alteri exhibendum eſt. Matt.5 fo.27.a

Gratia corã deo præponitur iuſtitiæ. Matth.20.fo.107.b

Gratia dei nõ datur ſecundum opera, labores, temporalia bona & ſimilia, ſed ſecũdum diuinam voluntatem. Matth. 20.fo.108.b

Gratię diuinæ munus eſt quidquid non delinquimus. Lucę 18.fo.292.b

Gratia non eſt in anima ſicut aqua manens, ſicut res dormiens, ſed ſicut aqua ſemper de nouo ſcaturiens, ſemper vigilans, ſemper proferens noua opera ſpiritualia. Ioannis quarto.fo.362.a.

Gratioſi nomen vſurpatur aliquando paſſiue. Lucę primo. fo.204.a

Erodis mors fuit tertio ãno post Christi natiuitatem. Matthei 2. fo. 13. a

Herodes magnus seu ascalonita primus rex inter Herodes & primus rex Iudæorum coronatus à Romanis, iussit occidi innocentes, & cætera. Matth. 2. fo. 8, b

Herodes tetrarcha filius Herodis magni illusit Christum veste splendida & occidit Ioannẽ, &c. Matth. 14. fo. 83. b

Herodiadis pater & marirus incerti. Matth. 14. fo. 83. b

Herodiani putabant spiritũ Ioannis occisi ingressum in Iesum. Matth. 16. fo. 90. b

Hierusalem filia Sion appellatur, quia ab arce Sion tanquã filia à matre protegitur Matthei 12. fo. 111. b

In euersione Hierusalem authore Iosepho mortua sunt decem centena millia Iudæorum & nonaginta sex milia ducta in captiuitatem. Lucæ 21. fo. 301. a

Hierusalem est in sorte Beniamin. Ioan. 3. fo. 355. b

Hierusalem à Dauide erecta est in caput regni & in principatum tribus Iudæ de qua ipse erat Io. 3. ibidem. b

Hierosolymitana euersio intra quadraginta annos post Christi mortem subsecuta est. Matth. 23. fo. 129. b

Hypocrisis est vitium veracitati contrarium. Matthæi. 23. fo. 125. b

Hypocrisis appellatur fermentum eo quod latens virtutem habet eleuatiuã ad similitudinem fermenti. Lucæ. 12. folio 262. b

Hypocrita Græca dictio est, à personis in spectaculis tragœdiarum, seu comœdiarum deriuata. Matthæi. 6. fo. 39. b

Hispani nauigant sub polo antartico eleuato supra quadraginta gradus. Matthæi. 24. folio. 129. a

Hominis tres sunt partes, corpus, affectus, & intellectus, iuxta quas iussit dominus apostolis iuris ad prædicandum, vt se præpararent ad tria, patientiam, prudentiam & simplicitatem. Matth. 10. fo. 62. a

Homo nullo suo conatu ad veniendum ad deum, potest se reddere propinquum deo. Lucę. 15. fo. 278. b

Homini connaturale est, vitam actionesque suas dirigere & ducere non scientia, sed fide. fide enim tenemus patres & matres, fide negociationes exercemus, & cætera. Matth. 11. fo. 71. a

Hominibus naturale est sub aliquo colore palliare factum iniquitatis propriæ. Matth. 26. 140. b

Homi-

omines lucris inhiãtes ad prædicandum mittendi non sunt nec à prælatis & prædicatoribus in consortium admittendi. Lucæ nono. folio. 247.a

omines circa mortalia intenti, communi nomine mortui à Christo appellantur, ibi sinite mortuos sepelire mortuos suos Lucæ.9 ibidem b.

omines aliqui possunt vere nominari dij, non natura, sed participatione diuinæ potestatis, visionis suæ gratiæ Ioannis decimo. folio. 425 a

ominum mandata quæ malum non mandant non sunt à domino damnata, sed damnatum est quòd ipsa in loco illo qui mandatis dei est proprius habeantur, quò circa ipsa tantum studium sit acsi in ipsis timor cultúsque dei consisteret, & cætera. Matth. 15.fo 87.a

Humiliare se quomodo sit actus virtutis. Matthæi vigesimotertio.fo.124.a.

Humilitas virtus & superbia vitium non inueniuntur in Aristotele ibidem

Echonias cuius Matthæus meminit I quis fuerit, & quomodo ex eo Christus secundum carnem descenderit Matthæi.1.fo.4.

Ieiunium non est opus ex suo genere bonum (cum sit priuatio alimenti) sed pro tanto bonum est pro quanto est actus virtutis moralis quæ abstinentia dicitur Matthæi 19 a

Iesus nomen est proprium personæ ex Hebraica lingua non integre deductum, quod saluator interpretatur. Matthæi 1.fo.1 a &.fo.15 b.

Iesus vsque ad tempus sui baptismi conuersatus & habitus est sicut vnus de populo: à tempore autem baptismi incœpit exequi officium pro quo venerat. Matthæi tertio fo 18.a

Iesu vsq3 ad tempus mortis suæ non fuit irrogata iniuria facti, nisi à suis conciuibus. Lucæ.4 fo.225.a

Ignis inferni quomodo cruciet substantias spirituales: & an sit corporeus Matthæi vigesimoquinto fo.138.b.

Ignis inferni iextinguibilis appellatur, aut quia perpetuus est, aut quia alterius est naturę ab eo qui est apud nos. Marci.nono fo.180.b.

Incarnationis mysterium septem nobis contulit beneficia. Lucæ.1 fo.1.211.b

Inimicus tripliciter consideratur formaliter, materialiter, & vtroque modo. Matth.5. fo.38.a.

Inimicos diligere aliquo modo præce-

præceptum est, aliquo modo consultum, præceptum quidem genere: hoc est vt à generali dilectione qua diligimus omnes homines, omnes christianos, omnes conciues, omnes consanguineos non excludamus inimicum hominem. Christianum conciuem, consanguineum, & sic de aliis genericis communionibus. Consultum aũt ꝫ speciali: quoniam sub consilio diuinæ charitatis comprehenditur vt diligamus in particulari inimicum. Nam sicut in particulari non tenemur diligere singulos homines, nec singulos Christianos conciues aut cõsanguineos ita nec tenemur in particulari diligere inimicos. Lucæ. 6. fo. 230. b.

Iniquorum prosperi successus sunt indicium æternæ damnationis eorum, quoniam aliquorum bonorum quæ hic faciunt seu fecerunt, mercedem recipiunt Luc. 6. folio. 230. a.

Innocentes quanto tempore post recessum magorum occisi sunt. matt. 2. fo. 12. b.

Innocentum clades clara est nõ solum ex euangelio matthæi, sed etiam ex libris gentilium. matth. 2. ibidem.

Insufflatio datio quædam corporei spiritus est: & ideo aptissime congruit ad significandam donationem incorporei spiritus. Ioan. 20. folio. 496. b

Intelligere tam excellens est actus humanę animæ vt parũ valde participet anima intelligere, quoniã vniuersa animæ actio in ratiocinatione consistit, & non nisi in principijs intelligere participat. Luc. 10. 251. a.

Ioannes baptista quo tempore decollatus fuerit. matth. 14. fo. 84. a Ioan. 6. folio. 378. b

Ioannes baptista non tantum propter Herodiadem sed etiam propter populi ad ipsũ concursum carceri ab Herode addictus fuit. matth. 14. ibidem. a. & Luc. 13. fo. 272. a

Ioannes sonat domini donum seu domini misericordia. Luc. 1. fo. 201. b.

Ioannes, in ventre matris sanctificatus fuit, ita quod non solum ab originali peccato mũdatus fuit sed spiritu sancto repletus per infusam gratiam dõnorum spiritus sancti adeo vt nulla eius animæ pars spiritu sancto caruerit. Luc. 1. ibidem.

Ioannes euangelista post Petri crucifixionem scripsit euangelium. Ioan. 21. folio. 502. a

Ira quomodo fuit in Christo. mar. 3. fo. 163. b.

Iudas gaulonites tẽpore natiuitatis Christi ĩtroduxit q̃stionem

nem an liceret ſoluere cẽſum Cęſari.&c.Matt,22.fo.118.a

Iudęa ſub ſyria compræhenditur tanquam pars eius,Luc. 2.fo.212.b

Iudæa facta eſt tributaria diſpenſationi Syriæ iuncta ab Octauiano Auguſto,ſublato Archelao &c.Luc.3.fo.218.b

Iudæi deferebant fimbrias hyacinthinas in quatuor angulis veſtis vt ab alijs nationibus diſtinguerentur.Ioan. 4. fo. 360.b in fine.

Iudæi expectant Meſiam ſecundũ regnũ mũdi huius adorãdũ ab omnibus regibus terrę & reducturũ vniuerſum Iſrael de captiuitate & diſperſione,Ioan.11.fo.433.b.

Iudæi filij regni appellantur, quoniam ex genti cui regnũ cœlorum promiſſum eſt naſcuntur ſecundum carnem. Matth.8.fo.53.b

Iudæi tempore Chriſti non habebant poteſtatem exercendi iuriſditionẽ ad mortem. Matth.10 fo.62.b

Iudæi diſperſi in Græcia Græci vocabãtur & diſperſi Romæ Romani.Ioan.7,fo.399.b

Iudicare eſt ius dicere: quód eſt proprium iudicis officium. Ioan.3 fo.353.a

Iudicare proprie eſt ius dicere animo.verbo & opere: quod omnem iuſtitiæ actum complectitur.Ioan.8 fo.404.a

Iudicium voluntariũ (tam publicum quam priuatum) non ex ratione ſed voluntate procedens,iniquum valde eſt,& præcepto negatiuo probetur Luc.6.fo.232.a

Iura omnia diuina poſitiua,propria ratione habent diuinam voluntatẽ,Ioan.3..f.348,b

Iurare per creaturas eſt obligatorium.Matth.23.fo.125.b

Iuſtitiæ deſiderium reliquis deſiderijs ante poſitum velut eſuries & ſitis,beatum reddit hominem.Matth.5.fo.26.b & fo.ſequen.

Iuſtitia,debiti rationem ſupponit. & eſt ipſius debiti exhibitio.Matth.5.fo.27.a

Iuſtitiæ rigor priſco tempore admittebat pro debitis ſoluẽdis hominum venditiones. Matth.18.fo.100.b

Iuſtitiæ hominis vniuerſæ ſunt quaſi pannus mẽſtruatę.Ioã. 12.fo.444.b

Iuſtus in vtroque teſtamẽto diſtinguitur contra ſubiectum cuicunque mortali peccato. Matth.5.fo.28.a

Iuſti in cœleſti patria gaudebunt non ſolum de donis dei in ſeipſis,ſed etiam de donis dei alijs collatis. Matth. 25. fo.138.a

L

Acus Hebręa conſuetudine mare appellatur.Matth.4.fo.22.a

Laudes quibus laudamur, debemus retorquere

in diuinam laudem & reuocare ad memoriam noſtram, & laudantium cõmunem defectum. Matt li.19.fo.14.b

Legalia omnia cũ Chriſto mortua ſunt: ita quod ex eis non eſt amplius percept° fructus, nec percipietur in æternum. Mar.11.fo.184.b

Lex euangelica toti mundo data eſt. Matth.5.fo°24.b

Lex euangelica eſt doctrina vere bonorum & ſanctorũ morum, actionum, mentium, vniuerſæque vitæ. Matthæi.5. Ibidem b

Lex vetus rerum temporalium ſufficientiam & opulentiam in terra promiſſionis promittebat: euangelica autem à voluntaria paupertate inchoat ad regnum cœlorum conſequendum Matth.5.fo.25.a

Legis antiquæ vinculum ceſſauit ex primo aduentu Chriſti. quoniam lex data erat donec veniret ſemen cui promiſerat deus ad Galat.4. Matth. 5.fo.30 b

Lex ſpiritus, ſapientiæ & intellectus nichil præcipit imprudenter agendum: ſed in omni executiõe affirmatiui præcepti ſubintelligitur circunſtantia prudentiæ. Matth.5. fo.33.a

Lex prophetæ quãtum ad prophetandi actum ad Meſiam terminantur. quæcunque vero dicũt futura poſt Meſiam dicũt vt accidentia conſequẽtia pendentia &c. ad Meſiam. Matth.11.fo.68.a

Legis implendæ neceſſitas. Luc. 16.fo.283,b

Lex de vnitate vxoris nullibi in canonicis libris ſcripta eſt. Marc.10 fo.180.a

Lex gratiæ ſicut præcepit, ſeu conſulit tanquam actus virtutum, ita nihil prohibet ſeu diſſuadet contra virtutem. Luc.6.fo.231.a

Legis præcepta impleta ſunt à Chriſto: quia ſublatis imperfectionib° reduxit ea ad perfectionẽ &c. Luc.16.fo.283.b

Locus inter templum & altare vbi zacharias occiſus eſt, erat ſpacium illud in quo erat lauatorium. Matth.23.fo 127.b

Loculos cõmunes quãuis Chriſtus habuerit penes Iudam noluit tamen communibus vti ad proprium perſonaleque debitum perſoluendum publicanis. exemplum prælatis præbens vt communibus eccleſiæ bonis ad propria nõ vtantur, ſed ad communia. Matth.17.fo 96.b

Lithoſtratos dictio Græca eſt imperitia ſcriptorum in Latinis codicibus corrupta: & ſonat Latine lapide ſtratus. ab Hebræis autem Gabatha à celſitudine nominabatur. Io.19.fo.490 b

Locuſtæ inter animalia munda computantur. Matthæi 3 fo.14.a & b

folio.14.a & b
Lucas ſcripſit euangelium ex auditu ab apoſtolis,non ex diuina reuelatione ſibi immediate facta. Luc.in proœ.fo. 199.a in fine.
Lucas nō à Paulo ſed à diſcipulis Ieſu qui ab initio cum Ieſu fuerunt didicit ea quæ ſcripſit.Lucæ in Proœ Ibidem.
M Agdalena à Magdalo Galileæ oppido cuiusdomina erat vocatur. Luc.8. fo.238.b
Magdalena apoſtolorū apoſtola fuit.Ioan 20.fo.495.b
Magnificere & extollere internum cognoſcitiuę partis eſt, exultare autem volitiuæ ſeu affectiuæ.Luc.1.fo.208.a
Magus dictio perſica eſt:& idē ſignificat quod apud Græcos philoſophus apud Latinos ſapiēs,apud Indos Gymnoſophiſta vnde ex ipſa dictione ſignificatur quod magi fuerunt Perſæ Matth.2.fo.9.a
Magi ad minus fuerunt duo:cō muniter tamē creditur quod fuerunt tres.Ibidem.
Malos omnes extirpandi ſtudium prohibuit dominus :ex quo non ſequitur prohiberi ſtudium ad extirpādas quaſdam certas malorum ſpecies Matth.13.fo.80.a
Māmona Chaldæa dictio eſt.diuitias ſignificās. Matth.6.fo. 44.b
Mandata hominum vide ſupra in dictione homo.
Manſueti dicūtur qui & paſſionibus iræ non commouētur, & rectę rationi illas ſubiectas tranquille retinent. Matth.5.fo.26.a
Manuum lotio ex Iudæorum ſeniorum ſtatuto crebra erat. Matth.15.fo.86.a & b
Manducare carnem domini & bibere eius ſanguinem neceſſarium ad obtinēdam vitam æternā quid. Ioan.6.fo.372.b
Maria Magdalena eſt illamet quę eſt Maria ſoror Lazari. Matth,26.fo.140.b
Maria virgo rationabiliter creditur fuiſſe .24. annorum quum concepit Chriſtum,vt perfecta etiam ſecundum oſſa mulier,perfecta mater perfectum gigneret filium. Luc. 1.fo.203.b
Marſupium commune habere non ſolū ad proprias neceſſitates,ſed ad pauperibus ſubueniēdum perfectioni Chriſti apoſtolorum non derogat. Ioan.13.fo.450.b in fin.
Merces nō ex gratia datᵗ, ſed ex iuſtitia reddiᵗ. Mat.5, f.28.b
Miſericordia ſecūdum ſe à deo volita eſt, ſacrificium autem non &c.Matth.9.fo.57.b
Miſericordia dei eſt ſupra omnes regulares curſus & propterea nulli eſt deſperandum Matth.12.fo.74.b
Miſericordia proprie quid.

matth.15.fo.89.b.
mittere attribuitur patri appropriatione non proprietate. Iohan.14.fo.460.b
mites præstant mansuetis. matthæi.5.fo.26.a
mysteriorum fidei notitia non nisi ex diuinæ electionis gratia aliquid donantur.matth. 13.fo.77.b.& fo sequen.a

N

Azareth dicitur sita iuxta mõtem Tabor.matth.4 fo.22 a
Nazare⁹ est nomẽ religiositatis à separatione dictum.matth.2.fo.13.b
Negationis Christi appellatione venit nõ solum negatiua vox sed etiã facta negatiua & omissio confitendi que sunt fidei aut morum quando oportet.Luc.12.fo.263.b
Nemo repente fit summus tam in bono quam in malo. Mat. 4.fo.21.b
Notitia trinitatis ita est propria diuinis personis quod nulli naturaliter communicatur,sed tantum per reuelationem.matt.11.fo.70.a
Notitia est duplex:fidei & euidentiæ.Ioan.8.fo.413.a
Notitia intellectualis duplex: speculatiua & practica seu affectiua.Ioan.10.fo.421.a
Numerus ternarius perfectionis est significatiuus, quo fit vt vniuersitas electorũ trinario fructu significetur.Luc. 11 fo.255.b.
Numerus denarius vniuersitatis est significatiuus. Luc.19. fo.295.a
Bumbratio virtutis altissimi quid.

O

Luc.1.fo. 205.b
Omissionum tria genera damnãtur in inferno.Matthæi.25.fo. 139.a
Onera grauia & importabilia q̃ aliqui ministri ecclesiæ in humeros hominum imponunt, non sunt Christi cuius onus est leue. matth.11.fo.71.a
Onus Christi est leue & secundum se & nobis.matth.11. fo. eodem.
Opinio erronea Heluidij, asserentis beatam Virginem & Ioseph.post Christi natiuitatẽ consummasse matrimonium. matth.1.fo.6.a
Opinio erronea Valentini, dicentis Christum corpus cœleste habuisse,& per vterum beatę Virginis quasi per fistulam transisse.matt.1.f.7.a
Opinio falsa Hebionitarũ, dicẽtiũ Iesũ Christũ ante matrẽ suã nõ fuisse.Ioa 1.fo 321.b
Opinio nonnullorũ separãtiũ vitã à primo rerũ pricipio,tanquã aliud sit pricipiũ essedi& aliud principium viuendi. Io.1.fo.325.a
Opinio negantium primam lucem ad humanum intellectum per seipsam extendi.

Ioan.1.fo.326.b
Opinio putantium Ioannem baptistã fuisse natura angelum, eo quod à Malachia propheta Angelus appellatus sit. Ioan.1.fo.327.a
Opinio falsa dogmatizantiũ animam hominis prꝫexistisse ante ipsum hominem cuius est. Ioan.1.f.328.b.
Opinio Manichæorum. fingentium omnes naturas sensibiles esse malas. Ioan.1.f.332.a in principio.
Opinio nonnullorum philosophorum. putantiũ deum plenum omni perfectione communicare bonitatẽ suam rebus hominibusque naturali necessitate, velut quadam redundantia seu effluentia tantꝫ suæ bonitatis. Ioan. 1.fo. 336.a
Opinio hꝫreticorũ distinguentiũ plures hypostases in Christo. Ioan.9.fo.416.b
Opinio dicentiũ animas mortuorum: circa mortuos esse. Ioan.11.fo.432.b
Opinio Sabellij putantis Iesum esse patrem & filium. Ioan. 14.fo.455.a
Opinio nonnullorum Græcorum asserẽtium tres priores euangelistas fuisse à Ioanne correctos. Ioan.13.fo.445.a. in fin.& sequen.
Opinio Arrianorum. dicẽtium patrẽ solum esse verũ deum. Ioan.17.fo.477.a
Opinio erronea attributa Origeni qnod omnes in futuro seculo consequentur quandoque remissionẽ omnium peccatorũ. Matt.12.f.134.b
Oratio est mentis ac affectus eleuatio in deum petendo. Matth.6.fo.40.a & b
Orãdi mos vt digni efficiamur promissionibus Christi vnde sumptus sit. Luc.21.fo.303.a
Orationi cur admiscetur locutio. Matth.6.fo.40.a
Oratio admittit quãdoque prolixum sermonem. Matth. 6. fo.40.a
Oratio quomodo debet esse cõtinua. Luc.18.fo.290.b
Orationes ea ratione necessariæ sunt ad vitam æternam consequendam qua necessariæ sunt reliquæ causꝫ secundæ ad proprios effectꝰ. Luc. 18.ibidem.
Ordo diuinæ gratiꝫ superadiũctus est à deo nõ ad destruendum sed perficiendum naturæ ordinẽ ac per hoc necessitas seruãdi diuinam sanctificationem appositam rebus locis & tẽporibus, non tollit necessariũ naturæ vinculum quo res loca & tempora necessaria sunt vitæ hũanæ. & hinc fit vt eueniẽte articulo necessitatis atque propha nationis crimine vtamur diuinis rebus locis,& temporibus. Mattꝫ.15.fo.87.a
Originali peccato ac pœnis cõcor-

cõcomitantibus quilibet ob noxi' nascitur, etiã si in eo dẽ instãti diuina gratia sanctificaretur Lucæ.1 fo 20.a

Ofihahna quid significet Matt. 21.fo.112.a

P

Anis transubstantiatio in corp' xpi cõuincitur ex verbis dãi Ma 26.f.142.b

Paracletus quid significet Ioan. 14.fo.459.b

Paradisus significans hortũ arborum, transfertur ad significandũ æternæ beatitudinis fœlicitatẽ. Lucæ.23 fo.313.a

Parasceue quid significet. Luc. 23.fo.315 a

Pasca Christus celebrauit. 14. luna & nõ 13.vt quidã Græci fingunt. Mat.26.fo 141.a.b

Pasca Græca dictio est, & significat transitũ: quem apud Hebreos significat pascha transumptiue autem significat festiuitatem illorũ septem dierum, & agnũ pascalẽ & azimos panes. Matt 26.fo.141.b

Pascalis festiuitatis origo. Matth.26.ibidem.

Pasca vocabatur totũ illud tempus septem dierum quibus panes azimi comedebantur. Marci.14.fo.189.b. Quanuis tota hebdomada denominaretur Pasca à primo die, primus tamen dies proprie Pascha dicebatur Luc.22.fo.303 b.in fine.

Pasca comedebatur tantum in Hierusalẽ. Luc.22.fo.304.b

Pasca Iudæorum in prima oppositione lunæ ad solem in ariete existentem celebrabatur. Ioan.2.fo.345.a

Passionũ omniũ principiũ est amor Ioan.12. fo.443.b

Pater dedit omnia filio. generãdo enim dedit illi naturã diuinã & cũ natura diuina omnipotentiam & quicquid dei est. Luc.10.fo.251.b

Pax est ordinis tranquilitas. Mat.5.fo.27.b.in principio.

Pax cur à domino non præcipitur sicut & dilectio, sed relinquitur. pax enim est hæreditas quam Christus suis reliquit. Ioan.14.fo.460.b

Pax vera consurgit ex omnibus propriis actionibus & passionibus bene ordinatis. Ioã. 14.fo.460.b

Peccati grauitas duplex: altera ex parte conuersionis, altera ex parte auersionis. Matt.10. fo.62.a

Peccatũ est nomen culpæ Mat. 12.fo 74.b

Peccata venialia non sunt peccata nisi secundum quid. Io. 8 fo.408 a

Peccati seruitus in quibus consistat. Ioan.8.ibidem.

Peccatorũ remissio nõ perficitur in nobis nisi charitate diuina infusa. Luc.7 fo 238 a

Peccatum inest omnibus hominibus. in cõparatione aũt ad

magis peccatores dicuntur aliqui iusti. Matth. 9 fo. 57. a
Peccata remittũtur à ministris Christi per absolutionem sacramentalem, retinentur autem quum negant eam indigno. Ioan. 20. fo. 496. b
Peccatores (hoc est in animo peccandi perseuerantes) regulariter nõ exaudiuntur à deo. Ioan. 9. fo. 416. a
Pectoris percussio ad quid fit. Luc. 18. fo. 292. a
Pœna dãni est qua homo deo priuatur matth. 10. fo. 65. a
Pœnæ sensus, appellatione quæ veniant. mat. 25. f. 139. a
Pœnitentia humani animi sine gratia dei quanto est maior tanto est periculosior. matth. 27. fo. 147. a
Pœnitentia est opus humanum remissio aũt peccatorũ est opus dei, sed pœnitentia nihil valet sine pctõrũ remissione, nec remissio peccatorũ datur sine pœnitẽtia. Lu. 24. f. 319. b
Pœnitentiæ sacramentum institutum est à Christo. Ioan. 20. fo. 496. b
Perfectio suprema nostræ in Iesum Christum fidei est pati propter ipsum. matth. 5. f. 28. a
Periurium est ex se malũ, ita q̃ nulla ratiõe excusari potest. matth. 5. fo. 35. a
Petr⁹ quinquies ad minus Christum negauit: ter ad vocem mulieris, & bis ad minus ad vocẽ virorũ. Io. 18. fo. 485. b
Petri potestas limitatur ad ea quæ super terram liganda aut soluenda sũt. mat. 15. fo. 92. a
Petri regimen ad quid institutũ sit. Ioan. 21. fo. 501. b
Petere orantis est, quærere facitis. Luc. 11. fo. 255. b
Pharisæi & Sadducæi in quibus differebant. mat. 3. fo. 14. b
Phylacterium quid matth. 22 fo. 122. b
pontificatus quibus verbis petro commissus fuerit. Ioan. 21. fo. 501. a
porta angusta cur dicatur via virtutis. Luc. 13. fo 271. a
potẽtiæ naturales sicut non possunt proprios effectus producere nisi in patiente dispositio ita potentiæ ordinariæ ad curationes & miracula non possunt producere effectus nisi in patiente dispositio per fidem. mar. 6. fo. 170. b
Potestas suprema in ecclesia ex duabus rebus constat. altera est authoritas discernendi, iudicãdi, & diffiniendi ea quæ sunt regni cœlorum, siue pro siue contra, & hæc appellata est clauis scientiæ. Altera est authoritas faciendi seu exequẽdi diffinita, & hæc appellatur clauis potentiæ. matt. 15. fo. 91. b. & fo seq. a
Præcepta affirmatiua obligãt nõ pro semper, sed pro loco & tẽpore & aliis circunstantiis rationabilibus. mat. 5. f. 36. a. b

præce

Præcepta affirmatiua regulariter obligant tempore neceſsitatis: & ad mortale ſi contra charitatem dei aut proximi, ad veniale autem grauius & minus graue ſi præter charitatem omittitur. Matth. 5. fo. 37. b

Præceptum iuris naturæ, legis & prophetarum eſt. quæcunque vultis vt faciant vobis homines & vos facite illis. Mat. 7, fo. 49. b

Nullum præceptum de colore quantitate aut figura veſtiũ, de barba aut capillis, & vniuerſaliter de huius indifferẽtibus corporeis inuenitur à Chriſto datũ: ſicut nec differentia cibi & potus. vt etiã per hoc cognoſcamus ipſum eſſe deum. qui fecit omnia, cui omnia ſeruiunt, cui nihil horum diſplicet &c. Marci 6. fo. 171. a

præcepta affirmatiua nõ obligant niſi quũ oportet vel expedit: præcepta negatiua ſemper & ad ſemper &c. Luc. 6. fo. 230. b

Præcepta omnia affirmatiua & conſilia ſicut dantur de ſolis actib⁹ virtutũ, ita nullũ negatiuum tam præceptum quãm conſilium datur cõtra virtutem. Luc. 6. ibi. b. & fo. ſequ. a

Præceptum affirmatiuum non obligat niſi quũ oportet. nec conſulit niſi quum expedit. Lucæ. 6. ibidẽ. & in pluribus alijs locis.

Prędeſtinationis diuinæ vis: & neceſsitas. Luc. 16. fo 283. b

Prædicatio Chriſti quando incœpit. Luc. 3. fo. 219. a

Prædicationis apoſtolorum ſtudium & finis fuit cõuincere mũdũ de relinquenda idolatria, de peccato infidelitatis, & de oblata propitiatiõe ex Chriſti morte, parataque cœleſtis vitæ retributione. Ioan 16. fo. 471. b

Prælatorum eſt non negligere ſcire quid de ipſis dicatur. Matt. 16. fo. 90 b

Prælati officiũ non in agendo pro libito ſed in diſpẽſando conſiſtit. Luc. 12. fo. 267. a

Prælatus eccleſiaſticus debet appetitũ ſeruiendi Chriſti membris & honorandi Chriſti mẽbra (ſcilicet chriſtianos) & ea quę ſunt dignitatis, & ea quæ ſunt operis exercere, & non vt ipſe dominetur & honoretur. Lu. 22. fo. 305. b

Præpoſiti debent doctrinã, correctionẽ curamque adhibere iuxta ſubditorum proportionem. Luc. 12. fo. 267. a

Primogeniti Iudæorũ propter quid preſentabant ſtatuto tẽpore i tẽplo &c. Lu. 2. f. 215 b

Principiũ nõ ſubſtãtię ſed rationalis nomẽ eſt. Ioã. 1. fo. 321. b

Principium initio Gen. & euangelij. Ioã. quid ſignificet. ibi.

Probatica quid ſignificet. Ioan. 5. fo. 367. a

Pronomen hoc quid demõſtret in verbis cõſecrationis corporis Chri. Matt.26.f.142 b
Prophetarũ ſcripta multa perdita ſunt. Mat.27.fo.147.b
Prophetarũ dicta poſſunt licite afferri mutatis verbis modo ſeruetur ſenſus.Io.12.f.443.a
Propoſitio, nolite ſanctum dare canibus, quomodo intelligatur.Mat.7.fo.47.a
Propoſitio, omnis qui male agit odit lucẽ, intelligenda eſt formaliter hoc eſt quatenus mala agit.Io.3.fo.354.b.in fi.
Propoſitio iſta nõ eſt vera, filius aut ſpiritusſanctus producitur de eſſentia aut ſapientia diuina: ſed ſane dicimus quòd producitur filius de eſſentia patris, & ſpiritusſanctus de eſſentia patris & filij .Io.16.f.472.b.in fin.& in prin.ſeq.
Proſelytus quid. Mat.23.f.124.b
Purgatoriũ colligitur ex remiſſione peccatorum in futuro ſæculo.Mat.12.fo.74.b
Q Væſtio cur Matthæus appellauerit Iacob patrẽ Ioſeph, quũ Lucas dicat Heli fuiſſe patrẽ Ioſeph.Matth.1.fo 8.b
Quæſtio cur euãgeliſta deduxit generationem Chriſti ad Ioſeph, quum Ioſeph nõ fuerit pater Chriſti. Mat 1.ibidem.
Quæſtio cur euãgeliſta non deduxit generationem beatæ virginis ex Dauid, de qua verè Chriſtus natus eſt.Mat.1.ibi.
Quæſtio, quomodo Matthæus oſtendat natiuitatem Chriſti ex Dauid per ſuam genealogiam.Mat.1.ibidem
Quæſtio cur Matthæus genealogiam Chriſti in tres ordines diſtinxit.Matth 1.fo.5.b
Quæſtio Heluidij de virginitate beatę virginis poſt natiuitatem Chriſti.Matth.1.fo.5.b & fo.ſequ.
Quæſtio cur beatæ virgini angelus apparuit in vigilia, Ioſeph autem in ſomnis.Mat.1 fo.6.b
Quæſtio, quomodo cum veritate coniugij ſtat cõtinua virginitas mentis in beata virgine.Matth 1.f.6.b:in fine.
Quęſtio cur omnes euangeliſtę utantur nomine Ieſu ſcribentes geſta Chriſti. Mat.1.f.8.b
Quæſtio quomodo verificetur verbum magorum vidimus ſtellam eius.Mat.2. fo.9.b
Quæſtio, quid mõſtrauerit ſtella illa: Chriſtũ ne iam natum an Chriſtum naſciturũ poſt certum tempus.ibidem.
Quæſtio quomodo ſtella illa monſtrauit Chriſtum. ibidẽ.
Quęſtio qũo magi cognouerũt ortũ illius ſtellæ eſſe ſignum ortus Chriſti ibidem fo.10.b
Quæſtio an Chriſtus intra. 40. illos dies quibus ieiunauit eſurierit.Mat.4.fo.19.b
Quæſtio cur potius beatificauit

Ieſus

Ieſus ſanctũ paupertatis vſũ quàm ſanctũ vſum diuitiarũ Matth.5.fo.25.b

Quæſtio cur Ieſus paupertatem prætulit ſufficientiæ quo ad beatitudinẽ. Matth.5.ibi.b

Quæſtio cur Ieſus mẽdicos ſpiritu dicat beatos:quũ ipſe totius perfectionis exẽplar nõ fuerit mẽdicus ſecũdũ rei veritatẽ ſed potius dãs eleemoſynas mendicis. Matthæi.5. ibidem.25.b. & fo.ſequen.a

Quæſtio cur Ieſus beatificauit luctũ.qui ad nihil vtilis ſcribitur: immo qui prohibetur. Matth.5.fo.26.b

Quæſtio quomodo verificẽtur hæc Chriſti verba, non veni diſſoluere legem aut prophetas.Matth.5.fo.30.a

Quæſtio qua ratione is qui violat & violare docet mandata minima vocabitur minimus in regno cœlorum. Matth.5. fo.31.a

Quæſtio an per creaturã iurans intendat iurare per illã quatenus in illa eſt deus.Matth. 5 fo.35.b

Quæſtio quid præcepto nõ iurandi prohibetur.Mat.5. ibi.

Quæſtio.quũ dñs dicat ſi remiſeritis hominibus peccata eorum remittet & vobis pater veſter &c an fornicarius ſeu in alio crimine perſeuerans ſecurus ſit de venia cõſequẽda à deo ſi remittit alijs offẽſas contra ſe factas.Matth. 6.fo.42.b

Quæſtio qũo integre applicetur parabola arboris quantũ ad hoc quod putris arbor facit tãtũ malos fructus: quũ falſi prophetæ malæ volũtatis faciant etiam aliqua bona opera.Matth.7.fo 50.b.in fine.

Quæſtio qũo ſtant hæc duo ſimul:quod vobis dico i tenebris &c. & ego palam locut⁹ ſum mũdo & in occulto locut⁹ ſum nihil.Mat 10.fo.63. b.in fine & fo.ſeq.a

Quæſtio quomodo ſtat dictum apoſtoli(nũquid deo cura eſt de bobus)cũ ſententia domini,aſſerentis diuinã prouidẽtiam extendere ſe etiã ad paſſeres.Mat.10.fo.64.b

Quæſtio qũo verificatur Chriſtũ fuiſſe tribus dieb⁹ & tribus noctibus in corde terræ. Mat.12.f.75.b in fi.& f.ſeq.a

Quęſtio qũo intelligendum eſt verbũ domini, qui nõ habet & id quod habet auferetur ab eo Mat.13.fo.78.a

Quæſtio qua humana iuſtitia rex ille in parabola de homine rege,iudicat ꝙ oportuit ſeruũ illũ ingratũ facere ſicut factũ eſt ei.nec ſolum iudicat ſed damnat & repetit totum debitum Matth.18.fo.100.b

Quæſtio quomodo ſine pœnitentia ſunt dona dei, quum debita ſemel donata à deo poſtea repetuntur. Matt. 18. fo.101.b

Quæstio quomodo verificatur quòd sic faciet pater cœlestis torquendo ingratum peccatorẽ quoadusque reddat, quũ torqueatur post mortem in æternũ fine termino aliquo. Matt.18.f.101.b.

Quæstio an in lege veteri diuortium cum libello repudij fuerit licitum. Matt.19.fo.103.a

Quęstio si quos deus coniunxit homo seperare non potest, quomodo diuortium illud legale coniugiũ soluebat. Mat.19.fo.130.a.in fine.

Quæstio qũo illi primi operarij missi in vineã significãtur in numero electorũ ac sctõrũ quũ vita æterna non iustitia, sed gratia dei habeãt, isti ante secũdũ purã iustitiam mercedẽ acceperĩt. Mat.20.f 80.b

Quæstio quomodo verificatur quòd deus prẽmiat ocẽs supra condignum. si primos illos operarios prẽmiat secundũ purã iustitiã. Mat.20 f.108.a ĩ prĩ-

Quæstio cur filij Zebedæi petierunt sedere in regno Christi à dextris & sinistris eiº, quum iam Christus promisisset illis hoc dicens: quum sederit filius hominis, &cæ. Matth.20. fo.109.a

Quęstio quomodo ex hoc quòd deus est deus Abrahę & Isaac & Iacob habetur resurrectio mortuorum. Matt.22.f.119.b.

Quæstio cur dominus prędicęs Iudęis pœnã quã passuri erãt propter occisionẽ & persecutionẽ Christianorum, explicauit omnem sanguinem iustum ab Abel & Zacharia filio Barachiæ. Mat.23.f.127.b.

Quæstio quorsum affertur parabola de patre fa. vigilaturo si sciuisset. &c. Mat.25.

Quæstio quomodo verificatur quòd omnes accipientes gladium pereant gladio: & cur hoc applicatum sit ad factũ Petri, qui iustæ defensionis causa gladio vtebatur. Matt.26.f.144.b.in fi & fo. sequ.

Quæstio quum dominus apud Matthæum vetet ne Apostoli sui virgam in via portent, quomodo, apud Lucam hoc eis concedit. Marc.5.fo.171.a

Quæstio quum apud Matthæũ videantur apostoli mitti ad prædicandum sine calciamẽtis, cur apud Lucam mittuntur calceati sandalijs. Mar.6. ibidem.

Quæstio quomodo verificatur quicunque reliquerit vxorẽ, &c. quum non liceat alligato vxori illã dimittere propter effectum perfectioris vitæ. Mar.10.fo.182.b

Quæstio, an Lucas dicens factũ est autem quum sacerdotio fungeretur Zacharias, loquatur de simplici an de summo sacerdotio. Luc.1.fo.200.a

Quæstio cur Augustus iussit describi vniuersum orbẽ: quum vniuersus orbis non esset ei subiectus. Luc.2.fo.212.b

Quæstio an verum sit vniuersa liter

liter q̄ cui parum dimittitur, parū diligit. Luc. 7 fo. 237. b.
Quæstio qūo in transfiguratione Christi Petrus cognouit Moysē & Eliā. Lu. 9. f. 244. b
Quæstio, an iis qui nō remittūt offensas sit dicēda oratio dominica. Luc. 11. fo. 254. b. in fi.
Quęstio cur Christus in exēplo humani patris quo docet deū nō dare petētib⁹ nisi vtilia, panis, piscis, & oui meminit. Lucæ. 11. f. 255. b
Quæstio 'quomodo Pharisæis vere dictum est, ecce regnum dei ītra vos est. Lu. 17. f. 288. a
Quęstio arriano tū cur ibi & de⁹ erat verbū, dictioni de⁹ nō p̄ponit articul⁹ &c. Io. 1. f. 323. b
Quæstio quid noui crediderūt discipuli viso miraculo mutationis aquę ī vinū, qui iā crediderant Christum esse Messiam. Io. 2. f. 345. 4. in fine.
Quæstio. cur. Christ⁹ nō baptizabat p̄ seipsum. Io. 4. fo. 360. a
Quæstio quo verificatur q̄ qui biberit ex aqua spūalis gratię nō sitiet in æternū, quū appareat instātia de siti eorum qui perdiderūt gratiam & dei siti proficientium. Io. 4. fo. 361. b.
Quæstio cur Iesus apud Io. vitauit locū vbi nō erat honorād⁹ & iuit in Galileā vbi honorandus erat Io. 4. f. 365. b. in fine
Quęstio, quid deus vsque modo cōtinue operatur. Io. 5. f. 362. b.
Quæstio cur oportuit filiū dei esse filiū hoīs ad hoc vt constitueret iudex mūdi. Io. 5. f. 373. b
Quæstio qūo verificatur, si ego testimoniū prohibeo de me ipso testimonium meum non est verum, quum alio in loco asseratur contradictoriū eius Io. 5. fo. 374. b. in fine
Quæstio, quid est Moysen 'accusare Iudæos. Io. 5. fo. 378. a
Quęstio, quū Iesus p̄cepisset discipulis vt se ad Bethsaidā p̄cederēt, an discipuli īobedientes fuerīt eūdo capnaū. I. 6. f. 380. a
Quæstio cur dicitur apud Io. q̄ discipuli voluerūt accipere Iesum in nauim, quū constet ex aljs euāgelistis eū ingressum nauim. Io. 6 fo. 380. b
quęstio qūo verificatur q̄ panis ille cœlestis tollit mortē: quū multi postquam 'comederunt hunc panem, mortui sint spiritu. Io. 6. fo. 386. b
Quęstio qūo cognouit cęcus curatus à Iesu q̄ Iesus lutū fecerat quū hoc nō vidisset. I. 9 f. 415 a
Quæstio an quilibet solo Christo excepto describā mercēnari⁹ seu nō pastor Io. 10. f. 420 b
Quęstio qūo verificetur verbū Christi, & fiet vn⁹ pastor, quum iā esset ipse Iesus pastor vnus Ioan 10. fo. 421. b
Quęstio qūo Iesus⁹ discipulos mittebat ad p̄dicādum finem appropinquare, & ipse per Iudā marsupiū portabat. Io. 12. f. 435. a
Quęstio, quomodo discipuli Christi dicūtur recordati eorū quę non cognouerāt, quū me

moria nō fit niſi prius cogni torum. Ioan. 12. fo. 436. b.
Quæſtio cur deus pœnas excæcationis & induratiōis &c. diſpoſuit, & p Eſa. dixit ſe illatu rū eas Iudęis Io. 12. f. 442. a. b
Quæſtio quū ſtant hæc duo ſimul, p Ieſus cœnauerit in primo die azimorū, & ante feſtū Paſchæ. Io. 13. fo. 445. b. in fi.
Quæſtio quū Ieſus prius numeraſſet Iudā inter electos à ſe dicēs, nōne ego elegi vos duo decī, qūo poſtea excipit Iudā ab electis à ſe Io. 13. fo. 449. a
Quæſtio de loco in quo tēpore cœnæ fuit colloquium inter Ieſum & Petrum: & de ordine verborum. Io. 13. fo. 452. a
Quomodo ſtāt hæc duo ſimul: p ſpiritus veritatis manebat apud apoſtolos, & p erat eis dandus. Io. 14. fo. 457. b
Quæſtio quomodo verificatur p nos prius diligamus deum quàm ipſe nos. Io. 14. f. 459. a
Quæſtio qūo verificaī ſentētia Chriſti, maiorē hac dilectionē nemo habet vt animā ſuā ponat quis pro amicis ſuis: quū appareat maioris eſſe dilectionis ponere aīam ſuam pro inimicis quàm pro amicis. Itē de qua magnitudine eſt ſermo quū dicitur maiorem. Io. 15. fo. 466. b. in fi. & ſeq.
Quæſtio cur ſi Ieſus non iuiſſet ad patrem paracletus nō veniſſet. Ioan. 16. fo. 470. a
Quæſtio quomodo verificatur quòd Pilatus poſt ſecundam examinationem Ieſu volebat dimittere eū: quū antea hoc idē quæſiſſet. Io. 19. fo. 490. b
Quæſtio qūo apud Lucā diſcipuli redeūtes ex Emaus inuenerūt congregatos vndecim: quū apd Io. innuatur defuiſſe Thomā. Io. 20. fo. 497. b
Quæſtio quota fuit apparitio Ieſu iuxta mare Galilæę &c. Io. 21. fo. 540. b in. prin.
R Abbi authoritatiue eſt ſol⁹ Chriſtus. reliqui ſunt rabbi miniſterialiter tantum. Matthæ. 23. fo. 122. b
Rabbi & magiſter in quo differant. Mat. 23. ibidem.
Rachab quæ fuerit: & cur eius ac Ruth meminit euangeliſta Mat. 1. fo. 3. a
Rachel cur dicitur mater innocentium. Mat. 2. f. 12. b. in. fi.
Regnum cœlorū vnū atque idē eſt quod in cœleſti patria cōſummate, in præſenti vero vita inchoatiue eſt. & propterea à ſacris doctoribus modo pro militāte mō p triūphāte eccleſia ſumitur. Mat. 5 f. 31. a
Regnū terrenū ꝓmittebāt tpe priſcorū ꝓphetarū à dieb⁹ aūt Io. Bap. ĩcœpit p̄dicari & ꝓmitti regnū cœ. Mat. 11. f. 67. b
Regnū cœlorū in parabola de homine rege accipitur ſecundum vtrunque ſtatū, vitę. ſ. & termini. Matt. 20 fo. 106. b.

Regnum

Regnum dei duplicem ſtatū habet alterū ſpirituale in preſenti via i cordib⁹ fideliū alterū nō ſolū ſpūale, ſed etia corporale. regnāte deo nō ſolū in animab⁹, ſed etiā in corporib⁹ hominum iā glorificatorum in anima & corpore. Luc. 17. fo. 238. a. & ioan 3. fo. 348. a.

Regni dei viſio quibus contingat. Ioan. 3. fo. 348. a.

Religio ſi adſvſum materiæ in articulo neceſſariæ pietatis ſpectetur, eſt pietati poſtponēda, &c. Mat. 15. f. 86 b. in. fi.

Requies animi in deo, magnū & incredibile donū eſt, quod nullus nouit niſi humilis & mitis, expertus ſuaue iugum domini. Matt. 11. fo. 70. b

Reproborū pœnę qūo in hac vita ordinentur. Io. 12. fo. 443. a

Reſurrectio Chriſti in aurora facta eſt. Marci. 16. f. 195. b

Reſurrectio eorum qui ſurrexerūt cum Chriſto fuit ad vitā immortalē. Mat. 27. f. 151. b.

S

Sabbatū apud Hebręos appellat quilibet dies feſtus in quo operari non licet. Mat. 28. fol. 153 a.

Sabbatū quū ad hoim vtilitatē ordinatū ſit, in hominis dānū verti nō debet. Mar. 2. f. 163. a

Sabbatum ſecundo primum appellatur vltimus dies feſtiuitatis ex multis ſabbatis conſtantis, &c. Luc. 6. fo. 228. a

Sabbatorū appellatione ſeptimquique dies (qui non qñque ſed ſemper ſunt ſabbata) intelliguntur. Ioā. 20. fo. 493. b. Et cur dies dominicus dictus ſit vna ſabbatorum Ibidem. b.

Sacerdotes & pontifices nuſquā in euangelio inueniuntur à Chriſto obiurgati ſeu reprehēſi &c. Matt. 23, f. 121. b.

Sacerdotum princeps conſtituebatur à regibus & mutabatur prout regi videbatur, non obſtante ſtatuto legis Moyſi. Luc. 1. f. 200. a

Sacerdotum erat benedicere filijs Iſrael. Luc. 2. fo. 216. a.

Sacerdotes & leuitę viuebāt ex cōibus toti populo, decimis oblatiōibus &c. Lu. 10. f. 253. a

Sacrificātes tēpore legis māducabāt & bibebāt corā domino hoc eſt in loco ad cultū diuinum dicato & ſecundū legis ritū. Lucę 13. f. 272. b.

Sacrificia Iudęorū offerebātur in atrijs tēpli, in quib⁹ etiam vacabatur orationi & doctrinę legis, in ipſum enim tabernaculū quod ſtrictiori vocabulo tēplū appellatur nō ingrediebātur niſi ſacerdotes. Io. 2. fo. 345. b. in fine

Sadducęi nō admittebāt ſcripturas ſacras niſi Moyſi, neque ſciebāt aliū viuēdi modū niſi quā in hoc mūdo videbāt inter homines. ſ. comedendo, bibendo, generando, &c. Matt. 22. fo. 118. b. in fine & fo. ſeq

Saluando

Saluando tria sunt necessaria: amor vitæ futuræ plus quàm præsentis, constantia in hoc studio, & electio diuina. Lu. 17. fo. 286. a

Samaritani nec gentiles nec Iudæi erant: sed simul colebant deũ verũ & propria idola, & ob id exosi erant Iudæis plus q̃ ij qui erant totaliter Gentiles. Io. 4. f. 360 a. & b. in prin.

Samaritani colebant deũ israel in loco in quo adoratus est à Iacob. Ioan. 4. fo. 362. b

Sanctificare quid. Io. 17. f. 480. b

Sanctitas soli deo per excellentiam conuenit. Io. 17 f. 479. a

Sãguis Christi in os infantium infundendus non est, qui bibere adhuc nequeunt, sed fugere. Mat. 26 f. 142 b

Sapientia est circa diuina, prudentia circa humana. Matt. 11. fo. 69. a. b

Satan Hebræa dictio sonat aduersariũ. Mat. 4 fo. 21. a. in fi.

Satisfactio fratri debita, si fieri potest, præcedere debet sacrã cõmunionẽ, quæ est munus altaris noui testamenti. Mat. 5. fo. 33 a

Satisfactiõis pfectę forma est restituere male ablata nõ simpla, sed quadrupla (ad satisfaciẽdũ dãnis quæ potuerũt incurrere damno affecti) & de proprio eleemosynis redimere peccata. Lu. 19. fo. 294. a

Scãdalizãti quæ & quãta pœna debeatur. Luc. 17. fo. 286. a

Scenopegia est dictio Græca, à fixione tẽtoriorũ dicta, significãs tabernaculorũ festũ q̃d à 15. die mensis septimi à Iudęis septẽ dieb' celebrabat, in memoriã q̃ fixerãt tabernacula 40. annis in deserto aliti à deo. Io. 7. fo. 394. a

Sectæ tres apud Iudæos erant, Pharisæorum, Sadducęorum & Essęorũ. Mat. 22. fo. 118. b

Sensus aliquis mysticus ad adimpletionẽ scripturæ spectat. Io. 19. 493. a

Septenarius numerus Hebræo more vniuersitatis est index: qm̃ apd Moysẽ septẽ dies vniuersa cõphẽdũt. Lu. 8. f. 238 b

Sichar Sechã & Sichẽ sũt noĩa eiusdẽ ciuitatis. Io. 4. f. 360 a ĩfi.

Sicera quid. Luc. 1. fo. 201. b

Signa necessario pcedẽtia finẽ mũdi quæ discipuli à Christo didicerũt, nõ monstrãt consummationẽ mũdi quasi in ianuis seu ad certũ tempus post signa hęc. mat. 24. f. 129. b

Sinapis granũ videt simpliciter & absolute esse minimum omniũ seminũ. mat. 13. f. 80. b

Sinus Abrahę ante Christi passionẽ erat limbus patrum, qui Abrahę sinus dicit, eo q̃ merito fidei Iesu xpi qui primũ Abrahę pmissus est, quietẽ illã iusti alleqbãt. Lu. 16. f. 284 b

Solennitates duæ secundum legem ex pluribus sabbatis cõstabant Paschalis & tabernaculorum. mat. 12. fo. 71. a

Solici-

Solicitudo eſt pars intellectꝰ practici, circa exequenda inquietam vigilantiã adhibens. Luce 10.fo 253.b

Sortes filiorum Aaron principum ſanctuarij & domus dei, erant. 24. Luc.1.fo.200 a

Spicas cõfricare in ſabbato, cur Phariſei cenſuerint illicitum. Matth.12.fo.71.b

Spiritus blaſphemia quid. Mat. 12.fo.74 a

Spiritus blaſphemia regulariter nõ remittitur: quia comitem ſemper habet obſtinationẽ. Mat.12.f.74.a

Spiritꝰ ſancti appellatione quãdoq; ſignificatur deus ſecundum quòd ſpiritus ſancti officium exercet. hoc eſt ſecundũ quod ſpirituales ac ſanctos efficit animos hominũ, illorũq; fructus ſeu opera. & ſic accipitur ſpiritus ſanctus vbi dicitur qui dixerit verbũ cõtra ſpiritum ſanctũ &c. Matt. 12.fo.74.b

Spiritus immortales & homines immortales quãdoq; apparẽt mortalibus. Mat 27. fo.151 b

Ad ſpiritũ ſanctum obtinẽdum requiruntur tria: orare mente, quęrere factis & perſeuerare vtriſq;. Luc.11.f 255.a.b.

Spiritus ſanctus quare accõmodatum ſit ad circũloquẽdum proprium nomen tertię perſonę trinitatis. Io.14.f. 460.a

Spiritum ſanctum precedere à patre & filio ſub Eugenio.4. in concilio Grecorũ & Latinorum hac ratione deductũ eſt pater & filius in omni operatione ſunt vnũ in qua nõ obuiat relationis oppoſitio ĩter patrẽ & filiũ in hoc quod eſt ſpiritum ſanctum procedere à patre nulla admiſcetur relationis oppoſitio inter patrem & filium: ergo Ioã.15.fo. 469.a

Stare eſt naturalis ſitus hominis perfecti, ſedere autem imbecillitatis. Mat.16.fo.197.b

Stella quę oſtendit Chriſtũ natum quid fuerit. mat. 2.fo.9.b

Statuta omnia in lege & quęcũque prophetę tradunt, ordinãtur vel ad diligendum deum in quo clauduntur ora (quę ſunt fidei, ſpei, religionis & morum) vel ad dililigendum proximũ: & in hoc claduntur quę ſunt iuſtitię, obſeruãtię, veritatis, amicitię, miſericordiæ & ſimilium. matth. 22.fo.121.

Sudor ſanguineus Chriſti qũo acciderit. Lucę. 22.fo.308. b.

Superbi obiectũ non eſt honor aut gloria ſed ipſemet: quoniam affectus, ſtudium officiumq; ſuperbi totum tendit ad exaltãdum ſeipſum. Et ſimiliter obiectum humilis eſt ipſemet &c. matt 23.f.124 a Lucę.14.fo.273.b

Superbia ſola ſe opponit deo: cætera enim vitia fugiũt &c. Lucę.1.fo.209.b

Synagoga tempore templi erat locus publicus dicatus ad doctrinam diuinæ legis & orationem. Luc. 7. fo. 235. a

T

Alitha cumi quid significet. Marc. 5. fo. 170. a

Templū Hierosolymitanū inchoatū à Zorobabele, annis plus minus. 46. ædificatum est. Ioan. 2. fo. 346. b.

Téporalia bona nó cõprehenduntur sub Petri potestate nisi relata ad spiritualia. Matt. 16. fo. 92. a

Tenebræ factę super vniuersam terram tẽpore passionis Christi. vnde acciderint & quanto tpe durauerit. mat. 26. f. 150. a & Luc. 23. fo. 314. a. b.

Testamenti veteris status, status legis & prophetarū vsque ad Ioannis Baptistæ tẽpora durauit. Luc. 16. fo. 283. a

Tetrarcha nomẽ est prĩcipatus ad instar regni. Luc. 3. f. 218. b

Thamar quæ fuerit: & cur eius meminerit euangelista. Matt. 1. fo. 2. b in fine.

Thesaurizare in terra quomodo est à domino prohibitum Matth. 6. fo. 43. a

Thimiamatis vsus in veteri testamento erat duplex. alter quotidianus. alter semel in anno in die expiationis &c. Luc. 1. fo. 200. b.

Timor soli' mali est: quoniam nemo bonum timet. verunta mẽ potestas inferẽdi malum quãtũcũq3 in se sit bona timẽda est ratione mali cuius est illatiua. & hoc modo deus in se optimus timendus dicitur Matt. 10. f. 64. a. & Lucæ. 12. fo. 263. a

Toto corde, tota anima & tota mẽte diligere deũ, quomodo Præceptũ est. Mat. 22. f. 120. a

Trinitatis mysteriũ reuelare appropriat filio: qm̃ fili' in carne veniens illud manifestauit. Matthæi. 11. fo. 70.

Trinitatis notitia reseruata est soli deo: g̃uis notitia dei sit naturaliter hominibus & angelis cõicata. Matt. 11. f. 143. b

Trinitatis opera ad extra sunt indiuisa & quo ad rationẽ faciendi & quo ad substantiam modũque faciẽdi, & nõ tãtũ quo ad terminũ. Io. 5. f. 370 b

Tristitia quomõ fuerit in Christo. Matth. 26. f. 143. b

V

Elum templi (quod inter sanctuariũ & sanctum sanctorum erat) cur in morte Christi scissum est. Matt. 26. fo 151. a

Verbum traducere quid significet. Matth. 1. fo. 6. a.

Verbũ venimus ibi & venimus adorare eum, præteriti temporis est. Matt. 2. fo. 9. a

Verbum caro factum est simulatque beata virgo concepit Luc. 1. fo. 207. a

Verba sensibilia frequenti vsu appella-

appellamus & omnes dictiones ſignificatiuas & ſermonem ex pluribus cõſtantem dictionibus. Sicut aũt verbũ ſenſibile eſt id quod dicitur, ita intelligibile verbũ eſt id quod intellectus apud ſe dicit intelligendo aliquid. ita quòd cõceptus ille quẽ intellectus intelligendo format de re quam cognoſcit, appellaẽ verbũ ítelligibile. I. 1. f. 324. a

Verbũ & ratio in quo differant Ioan. 1 ibidem. a

Verbi eſſe ac per hoc omnium perſonarũ diuinarũ eſt relatio realis. Itẽ verbũ diſtinguitur realiter à deo dicẽte ipſũ ac per hoc perſonę diuinę omnes diſtingũtur inter ſe realiter. Io. 1. fo. 325 b & fo. ſeq. a

Verbum diuinum deſcendiſſe de cœlo quid. Ioan. 6.

Via vitæ cœleſtis cur deſcribatur quęranda ex ſimilitudine portæ anguſtæ & viæ arctæ. Matth. 7. ſo. 49. b

Vim pati proprie illud dicitur quod patitur ad quod nullã habilitatem habet. Matthæi 11. fo. 67 b

Viri nõ habẽt oſſa firmata vſq; ad quartum ſeptennium. Luc. 1. fo. 203 b

Vitã æternã volenti dicitur ſerua mãdata ad quæ lex diuina te obligauit: volẽti autẽ perfectionẽ dicitur vẽde omnia &c. hoc eſt ſerua cõſilia paupertatis, miſericordię &c. Matthi. 19. fo. 104. b

Vitæ actiuæ vacãtes egẽt doctrinæ repetitione ad hoc vt illã imbibant. quoniã ſunt diſtracti interius, & hinc prudẽtes viri bis repetunt mandata occupatis & diſtractis. Luc. 10. fo. 253. B

Vita actiua circa multa deſcribitur: quoniam eius obiectũ multiplex eſt. tum quoad genera: vt paſcere eſurientẽ, potare ſitientẽ, veſtire nudũ, & ſimilia. tũ quoad executiones: quoniã multis opus eſt occupationibus ad huiuſmodi exequẽda. Luc. 10 ibidẽ b

Vitæ cõtemplatiuæ obiectũ eſt vnũ. ſ. æterna fœlicitas. quæ cõſiſtit in vno immo ſumme vno obiecto, deo. ſ. & in vnã mẽtis applicatione ad videndũ deũ & fruẽdo deo abſq; multiplicatione & ſucceſsiõe quacunque &c. Lucæ 10 ibi. b. & fo. ſeq. a.

Vita actiua poteſt tolli ab inuito quoniã multipliciter poteſt quis impediri vt non vacet miſericordiæ operib⁹ puta rapinis, direptionibus & huiuſmodi. ſed cõtemplatio nõ põt tolli ab ĩuito: quoniã cõtẽplatiuus omnia ſecũ portat, & inter tormẽta maxime cõtemplatur. Lucę. 10. ibidẽ.

Vnctio olei qua apoſtoli vngebãt ęgrotos nõ erat ſacramẽtalis (qualis eſt vnctio extrema qua eccleſia vtĩ) ſed initium

tium quoddã. Mar.9.f.171.b

Vocari rabbi seu magistrum & vocare nobis patrẽ super terrã, cur prohibuerit dominus Mat.23.fo.122.b

Velle diuinum relatum ad præcepta, monita consilia prohibitiones & similia, appellatur â theologis voluntas signi: cõtra quã volumus quotiens peccamus, nõ obediendo præceptis dei. Relatũ vero ad illa quæ ab ęterno dispositi executioni mãdari, vocatur volũtas beneplaciti. de qua scriptũ est omnia quęcũque voluit fecit &c. Matth.23 fo.127.b.in fine.

Duę sunt in Christo voluntates diuina & humana. Matth. 26.fo.144.a

Voluntatis malæ affectus ponitur mala cogitatio, tum vt intelligamus omnẽ malã cogitationem esse aliquo modo voluntariam tũ vt intelligam⁹ inquinari homines solis malis cogitationibus etiã si nullũ exterius malum, nullus exterior sermo malus adsit. Mar.7.fo.174.b

Voluntas mala nõ potest bonũ fructũ tam operationis quã locutiõis producere: cũ quo tamen stat quòd ex illa operatione bonus effectus sequatur. verbi gratia euãgelizans propter inanem gloriã malũ fructũ producit, quia prædicatio ipsa peccatum est, effectus tamẽ concomitãs (puta cõuersionis auditorũ ad pœnitentiã) bonus est: sed nõ à mala voluntate prædicantis, sed à bona voluntate audientis. Lucæ.6.fo.23.b

Volũtas omnis dei glorioſi bona est, tũc si referatur ad actũ volendi quàm si referatur ad volitum. Lucæ.10 fo.251.b

Voluntas bona confert intellectui discernere doctrinã quæ ex deo ẽ ab ea quæ nõ est ex deo. quia spiritualis homo omnia dijudicat, animalis autẽ hõ nõ percipit ea quæ dei sunt &c. Io.7. f.396.a in fine.

Votũ nullum indicitur à Christo volẽti vitæ perfectionem assequi. quia non in vinculis votorum sed in operibus cõsistit perfectionis assecutio. Matth.19. fo.105.a

Vxor nõ potest dimittere virũ adulterantem: quanuis iuxta domini doctrinam vir possit dimittere vxorem fornicantem & aliã ducere &c. Mat. 19.fo.104.a

Z Zorobabel ex gratia Cyri regis Persarum templum Hierosolymitanum reædificauit. Matth.1. fo.4.a in fine.

FINIS.

tuor Euangelia prefatio Cõmentarijs tamẽ eius in Mat-prefixa.

PLVRES fuisse qui euãgelia scripserũt & Lucas Euãgelista testaẽ (dicẽs;Quoniã quidẽ multi conati sũt ordinare narrationẽ rerũ q̃ in nobis cõpletę sũt sicut tradiderũt nobis qui ab initio ipsi viderunt sermone & ministrauerũt ei).& perseuerãtia vsq3 ad presens tẽpus moniméta declarãt.q̃ à diuersis authorib⁹ edita, diuersarum hęresũ fuere principia : vt est illud iuxta AEgyptios & Thomã & Matt.& Barth.duodecĩ quoque Apostolorũ, & Basilidis atq3 Apelis ,ac reliquorum quos enumerare lõgissimũ est.Quũ hoc tãtum in presentiarũ necesse sit dicere,extitisse quosdã qui sine spiritu & gratia dei conati sũt magis ordinare narrationẽ, q̃ historię texere veritatẽ.Quib⁹ iure põt illud ꝓpheticũ coaptari,ve qui prophetãt de corde suo:qui ambulãt post spiritũ suũ:qui dicũt;hęc dicit dominus,& dñs nõ misit eos.De quibus & saluator in Euãgelio Ioãnis loquit̃,Oẽs qui ante me venerũt;fures fuerunt & latrones.qui venerũt nõ qui missi sunt.Ipse enĩ ait,Veniebãt & ego nõ mittebã eos.In venientibus enĩ præsumptio temeritatis in missis obsequijs seruitutis ẽ. ¶Ecclesia aũt q̃ domini voce super petrã fundata est, quã introduxit rex in cubiculũ suũ,& ad quã per foramẽ descẽsionis occulte misit manũ suã similis damulę hinnuloque ceruorũ, quatuor volumina paradisi instar,eructãs, quatuor angulos & annulos habet ꝑ quos quasi arca testaméti & custos legis dñi lignis immobilibus vehitur;Primus oĩm Matth. est publicanus cognoméro Leui:qui Euãgeliũ in Iudęa Hebrẽo sermone edidit ob eorũ vel maximè causã qui in Iesum crediderãt ex Iudęis, & nequaquã in legis vmbra secedẽte Euangelij veritatẽ seruabãt. Secũdus Marc⁹ interpres Apostoli Petri,& Alexãdrinę ecclesię primus episcopus. qui dominũ quidẽ saluatorẽ ipse non vidit, sed ea quæ audierat magistrum prædicantem iuxta fidem magis gestorũ narrauit quàm ordinem. Tertius Lucas medicus,natione Syrus Antiochensis,cuius laus in Euãgelio : qui & ipse discipulus Apostoli Pauli in Achaię Bithinięque partibus volumen condidit,quędã altius repetẽs,& vt ipse in procemio cõfitetur,audita magis quàm visa describens. Vltimus Ioannes Apostolus & Euangelista,quem Iesus amauit plurimũ,qui super pect⁹ domini recũbens purissima doctrinarũ fluenta potauit,& qui solus de cruce meruit audire. Ecce mater tua Is quũ esset in Asia,& iam tunc hęreticorum semina pullularent Cherinthi & Hebionis & cęterorũ qui negãt Christũ in carne venisse(quos & ipse epistola sua Antichristos vocat,& Apostol⁹ Paul⁹ frequẽter percutit)coactus est ab omnibus pene tũc Asię episcopis & multarũ ecclesiarum legationibus de diuinitate saluatoris altius scribere ; & ad ipsum(vt ita dicã) dei verbũ non

amaudaci quàm fœlici temeritate prorũpere Et eccleſiaſtica nar
ratio hiſtoria, quũ à fratribus cogeretur vt ſcribe ret, ita facturum ſe
reſpondiſſe ſi indicto ieiunio in cõmune omnes deũ deprecarẽ
tur Quo expleto, reuelatione ſaturatus, illud proœmiũ è cœlo e-
ueniens eructauit. In principio erat verbum, & verbũ erat apud
deũ, & deꝰ erat verbũ, hoc erat in prĩcipio apud deũ ¶Hæc igitur
quatuor Euãgelia multo ante prædicta, Ezechielis quoque volu-
lumen probat in quo prima viſio ita cõtexitur. Et in medio ignis
ſimilitudo quatuor animaliũ & vultus eorũ facies hominis, & fa
cies leonis, & facies vituli, & facies aquilæ. Prima hominis facies
Matthęũ ſignificat: qui quaſi de homine exorſꝰ eſt ſcribere, Liber
generationis Ieſu Chriſti filij Dauid filij Abrahã. Secunda marcũ:
in quo vox leonis in eremo rugientis auditur Vox clamãtis in de
ſerto, parate viã domini, rectas facite ſemitas eiꝰ. Tertia vituli. quæ
Euangeliſtam Lucã à Zacharia ſacerdote ſumpſiſſe initium prę ſi
gurat. Quarta Ioannem Euangeliſtã. qui aſſumptis pennis aquilę,
ad altiora feſtinans de verbo dei diſputat ¶Cętera que ſequuntur
in eundem ſenſum proficiunt, Crura eorũ recta & pennãti pedes,
& quocunque ſpiritus ibat, ibant & non reuertebantur, & dorſa e-
orũ plena oculis, & ſcintilæ ac lampades in medio diſcurrentes, &
rota in rota, & in ſingulis quatuor facies. ¶Vnde & Apocalypſis
Ioannis poſt expoſitionem vigintiquatuor ſeniorum qui tenentes
citharas & phialas adorant agnũ dei, introducit fulgura atque to
nitrua, & ſeptem ſpiritus diſcurrentes, & mare vitreum, & quatu-
or animalia plena oculis, dicens, Animal primum ſimile leoni. &
ſecundum ſimile vitulo. & tertium ſimile homini & quartum ſimi
le aquilæ volanti. Et poſt paululum, Plena inquit erãt oculis, & re-
quiem nõ habebant, die ac nocte dicentia, ſanctus ſanctus ſanctꝰ
dominus deus omnipotens, qui erat & qui eſt & qui venturus eſt.
Quibus cunctis perſpicue oſtenditur, quatuor tantum debere Euã
gelia ſuſcipi, & omnes apocryphorum nænias mortuis magis hæ
reticis quam eccleſiaſticis viuis canendas.

Vita S. Matthęi, per D. Hie. in libro de eccleſiaſticis ſcriptoribus.

MATTHAEVS qui & Leui, ex publicano Apoſtolꝰ, primus in
Iudæa propter eos qui ex circunciſione crediderãt, Euãgeliũ Chri
ſti Hebraicis literis verbiſq; cõpoſuit. Quod quis poſtea in Grecũ
trãſtulerit, nõ ſatis certũ eſt. Porro ipſũ Hebraicũ habetur vſque
hodie in Cęſarienſi bibliotheca, quam Pamphilus martyr ſtudio-
ſiſsime cõfecit Mihi quoque à Nazarẽis qui in Beroea vrbe Syrię
hoc volumine vrũtur, deſcribẽdi facultas fuit. in quo animaduer-
tendũ, quod vbicũque Euãgeliſta (ſiue ex pſona ſua ſiue ex perſo-
na domini ſaluatoris) veteris ſcripturę teſtimonijs vtꝰ, nõ ſequiꝰ
70 trãſlatorum authoritatẽ, ſed Hebricã. E quibus illa duo ſunt. ex
AEgypto vocaui filium meum, &, quoniã Nazarẽus vocabitur.

THOMÆ DE VIO CAIETANI CARDINALIS SANCTI XISTI, IN NOUUM TESTAMENTUM IUXTA SENSUM LITERALEM COMMENTARIJ. ET PRIMO IN EUANGELIUM SECUNDUM MATTHÆUM.



POstquam diuina fauente gratia expoſuimus pſalterium ad literã, intendimus multorum precibus adquieſcentes, nouum teſtamentum etiam ad literam exponere. Et inchoãdo à Matthæo, titulum eius, qui apud Græcos habetur (quem dicitur Matthęus ipſe apoſuiſſe) notandum duximus: ſcilicet, Euangelium ſecũdum Matthæum. ¶ Euangelium Græcè, ſignificat Latinè, bonam nunciationẽ? Et verè hiſtoria hæc dicitur nunciatio. quia nuncij officio fungitur. Nec Matthęus authorẽ ſe, ſed nunciũ auſus eſt ſignificare. In quo officio implicite continetur quòd eſt dei nuncius: dum non explicatur à quo iniuncta eſt hæc nunciatio. Et hinc authoritas operis magnificatur: dum nõ ab homine, ſed à deo nuncius venit. Et propterea non dicit euangelium Matthæi, ſed ſecũdum Matthæum, ne nunciatio à Matthæo procedere ſignificetur, ſed nunciatio à deo prouĩ per Matthæum executioni demandata eſt ſignificetur, ¶ Nunciatio autem hæc bona dicitur, tanquam ſola ſit bona. Et verè ſic eſt. tum ex parte rei nunciatæ: quoniam ſola nunciat vera bona, felicitatem integram continentia. Tum ex parte eorum quibus nunciatur: quia ſola eſt bona omnibus hominibus, cuiuſcunque ſexus, conditionis, gradus. Tum ex parte modi: quia ſola optimo modo abſque tricis, clare (vt ab omnibus poſſit intelligi) annunciat.

Aduerte in hoc principio prudẽs lector, quòd euangelium hoc non fuisse scriptum à Matthęo Hebraicè constat manifeste ex ipso euãgelij textu.nam & in primo capitulo dicit, Emmanuel quod interpretatur nobiscum deus.Et in cap.27.dicit Iesum clamasse in cruce,Eli Eli lammah hazabathani,subiungendo,hoc est deus meus deus meus,vt quid dereliquisti me?Si Hebraicè totum euangelium scripsit,in qua quæso lingua ipse Matthæus subiunxit, hoc est deus meus deus meus &c.& cur magis hęc verba Hebręa Matthæus exposuit in alia lingua,quàm reliqua euangelij , si totum est Hebræum?Ex hoc igitur quòd ipsemet Matthęus exponit illa sola verba Hebręa in Gręco,conuincitur quòd Mattheus euangelium scripsit Grecè:& quia illa verba retulit Hebraice,ideo subiunxit illa Græcè Nec obstat prędictis,quòd Hieron.in lib.de viris illustribus dicit Matthęum haberi Hebręum.nam potuit ex Græco in Hebręum transferri:sicut & liber contra gentiles Tomæ Aquinatis translatus est è Latino in Græcum.& fortè Matthæus ipse scripsit in vtraque lingua.Hoc enim certum est ex ratione dicta euangelium istud quod habemus,Græcè a Matthęo scriptum esse,quicquid sit de illo Hæbręo codice. Si quis autem dixerit adiectitias esse huiusmodi interpretationes quę in textu Matthæi reperiuntur,& ab interprete Græco fuisse adiectas , facile reijcitur, nam quòd adiectitiæ sint,nulla autoritate fultum est:quòd autem de integritate textus sint,omnia volumina tam Græca quàm Latina(quæ sola inueniuntur)testantur.

Et quia vulgata editio totius noui testamenti , quandoque minus fida est,& nos non interpretes,sed verum textum intendimus exponere,ideo adhibuimus studium nostrum, vt textus corrigeretur iuditio peritorum in vtraque lingua .Quod vbique facimus quando sententiæ diuersitas esset.vbi autem eadem est sententia, pertransimus:nisi apud Iohannis euangelium & epistolam ad Romanos.propter arduam enim vtriusque materiam exactius studuimus correctioni literæ. Et ne oporteat millies repetere, Græcè sic habetur,nouerint omnes,mutationes fieri apposita sola præpositione pro:& superflua aut deficientia significari, superfluit aut deficit subintelligendo semper iuxta textum Græcũ.

CAPVT



Iber.]Scribendi ratione tangit, vt perpetuę ſeruętur memorię libro cõmiſſa.[Generatiõis.]Nõ generationũ.Singulareeſt,quod Chriſt⁹duas generatiões habuit. Alterã ſecũdũ diuinitatẽ de qua Eſaias.53.Generationẽ eius quis enarrabit,Alterã ſecũdũ humanitatẽ: quã ſolam intendit Matthę⁹ deſcribere.Et propterea nõ dixit generationũ, ſed, generation is. [Ieſu.] Nomem eſt proprium perſonæ ex Hebraica lingua non integre deductum. nam qui Hebraice dicitur Ieſuah, Gręcẽ vero Iſois,Latine dicitur Ieſus. Quod & angelo teſte interpretatur ſaluator. [Chriſti] Nomen eſt dignitatis ſeu gratiæ.Hebreorum ſiquidem regẽs dicuntur Hebraicẽ Meſſiæ, hoc é Chriſti Græcè, hoc eſt vncti Latinè, abvnctione olei ſeu vnguenti precioſi quo vngebãtur:vt patet de primis regibus (Dauid,Saul & Salomone) in hiſtoria libri. Regum. Et vere Ieſus Nazarenus fuit vnctus oleo letitiæ prę participibus ſuis,Pſalmo quadrageſimoquinto:& ſpiritu ſancto & virtute.Actuum decimo. Et intendit ad literam per hoc declarare, quòd intendit deſcribere generationẽ Ieſu Nazareni veri Meſſiæ à lege & prophetis prędicati. [Filij Dauid.] Hinc explicat quòd de generatione carnali Ieſu Chriſti dicit, liber generatiõis. nam ſecũdum generationem carnalem eſt filius Dauid.Hinc rurſum habes euangeliſtam aſſerere Ieſum Chriſtum eſſe filium Dauidis: ita quòd etiamſi ſequens genealogia non cõprobaret Ieſum Chriſtum eſſe filiũ Dauidis,iſte textus ſufficit ad hoc comprobandum. [Filij Abraham.] Horum tantùm duorum patrum meminit: quia ad hos tantùm facta eſt de Chriſto repromiſſio. Ad Abraham quidem,In ſemine tuo benedicẽtur omnes gentes. Gene.22.Ad Dauid vero, iurauit Dominus Dauid veritatem, de fructu ventris tui,&c.Pſal.132.Et eſt ordo rectiſſimus:conſiderãdo quòd generatio quę eſt materia libri, terminatur ad filium & propterea exactiſſimo ordine dixit,Liber generationis Ieſu Chriſti filij.Et quia filius refertur ad patrem, ordinem aſcendendi neceſſario conſtituit:aſcendendo autẽ, prius ad proximum patrem oportuit referri:& mediante proximo patre ad remotiorem ſeu

anteriorē. hoc enim ſeruatum videmus, dicendo, Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij Abraham: hoc eſt Dauidis filij Abraham.

¶ Aduerte hic, quod verba hæc (liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid filij Abraham) præ ſe ferunt titulum, vel primę partis euangelij huius: ita quod vbi Matthæus præpoſuerat titulum totius libri dicendo euangelium ſecundum Matthæum, modo proponit titulum primę partis, dicendo liber generationis &c. Vel totius libri materiam explicat in ſpecie, quā prius in genere dixerat euangelij nomine. Ita quod ſenſus eſt: quod iſte eſt liber generationis Ieſu Chriſti: hoc eſt libri iſtius materia eſt generatio Ieſu Chriſti: id eſt Ieſus Chriſtus inchoando ab eius generatione qua eſt filius Dauidis, filij Abraham. Et hoc ad differentiam aliorum librorum de Chriſto, aliumde Chriſtum tractantium, vt enim ſequentia monſtrant euāgelia, Ioānes ſcripſit Chriſtum Ieſum, ſed a generatione æterna, Lucas ab annunciatione pręcurſoris, Marcus a prophetata pręcurſione Ioannis baptiſtę: Ita quod ſolus Matthæus ſcripſit euangelium Ieſu Chriſti ab illius ſecundum carnem natiuitate, ex patribus inchoans illius hiſtoriā [Abraham genuit iſaac], Solius Iſaac inter filios Abrahæ meminit, excluſis ab hac genealogia Iſmaele & cæteris fratribus iuxta verbum domini ad Abraham Geneſis viceſimoprimo, In Iſaac vocabitur tibi ſemen. [Iſaac autem genuit Iacob]. Et hic quoque excluditur Eſau: qui eodem partu cōgenitus eſt. Scriptū eſt enim Geneſis viceſimoſexto, quod maior ſeruiet minori. & Malachiæ primo, Iacob dilexi, Eſau odio habui. [Iacob autem genuit iudam & fratres eius]. Iudas non fuit primogenitus, ſed electa fuit eius ſtirps à deo, de qua naſceretur Chriſtus: iuxta illud, Sed elegit tribum Iuda, Pſalmo ſeptuageſimooctauo. ¶ Meminit non ſolius Iudę (qui ſufficiebat ad genealogiam) ſed etiam fratrum, ad differentiam fratrum Iſaac non commemoratorum in hac genealogia: vt intelligamus hoc ideo factum ab euangeliſta. quia fratres Iſaac non erant patres populi dei: fratres autem Iudæ omnes fuerunt patres populi dei electi in hæreditatem.

[Iudas autem genuit Phares & zaram.] Nota prudentiam euangeliſtæ etiam hic nam ideo meminit non ſolius Phares (qui ſufficeret ad genealogiam) ſed etiam Zaram eodem partu congeniti: vt intelligamus differentiam inter hos eodem partu genitos, & Iacob ac Eſau vnico quoque partu genitos: quod iſti ambo ī dei populo permanſerunt, illorum autem alter tantum. Ita quod ſicut deſcribēdo fratres Iudę reddidit rationem quare excludit fratres

Iſaac,

Isaac, ita describendo fratrem Phares, reddit rationem quare excluſit fratrem Iacob. [De Thamar]. Thamar fuit nurus Iudæ Genesis tricesimooctauo. Et meminit eius euangelista tum quia peccatrix: vt Christum ex peccatrice originem traxisse describat, qui omnium peccata venerat oblaturus: tum vt describat Christum non horruisse originem ducere ex incestuoso concubitu & inter alias vilitates hanc quoque ignominiam in genealogia sua elegisse. [Phares autem genuit Esron. Esron autem genuit Aram. Arā autem genuit Aminadab Aminadab, autem genuit Naasson. Naasson autem genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz de Rhachab] Meminit Rachab cauponæ seu tabernariæ eadem ratione qua meminit etiam Rhuth: vt scilicet describat Christum, non solum ex sancto genere Abrahæ, sed etiam ex gētilibus non horruisse originem. Rhachab enim fuit Cananea ex Hierico, & postea in vxorem ducta à Salmon. Rhuth autem fuit Moabitis, & ducta postea in vxorem a Booz. ¶ [Meminit autem harum duarum, vt omnem gentilium statum comprehendat. nam gentes omnes aut exterminandæ aut tolerandæ erant. Exterminandæ quidem in Rhachab. Cananei enim exterminari iussi sunt. Tolerandę verò in Rhuth cōtinentur. Moabitas enim iussit deus non molestari propter Loth. Deuter. 2. Intendit enim euangelista ex ipsa genealogia aperire, quod Iesus Christus etiam ex istis traxit originem: qui pro omnium salute incarnatus est [Booz autem genuit Obed ex Rhuth. Obed autem genuit Iesse. Iesse autē genuit Dauid] Occurrit hic dubium quo pacto verificatur spatium 300 & 66. annorū à ducatu Iosue vsque ad natiuitatem Dauidis in his paucis generationibus, videtur enim impossibile, quòd istæ quatuor personæ Salmon, Booz, Obed & Iesse, consumment tantum temporis inter dictos terminos. Tantum autem temporis interceſſisse intra dictos terminos, facillime patet considerāti tempus scriptum. 3. Regum sexto, scilicet quòd anno. 480 ab egressu Aegypti (qui erat annus quartus regni Salomonis) fundatum est templum. Tollendo enim ex hoc numero. 40. annos, quibus populus fuit in deserto, &. 70. annos quibus vixit Dauid, &. 4. annos regni Salomonis restant. 366. anni a trāsitu Iordanis vsque ad natiuitatem Dauidis. ¶ [Dicitur ad hoc dubium quòd fuerunt tres nominati Booz sibi succedentes: auus, filius & nepos. & quòd euangelista præter misit duos eorum. Si hoc dictum inueniretur authoritate aliqua fultum, posset admitti: sed vbi nulla affertur authoritas, voluntarie dicitur. & eo magis quòd in fine libri Rhuth fit epilogus

generationum Phares vſque ad Dauidem,& vnus tantùm nominatur Booz. Similiter (quod valde vrget).1.Para.2.referendo genealogiã Phares per Efrom vſq; ad Dauidem,vnus tantùm inuenitur Booz filius Salmon & pater Obeth.Quapropter impoſſibile nó eſt,quòd iſti quattuor (ſcilicet Salmon,Booz,Obed, & Ieſſe) adæquent totum prædictum tempus etiam intra dictos terminos. quandoquidem æquis portionibus diuidendó,quilibet vnum cũ dimidio annum ſupra nonaginta vixiſſet.Et ſi aliquis eorum minus vixit,alius potuit tanto plus viuere. & ſic numerus adimplebitur. [Regem.] Dauid primus Rex in genealogia ſaluatoris fuit. propterea euangeliſta deſcripſit ipſum Regem. [Dauid autem Rex genuit Salomonem ex ea quę fuit uriæ.] Meminit mulieris adulterę,propter quam etiã Dauid cõmiſit homicidiũ ad manifeſtandum quòd propter illa crimina Dauidis non omiſit deus ſeruare promiſſionẽ factam Dauidi de Chriſto.multi enim putabãt, quòd propter talia crimina deus mutaret ſententiam.Contra hos euangeliſta affert genealogiam Chriſti ex illamet muliere quę fuerat adultera,propter quam cõmiſerat Dauid homicidium.vt oſtẽdat Ieſum Chriſtum,non ſolum ex Dauide, ſed etiam ex illamet fœmina non horrere originem. [Salomon autem genuit Rhoboam.Rhoboam autem genuit Abia.Abia autem genuit Aſa. Aſa autem genuit Ioſaphat.Ioſaphat autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Hozian.] Iſte Hozias nec filius,nec nepos,nec prone pos,ſed abnepos fuit Ioram:vt patet.4.Regum.Hos matthęus ex induſtria ſe omiſiſſe inferius manifeſte teſtatur,quum numerum generationum ſupputabit. Ratio autem quare hos omiſerit, eſt pœna criminis Ioram,qui Dauidicum ſemen miſcuit impiiſſimo ſemini Achab.ita quòd in pœnam tanti criminis tollitur memoria eius vſque ad quartam generationẽ.Et merito:quia vxor eius nixa eſt delere ſemen regium , vt patet ibidem. Accedit ad hæc, quòd congruum fuit tantam eſſe maledictionem filię Achab,quę erat vxor Ioram:quanta fuit benedictio Iehu qui deleuit domum Achab: ſcilicet vt ſicut Iehu electus ad delendum domũ Achab, benedictus eſt vſque ad quartam generationem. ita Ioram maledictus ſit vſque ad quartam generationem in ſemine ſuo ex filia Achab. [Hozias autẽ genuit Ioathã.Ioatham autẽ genuit Achaz. Achaz autẽ genuit Ezecian.Ezecias autẽ genuit Manaſſe.Manaſſes autẽ genuit Amon.Amon aũt genuit Ioſiã. Ioſias autẽ genuit Iechoniam & fratres eius in tranſmigratione Babylonis.] Tranſmigratio Babylonis nõ eſt mẽſura generationis iſtorum, ſed eſt

menſura

menſura genitorũ. Eſt enĩ ſenſus ꝙ genuit Iechoniã & fratres eiꝰ qui interfuerũt trãſmigrationi Babylonis: ſeu quorũ tẽpore fuit trãſmigratio Babylonis. ¶ Et ſcito nomẽ trãſmigrationis ab Ezechiele appropriatũ fuiſſe primę captiuitati Iudæ in Babylonem: quãdo ſcilicet Ioachim Rex cũ decẽ millibꝰ ductus eſt in Babylonem. vt patet Ezech. 1. Et redditur ratio nominis quia Ioachim velut ſpõte migrauit in Babylonẽ. quãdoquidẽ ex cõſilio Hieremię dedidit ſe. ¶ Meminit autẽ nõ ſolius Iechonię (qui ſufficiebat ad genealogiam) ſed fratrũ eius: ad cõmẽdandam memoriã Ioſię in multitudine filiorũ regũ, fuerũt enim tres Ioſię filij reges: vt qui nõ potuit cõmendari ex ſucceſſione pronepotũ regũ, ſaltem commẽdetur ex multitudine filiorũ regum. Et hoc directe videtur feciſſe euangeliſta, ad ſignificandũ quare ſuſtulerit memoriã Ioraã in quartã generationẽ: oſtendendo quantũ illius impietas meruerit, ſupplẽdoque memoriã pietatis Ioſię. dum illi adimitur & huic ſuperadditur. [Et poſt tranſmigrationẽ Babylonis Iechonias genuit Salathiel.] Iſte Iechonias nõ eſt illemet Iechonias, qui genitus eſt à Ioſia, ſed eſt filius illius Iechoniæ. Quod cõuincitur ex hoc, ꝙ Iechonias filius Ioſię occiſus eſt extra portas Hieruſalem, & ibi ſepultura aſini ſepultus: vt dicitur Hier. 22. & à Ioſepho lib. 10. ca 8. & filius eius etiã Iechonias cognominatus ſucceſſit ei in regnũ, paucis tamẽ diebus: quia ipſum tranſtulit Nabuchodonoſor cũ decẽ millibꝰ in Babylonẽ, cõſtituens Sedechiã patruũ eius Regẽ. vbi patet quòd iſte Iechonias, qui poſt tranſmigrationẽ genuit Salathiel, eſt nepos Ioſię, nõ filius. Nec euãgeliſta omiſit hãc generationẽ ſed ſufficienter ſignificauit, dicẽdo & poſt tranſmigrationẽ Iechonias genuit. Satis enĩ clare cõſtat ex hiſtoria libri Regũ & Paralip ꝙ iſte generãs poſt tranſmigrationẽ nõ eſt ille filius Ioſię, ſed nepos. ſub alijs tamẽ nominibus: quia vterq; appellatur Ioachim. ¶ Queſtio oritur hîc, quo facto Matheus Chriſti originẽ ex Iechonia deſcribit. quum ſcriptũ ſit Hiere. 22. de hoc Iechonia. Hęc dicit dominus, Scribe virũ ſterilẽ. nec enim erit de ſemine eiꝰ vir q ſedeat ſuper ſoliũ Dauid. ¶ Soluitur queſtio: dicẽdo ꝙ Hieremias loquitur ad literã de ſucceſſore in regno tẽporali, eo modo quo fuerãt alij Reges ex ſemine Dauid. Chriſtus autẽ ſedit ſuper ſoliũ Dauid, nõ ſecundũ regnũ temporale (quod eſt ex hoc mũdo) ſed ſecũdũ regnũ vẽturi mũdi ętern[illegible] iuxta verbũ angeli ad beatã virginẽ, Dabit ei dñs deꝰ ſedẽ Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in ęternũ. Vnde prophetia Hieremię nõ obſtat origini Chriſti ex Iechonia. [Salathiel autẽ genuit Zoro-

bābel.] Iſte Zorobabel eſt ille qui reędificauit tēplū ex gratia Cyri Perſarū Regis: vt patet. 1. Eſdrę. 5. & non eſt ille Zorobabel cuius meminit primus Parali. cap. 3. quoniam ille fuit filius non Salathiel, ſed fratris eius [Zorobabel autē genuit Abiud.] Ab hinc vſque ad Chriſtum, nullum ex Veteri teſtamento habetur teſtimonium: ſed ſola Matthæi authoritate has generationes credimus, [Abiud autem genuit Eliachim. Eliachim autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim autē genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Matthan. Matthan autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Ioſeph virū mariæ.] Si quæriturquare Matthæus appellauerit Iacob patrem Ioſeph: quum Lucas. 3. cap. dicat Heli fuiſſe patrē Ioſeph. In promptu eſt ratio: quia Matthæus patrē naturalem, Lucas vero patrē legalē deſcripſit. Vnde Matth. dicit, genuit, ſignificando generationē naturalem: Lucas autem, fuit, ſignificādo ius legale. [De qua natus eſt ieſus.] Occurrit hic triplex quæſtio. Prima eſt cur euangeliſta deduxit generationē ad Ioſeph, quum ipſe nō fuerit pater Chriſti. Secūda cur euangeliſta nō deduxit generationem beatæ virginis ex Dauid, de qua vere natꝰ eſt Chriſtus. Tertia & principalis quæſtio eſt quomodo euangeliſta aſſequitur intentum: ſcilicet mōſtrare natiuitatem Chriſti ex Dauid per hāc genealogiam. ¶ Ad primam quęſtionem dicitur quod quia Ieſus Nazarenus habebatur, vocabatur & officio erat filiꝰ Ioſeph (nam legitimum erat matrimonium inter Ioſeph & Mariam. & ipſamet vocabat Ioſeph patrem Chriſti, Ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. Luc. 2. & Ioſeph officium patris manifeſte exercebat) ideo humanum ſeruans morem Matthæus euangeliſta, deducit generationem Chriſti ſecūdum paternam lineam. vt per hoc ſatisfaceret Iudæis, vocātibus Ieſum Nazarenum filium Dauid, eo quod habebāt ipſum pro filio Ioſeph: oportebat enim ignorantes myſterium virginei partus noſſe quod Ieſus eſſet ex ſemine Dauid. hoc eſt quod legitimus pater eius eſſet filiꝰ Dauid. Si enim Ioſeph nō eſſet filiꝰ Dauid, excuſationē habuiſſent Iudæi nō credēdi ipſū eſſe Chriſtū: ſicut etiā excuſabāt ſe ex eo ꝙ chriſtꝰ dicebatur a Nazaret Galilęæ: ꝙa debebat naſci in bethlehē ciuitate Dauidis. ¶ Ad ſecūdā quęſtionē dicitur, quod ſicut ad ſatisfaciēdū humanę cōſuetudini euangeliſta deſcripſit genealogiam Chriſti per Ioſeph, ita ad ſatisfaciendū conſuetudini ſcripturarū ſacrarum: non deduxit generationem Chriſti per viam matris. non eſt enim conſuetum in ſcriptura, genealogias ſcribere per

fœminas.

fœminas. ¶ At ſi dicatur quod poterat euãgeliſta per maſculinã lineam ex Dauid deducere generationem Ioachim patris Marię & concludere Barpãther autem genuit Ioachim patrem Marię, de qua natus eſt &c. ſicut modo concluſit, Iacob autem genuit Ioſephvirũ Marię &c. Reſpõdetur primo quod nõ cõſtat beatam virginem traxiſſe originem ex Dauide per continuam lineam maſculinã: quoniam ad veritatem fidei quod Beata virgo ſi ex ſemine Dauid non oportet, quod per continuationem maſculinæ lineæ a Dauide deſcenderit nihil enim officit veritati ſi per multas lineas fœmininas hoc fuerit. Et forte hoc inſinuat ſcripta cõſanguinitas beatæ Mariæ cum Elizabeth, quam cõſtat fuiſſe ex filiabus Aaron, Luc 1. Dicitur nihilominus ſecundo, quod ſi hoc feciſſet Matthæus, duplex aſſumpſiſſet opus, ſcilicet genealogiã beatæ virginis texendi, & texendi genealogiam ioſeph. genealogia ſiquidem ioſeph neceſſario erat deſcribenda ad ſatisfaciendũ iudæis & humanæ conſuetudini. ¶ Ad tertiam quæſtionẽ Fauſti Manichæi (quæ eſt præcipua, vt pote de re ipſa) dicitur quod Mathæus aſſecutus eſt intentũ, & voluit intelligi ſe aſſecutum intentũ, ex eo quod iſtam ſeriẽ generationũ afferre ſe propoſuit in principio in teſtimoniũ quod Ieſus Chriſtus eſt filius Dauid. hinc enim implicite ſignificauit, quod Ioſeph iure propinquitatis erat vir Marię: ac per hoc Maria & Ioſeph erant ex vna & eadẽ ſtirpe. Ita quõd deducendo originem Ioſeph, declarauit ſimul identitatem ſtirpis inter Ioſeph & Mariam: ac per hoc Chriſtum eſſe vere natum ex Dauid, & nõ ſolum ſecundum originem legitimi patris. [Qui vocatur Chriſt⁹] Vocari non diſtinguitur cõtra eſſe ſed quum ſuperius dixiſſet Ieſum eſſe Chriſtum (dicendo liber generationis Ieſu Chriſti) modo adiungit quod etiam vocatur Chriſtus. Sic enim communiter appellabatur tẽpore quo ſcripſit Matthæ⁹, & appellatur. [Omnes itaque generationes ab Abraha vſq; ad Dauid generatiões quatuordecim, & à Dauid vſq; ad trãſmigrationẽ Babylonis, generationes quatuordecim, & a trãſmigratiõe Babylonis vſq; ad chriſtũ, generatiões quatuordeci] Hic dicitur quod ſunt quatuordecim generationes ab Abraham vſque ad Dauidẽ: & tamẽ in rei veritate nõ ſunt niſi tredecim. tredecim enim vicibus tantũ ſcriptũ eſt genuit. conſtat autem quod cuilibet generationi reſpondet vnum genuit. Sunt tamen 14. perſonæ. quarum prima: ſcilicet Abraham, non numeratur vt genita. Vnde ſenſus eſt quod omnes perſonæ ſecundum ſingulas generationes ab abraham vſque ad Dauid ſunt. 14. Et ſimiliter à Dauid

vſque

vſque ad tranſmigrationē Baby lonis(hoc eſt vſque ad Ioachim filium Ioſiæ) ſunt 14. Et ſimiliter omnes à tranſmigratiõe Babylonis (hoc eſt à Iechonia ſeu Ioachim nepote Ioſiæ)vſq3 ad Chriſtum incluſiue ſunt.14. Sic enim ſupputando ceſſant omnes ambiguitates: & inuenitur clara veritas ſignificata per euangeliſtã. ¶Si quæris quare euangeliſta diſtinxit genealogiam Chriſti in iſtos tres ordines (primum vſque ad Dauid, ſecundum vſque ad tranſmigrationē Babylonis, & tertium à tranſmigratione vſque ad Chriſtum) in promptu ratio eſt hoc factum eſſe ad diſcernendum ordinem regij generis à reliquis. Tota enim progenies Regum, ex qua Chriſtus traxit originem,cõprehenditur à Dauide vſque ad tranſmigrationē Babylonis. Et quoniam Regum ſeries media inuenitur inter patres ante Dauidē,& inter filios poſt Iechoniam,ideo oportuit inter duos extremos ordines ordinē Regum mediũ collocare. Hæc enim diſcretio coegit euangeliſtã ad iſtos tres ordines. ¶Et hinc habes quare meminerit tranſmigrationis Babylonis, & ſimiliter quare nominauerit Dauidē Regē. ¶Curauit quoq3 euangeliſta in quolibet ordine declarare numerũ.ne quiſquã putaret ipſum ex obliuione aliquid reliquiſſe ſed ꝙ quidquid omiſit, ex induſtria omiſit, & ne cuilibet libera eſſet licentia addendi. [Chriſti autem generatio.] Deficit Ieſu,Legendum eſt. [Ieſu Chriſti autē generatio ſic erat.] Dixerat de qua natus eſt Ieſus:intēdit nunc declarare modum, quo de illa natus eſt Ieſus,dicendo ſic erat. [Quum eſſet deſponſata mater Ieſu Maria Ioſeph.] Nõ ſponſalibus de futuro,ſed per verba de prẽſenti.Ita ꝙ iam erat legitima coniunx.immo ſic cõuerſabatur cũ Ioſeph, ꝙ licite abſq3 vlla nota potuiſſent ſi voluiſſent conſummaſſe matrimonium.Quod patet ex eo,quòd aliter non fuiſſet conſultũ famæ beatæ virginis: ipſa apparẽte vtero grauida. ¶Et hæc eadem eſt ratio ad literã,quare beata virgo fuit coniugata:vt ſcilicet conſuleretur famæ eius. puella enim non coniugata inuenta grauida infamis eſt.Ex parte quoq3 prolis (ſcilicet Ieſu Chriſti) oportuit ad literam beatam virginem eſſe coniugatam.ne Ieſus ſpurius haberetur.Nec deeſt quoque tertia ratio literalis ex parte opportunorum obſequiorum ad fugam in Aegyptũ,quæ per Ioſeph exhibenda erant. [Antequam cõuenirẽt.] proculdubio ad cõſummationem matrimonij.Sed oritur hic quæſtio: quia hinc apparet ꝙ poſtea conſummauerint matrimonium.modus enim iſte loquendi (ſcilicet,antequã conuenirent)non conſueuit dici niſi de conuenturis quandoque.nam de eo qui nunquam eſt pranſurus,non

dicimus

dicimus antequam pranderet:& sic de similibus. ¶Ad hoc fomẽtum erroris Heluidij (qui nõ est veritus dicere beatam virginem & Ioseph cõsummasse matrimonium post natiuitatem Christi) respondetur quòd nec veritas nec modus loquẽdi hunc errorem inducit. Veritati siquidẽ textus sufficit negatio cõsummati matrimonij tẽpore, quo beata Maria inuenta est grauida. hoc enim est quod intendit euangelista explicare. Modus autem loquendi congrue seruatur sine subsecuta postmodum consummatione matrimonij. nam hoc loquendi modo vtimur non solum quando postea subsequitur opus, sed etiam ad denotandum dispositionem, vel etiam ad denotandum tẽpus Dicimus enim de aliquo, quod antequam in portu prãderet nauigauit. vbi nõ significatur quod pransus est in portu postquam nauigauit: sed quòd dispositus erat in portu prãdere. Similiter dicimus de eo, qui tempore dormitionis iter arripuit, quòd antequàm dormiret accepit fugam. Vbi non significatur quod postea dormierit: sed tempus dormitionis fuisse tempus fugę. ¶Sic enim in proposito euãgelista significat, quòd tempore consummandi matrimonij inuenta est beata Maria grauida· & similiter quòd quum esset dispositio ad consummãdum matrimonium, inuenta est grauida. Et intellige tam tempus quàm dispositionem in hoc quòd erant legitimi coniuges, simul conuersantes: ita quòd licite & sine omni nota potuissent, (vt dictum est) cõsummare matrimonium. Hoc enim tempus huiusmodi & dispositio sufficit ad verificãdum modũ loquẽdi, ante quam cõuenirẽt: & nõ oportet quod postea subsecutũ fuerit opus conuentionis. ¶Et hęc ad propositum dicuntur, nam absolute etiam verificatur, quòd iudices antequam cognoscerent causam damnauerunt N. & tamen non postea examinarunt. Et medicus antequam cognosceret ægritudinẽ dedit medicinam & occidit illũ. & tñ nec postea cognouit ęgritudinẽ. [Inuenta est] proculdubio à Ioseph familiariter cum ea conuersante. Vidit enim vterum eius tumentẽ. Et videtur hoc ad literã fuisse post tres menses à cõceptione Christi, quando beata virgo reuersa est à domo Zachariæ patris Ioannis Baptistæ. Vterus enim prẽgnantis, post tres mẽses manifestè apparet. [In vtero habens de spũ sancto. Ioseph autẽ vir eius quum esset iustus.] Scripũ est enim Prouerb. 18. qui tenet adulteram, stultus est & insipiens. [Et nollet eam traducere, noluit occulte dimittere eam.] Dictio interpretata traducere, proprie significat exemplificare: hoc est facere illam exemplum alijs. Quod est vituperare ipsam, accusando eam adul-

terij

terij, sic enim spectaculum & exemplum feciſſet ipſam. Significatur enim tanta iuſtitia Ioſeph (vt iuſtitia eſt nomen veræ rectitudinis animi) vt duo vellet: ſcilicet & conſulere ſibi ne cohabitaret adulteræ, & conſulere coniugi ne vituperaret eam. propterea enim elegit medium dimittendi eam occulte: hoc eſt recedere nihil dicendo quod coniunx ſua eſſet grauida ex adulterio. exiſtimando nanque eam adulteram, habebat violentam rationem: videndo eam grauidam, & ſciendo quod ipſe non cognouiſſet eam. [Hæc autem eo cogitante] Tempus congruum ac neceſſarium diuinæ inſtructionis tangitur. Ante illud ſiquidem tempus non oportuit Ioſeph inſtrui. nec ante illud tempus diſpoſita erat mens eius ad percipiēdam angelicam inſtructionem, quando nihil de vtero coniugis cogitabat. ſed tunc imminebat periculum dimiſſionis, & animus iuſtus ſanctis cogitationibus fluctuās præparabatur ad diuinum lumen ſuſcipiendum: ſicut animus. Nabuchodonoſor cogitans quid poſt ſe futurū eſſet, præparatus eſt ad ſuſcipiendum ſomnium, futurorum præſagium: vt dicitur Danie. 2. [Ecce angelus domini in ſomnis apparuit illi, dicēs] Teſtatur euangeliſta, quod in prōptu opportune angelus domini apparuit Ioſeph in ſomnis. Et intellige per apparere, quod apparuit ſic quod manifeſtauit ſe eſſe angelum domini. niſi enim Ioſeph fuiſſet certificat⁹ quod eſſet angelus domini, verbis eius certam fidem non dediſſet. ¶Si quæritur quare beatæ virgini angelus aparuit in vigilia, Ioſeph autem in ſomnis in promptu ratio eſt differentiæ ex differenti perfectione eorum. Iſte enim iuſtus, illa deſcribitur plena gratiæ. ¶Verum hæc apparitio in ſomnis, præſtare videtur aut æquiualere omnibus apparitionibus angelorum in vetere teſtamento. quoniam hæc fuit cum tanta claritate mentis quod nulla interuenit hæſitatio. In apparitionibus enim factis Abrahæ ad illicem Mambræ, Iacob, Ioſue, & cæteris, immo etiam in apparitione facta Zachariæ patri Ioannis baptiſtæ interuenit ignoratio aut hæſitatio. [Ioſeph fili Dauid] Quia de natiuitate Meſſię tandiu expectari & promiſſi ex ſemine Dauid inſtruere eum volebat, ideo eum appellat fili Dauid: reuocando ad mentem eius per hoc promiſſionem factam Dauidi. [Noli timere accipere Mariam] Timor reſpectu mali eſt: ac per hoc aperit angel⁹ quod Ioſeph timebat offendere Deum ſi acciperet adulterā quia quaſi patronus adulterij efficeretur. [Cōiugem tuā] Hinc apparet quod ita erat deſponſata quod erat coniux. erat enim inter eos verū cōiugiū: quia erat vera copula coniugalis. ¶At ſi ſpe

ulatiue

culatiue obiicitur, quomodo cum veritate coniugij ſtat continua virginitas mentis in beata virgine: quum vxor poteſtatem corporis ſui coniugi tradiderit Reſpondetur quod conſenſus in copulam coniugalem non contrariatur virginitati mentali: quoniam non eſt conſenſus in futurum actum copulæ carnalis, ſed eſt conſenſus in potentiam: Copula enim coniugalis potentiam ſignificat ad copulam carnalem potentia ſiquidem tantum diſtat ab actu, vt quod eſt aliquid in potentia nõ ſit illud: qui enim eſt Rex in potentia non eſt Rex. [Quod enim in ea natum eſt.] Nota natum in ea: quoniam opus naturæ ſignificat. Et confutat erroré Valentini, dicentis Chriſtum corpus cœleſte habuiſſe, & per vterũ beatæ virginis quaſi per fiſtulam tranſijſſe. Excluditur ſiquidem hoc dicente angelo, quod in ea natum eſt. non enim naſcitur niſi opere naturali. ¶ In ea, in vtero eius. Et hinc habes diſtinctionẽ illam inter natiuitatem in vtero & natiuitatem ex vtero. natiuitas ſiquidem in vtero hic ſignificatur. ¶ Et aperte naturale opus maternum aperitur: colligendo quod prius dixerat, quum eſſet deſponſata mater eius, & quod ſtatim ſubiungit, pariet filium. Ex eo enim quod hic dicit in ea natum eſt, & eam vocat matrem eius quod in ea natum eſt & quod pariet filium, manifeſtiſſime ſignificat naturale opus maternum intra viſcera beatæ virginis interueniſſe, quo eſt mater, & pariet filium. Quæ ideo ſunt notata vt naturalem matrem Chriſti beatam Mariam intelligamus, ſicut reliquæ matres ſunt naturales matres ſuorum filiorum, hoc ſolo dempto, quod nõ ex virili ſemine concepit. Quod angelus ſtatim ſubdit. [De ſpiritu ſancto eſt.] Directe reſpondet angelus cogitationi Ioſeph præſupponentis adulterium: excludendo hoc & dicendo, quod non ex virili ſemine, ſed ex ſpiritu ſancto natum eſt in vtero beatæ virginis id quod natũ eſt in ea: hoc eſt quod ſpiritus ſanctus vice ſeminis virilis in hac natiuitate functus eſt. Nec propterea ſpiritus ſanctus pater eſt Chriſti: ſicut nec ſemen virile pater eſt eius qui concipitur. ¶ Vbi nota vtrunque dictum, ſcilicet & quod naturæ & quod miraculi fuit. Dicendo enim quod in ea natum eſt, opus naturę ſignificauit, dicendo autem de ſpiritu ſancto eſt, opus miraculi manifeſtauit. Et vere conceptio illa fuit naturalis quo ad maternum opus: miraculoſa autem quo ad excluſionem paterni operis, & quo ad opus ſpiritus ſancti [Pariet autẽ filium]. Non emittet quod in ea natum eſt qualitercunque: ſed pariet. naturali opere materno per genitalia membra generabit filium maſculũ. [Et vocabis nomẽ eius ieſũ.]

Fungeris

fungeris tu officio patris in appellatione nominis. Et reddit nominis rationẽ. [Ipſe enim ſaluũ faciet populũ ſuũ à peccatis eorum.] In quo angelus inſtruit ipſum de officio Chriſti in primo aduẽtu: quòd ſcilicet venit ad ſaluandum animas à peccatis. ¶Et implicite Chriſti diuinitatem inſinuat: quoniam dei proprium eſt dimittere peccata. Non enim dixit, ſaluabit populum ſuum ne peccent, ſed à peccatis eorum: hoc eſt à peccatis quæ habent. quod eſt condonare peccata. ¶Significanter quoque dixit populum ſuũ. vt Ioſeph inſtructus ex lege, quòd Meſias redempturus eſſet Iſrael, intelligeret filium hunc naſciturũ, habiturũ ſub ſe populum, quanuis non explicauerit quomodo. [Hoc autem totum factum eſt vt adimpleretur quod dictũ eſt à domino per prophetã dicentem.] Debebat euangeliſta ſubiungere ſtatim obedientiã Ioſeph. ſed diſtulit illam, interponendo vaticinium Eſaię, vt lectores inſtrueret de myſterijs ab angelo reuelatis: quod non fuerũt nũc primùm reuelata, ſed olim eadem fuerũt à domino per Eſaiam prophetam prędicta. [Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium.] Aduerte hîc quòd, vt Græcus teſtatur textus, Matthæus euangeliſta aperuit ſenſum Eſaię cap. 7. Ecce alma dicendo ecce virgo i vtero habebit &c. Et vocabitur. pro, vocabũt [nomẽ eius Emmanuel.] Angelus dixit, quod enim in ea natum eſt de ſpiritu ſancto eſt, pariet autẽ filium: Propheta dicit, Ecce virgo in vtero habebit & pariet filium. Et vbi angelus dixit, & vocabis nomen eius Ieſum, ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum: Propheta dicit, & vocabunt nomẽ eius [Emmanuel.] Angelus enim nomẽ cum nominis ratione attulit, Propheta vero rem tantum. Non enim intendit quòd appellandus eſſet Emmanuel: ſed quòd res ſignificata per Emmanuel attribuenda eſſet ei, quòd cognoſcendus eſſet ſecundum rem ſignificatam per Emmanuel. Quod euangeliſta declarat ſubiungendo, [Quod eſt interpretatũ,] pro, quod interpretatur, [nobiſcum deus.] In quo nõ minus ſignificatur diuinitas huius filij quàm ſignificata fuerit per hoc quòd ſaluũ faciet populũ ſuũ à peccatis eorũ imo hic filius eſt nobiſcum deus, in hoc quòd ſaluum facit populum ſuũ à peccatis eorũ. ¶Hic eſt primus locus ex quo apparet Matthęũ nõ ſcripſiſſe Hebraice: dum Hebraicũ nomen interpretur in alia lingua: vt prius dictum eſt. [Exurgens autem Ioſeph a ſomno, fecit ſicut precepit ei angelus domini.] Obedientia Ioſeph deſcribitur ſine mora. [Et accepit.] ad perpetuam conuerſationem. [Coniugem ſuam.] quã à ſua conuerſatione cogitauerat dimit-

tere.

tere. [Et nõ cognoſcebat eam donec peperit.] Oritur hîc ex aduerbio, donec, quæſtio ad fomentum erroris Heluidij. Ex eo enim quòd euangeliſta dicit quòd Ioſeph non cognoſcebat (proculdubio cognitione copulæ carnalis) coniugem ſuam donec peperit filium, videtur quòd poſtquam peperit cognouerit eam. Sed hæc obiectio vana monſtratur & conuincitur ex eo, quòd iſta verba ſignificant quidem negationem coitus vſque ad partum, ſed nõ propterea ſignificant affirmationem coitus poſt partum. Fatemur ingenuè quod hæc verba non ſignificant affirmationem aut negationem copulæ carnalis poſt partum, quia euangeliſtæ ſolicitudo fuit ad monſtrandum CHRITVM non ſolùm natum in virgine, ſed etiam virginem peperiſſe Chriſtum. Hæc enim duo cadere poterant ſub dubio, quoniam ambo ſupra naturæ vires ſunt, & valde admiranda. Reliquum dimiſit intelligentiæ noſtræ, qui niſi deſipiamus, intelligere tenemur quòd cognitis & viſis tot myſterijs à Ioſeph & Maria, nec etiam cogitauerunt de carnali inter ſe copula. ¶ Nec imprudentiæ arguendus eſt euangeliſta tanquã imprudenter ſcripſerit, dicendo non cognoſcebat eam donec peperit. niſi etiam imprudentiæ arguas Dauidem prophetam, ſcribentem, Dixit dominus domino meo ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Conſtat enim quòd nõ minùs ſedebit à dextris dei Meſias, poſtquam poſiti fuerint inimici ſub pedibus eius: & tamẽ dicit, ſede à dextris meis donec ponam. Simili enim modo dicit euangeliſta, & non cognoſcebat eam donec peperit: relinquens pro indubitato, quòd multo minùs cognoſcebat eam poſtquam peperit. ¶ At ſi contenderis quòd non debuit Matthæus hanc anſam hæreticis relinquere, põdera officium Matthæi. Nam aſſumpſit prouinciam ſcribendi generationem Chriſti, non vitam beatæ MARIAE. Incepit enim, Liber generationis Ieſu Chriſti. & rurſus, Chriſti generatio ſic erat. Perfecte autem narrauit generationem CHRISTI ex parte matris, explicando quòd ex virgine conceptus eſt de ſpiritu ſancto, & quòd virgo ipſum peperit. reliquum tanquàm impertinens ſuo officio tacuit. [Filium ſuum primogenitum.] Non poſt quem alius fuerit genitus, ſed ante quem nullus eſt ab ea genitus. In hoc enim ſenſu tam in ſacris ſcripturis, quàm in communi vſu vocatur, & eſt primogenitus: alioquin iura primogeniti nõ haberent locũ in vnigenito. [Et vocauit nomen eius Ieſum.] Hoc fuit adimpletum octauo die quando circunciſus eſt puer.

¶ Aduerte hîc quòd omnes euangeliſtæ ideo vtuntur nomine

Ieſu

Iesu scribentes gesta Christi, quia Iesus est nomen proprium personæ: & consueuerunt scriptores historiarum uti nomine proprio personæ de qua loquuntur.

CAPVT. II.

QVum ergo natus esset Iesus] Continuat Euangelista natiuitati Christi aduentum Magorum, omissa circuncisione, quam implicite significauerat in fine præcedētis capituli, dicēdo quod Ioseph vocauit nomē eius Iesum: impositio enim nominis fiebat in die circūcisionis [In Bethlehem Iudæ] pro, Iudææ. Locus natiuitatis Christi describitur Bethlehem, alio nomine Ephrata. Et fuerūt duæ ciuitates nomine Bethlehem (altera in tribu Zabulon: vt patet Iosue. 19. altera in tribu Iuda. de qua ortus est Dauid. & de hac est sermo) ideo additur Iudæ. id est in sorte tribus Iudæ quæ vocatur Iudæa ¶ Et aduerte quòd dominꝰ Iesus voluit nasci in Bethlehē ad literā, quia erat ciuitas Dauid, & nō in Sion, quæ vocabatur ciuitas Dauid: vt ex electo loco natiuitatis inciperet assumere vilitates nostras. eligēdo nasci in vili terra & non in nobili, qualis erat Sion illustrior pars Hierosolymæ. [in diebus Herodis regis]. Secundū historias Christus natus est anno. 42. imperij Augusti Cæsaris. qui erat annus. 34. vel circiter regni Herodis. Sed Matthæus non dixit in diebus Cæsaris Augusti, sed in diebus Herodis Regis. quia historia aduentus Magorū cum inde subsecutis, ex Herode, non ex Cæsare Augusto pendebat. Herodes enim non Augustus inquisiuit de loco natiuitatis Christi, direxit Magos in Bethleem, occidit innocentes, fugauit Chrystum in Aegyptum. Fuit autem secūdum historias Herodes hic Idumæus, circuncisus tamen ob amorem vxoris. Et appellatur simpliciter Herodes rex, quia fuit primus rex inter Herodes, & fuit primus rex Iudæorum coronatus à Romanis. fuit enim senatus consulto decretus rex Romæ: gubernantibus mundum Cæsare Augusto & Antonio, præsentibus tunc in illius creatione Et est iste qui ab alijs vocatur magnus Herodes, vocatur etiam Herodes Ascalonita [Ecce Magi.] Nota continuationem quum natus esset, ecce magi: vt intelligas statim post natiuitatem Christi venisse Magos. Quod etiam conuincitur ex eo quòd Magi inuenerunt Christum in Bethlehem. nam constat quadragesimo die presentatum fuisse Hierosolymis in templo, & postea in Aegyptum delatum. Et si rationabiliter supputabimus tempus, decimo forte die à natiuitate Christi Magi venerunt Hierosolymā, ratio-

rationabile ſiquidem eſt,quòd duo adminus dies effluxerunt ſciẽtiãte Herode,vbi Chriſtus naſceretur & tempus ſtellę: vt ſic tertiodecimo die Magi peruenerunt ad Chriſtum in Bethlehem.

¶ Magus dictio Perſica dicitur,non Latina, Græca aut Hebræa: & idem ſignificat,quod apud Græcos philoſophus,apud Latinos ſapiens,apud Indos gymnoſophiſta.vnde ex ipſa dictione ſignificatur,quòd viri iſti fuerunt perſæ,hoc eſt, ſapientes Perſarum. Si enim euangeliſta dixiſſet, ecce gymnoſophiſtæ, proculdubio intelligeremus quòd fuerunt ſapientes Indorũ.vnde ex quo dixit, ecce Magi intelligendũ eſt,quòd fuerunt ſapiẽtes Perſarum. Nec apparet difficile,quòd decem diætis camelorum,ab oriente venerint Hieroſolymam: quum cameli diæta vna æquiualeat diætis tribus equi,vt dicitur. ¶ Et quia pluraliter dicitur Magi, conſtat quòd ad minus fuerunt duo, communiter tamen creditur quòd fuerint tres,quantum ex euangelica litera habetur, ſapientes ſeu philoſophi. [Ab oriente venerunt.] Satis quadrat dictioni Magi quòd venerint ab oriente, quoniam Perſia in Oriente eſt. Et quia ter in hac hiſtoria euangeliſta repetit illã regionem, vocando eam Orientem(nam & inferius dicit, vidimus ſtellam eius in Oriente,& rurſus,& ecce ſtella quã viderant in Oriente) inſinuare,immò ſignificare apertè videtur,quòd terra vnde iſti venerunt ſit in Oriente:non ſolũ reſpectiue ad Hieruſalem, ſed ad vniuerſam terrã habitabilem.propterea enim toties repetijt ſimpliciter & abſolute ab Oriente:in tali ſiquidem ſitu Perſia. [Hieroſolymam.] Humana vſi ratione Magi regem Iudęorum nouiter natum quærunt in ciuitate regia ſimul & diuina, propter templum domini ibidem. [Dicentes,vbi eſt qui natus eſt rex iudæorum, vidimus enim ſtellã eius in oriente:& venimus adorare eũ.] Vnum quærunt,& tria affirmant Quærunt enim ſpecialem locũ, in quo manet Chriſtus natus,dicendo vbi eſt.Affirmant primò natũ eſſe regem Iudæorum:dicendo,qui natus eſt rex iudæorum Et loquuntur de Iudæorum rege tam expectato & à prophetis prædicto.Affirmant ſecundò modum quo ſciunt natum eſſe Iudęorũ regem,dicendo,vidimus ſtellam eius in Oriente.Affirmant tertio quorſum inquirunt:dicendo,& venimus adorare eum. ¶ Vbi ſcito quòd,venimus,preteriti eſt temporis:vt textus Græcus teſtatur.Ac ſi aperte dicant, Ad hoc quærimus,vt adoremus eum: quia ad hoc venimus.Et rurſus tam certi ſumus ex ſtella,quòd natus eſt rex Iudæorum,quòd venimus nos qui ſapientes habemur & vocamur,adorare eum. ¶ Aduerte hìc, quòd ſtella iſta ex ijs

quæ euangelica tradit hiſtoria non erat ſtella aliqua cœleſtis, ſed erat ſimilitudo quædam ſtellæ. erat enim mixtum quoddam ex elementis pluribus & præcipuè igni, ſimile ſtellæ, non in cœlo exiſtens, ſed in aëre prope nos, vt patet ex eo quòd mouebatur quaſi motu progreſſiuo, antecedendo Magos ab Hieruſalem, vſque ad diuerſorium in quo erat Chriſtus, ſupra illam domum firmiter ſtans, huiuſmodi enim motus, & quies ad demonſtrandum domunculam illam, conuincunt quòd in aëre erat tam vicino quòd demonſtraret illam paruam domunculam, ita quòd non alium demonſtrabat locum. ¶ Sed eſt hîc quæſtio difficilis, quômodo verificatur, vidimus ſtellam eius. Quod enim viderint oculis corporeis ſtellam, clarè intelligimus, ſed quòd viderint ſtellam eius, valde difficile eſt intelligere, & tanto difficilius, quanto ſtella illa, non ſolùm monſtrauit regem Iudæorum (& propterea dicitur ſtella eius) ſed etiam monſtrauit tempus natiuitatis eius. Quod ex hoc patet, quòd Magi ad manifeſtandum Iudæis quòd natus eſt rex Iudæorum, dixerunt: vidimus enim ſtellam eius in Oriente. niſi enim ex ſtella didiciſſent Chriſtum natũ, nõ potuiſſent ex viſione ſtellæ affirmare natum eſſe regem Iudæorum. Et ratio difficultatis eſt, quia non apparet modus quo ſtella illa in Oriente exiſtẽs monſtrauerit Chriſtum natum. ¶ Ad euidentiam huius difficultatis tria declarari oportet. Primum eſt, quæ ſit res monſtrata per ſtellam. Secundum, quis fuit modus monſtrandi rem illam. Tertium, quis fuit modus quo Magi perceperunt ſtellam illam monſtrare Chriſtum natum. ¶ Circa primum in dubium vertitur, an ſtella illa monſtraret Chriſtum iam natum, an monſtraret Chriſtum naſciturum poſt tot menſes ſeu annum. Sed verba Magorum præ ſe ferunt, quod ſtella illa monſtrauit Chriſtum natum. nam ipſi dixerunt, vbi eſt qui natus eſt. & ad hoc manifeſtandum adduxerunt cœleſte teſtimonium, quia vidimus ſtellam eius. perſpicaciter ſiquidem conſiderando verba Magorum quor ſum tendant apparet quod directe tendunt ad teſtificandũ Chriſtum natum. Prophetæ enim prædixerãt regem Iudæorum naſciturum, & hoc vniuerſi Iudæi credebant. Vnde Magi non adduxerunt ſtellam pro teſtimonio regis Iudæorum abſolute aut naſciturum, ſed regis Iudæorum nati. Et ſi ſtella monſtraſſet regem Iudæorum, nõ natum, ſed naſciturum, dixiſſent Magi, vidimus ſtellam eius in Oriente tot menſibus antè, & ſupputatis menſibus iã debet eſſe natus. Quod non dixerunt ſed aſſeuerarunt ipſum natum ex eo quod viderant ſtellam eius abſque ſupputatione aliqua tem-

porum,

porum. Concludendum eſt ergo, quod ſtella demonſtrauit Chriſtum natum. Quod etiam tanto magis rationi conſonat, quanto minus multiplicantur miracula. monſtrare enim Chriſtum natum eſt ſimplex miraculum: monſtrare autem Chriſtum naſciturum tali certo die multiplicat miracula quæ non habemus ex ſcriptura.

Circa ſecundum de modo demonſtrandi, duplex modus intelligi poteſt. Alter per modum imaginis, tanquam in ſtella illa apparuerit velut pictus Chriſtus natus. Sed ſi ſic fuiſſet nō dixiſſent Magi, vidimus ſtellam eius, ſed dixiſſent, vidimus ſtellam cū imagine eius. non enim omiſiſſent imaginem, quæ erat expreſsio apparentis ſtellæ. vnde hoc extraneū ab euangelica apparet hiſtoria & voluntariè dici. Alter modus eſt, quod ortus ſtellæ monſtrauit ortū Chriſti, hoc eſt, quod ex hoc ipſo quod ſtella illa apparuit tēpus apparitionis fuit ſignū tēporis natiuitatis Chriſti. Et hic modus cōſonat verbis Magorū, & ſubſecutis quę referūtur in euāgelio. Cōſonat in primis verbis Magorum, non aliud teſtimonium aſſerentium Chriſti nati, niſi ſtellam eius viſam. hoc enim ſignificat viſionem ſtellæ (hoc eſt apparitionem ipſius) ſignum fuiſſe Chriſti nati. Conſonat deinde ſubſecutæ inueſtigationi, quam fecit Herodes de tempore ſtellæ. Significanter enim euangeliſta dicit, quod diligēter didicit à magis tempus ſtellę. hoc enim ad hoc ſpectat, quod tempus apparitionis ſtellæ, fuerat tempus natiuitatis Chriſti: tam diligens ſi quidem inueſtigatio temporis ſtellę, teſtatur quod magi dixerant tempus natiuitatis Chriſti fuiſſe tempus apparitionis ſtellæ. Conſonat tertio modo, quo ſtella demonſtrauit locū in quo Chriſtus eſt adoratus à Magis. Deſcribit enim euangeliſta, quod ſtella motu ſuo ducatum præbuit Magis ab Hieruſalem vſque ad domum in qua erat Chriſtus: & quod quieſcendo ſupra domum in qua erat Chriſtus monſtrauit magis illic Chriſtum eſſe. Hinc enim ſecundum rectam rationem intelligimus, quod eadem ſtella ſicut monſtrauit locum, proportionali modo monſtrauerat tempus: ac per hoc ſicut quieſcendo in loco ſupra domum monſtrauit locum vbi erat Chriſtus, ita tempore ortus ſui monſtrauit tempus ortus Chriſti. Sic enim omnia quadrant. vt tempus fuerit ſignum temporis, & locus loci. Vnde concludendum eſt, quod ſtella illa tanquam cœleſte teſtimonium ſuo ortu monſtrauit ortum Chriſti. ¶ Circa tertium (quomodo ſcilicet Magi cognouerunt ortum illius ſtellæ eſſe ſignum ortus Chriſti) in dubium non vertitur, quod hoc cognouerunt ex diuina reuelatione: quum cōſtet aliter non potuiſſe hoc cognoſci. ſed

dubitatur,an diuina reuelatio fuerit antiqua,an noua ipſis Magis facta.Et quidem,quòd non noua,ſed antiqua fuerit,inſinuant verba Magorum:atteſtatur & ratio.Verba quidem Magorum quoniam non dicunt vidimus ſtellam quãdam nouam in aere, & fuit nobis reuelatum quòd eſſet index regis Iudęorum nati,ſed ſolum actum videndi ſtellam proferunt,dicendo,vidimus ſtellam eius. Hæc ſiquidem verba ſignificant in ipſis Magis ſolum actum videndi ſtellam indubie indicem Chriſti nati. Sicut enim dicendo vidimus vexillum eius,ſignificamus in nobis ſolum actum videndi vexillum indubitatum eius:ita dicendo vidimus ſtellam eius, ſignificant in ſeipſis ſolum actum videndi indubitatam ſtellam eius ex antiqua reuelatione.Rationi quoque valde cõſentaneum eſt,vt antiqua fuerit reuelatio de ortu iſtius ſtellæ. nam ſi Magi ſeipſos pro authoritate attuliſſent,quòd ipſi viderunt, quòd ipſis fuit reuelatum, deriſi fortè fuiſſent, & in iocum deducta eorum verba,vel ſaltem non fuiſſet tam vehemẽter commotus Herodes, vt inde procederet ad tantam innocentum cladem.Sed vbi authoritas patrum ab annis mille obſeruata de ortu futuro iſtius ſtellæ prolata eſt cum euentu ſubſecuto,quòd corporeis oculis vidimus ſtellam expectatam tanto tempore ad indicandum Chriſtum natum.& inde moti ſumus,ita quòd venimus adorare eum, rationabilem habuit Herodes cauſam credendi ortum eſſe regem Iudæorum.Incertum eſt autem cui ſeu quibus & quando fuerit facta illa reuelatio de ortu ipſius ſtellæ,nihil nanque in ſacra ſcriptura de hoc habetur.Illud enim quod legitur Num 24.dictum à Balaam, orietur ſtella ex Iacob (vel ſecundum interpretes ex Hebræo, inceſſit ſtella ex Iacob)aſſimilat Meſſiam ſtellę,& non ſignificat ortum ſtellæ ad indicandum natiuitatem eius, vt patet ex eo,quòd ſtellam dicit ex Iacob orituram ſeu inceſſuram,Poteſt tamẽ fuiſſe quòd traditiones Balaam alio ſeu clariori modo haberẽtur apud iſtos,aperte ſignificantes quòd orietur ſtella ad indicandum natiuitatem Meſſiæ.Potuit quoque talis traditio fuiſſe à Iob, qui manifeſte cognouit myſterium Meſiæ,& fuit princeps Orientalis.vt patet Iob.1.Sed ſiue à Balaam,ſiue à Iob,ſiue à Sibylla aliqua,ſiue à quocunque alio,credendum eſt huiuſmodi antiquam traditionem fuiſſe,quòd orietur noua ſtella,nulla ex cœleſtibus ſtellis in natiuitate Meſiæ.Et ſic Magi ſequaces huiuſmodi antiquæ traditionis,videntes nouã ſtellam cognouerunt Chriſtũ natũ. [Audiens autẽ Herodes rex,turbat⁹ eſt] Idumę⁹ erat.& propterea audita natiuitate regis tã deſiderati à Iudęis,timuit perdere proprium regnum

regnum. [Et omnis Hieroſolyma cum illo.] Turbatur omnis Hieroſolyma(quę debuiſſet lętari)timore fortè Romanorũ ne ex hac occaſione opprimerétur,vel applaudẽs Herodi Propter quod fortè euangeliſta addidit,cũ illo,ſignificans quôd imitando Herodem,omnis Hieroſolyma turbata eſt. Cum veritate tamen horum verborum ſtat,quod multi viri iuſti lætati fuerint, quoniam omnis Hieroſolyma non comprehendit ſingulos ſigillatim, ſed populum in communi. [Et cõgregãs omnes principes ſacerdotum, & ſcribas] hoc eſt viros doctos. [Populi,ſciſcitabatur ab eis vbi Chriſtus naſceretur.] Nõ quærit Herodes locum vbi Chriſt⁹ natus eſt(quia dixiſſent ſacerdotes & Scribæ,neſcimus)ſed quærit vbi debet naſci ſecundũ prophetiã.Hoc enim ſignificat vbi naſceretur [At illi dixerũt ei.i Bethlehẽ Iudę.] pro,Iudęæ. [Sic enim ſcriptũ eſt per prophetã.] Michęam.5.capite. [Et tu Bethlehẽ terra Iuda nequaquã minima es ĩ principib⁹ Iuda.ex te enim exiet dux qui reget populũ meũ Iſrael.] In Michęa quãtũ ad ſententiã intentam de loco natiuitatis Chriſti habentur hæc, ſed alijs verbis.Nam ibi dicitur,& tu Bethlehem terra Ephrata paruulus es vt ſis in milibus Iuda.ex te mihi egredietur vt ſit dominator in Iſrael.Vbi etiam aduerte,quòd in textu Græco habetur pronomen mihi,in hoc euangelio.& defectu fortè ſcriptorum apud Latinos codices legitur.ex te exiet dux.Deberet enĩ legi,exiet mihi exiet dux. Eſt itaque ſenſus authoritatis Prophetæ,vt refertur inducta à Scribis & Sacerdotibus.quòd Bethlehem non eſt minima inter principes(hoc eſt in producendo principes ſeu duces tribus Iudæ) quoniam ex ipſa egredietur ille maximus dux qui reget populum Iſrael. [Tunc Herodes clã vocatis Magis, diligenter didicit], pro, cognouit,ab eis tempus ſtellæ quę apparuit eis.[Et mittẽs illos in Bethlehem dixit, ite & interrogate diligenter de puero.] Aduerte quòd in tota hac hiſtoria vbi textus Latin⁹ nominat Ieſum puerum,textus Græcus nominat ipſum puerulum. [Et cum inueneritis renũciate mihi.vt ego veniens adorem eum.] Fallacem animum manifeſtat ſubſecutum factum. Vbi conſidera diuino nutu actũ eſſe, vt Herodes cõfideret in ſimplicitate Magorũ,& crederet eos ad ſe reuerſuros, vt ſic neminem daret eis comitem aut exploratorem,fortè ne ſe ſuſpectum redderet [Qui cum audiſſent regem abierunt.Et ecce ſtella quam viderant in Oriẽte.] Et nõ dicit quæ antecefferat eos vſq3 ad loca vicina Hieruſalem, ſed ſolum quam viderant in oriente, hoc eſt quam ipſi in Oriente poſiti viderant. Hinc enim inſinuatur, quòd non niſi in Oriente

illā viderant. [Antecedebat eos.] Hinc clarè apparet, quòd tā vicina erat eis, vt motus eius similis esset motui eorū. [vsque dū veniēs staret supra vbi erat puer.] pro, pueruli. Tā prope quieuit, vt discrete monstraret locū illum. Et hoc ad tollēdum solicitudinem inquirēdi: & interrogandi, & rursus ad tollendum aliorum notitiā qui potuissent referre Herodi. Quiescendo enim supra locum illum, suo modo loquebatur, ecce hic est quem natum testata sum. [Vidētes autē stellā gauisi sunt gaudio magno valde, & intrātes domū.] Strabulum vel diuersorium. Diuino si quidem consilio actum est vt inueniretur ibi à Magis, vt nullus remaneret testis in Bethlehem, quòd in tali priuata domo Magi fuerunt. Incertum est enim an Matthæus præsepium appellet domum, an fortè cessauerit multitudo hospitum in illa domo diuersoria, & sic beata virgo ex præsepio hospitata fuerit in domo diuersoria, in qua non fuerat illi locus, quum peperit Iesum. [Inuenerunt puerum.] seu puerulum. hoc est in nullo differentem ætate, habitudine aut quouis alio exteriori signo ab infante. Propter quod etiam adiungitur [cum Maria matre eius.] vt in omnibus puerulus significetur. [Et procidentes adorauerunt.] Maximo reuerentiæ signo cadentes adorauerunt. Ita quod non genu flexerunt, sed in faciem ceciderunt, in nullo hæsitantes de testimonio stellæ. Et quoniam exteriores actus monstrant interiores affectus, dubitandum non est, quòd in mente isti Magi adorauerunt in spiritu & veritate cum maxima interna humilitate.
[Et apertis thesauris suis.] Hinc apparet quòd oneraria iumenta habebant secum. [Obtulerunt ei munera, aurum, thus & myrrham.] Incertum est an singuli obtulerunt hæc tria, an omnes simul hæc tria, Incerta quoque est literalis ratio, quæ mouit Magos ad offerendum potius hæc quàm alia. Constat tamen quòd aurum congruit regiæ dignitati: thus tum deitati, tum sacerdotali dignitati: myrrha tum infantilibus membris, tum fidei sepulturæ eius. [Et responso accepto.] pro, oraculo accepto. Vnde non oportet solicitari ad quid referatur responsio, quum responsio ex officina interpretis prodierit.
[In somnis]. Certiores redduntur isti omnes, & non vnus eorum. ex eo quod subiungitur. [Ne redirent. pro, ne reflecterent. Iter suum. [Ad Herodem. Sicut Ioseph certior redditus est in somno de conceptione, quod beata Maria conceperit ex spiritusancto. [Per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.

Qui

Qui quum receſſiſſent.] Intellige de receſſu cõſummato,& nõ de initio receſſus:quoniam apparitio angeli ad Ioſeph, admonentis de fuga in AEgyptum,non fuit poſt initium receſſus Magorum. ſed multos dies poſt.medium enim fuit tempus apparitionis Chriſti in templo,quæ fuit quadrageſimo die à natiuitate Chriſti. Et rationabile eſt,quod hæc apparitio fuerit facta ipſi Ioſeph in Hieroſolyma poſt præſentationem Chriſti in templo. Quod ex eo colligitur,quia aut fuit in Hieroſolyma,aut in Naſareth. Sed in Naſareth apparet non fuiſſe.quoniã ſi in Naſareth fuiſſet Ioſeph antequam iret in AEgyptum,rediens ex AEgypto,recto itinere veniſſet in Nazareth, quum tamen legatur quòd intendebat venire in Iudeam. Hinc enim colligitur,quòd poſt præſentationem Chriſti in templo, intendebat Ioſeph habitare in Iudæa, puta Hieroſolymis,aut potius in Bethlehem, ſed antequam inciperet firmare habitationem .monuit angelus vt fugeret in AEgyptum. [Ecce angelus domini apparuit]pro, apparet,in ſomnis Ioſeph, dicens,[Surge & accipe puerũ.] pro,experrecto aſſume puerulum, [& matrẽ eius,& fuge in AEgyptũ] & eſto ibi vſque dum dicam tibi.Futurum eſt enim vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum.] Ita quod angelus non præcepit vt vigilet,ſed vt quũ à ſomno euigilauerit,accipiat puerum & matrem eius.&c. [Qui cõſurgens accepit puerum] Pro,qui experrectus aſſumpſit puerulum, [& matrẽ eius nocte & receſſit in Aegyptũ.(& erat ibi vſq; ad obitum Herodis.] Ita quod eadem nocte quũ euigilauit à ſomno Ioſeph,executus eſt quod monuit angelus.vt adimpleretur quod dictum eſt à domino per prophetam dicentẽ.Oſee.11. Ex AEgypto vocaui filium meũ.] Vbi aduerte,quod hęc authoritas ad literam loquitur de populo Iſrael.quẽ deus appellat filiũ ſuum non ſolum ibi,ſed Exodi quarto.Filius meus primogenitus Iſrael. Matthęus autem euangeliſta in myſtico ſenſu dixit impleri hanc ſcripturam de Chriſto: licut Ioannes euangeliſta dicit impleri ſcripturam,Os non comminuetis ex eo quia non fregerunt crura Chriſti.

[Tunc Herodes videſs quoniã illuſus eſſet a Magis] Facto,nõ intentione illudendi fefellerũt ipſum. [Iratus eſt valde.Et mittens occidit omnes pueros qui erant in Bethlehem,& in omnib⁹ finibus eius a bimatu & infra]Seu.& inferius,vt in Græco habetur.Ex hiſtoria euangelica certum eſt, quòd hæc Herodis iuſſio non fuit ſtatim poſt egreſſum Magorum,ſed poſt præſentationẽ Chriſti in templo & fugam Ioſeph in AEgyptũ,dicente tunc angelo, futurũ eſt enim vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum. Ex his

enim constat quòd Herodes non est vsus diligentia in recessu Magorum à Bethlehem ad sciendum quo iuerint, nam à recessu Magorum vsque ad tempus occisionis Innocentium fluxerunt ad minus triginta dies. & ex rationabiliter superius dictis fluxerunt fere duo anni dicente Euangelista, à bimatu & inferius secundũ tempus quòd exquisierat à Magis. Hoc enim aperte significat quòd fere biennium fluxerat ab apparitione stellæ, alioquin non dixisset secundum tempus quod exquisierat à magis. ¶Quare autem tanto tempore distulerit Herodes occisionem infantum, nescitur. Certa tamen est tanta Innocentũ clades non solùm ex euangelio Matthæi, sed etiam ex libris gentilium. Refert enim Macrobius libro Saturnalium secundo, quòd quũ Augustus audisset inter pueros, quos in Syria Herodes rex Iudæorum infrabimatũ iussit interfici, filium quoque eius occisum ait, melius est Herodis porcũ esse quàm filium. Et hæc ideo attulerim, vt sciant etiam increduli non fuisse ab euangelista, seu Christianis confictum aduentũ Magorum in Hierusalem, inquirentium vbi est qui natus est rex Iudæorũ, vt si non credunt euãgelistæ, credant effectui necis bimorum patratæ ab Herode, vt Macrobius testatur. ¶Nec mireris nouitie, quòd Macrobius dixerit in Syria, quia Iudæa pars est Syriæ. Prętulit autem Augustus porcum filio, quia Herodes pepercisset porco: vtpote seruans ritum Iudæorum abstinentium à porcis. ¶Nec obstat ętati bimatus, quòd monstrantur ossa esse illorum innocentum, tum testificantia ętatem maiorem, tum quia nõ constat huiusmodi ossa esse illorum innocentum, quanuis deuotio fidelium illa veneretur. Tũ quia possibile fuit, vt aliqui essent ibi innocentes futuri procerę staturę, ac per ex tunc habentes maiora ossa, quàm cõmunes homines. [Secundum tempus quod exquisierat], pro, exacte cognouerat, a Magis. Tunc adimpletum est quod dictum est per Hieremiam prophetam dicentẽ, vox in Rhama audita est, ploratus & vlulatus multus. Rachel plorans filios suos: & noluit consolari, quia non sunt.] Hęc quoq3 prophetia scripta Hieremię. 33. secundum sensum mysticum introducitur ab euangelista impleta. nam secundum sensum literalem refertur captiuitas decem tribuum olim facta, promittendo futuram consolationem, quę adhuc non est ad impleta: adhuc siquidẽ reliquię Israel non sunt saluatę. Textus enim ille perspicue loquitur de captiuitate Israel, hoc est, decem tribuum, quę appellantur Ephraim. Propterea siquidem inducitur Rachel plorãs filios suos, quoniam Ephraim ex Rachele descẽdit. Mystice aũt Rachel dici-

tur

tur mater iſtorũ infantiũ, quia ſepulta eſt iuxta Bethleẽ, vt patet Ge.35.per hoc enim dicitur mater Bethlehemitarum.¶[Et aduerte,quòd in textu Græco habetur ſic. Vox in Rhama audita eſt: lamentatio & ploratus,& luctus ſeu eiulatus multus·Rachel plorãs filios ſuos,& noluit conſolationẽ admittere, propterea quòd non ſunt,hoc eſt,quia mortui ſunt,vel quia antequam vitæ vſum haberent mortui ſunt.Ad literã autem apud Hieremiam ſignificatur,quòd filij ſui non ſunt.quia non ſunt ſecundũ eſſe populi,ſed diſperſi in ſeruitutẽ. [Defuncto autem Herode.] Mors herodis fuit tertio anno poſt Chriſti natiuitatẽ.vt colligitur ex ſupputatione annorũ.Chriſtꝰ enim natꝰ eſt.42.anno imperij Cæſaris Auguſti,qui ſuperuixit annos.15.nã imperauit.57.annos,mẽſes ſex, & dies duos,& Paulo plus,vt inquit Ioſephus,& mors Cæſaris Auguſti fuit tempore quo Annius Rufus erat gubernator Iudęæ. Ita quòd oportet hos quindecim annos diſtribuere in tres gubernatores Iudęæ:ſcilicet Anniũ Rufum,Marcũ,& Copinium.& vt videtur ſonare Ioſephus etiã aliquid Cyrini,qui præſidebat toti Syriæ,& in decenniũ principatus Archelai & in reliquũ vitę Herodis.Supputando ſiquidem pro rectoribus & principatu Archelai duodecim annos,nó niſi tres ſuperſunt vitę Herodis poſt natiuitatẽ Chriſti:ſi tamen tantũ vixit. Quocirca ſi Chriſtus nõ fuit in AEgypto,niſi vſque ad obitũ Herodis,quarto ætatis ſuæ anno reuerſꝰ eſt in terrã Iſrael. [Ecce angelꝰ domini apparuit.]pro,apparet,[in ſõnis Ioſeph in AEgypto:dicẽs,ſurge & accipe puerũ.]pro excitatus aſſume puerulum,[& matrẽ eius,& vade in terrã Iſrael. Defuncti ſunt enim.]Aut numerus pluralis ponitur pro ſingulari aut defuncto Herode alij quoque cõplices defuncti ſignificantur [Qui quęrebãt animã pueri.]pro,pueruli.[Qui cõſurgẽs accepit puerũ.] pro excitatus autem aſſumpſit puerulum,[& matrẽ eius, & venit in terrã Iſrael.] Non explicat certam ciuitatem, ſed terram promiſſionis.[Audiens autem quod Archelaus regnaret in iudæa pro Herode patre ſuo.]Archelaus nũquam fuit rex ſed appellatur regnare nõ titulo regio,ſed poteſtate regia [Timuit illũ ire.] Hinc apparet,quòd Ioſeph intẽdebat ire in Bethlehẽ,aut aliquam aliam ciuitatem ſortis Iudęæ:computando etiã Hieruſalem in ea tanquam caput regni Iudęę,comprehẽdentis ſortem iudę & aliquid Beniamin.[Et admonitus.]Deeſt,oraculo.Legendum eſt· [Et oraculo admonitꝰ in ſõnis,ſeceſſit in partes Galilęę.Et veniẽs habitauit ĩ ciuitate quę vocatur Naſareth.] Nota quòd Naſareth debet ſcribi nõ per z,ſed per ſ:quia in Hebræo ſcribitur per ſ. Et

multum

multum intereſt. Naſareus,& Nazareus: quia Nazareus eſt nomẽ religioſitatis à ſeparatiõe dictũ. vnde in veteri teſtaméto appellãt nazarei tanquã ſegregati deo. de quibus ſcribitur Nu. vi. Naſare⁹ nomen eſt patrium, à ciuitate Naſareth. & deriuatur à flore ſeu germine ſeu ſtirpe. vnde Chriſtus Naſare⁹ appellatus eſt. [vt impleretur quod dictum eſt] per prophetas. Ex quo nullum nominauit prophetam, teſtimonium ſenſus magis quam verbi videtur afferre. Chriſtus enim ſtirps, germẽ & flos totius ſanctitatis fuit à prophetis prænunciatus.

CAPVT. III.

IN diebus autem illis.] Eran fit Euangeliſta ab infantia Ieſu Chriſti ad ætatem perfectam trigeſimi anni eiuſdem. Ita quod dicendo in diebus illis. demonſtrat annum quintumdecimum imperij Tiberij Cæſaris, vt Lucas dicit. ¶ Tacet autem cõuerſationem & opera Ieſu Chriſti intermedio tempore, quia communis fuit illius conuerſatio, & habebatur tunc ſicut cæteri homines. [Venit.] Preſentis eſt temporis. Non à regione longinqua ſed ſolitaria vita [Ioannes baptiſta.] Ioannes nomen fuit proprium. Baptiſta autem cognomen, ex eo quod primus inſtituit baptiſmum. ¶ Magna ieſu humilitas, qui Baptiſtę nomen perpetuum detulit nuncio ſuo (ad confundendum humanum perperui nominis appetitum) quum tamen ipſe ieſus eſſet pater totius mundi per baptiſmum & Ioannis baptiſmus breuiſſimo duraturus eſſet tẽpore. [Prædicans. Ecce ad quid venit. ad officiũ prędicationis.

¶[In deſerto Iudę.] Locus prędicationis eſt. ¶ Et dicens pœnitentiam agite.] Materia prędicata deſcribitur in genere, continens duo. Primo quid eſſet agendum, dum dicitur pœnitentiam agite. vbi admiſſorum criminum pœnitentia prędipitur. Interpres carens latino verbo ſimplici (.ſ. pœnitete) dixit pœnitẽtiã agite. Secundo rationem pœnitẽdi, dicẽdo [Appropinquabit.] pro, appropinquauit. [Enim regnũ cœlorũ.] Regna terrena viſa ſunt & cõtinua experiẽtia hoĩbus nota: regnum vero cœlorũ (q̃ idẽ eſt cũ regno dei & regno Xp̃i) q̃ ĩ ſecũdo Xp̃i aduẽtu manifeſtũ palã omnib. erat, valde diſtabat tẽpore veteris teſtamẽti, Diſtabat enim tẽpore, notitia, affectu & acceſſu, ſed q̃n verbũ caro factum eſt tunc incœpit regnum cœlorum aperiri, tunc homo aſſumptus in deum primo beatus fuit ſecundum partem ſuperiorem animę. Et ideo quando Ioannes Baptiſta prędicabat iam regnum cœlorum appropinquauerat,

propinquauerat, non tamen adhuc aduenerat: quoniam regnum dei non venit vſque ad Chriſti mortem & reſurrectionē. In morte quidem, dicente ipſo latroni. hodie mecum eris in paradiſo. In reſurrectione autem: dicente ipſo, data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. & iuxta quod prædixerat. non bibam de hoc genimine vitis, donec vobiſcum bibam in regno patris mei. quādo iam homo beatus etiam ſecundum corpus fuit. Et cum his omnibus adhuc non aduenit palam vniuerſis regnum dei: ſed cōtinue oramus aduenīat regnum tuum. ¶ Ideo pœnitentialem vitam aſſumite, quia non terrenum, ſed cœlorum regnum, manifeſtādum diligendum, acquirendum, poſſidendumque appropinquauit. Vbi aperte ſignificat pœnitentialē vitā eſſe mediū ad poſſidendū regnum cœlorum. Et percutit Ioannes Baptiſta hac noua prædicatione Iudęorum frontem. Ac ſi aperte diceret, Hactenus audiſtis Propheras prędicantes regnū terrenū (nā & Moyſes, & alij Prophetę, fœlicitatem terrēni regni Iudæis ſi iuſte vixiſſent, promiſerant) nouū ego affero nuncium: prędico vobis, quod cœlorum regnum iam appropinquauit, pœnitentia acquirendum. [Hic eſt enim, de quo dictū eſt per Eſaiam Prophetam, dicentem.] Non ſufficit Euāgeliſtę ſimplex narratio pręcurſoris, ſed ipſum probat antiquo Eſaię vaticinio ca. 40. [Vox clamantis in deſerto.] Nō enſis, non ſceptrum, non clauis, non baculus aut virga, ſed vox. Et eſt ſenſus, quod Ioannes quantum ad officium eſt vox: hoc eſt habet non gladij, &c. ſed vocis officium Sed non eſt vox prędonis in exercitu, aut in plateis ciuitatum, nec vox cāroris, ſed vox clamantis, manifeſto grandiq; ſono, in deſerto, loco pœnitentiali: dicendo. [Parate.] In veſtris mentibus, affectibus, & operibus [Viam domini] per quā ingrediatur ad veſtra corda. [Rectas facite ſemitas eius. Duo iubētur, rectificatio, & apparatus viarum. Rectitudo tollit quicquid tortuoſum eſt, apparatus facilitatem prębet itineris. ad ſimilitudinem ſiquidem viarum in terra deſcribuntur viæ animi. Vbi apparet officium Ioannis Baptiſtę prędictum ab Eſaia, pręparatorium animorum ad cognoſcendum ac ſuſcipiendum Meſiam. [Ipſe vero Ioannes habebat veſtimentū de pilis camelorū.] pro cameli. [& zonā pelliceam circa lumbos ſuos. eſca autē eius erat locuſtę & mel ſyueſtre. Deſcribitur authoritas Ioannis, à qualitate tum veſtitus, tum victus. hęc enim voluntaria prę ſe ferunt hominem, humana omnia contēnentem. ¶ Animalia quæ locuſtę nominantur, inter munda Iudęis cōputātur clare, Leui. 11. & propterea ex parte legis, nihil prohibet in-

telligere quòd illis vescebatur Ioannes. Solum obstat quod non crudæ sed coctæ videntur in vsum sibi assumi locustę. coctum autem aliquid sumere in deserto, luxuria est: vt Hieronymi tempora testantur. Propter quod suspicor æquiuocum nomen esse ad animalia illa & radices, vel summitates teneras virgultorum seu ramusculorum, seu aliquid eiusmodi quo crudo vescimur. Quia tamen videmus cancros marinos paruulos manducari crudos, nõ est ab opinione alienum, vt etiam locustis tenellis crudis vescerentur ibidem pauperes: ac per hoc Ioannes Baptista. [Tunc egrediebãtur ad eum Hierosolyma, & omnis iudęa, & omnis regio circa iordanem.] Concursus populorum ad prædicationem & baptismum Ioannis describitur ex tribus locis: scilicet, ex ciuitate Hierosolymitana, ex terra sortis Iudæ, quæ appellatur Iudæa, & ex regione circa Iordanem, quam multarum tribuum sortes participabant. Tota autem Iudæa & regio circa Iordanem dicitur, nõ quòd singuli nullo excepto, sed quia ferè omnes concurrebant. [Et baptizabantur.] Remansit apud Latinos in Ecclesiasticis mysterijs dictio Græca, deberet dici, & abluebantur. ¶ Non solum nouam inchoauit Ioannes prædicationem, prædicando appropinquauit regnum cœlorum, sed nouum inchoauit factum, scilicet baptismum: à quo Baptista cognominatur, vt dictum est. Ambo hæc noua attulit Ioannes. [Ab illo in iordane.] Ipsemet Ioannes ministerium abluendi exercebat in Iordanis flumine. [Confitentes peccata sua.] Profitebãt se peccatores. & in signũ quòd pœnitentes essent, offerebant se abluendos à Ioannne tanquam exterior ablutio esset quædam professio pœnitentiæ, & mũdæ deinceps vitæ ducendæ. [Quum vidisset autem.] Descripto prædicatore, & prædicationis materia in genere subiungit quanta authoritate ac libertate Ioannes prædicauerit, ex quadam materia prędicata primatibus. [Multos.] Non enim omnes, sed aliqui ex Pharisæis & Sadducæis susceperunt baptismum Ioannis. ¶ Ex Pharisæis & Sadducæis. Non ina sunt sectarum inter Iudæos. Vtraque professionem facit iustæ vitę, sed Sadducęi errabant in fide immortalitatis animæ. Pharisæi autem errabant circa veritatem bonorum morum, vtpote auari, hypocritę & vanĩ vt patet in euangelica historia. Verum Sadducæorum error erat ex secta: Pharisęorum autem ex particularium personarum affectibus corruptis, multi enim Pharisæi erant viri boni. [Veniẽtes ad baptismum suum, dixit eis, progenies viperarũ.] Appellat vtrosque progenies viperarũ, quia vtrisque cõmune erat esse genitos ex

tos ex venenoſa inſtructione [Quis vobis demonſtrabit.] pro, demõſtrauit, [Fugere a ventura ira?] Et eſt ſermo admirantiuus Ita quòd nõ eſt ſenſus,quis vobis demonſtrabit:quaſi dicat nullꝰ ſed eſt ſenſus,quis tantum apudvos valuit quòd demonſtrauit vobis,vt fugeretis â ventura ira?Loquitur Ioannes vſitato admirantium modo.Quum videmus enim homines aſſuetos malis moribus.ſolitos viuere ſecundũ pertinacias ſuas, mutari ſtatim ad pœnitentiam,admirantes dicimus,quis vos ad hoc conduxit, intendentes per hoc dicere,quod mirum eſt, quod vos ad hoc veneritis:magnus artifex fuit,qui vos commouit ad hoc.Ad hunc ſenſum directè tendit aſſimilatio ad genus viperarum. nam ratio admirationis eſt,quòd vos qui â patribus velut naturali propagatione eſtis infecti, acquieueritis demonſtratori viæ rectæ. Ac ſi parèt diceret, apud vos genitos ſecundum doctrinam malos, quis tantum valuit,quod demonſtrauit vobis, &cæ. Huc directè tendit,quæ ſubditur fuga â ventura ira. Neutri timebant pœnas alterius vitæ.Sadducæi quidem,quia non credebant illas: Phariſæi verò,quia iuſtos ſe exiſtimabant.Et propterea admiratur Ioannes,quis tantum apud vos valuit, vt monſtraret vobis timendas â vobis,& fugiendas eſſe pœnas venturæ iræ,Vocatur ira punitio,ventura ſimpliciter & abſolutè :hoc eſt, non præſentis, ſed venturi ſæculi.Et in hoc commendatur Ioannis libera authoritas quòd Phariſæos & Sadducæos(qui erant velut optimates & primi reſpectu aliorum)non blando ſed reprehenſiuo ſermone monuit,arguens venenoſæ vitæ,& ſimul declarans quàm difficile ac admirabile eſt,quòd aliqui eorum conuertantur ad veram pœnitentiam. [Facite igitur fructum dignum pœnitentiæ.] Ex quo veniſtis profitentes vos peccatores ſuſcipiendo baptiſmum, oportet conſequenter vos facere,non dicere,non monſtrare, fructum humani operis dignum pœnitentia. ſi profeſſus eſſes militiam, oporter te facere fructum dignum militia: ſi aſcitus es in Senatorem,fac fructum dignum ſenatoria dignitate ſimiliter quia profiteris pœnitentiam,facite fructum dignũ pœnitentiæ.Eſt autem fructus pœnitentia dignus perſeuerare in operibus pœnitentiæ, nihil contra pœnitentiæ profeſſionem admittere facere deo ſatis pro peccatis commiſſis. [Et ne velitis] pro,ne cogitetis, [dicere intra vos ipſos, patrem habemus Abrahan] Hinc inſinuat Ioannes communem errandi occaſionem, tam Phariſæis, quàm Sadducæis,fuiſſe fiduciam in genere Abrahæ. tanquam putauerint vtrique,quòd promiſſio facta â deo Abrahæ de cura, & ſalute filio-

re filiorũ non finere eos perire. [Dico enim vobis quoniã potens est deus de lapidibus istis ſuſcitare filios Abrahę]. Fides quod de cura haberet filiorum Abrahæ ne perirent, erat quodammodo vera, & quodammodo falſa: nam erat vera, quantum ad vniuerſitatem filiorum Abrahæ, falſa autem quantum ad ſingulos, vt patet. Rurſus erat vera quantum ad Abrahæ filios ſecundum ſpiritum, hoc eſt, imitatores fidei Abrahæ: falſa autem, quantum ad Abrahæ filios ſecundum carnem: vt patet ad Rom. 4. & 9. Et propterea Ioannes ſupponit cum Phariſæis & Sadducæis verum eſſe, quod filij Abrahæ non peribunt, ſed vos & ſimiles etiam ſi omnes eſſetis tales, peribitis, & deus ad implendum promiſsionem ſuam potens eſt ex lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ. Et intendit quod litera ſonat, & myſterium quod vobis carnalibus filijs Abrahæ pereuntibus, deus tanquam ex lapidibus ſuſcitabit ex ethnicis & idololatrijs filios Abrahæ. Quod impletum videmus. ¶ Et Abrahæ, datiui eſt caſus. [Iam enim ſecuris ad radicem arboris poſita eſt.] Probat Ioãnes vanam eſſe fiduciam ſalutis eorum in hoc, quod ſunt filij carnales Abrahæ, ex imminenti incidio Hieroſolymitano. Aduerbium, iam, aduenisſe tempus ſignificat, quo ſecuris poſita eſt ad radicem arboris, proculdubio ad excidendum illam. Metaphoricus iſte ſermo de poſita ſecuri ad excidendum arborem non refertur ad excidium ſingulorum hominum reproborum: quoniam ab initio ſemper fuit ſecuris ad radicem arboris huiuſmodi poſita, & non nunc de nouo imminet. Ioannes autem dicit, quod nunc ſecuris appoſita eſt, ac ſi aperte diceret. Hactenus tolerati eſtis, expectati eſtis velut arbor ad faciendum fructum, ſed iam tempus venit, quod velut arbor infructuoſa, excidenda eſt gloria gentis veſtræ, templum veſtrum, celſitudo veſtra. iam enim poſita eſt ſecuris ad radicem arboris, ad excidendum radicitus cultum templi Iudaici. non erit hoc excidium ſicut alterum (quod. 70. tantum durauit annis) ſed ad radicem poſita, vt inæternum non reuiuiſcat. Vnde & non dixit, & iam ſecuris incœpit excidere: ſed poſita eſt, tam propinquum eſt excidium veſtrum, quam propinqua eſt exciſio arboris, cui ſecuris appoſita iam eſt, vt excidat non obſtante, quod gens iſta ſit filia Abrahæ.

Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.] pro excidituꝛ, & in ignem mittitur. Tangit rationem imminentis excidij, ex ſimilitudine arborum: quia omnis arbor non proferens fructum bonum, excidituꝛ, & in ignem mittitur. Communem affert conditionem arborum, ex quibus expectatur

ctatur fructus: quod si non faciunt fructum bonum, consueuerũt, excidi, & in ignem mitti. vt hinc intelligant Pharisæi & Saducæi causam excidij suæ gentis, quia non facit fructum bonum. populus enim hic labiis me honorat, cor autẽ eorũ long ẽ est à me. [Ego quidẽ baptizo vos in aqua, in pœnitẽtiã.] pro ad pœnitẽtiã. Tandem principale intentum per Iohannis prædicationem aperitur, scilicet quod testimonium perhibuit de Christo. Hoc enim (vt Lucas testatur) fuit postquam Ioannes in tantã emerserat authoritatem, ac reputationem, vt existimarent ipsum esse Messiam. ¶ Comparatiue vero Ioannes testatur de Christo, comparando personam ac officium. Et quo ad officium ponit differentiã magnam dicendo, ego baptizo aqua ad pœnitentiã, non in remissionẽ peccatorum, sed in professionẽ pœnitentiæ, ita quod baptismꝰ meus est ablutio corporalis, tãquã signum quoddam profitẽtium pœnitentiam, profitentiũ se pœnitere peccatorum suorũ. Quo ad personã autem. [Qui autẽ post me.] ordine tẽporis, ĩmediate [vẽturus est.] ad prædicandũ [Fortior me est.] Fortitudo ad sustinẽdũ, & ad vincendum est. Ioãnes fortis quidẽ fuit, & sustinẽdo mala, & vincẽdo ea quę mũdi, & quæ diaboli erant, sed Christus fortior tũ sustinendo mala, tum debellãdo aereas potestates, vĩcẽdo mundũ, superãdo mortẽ. [Cuius nõ sum dignus calciamenta portare. Nõ solũ fortior me est sed tantũ pręstat mihi, vt ego non sim idoneus minister eius ad vile officiũ. scilicet portare calciamenta eius. Intẽdit enim ad literam describere excellẽtiã Christi, supra se multo maiorẽ excellentia principis respectu eius, qui nõ est idoneus ad portãdũ eius calceos. [Ipse vos baptizabit in spiritu sãcto.] Inchoauerat differentiã officij, & interposita differẽtia personę, modo prosequitur differentiam officij. Dixit, ego baptizo aqua ad pœnitentiam, ille autem baptizabit vos (pronomen, vos, declarat, quod baptizati à Ioanne, erant baptizandi baptismo Christi) spiritusancto. Quanta differentia est inter abluere exterius corpora, & abluere interius animos, tanta est differentia inter baptismum meum, & baptismum illius. abluere enim spiritusancto, est abluere, mũdare atque sanctificare spiritũ, nõ corpꝰ. [Et igne.] Duplex est sensus. Alter significans solẽne principium ablutionis totius humani generis celebratũ in die pẽtecostes, quãdo aduenit spiritussanctus in specie ignis, &c. Iste sensus magnũ fundamẽtũ habet super verba domini Iesu in die ascẽsionis. Actu 1. Ioannes baptizauit aqua vos autem baptizabimini spiritusancto, non post multos hos dies. hæc verba monstrant distingui contra baptismũ

Ioannis

Ioānis è regione baptiſmū pentecoſtes, qui fuit in ſpiritu & igne ad ſenſum. ¶ Alter ſignificās baptiſmū tribulationis, nā ſingulariſſimus totius ablutionis modus à Ieſu Chriſto inferēdus, mūdo deſcribitur per ſpiritūſanctū, & ignē tribulatiōis: dicēte, poſtmodū ipſo, qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuā, & ſequatur me. & ecce mitto vos ſicut oues inter lupos: & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meū. & omnes qui pie volūt viuere in Chriſto, perſecutionē patiētur. [cuius ventilabrū in manu eius: & permundabit aream ſuam, & cōgregabit triticū in horreum ſuū, paleas,] pro paleā, [autem cōburet igne i extinguibili.] Non ſufficit Ioāni prædicare Chriſti officium ſecundum primum aduentum, ſed prędicat etiam officium eius in ſecundo aduentu, ad ſimilitudinem ventilantis triticum in area, ſecernendo triticum à palea, & triticum in horreum congregantis, paleas autem comburentis. Vbi manifeſtè deſcribitur officium Chriſti iudiciarium. tunc enim iuſtos ſeparabit ab iniuſtis: & illos quidem congregabit in vitę ęternę horreum, iniuſtos autem tradet igni inextinguibili. ¶ Nota inextinguibili contra negantes ſupplicia iniuſtorum ęterna. ignis enim inextinguibilis ęternus eſt. Et appoſuit, inextinguibili, ad differentiam ignis tribulationis in pręſenti vita, de quo dixerat, baptizabit ſpirituſancto & igne. Ac ſi apertè dixiſſet, iuſtos purgabit igne qui extinguitur, ſed iniuſtos comburet igne inextinguibili.

[Tunc.] Quum Ioannes prędicabat pœnitentiam, & baptizabat, & annunciabat venturum poſt ſe Chriſtum· [venit Ieſus.] prędentis eſt temporis. Non mittit pro Ioanne vt veniret ad ſe baptizandum, ſed ipſe Ieſus venit ad Ioannem. [A Galilęa.] Nomen eſt prouincię. [Ad iordanem fluuium. Ad Ioannem vt baptizaretur ab eo·] Ieſus nulla indigens pœnitentia (quia abſque peccato omnino erat) ſicut ſuſcepit carnem ſimilem carni peccati, ita ſuſcepit baptiſmum ſimilem baptiſmo pœnitentium, fecit profeſſionem ſimilem profeſſioni pœnitentium. vnde & ſtatim poſtea cucurrit ad ieiunandum. Et hoc vltra ſecretum myſterium, quo baptiſmo ſuo contulit aquis vī regenerariuā, ex huiuſmodi enim tactu ſanctificatę, hoc eſt habilitatę ſunt aquę omnes (ita quòd non oleum, non vinum & alij liquores) ad hoc, quòd ſint materia baptiſmi Chriſtiani. [Ioannes autem prohibebat eum dicēs, ego a te debeo.] pro, opus habeo, [baptizari, & tu venis ad me,] Hinc apparet quod ioānes etſi nū priꝰ, tamē tūc (quū Ieſus petijt baptizari, antequam baptizaret eum) cognouit ieſum eſſe

ſum eſſe Meſiam filium dei: alioquin non dixiſſet, ego à te debeo baptizari, ac per hoc (vt apud Ioannem euangeliſtam ipſe teſtatur) vidit ſpiritumſanctum in ſpecie columbæ ſupra Ieſum tunc, ſcilicet antequam baptizaret eum: quia in hoc ſigno aſſerit ſe cognouiſſe eum, hoc eſt, quod ille homo eſſet Meſias filius dei. ¶ In Græco habetur, nihil opus eſt, vt à te baptizer, vbi legimus: ego à te debeo baptizari. Et ſecundum vtranque literam quæſtio oritur, an fuerit executioni mandatum hoc debitum ſeu neceſſarium: an ſcilicet Ioannes aliquando fuerit baptizatus à Chriſto, vt ipſe dicit opus eſſe. Solutio eſt certũ eſſe, quod Ioannes indiguit abluí ſpiritualiter à Chriſto: tum ratione originalis peccati, quod adhuc erat in Ioanne quo ad reatum pœnę: propter quod clauſa erat etiam ei ianua paradiſi: tum ratione venialis peccati. & conſtat de facto Ioannem fuiſſe baptizatum ſpiritualiter à Chriſto. Certum quoque eſſe, quod Ioannes non fuit exemptus ab vniuerſali lege de ſuſcipiendo baptiſmum Chriſti: ſicut non obſtante quod fuerit ſanctificatus in vtero tam ipſe quam Hieremias, ſubditus fuit legi circunciſionis. Et propterea vere dixit etiam de ſacramentali ablutione, ego à te debeo baptizari. Sed incertum eſt, an de facto Ioannes fuerit poſtea baptizatus in aqua à Chriſto, an prœuentus carcere & martyrio migrauerit abſque baptiſmo aquæ. [Reſpondens autem Ieſus dixit ei, Sine.] Cenſuerat Ioannes dedecere vt ipſe baptizaret Chriſtum, & quia recte iudicauerat (vere etenim indecens eſt abſolute loquendo, vt homo quicunque baptizaret dominum Chriſtum) Ideo Ieſus non dixit tac, ſed ſine permitte hanc indecentiam, abſolute. [Modo.] Dicẽdo modo, tacite inſinuat quod poſtea fiet quod dicis, ſcilicet tu baptizaberis à me, ſaltem effectu [Sic enim decet nos implere omnem iuſtitiã.] Si diceret ſic enim decet me, ſignificaret ſic, id eſt, humiliter: ſi diceret, ſic enim decet te, ſignificaret ſic, id eſt, parendo vel exequẽdo miniſterium tuum. Sed dicendo, ſic enim decet nos, rationem reddit ab eo quod eſt commune vtrique, ab eo quod decet vtrunque. Et directe ſatisfacit indecentiæ exiſtimatæ à Ioanne: dicendo, Sic, ſcilicet ſuſcipiendo à te baptiſmum, decet nos ambos implere opere ſtatutam à deo iuſtitiam omnem, communem mihi & tibi. Dum baptizatur ſiquidem Chriſtus à Ioanne, impletur iuſtitia miniſterij, non verbi, ſed operis Ioannis verſus Chriſtum quia debebat ſecundum diuinum ordinem baptizare Chriſtum. Impletur quoque iuſtitia operis Chriſti ad Ioannem. nam & ſecundum diuinam diſpoſitionem debebat Chriſtus voluntarium

ſubire baptiſmum à Ioanne. Et in hoc adimpleta eſt non aliqua, ſed omnis iuſtitia communis vtrique. nullum ſiquidem ſuperfuit opus iuſtitiæ conſummandum ab vtroque ſimul: quanuis ſuperfuerint officia verborum. ¶Vel ſic, exequendo ſcilicet diuinam ordinationem, decet nos, & me, & te, implere omnem iuſtitiam, omne debitum. vnde & poſtea dixit: Filius hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de illo. [Tunc dimiſit.] pro, dimittit [eum]. Permiſsiue Ioannes miniſterium hoc impleuit. Et propterea non dicit euãgeliſta, tunc acquieuit aut baptizauit, ſed dimiſit illum (Ieſum) baptizari à ſe Ioanne. [Baptizatus autem Ieſus cõfeſtim aſcendit de aqua.] Non ergo per aſperſionem aut deſuper effuſionem, ſed per immerſionem ſeu ſubmiſsionem corporis baptizat⁹ eſt Ieſus à Ioanne. [Et ecce aperti ſunt ei cœli, & vidit ſpiritũ dei deſcendentẽ ſicut colũbam, & venientem ſuper ſe. Et ecce vox de cœlo dicens: hic eſt filius me⁹ dilectus.] Tria hæc mirabilia (ſcilicet quod aperti cœli, quod colũba viſa, quod vox de cœlis) declarãda ſunt pri⁹, qualia ad literam fuerunt, & deinde quorſum. ¶Quod non fuerit corporalis apertio cœlorum, declarat pronomen, ei, ſignificans, ipſi Chriſto non in ſeipſis cœli aperti ſunt, hoc eſt, quod apparuerunt Chriſto cœli ad ſimilitudinem apertorum. vnde & Marcus expreſſe dicit quod vidit cœlos apertos. Formata eſt enim ſpecies ſeu ſimilitudo quędam aperturę ſenſibilis, in quã intuens videbat cœlum tanquam apertum. ſicut de beato Stephano Actu. 7. dicitur, quod intendens in cœlum dixit, ecce video cœlos apertos. Aperti autem apparuerunt cœli, vt appareret è cœli penetralibus deſcendere ſpiritum ſanctũ in ſpecie colũbę, & vocem exire, tu es filius me⁹, &c. ſicut cœlũ apertum eſt Stephano vt videret in cœlo Chriſtum ſtantem pro ipſo, velut ducem prælij: Cœlum apertum nullus ſcribitur vidiſſe, niſi Chriſtus: columba ſcribitur viſa à Chriſto, & à Ioanne baptiſta. vt patet Ioan. 1. Vox ſcribitur facta ſed indefinite relinquitur à quo, aut quibus audita ſit. ¶Et de viſione quidem columbæ (ſi tam Ioannes quam alij euãgeliſtæ ordinem rei geſtę narrant) conſtat, quod prius fuit viſa à Ioãne quã à Chriſto. quia à Ioanne ſcribitur viſa ante baptiſmum · quia qui miſit eum baptizare, dixit ei, ſuper quem videris ſpiritum vt columbam, &c. & ipſe Ioannes in hoc cognouit primo perſonam Chriſti. quia neſciebat eum, ſed ex columba cognouit. conſtat autem quod cognouit ante baptiſmum, dicendo, ego à te debeo baptizari. Alij autem euangeliſtæ ſcribunt baptizato Chriſto viſam columbam à Chriſto. Quocirca ſi alij euangeliſtæ non narrant

poſtea

poſtea illud quod prius factū eſt(quia Ioannes ordinem hiſtoriæ magis ſeruare videtur)iſta columbę apparitio prius viſa eſt à Ioā ne inſtante à Chriſto pro baptiſmo:& deinde ab ipſo Chriſto iam baptizato. Et vterque vidit columbam ſecundum actum deſcendendi,& terminantis deſcenſum ad manendū ſuper caput Chriſti. Et quū omnes euangeliſtę vtantur dictione ſimilitudinaria(ſicut, tanquam,quaſi,ſeu ſpecie colūbę)ſignificatur quod non fuit colū ba,ſed ſimilitudo colūbę:ſicut quū apparuit ſpirituſſanctus ſuper apoſtolos in igneis linguis, non fuerunt veræ linguæ,neque fuit verus ignis,ſed ſimilitudo igneę linguę. Et quia euangelica hiſto ria ſpecificat eos qui viderunt colūbā fuiſſe duos(ſcilicet Chriſtū & Ioannem) ideo intelligo quod ipſi ſoli viderunt columbā. ¶A quibus autem audita fuerit vox,incertum eſt.nam Marcus & Lucas dicunt vocem illā directā ad Chriſtū,tu es filius &c.Matthęus deſcribit illam in tertia perſona,Hic eſt filius meus.nec vtrunque, ſed alterum tantum geſtum eſt. Et rationi conſentaneum eſt,vt ſi cut cœlum apertum eſt ei (ſcilicet Chriſto)& ſpirituſſanctus deſcendit ſuper ipſum, ita vox patris directa quoque ſit ad ipſum,tu es filius meus.Ita quod Matthæus ſenſum rei dictæ tacita directione vocis ſcripſit,dicendo, hic eſt filius meus. nam dicendo tu es, ſignificatur etiā,quod hic eſt fili⁹ me⁹, &c.Suppoſito igitur,quod vox ad Chriſtū directa eſt, certum eſt, quod ab ipſo ſit audita,& rationabile eſt,quod à Ioanne & à multis: differenter tamen:quia à Ioanne audita & intellecta : ab alijs autem audita quanuis non intellecta, niſi forte à quibuſdam perfectioris vitæ. Quemadmodū vox de cœlo,dicens,& clarificaui ,& clarificabo Io.12.à turba audita eſt vt ſonus tonitrui,non vt vox ſignificans illa,clarificaui & clarificabo:ab alijs vt vox angelica,dicentib⁹,angelus loquutus eſt ei Et quāuis tā columba quam vox fuerit effectus totius trinitatis,columba tamen erat ſolius ſpirituſſancti ſignum: & vox fuit ſolius patris vt loquentis Soli enim patri conuenit vere dicere Chriſto,tu es filius me⁹.ſeu de Chriſto,hic eſt filius meus dilect⁹. ¶Geſta ſunt aūt hęc tempore baptiſmi Chriſti ad mōſtrandum officiū Chriſti prędicātis & redimētis mūdū. Ieſus ſiquidē vſque ad tēp⁹ ſui baptiſmi cōuerſatus,& habit⁹ eſt,ſicut vn⁹ de populo à tēpore aūt baptiſmi incœpit exequi officiū pro quo venerat. Propter qđ Petr⁹ Ap.Act.1.dixit,oportet vt ex his viris qui nobiſcū cōuerſati ſūt toto tēpore quo ingreſſ⁹ & egreſſus fuit inter nos domin⁹ Ieſ⁹ incipiēs à baptiſmo Ioānis vſq3 in diē quo aſſūpt⁹ eſt à nobis teſtē, &c.Vbi clare patet officiū Chriſti inchoaſſe à baptiſmo Ioannis

Quia itaque baptiſmus Chriſti initium erat officij Chriſti, ideo exordium tanti officij conſecratum eſt tot myſterijs. ¶Et ſingula vtcunque tangendo, tunc cœlum apertum eſt Chriſto, quia officium eius aperturum erat cœlum. tunc apertum eſt illi cœlum, quia tunc officio ſuo manifeſtaturus erat ſecreta cœleſtia, & ſpecialiter myſterium ſacræ trinitatis, quæ tunc primum apparuit nominibus proprijs patris, filij, & ſpiritusſancti. Tunc ſpiritus venit ſuper ipſum in ſpecie columbæ, quia tunc inchoabat officium ſuum ſpiritu animalis mundi volantis non longe à terra, ſua conuerſatione (nam venit filius hominis manducans & bibens, mundus ab omni peccato, cœleſtibus operibus) nec ſolum volatis, ſed mãſueti, ſine armis extra, ſine felle intus. Diſcite, inquit, à me, quia mitis ſum & humilis corde. & Ioanni ac Iacobo dicentibus, vis dicamus vt ignis de cœlo conſumat eos, reſpondit neſcitis cuius ſpiritus filij eſtis. venit enim in ſpiritu manſuetudinis vſque ad mortem, nec ſolum tam manſueti, ſed fœcundiſsimi: quia pater futuri ſeculi veniebat, vniuerſo mundo vtiliſsimus. Tunc vox de cœlo intonuit. Tu es filius meus: quia tunc officio ſuo Chriſtus manifeſtaturus (vt dictum eſt) erat mundo myſterium trinitatis in proprijs nominibus. vnde & ipſe ait. Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus. nomen inquam non quo deus, ſed quo pater dicteris. propterea enim dixit, tu, es, ſeu, hic eſt filius meus, non adoptiuus, ſed naturalis, conſubſtantialis, dilectus, vere ſupra omnia dilectus. Et quia per pronomen, tu, ſeu, hic, demonſtratur ille homo qui vocatur Ieſus, ideo in his verbis non ſolum aperitur myſterium filij, & conſequenter patris, & conſequenter generationis, qua pater genuit filium, ſed myſterium incarnationis: quoniam ille homo demonſtratur filius dei homo (quod eſt verbum caro) qui dilectus eſt ſecundum deitatem, & ſecundum humanitatem ſupra reliquas creaturas. Et eadem ratiõe ſubditur, [in quo mihi, complacui, In textu tamen Græco non habetur pronomen, mihi, ſed in quo complacui quia tunc officium Chriſti erat ad exequendum & manifeſtandum complacentiam diuinam in ipſo, ad redimendum, reconciliandum & renouandum mũdum, & inſtaurandum omnia quæ in cœlis & in terris ſunt. Hæc eſt ad literam ratio aperti cœli & columbę, & vocis in Chriſti baptiſmo. Et præter hoc ratio columbæ fuit, vt perſona Chriſti quæ Ioanni erat ignota, cognoſceretur à Ioanne. Et nihilominus ſignificãt hæc baptiſmum Chriſti, quem tunc contactu ſuæ carnis conſecrabat, conferre cœlum apertum, & in fide ſanctæ trinitatis conferre

(ira

(ita quod hic opere monſtratum eſt.quod poſtea verbis à domino explicatum eſt, baptizantes eos in nomine patris, & filij,& ſpiritusſancti)& efficere ex filiis hominum filios dei. Hæc tamen ad myſticum videntur potius ſpectare ſenſum,quàm literalem.

CAPVT IIII.

Vnc.] ſtatim poſtquam baptizatus eſt. [Ieſus ductus eſt.] Effectum ſpirituſſancti perſpice.non iuit velut ſola humana vtens ratione: ſed ductus eſt à ſpirituſancto,inſpirante,regente,& agente ipſum. [In deſertū.] Secundū hiſtoriam ſcribitur locus ad vacandum operibus profitentium pœnitentiam,vitam ſolitariam, viram cōtemplatiuā in ieiunijs & orationibus. [A ſpiritu,vt tentaretur a diabolo.] Coniunctio,vt,non ſolum teneatur conſecutiue (quia locum deſerti ſecutura erat tentatio)ſed etiā cauſaliter,quia ſicut ad hoc venit vt pateretur.ita ad hoc iuit volūtarius in deſertum vt tētaretur.nā nec pati,nec tētari malū eſt,ſed vtrūq3 pro nobis ſpōte ſubijt,& ſicut Hieruſalem elegit pro loco paſſionis, ita deſertū elegit pro loco tētationis. Eſt nihilominus deſertus locus aptus tentationi,tū ex genere.vitæ ſpiritualis quæ in deſerto ducitur,tū ex ſolitudine.nā dæmō ſpirituales viros maxime nititur tētare, & ſolitarijs inſidiatur,vtpote quibus velut ſubacto mūdo & carne,cōtra ſolos dæmones pugna reſtat. ¶Significanter autem Chriſtus poſt baptiſmum deſertum ieiunij, orationis & tentationis petit, non ſolum vt ſua actione exemplum præbeat nobis quid agendū eſt poſt profeſſionem Chriſtianæ vitæ ſed vt præludia ſuæ prædicationis exerceat in huiuſmodi,propterea enim euangeliſta dicit.tunc. [Et quum ieiunaſſet.] Ieiunium non eſt opus ex ſuo genere bonum(quum ſit priuatio alimenti) ſed pro tanto eſt bonū, pro quanto eſt actus virtutis moralis quæ vocatur abſtinentia.

[Quadraginta diebus & quadraginta noctibus.] Quantitas tāta ieiunij excedit rationem virtutis moralis ſecundum humanam rationem,quia diſſonat à ratione recta humana,vt homo eligat ieiunium,intolerabile naturaliter homini.Sed fuit hoc ieiunium moderatū diſpoſitione diuina,decuit enim vt Chriſtus in ieiunij opere aſſimilaretur excellentibus propheris Moyſi & Heliæ, quorum vterque ieiunauit ſpatio.40.dierum & noctium,& vno tanto ieiunio vniuerſam Ioannis baptiſtæ abſtinentiam ſuperaret. Nec elegit extendere plus ieiunium,ne in dubium verteret veram ſe habere carnem. Miraculoſum autē proculdubio fuit & in Chriſto & in Moyſe & Helia tantum ieiunium.& non vt imitandum, ſed

admirandum proponitur mundo. [Poſtea eſurijt.] Affirmat euangeliſta Ieſum poſt ieiunium dierum ac noctium quadraginta eſuriſſe: vt vnde occaſionem tentandi diabolus ſumpſit deſcribat. Sed an infra tempus illorum quadraginta dierum eſurierit, vel non eſurierit, nihil dicit. Si interim non eſuriit, multiplicantur miracula. nam miraculo ieiunii dierum quadraginta adiungitur miraculum, quod tanto tempore ſeruatum ſit Ieſu corpus, abſque indigentia alimenti. eſuries ſiquidem eſt naturalis appetitus alimenti ſicci animalium, quando indigent alimento ſicco ſicut ſitis eſt appetitus alimenti humidi. Et quod magis vrget, adiungitur implicite quod Ieſus ex tanto ieiunio non eſt afflictus ſecundum corpus, quia non affligitur corpus ex ieiunio, donec deducatur ad hoc quòd indigeat alimento, eſuriat & careat alimento, vt experientia teſtatur. Quocirca ſi Ieſus intra tempus quadraginta dierum non eſuriit, conſequens eſt quòd non indiguerit alimento, & quod non fuerit ex tanto ieiunio afflictus. Si interim quoque eſurijt, cur diabolus non interim tentauit, cur euangeliſta appoſuit aduerbium, poſtea eſurijt? ¶Solutio eſt quòd Ieſus ex ieiunio illo afflictus eſt ſecundum corpus, indigente corpore eius alimento, ſed non eſt tantum afflictus quantum vis tãti ieiunij naturaliter nata erat affligere, quia nata erat perimere, ſed vſque ad certum terminum rationi conſentaneum: vt rationabile ſcilicet ſeruaretur obſequium illius ieiunij. oportet enim corpori hoſtiam eſſe rationabilem cultum: vt Apoſtolus teſtatur ad Romanos duodecimo. Et eadem diuina diſpoſitione quia miraculo ſe ſeruatum eſt corpus in tanto ieiunio, retentus eſt appetitus animalis ab actu eſuriendi & ſitiendi. Moderauit itaque diuina diſpoſitio afflictionem & indigentiam alimenti. Retinuit autem appetitum animalem ab actu eſuriendi & ſitiendi, ſicut etiam retinuit ignem ab actu comburendi tres pueros in camino ignis. Et ideo euangeliſta dixit, poſtea eſurijt, ideo diabolus non prius tentauit. ſed vbi eſurientem vidit ac carentem cibo, occaſionem opportunam tentandi nactus eſt. [Et accedens tentator.] In humana ſpecie diabolum aduenire ſignificatur: dicẽdo, & accedens tentator. accedere enim progreſſiuus motus eſt. Conuincitur-que ex hoc, quòd vniuerſa quæ deſcribitur tentatio, foris fuit non intus. nam integram perfectionem Ieſu dedecebat habere intra cogitationes aut phantaſiæ vel ſenſus motus aduerſus ſpiritum: exteriores autem ſuaſiones ad malum, audire non dedecuit, vt illas vinceret. ¶Tentatoris autem officium recolito eſſe non

ſolum

ſolum explorare ad ſciendum ſeu experiendum, ſed etiam conari ad efficiendum: Sic enim Alcimiſtæ tentant ad efficiendum aurū: & opifices ad faciendum ſtatuam aliquam ex tali lapide. Sic diabolus tentat ad efficiendum homines ſimiles ſibi: præter id quod explorat quid latet in voluntate & viribus internis. [Dixit ei, Si filius dei es.] Non eſt intelligendum quod diabolus hęc ſola verba dixerit, quod ex abrupto proruperit, dicendo ſi filius dei es: ſed quod multis compoſitis verbis, neceſſitate panis ad vtriuſque ſuſtentationem allegata, ſuadendo protulerit hanc ſententiam, quæ explorationem cōtinet an filius dei ſit, ex miraculo quod ſola verba prouideat efficiendo de lapide panem. Audierat forte diabolus vocem illam, tu es filius meus dilectus in quo complacui, vel ſaltem audierat Ioannem Baptiſtam prædicantem & teſtificantem, quod hic eſt filius DEI: vt patet Ioannis primo: ſed quum vidit ipſum eſurientem carere cibo, dubitauit an ipſe eſſet filius dei. Et propterea experiri voluit hoc miraculo. [Dic vt lapides iſti panes fiant.] Sic diabolus quod ſola diuina potentia ſufficit ad hoc quod ſolo verbo ſubito fiat de lapide panis. Et propterea petijt, dic vt lapides iſti panes fiant. [Qui reſpondens dixit.] Diabolus fingebat, ſe hominem: Ieſus non monſtrauit ſe cognoſcere illum, ſed tanquam homini reſpondit.

[Scriptum eſt.] Diſcamus hinc omnes arma noſtra eſſe ſacras ſcripturas. ideo nanque Ieſus omnes has tentationes ſolis ſacris ſcripturis vicit, vt doceret nos ſic pugnare & vincere. nulla enim poterit nos ſuaſio ad malum trahere, ſi conſultis ſacris ſcripturis actiones & omiſſiones noſtras direxerimus. [Non in ſolo pane viuit.] pro, viuet, [homo, ſed in omni verbo quod procedit.] pro, egreditur, [de ore.] pro, per os, [dei.] Sententia hæc ſcripta eſt Deuteronomi octauo, & ſunt verba Moyſi ad populum, inſtruens illos quod ideo deus pauit illos manna, vt cognoſcerent quod non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni re quæ procedit de ore (hoc eſt de imperio) dei. Vere enim experti ſunt hominem viuere abſque pane. quadraginta annis nutritum non pane ſed manna. Hic eſt ſenſus literalis illius textus, vbi patet ſermonem haberi ad literam non de cibo animæ ſed corporis, & dominum IESVM tentatori ſuadenti, vt panem de lapide efficeret, annuiſſe ſacræ ſcripturæ authoritatem, quod vita corporalis hominis non indiget pane, quia non in ſolo pane viuit ſecundū corpus homo, ſed in omni verbo, hoc eſt re alia. procedente ex ore, ex imperio dei. Et directe reſpondet diabolo ſuadenti neceſſitatem panis,

quod panis non eſt neceſſarius,quia homo etiam abſque pane viuit ſecundum corpus ex quacunque alia re, quam deus imperat, diſponit,dicit fore cibum hominis. Et ſic ex hac reſponſione diabolus nihil explorati habuit,an filius dei eſſet, ſed totus conatus diaboli ad ſuadendum miraculum de pane deluſus eſt, oſtenſa ex diuina ſcriptura nō neceſſitate panis ad vitam hominis. Ex qua domini reſponſione inſinuatur quod diabolus tentando fundauerat ſermonem ſuum ſuper neceſſitate panis ad humanam vitam & hinc intuliſſe,quod ſi filius dei es, dic vt lapides iſti panes fiāt.

[Tunc.] poſt deſcriptam tentationem.ſed quantum interfuerit temporis,incertum eſt. [Aſſumpſit] pro,aſſumit, eum diabolus] Nō portauit ſuper humerum,ſed duxit,ſicut inferius cap.17. dicet euangeliſta hic,quod Ieſus aſſumpſit Petrum & Iacobum & Ioannem,quia ad ſe traxit ducendo. [In ſanctam ciuitatem.] Hierusalem, ſanctam, quia deo dicatā ratione templi. [Et ſtatuit eū ſuper pinnaculū.]ſummitatē tecti. [Tēpli,& dixit.] pro,& dicit,ei: Si filius dei es,mitte te deorſum.ſcriptum eſt enim, quia angelis ſuis mādauit.] pro,mādabit [de te & in manibus tollēt te,ne forte.] pro,neqñ, [offendas ad lapidem pedē tuū.] Similis prioris eſt hęc tentatio exploratiua ab actione manifeſtatiua Meſię. Intellexit(& vere ſic erat)ſcriptū eſſe de Meſia,quod angelis ſuis &c. Et propterea Ieſum tuētem ſe ſacra ſcriptura,aggreditur cū armis ſacræ ſcripturæ,vt vel ſic exploraret ſi filius dei eſſet. Et diaboli ſuaſio tendebat ad hoc,vt manifeſtaret Ieſus ſe eſſe filium dei hoc miraculo,mittendo ſe deorſum vidente populo, quia ſacræ ſcripturę congruebat vt hoc ſigno Meſias ſe manifeſtaret,vt citatus pſalmus teſtatur. ſuadebat enim hoc diabolus in ſpecie hominis deſiderantis,vt Ieſus manifeſtaret ſe eſſe Meſiam. [Ait illi Ieſus. Diſſimulans ſe noſſe tentatorem.reſpondet dæmoni vt homini. [Rurſum ſcriptum eſt.] Scripturā citaſti,ſcito hanc ſcripturā nō eſſe ſolam,& oportere ſcripturam ſcripturæ conſentire, extat altera ſcriptura Deuter.6.dicens, [Non tentabis dominū deū tuū.] Non eſt opus miraculo hoc, vbi iter ad deſcendendum per gradus patet.eſſet enim tentare deum, velle experiri an deus me ſaluaret ſi mitterem me deorſum. Ex hac quoque reſponſione nihil explorare potuit diabolus. quandoquidem Chriſtus reſpondit nullam eſſe neceſſitatem huius miraculi.ſed hominem attentare tale opus,eſſet tentare deum.quod prohibetur in ſacra ſcriptura. [Iterū aſſumpſit.]pro,aſſumit,[eū diabol⁹.] Hinc apparet quod ſecunda fuit hæc aſſumptio,ac per hoc tētatio tertio loco a Matthęo

theo ſcripta, vere fuit tertia ſecundum ordinem rei geſtæ: alioquin non dixiſſet euangeliſta iterum aſſumit. Vnde Lucas, qui ordinem tentationum non ſecundum ordinem rei geſtę ſcripſit, nullo vſus eſt ſimili aduerbio aut coniunctione denotante ordinem rei geſtę, ſicut Matthęus, [In montem excelſum valde.] Neſcitur quis fuerit iſte mons. & ſimiliter quantū temporis interceſſerit à ſecunda in tertiam tentationem. [Et oſtendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum.] Pręſentis temporis eſt oſtendit monſtrando digito ſitus climatum & regnorum (ideo enim duxit ipſum in montem excelſum valde, vt inde poſſet monſtrare) & deſcribendo gloriā eorum. [Et dixit.] pro, & dicit, ei [Hęc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me.] Græca dictio participium eſt actiuum præteritum, quo Latina lingua caret. Ita quod ſenſus eſt, Si cecideris & adoraueris me, à teipſo proſtratus adoraueris me. ¶ Diſſimilis valde eſt hęc tentatio præcedentibus. nam priores fuerunt exploratiuę, ſi filius dei es &c. hæc autem eſt non ad ſciendum ſi filius dei eſt, ſed ad experiendum ſi poteſt allici ad adorandum ipſum dęmonem. Vnde colligitur, quod in hac tentatione diabolus in humana ſpecie loquens manifeſtauit ſe eſſe principem mundi huius, & poſſe diſponere de regnis mūdi huius. quod præſumptuoſe ac mendaciter dicit. ¶ Non intelligo ego hanc tentationem tendere ad id quod ſonat, quoniam non eſt veriſimile, vt diabolus virum tantę perfectionis, quantam videbat in ieſu, quem nunquam potuit trahere ad minimum peccatum veniale, duxerit tentandum ad tam magnum ſcelus adorandi dęmonem, credendo aut ſuſpicando, quod forte conſentiret, ſciuit, enim, quod nemo repente fit ſummus tam in bono quam in malo, ſed paulatim progreditur hominis animus ad ſummum bonorum ſiue malorum. Sed intelligo quod occultiore arte tentationem hanc intulerit ad explorandum, ſi filius dei eſſet. Conſiderans enim tentator priores conatus à ſuggeſtione, ſi filius dei es, fuiſſe vanos, cogitauit occulte idem explorare, tentando de ſupremo crimine, vt. ſi ſe adoraret: vt vel ſic prouocaret Ieſum ad increpandum tentatorem & dicendum ego à te debeo adorari, & tu tam inſanis, vt petas adorari à me. & ſic exploraſſet ipſum eſſe filium dei. Sed fefellit eum opinio ſua. [Tunc dicit ei ieſ. vade.] pro, abi. Et deeſt poſt me. Legendū eſt, [abi poſt me Satana.] Quia diabolus manifeſtauerat ſe eſſe principem mundi, ideo Ieſus non reſpondet illi ſicut homini vt prius, ſed expellit eum. Satan Hebręa dictio eſt, Latine dicitur aduerſarius & nominauit

uit eum Christus ab officio & actu aduersandi hominis saluti.
¶Aduerte pro literali sensu,quod bis leginus Iesum vsum hac increpatione,vade post me Satana. Semel expellendo diabolum tentantem:vt tam Matthęus hic,quam Lucas.4. scribit. & semel reprehendendo Petrum,vt patet Matth.16. Et non est sensus vade post me,hoc est sequere me,à tergo,sed quia Satan apud Hebræos sonat aduersantem, nõ qualitercunque,sed velut obsistendo coram ante faciem,ideo alludendo ad vocabulum eiicitur ad situm à tergo,in quo non possit exercere officium aduersandi obsistendo.Hic est sensus literalis, qui vt patet est sensus similitudinarius,sumptus.i.à similitudine corporalium situum seu positionum.Et significat ad literam secundum sensum intentum, ab illo vnde non possis aduersari.Ita quod non solum eiicitur ab actu aduersandi,& à situ idoneo& ad aduersandũ,sed emittitur ad situm contrarium,vbi nec possit officium aduersandi exercere,quod est totaliter eiicere aduersariũ.Ac si dixisset,abi totaliter a me aduersarie.[Scriptũ est enim] Deute.6. [Dominum deũ tuũ adorabis & illi soli seruies.] Nec ex hac respõsione potuit diabolus aliquid habere,quod Iesus esset filius dei,quoniam ex communibus Iesus illum superauit,tacitis iis quæ ei propria erant.[Tũc reliquit.pro, relinquit,[eum diabolus.] Cõsummata vniuersa tentatione reliquit eum(vt Lucas explicat)ad tempus cessans à tentatione. [Et ecce angeli accesserunt,& ministrabant ei.] Inducũtur angeli ministrantes ad te stificandum illius excellentiã supra angelos. ideo nanque non vnus angelus,qui sufficeret ad cibandum vnum hominem,sed angeli in numero plurali describuntur,non prouidentes sed ministrantes famulatum exhibendo. Vt quod diabolus tot tentationibus explorare nequiuit,confusus ac inuitus videat in angelorũ ministerio,non ad portandum mittentem se deorsum (quod ipse requisierat) sed ad opportuna seruitia, quod ipse non quesierat.Decuit enim vt dominus Iesus manifestaret se filium dei quando & quomodo ipse Iesus disposuit,& non quando & quomodo diabolus requirebat. Veruntamen per hoc diabolus non certificabatur,quod Iesus esset Messias,quia non penetrabat ministerium hoc esse vere subiectionis angelorum ad Iesum.videbat quod ministrabant,sed non quod vt serui. [Quum autem audisset Iesus,quod Ioãnes traditus esset,secessit in Galilæã.]Oĩa iesu gesta post ieiuniũ vsque ad carcerem Ioannis(quę Ioannes Euãgelista narrat vsque ad quartũ capitulũ integrũ incluſiue)tacet Matthęus,transiẽs à ieiunio ad auditum Ioannis carcerẽ.Et cura fuit

Euange-

Euangeliſtæ, vt hoc explicaret: ne falleremur putantes illa, quæ ſcripturus erat, geſta eſſe ſtatim poſt ieiunium: quum tamen conſtet interceſſiſſe plus quam annum: vt in euangelio Ioannis declarabitur. ¶ Igitur quum Ieſus in Iudæa conſtitutus, audiſſet traditum à Iudæis Ioannem in manus Herodis. quanuis enim hoc non conſtet, hæc tamen Matthæi verba innuunt hoc. Quorſum nanque Euangeliſta narrat auditam traditionem Ioannis fuiſſe rationem, quod Ieſus ſeceſſerit in Galilæam, niſi quia Iudæa in culpa traditionis fuit: & propterea relinquenda tunc fuit à Ieſu. Ex hoc enim quod in Galilæam ſeceſſit, apparet quod non fugiebat Herodem, qui erat tetrarcha Galilææ. Et ſimiliter hinc apparet quod à Iudæa ſeceſſit in Galilæam: quum nullus Euangeliſta narraret alibi eum fuiſſe: & conſequenter, quod à Iudæa traditus fuit Ioannes. ¶ Cauſa autem quare Ioannes traditus fuerit Herodi à Iudæis, in promptu eſt illa, qua dicit Ioſephus, Ioannem ab Herode captum, ſcilicet quia ad Ioannem concurſus erat populi. Rationi nanque conſentaneum eſt, quod Iudæi videntes populum cõ concurrere ad Ioannem, & hoc in Iudæa, timuerunt nouitatem aliquam offenſiuam Romanorum, ſicut timuerunt poſtea ex concurſu ad Ieſum, & propterea caute tradiderunt ipſum carceri trudendum ab Herode, cui huiuſmodi concurſus diſplicebat: vt Ioſephus dicit, Nec cauſa iſta contrariatur cauſæ recitatæ ab euangeliſtis: quia ſcilicet Ioannes arguebat Herodem. poteſt enim ex vtraque cauſa proueniſſe effectus carceris. [Et relicta.] quo ad habitandum. [Ciuitate Naſareth.] Non intelligo quod hoc tertio reditu in Galilæam venerit prius in Naſareth, & ibi legerit Eſaiã (quod Luc. refert) & poſtea tanquam eiectus venerit ad habitandum in Capharnaum: quia geſta illa in Naſareth præſupponũt multa facta à Ieſu miracula in Capharnaum: dicentibus tunc Naſarenis, quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. Sed intelligo, quod poſt Ioannis carcerem, ante illa geſta in Naſareth, Ieſus qui ſolitus erat habitare in Naſareth, relicta ciuitate ſua, quo habitandi officium elegit habitare in Capharnaum. [Venit.] Præteriti eſt tẽporis [Et habitauit in ciuitate Capharnaũ.] Superfluit ciuitate. [Maritima.] Naſareth aiũt iuxta montem Tabor eſſe, non maritimam: Capernaum autem (corrupto vocabulo Capharnaum) maritimam eſſe aiunt. Et hanc differentiam deſcripſiſſe videtur Matthæus, addens maritima: iuxta ſcilicet mare Galilææ: hoc eſt lacum, qui Hebræa conſuetudine mare appellatur. [In finibus Zabulon & Nepthalim.]

Non ſuffe

Non ſuffecit deſcriptio loci, à naturali ſitu. ſed adiuncta eſt deſcriptio à ſortibus tribuum Zabulon & Neptalim, vt adiungeretur conſonantia prophetiæ. [vt adimpleretur quod dictum eſt per Eſaiam prophetam. Terra Zabulõ & terra Neptalim via maris.] pro viã maris [trans iordanem Galileę.] pro, Galilęa. [gentiũ.] Intellige adimpleretur ſecundum myſticum ſenſum, quoniam ad literam Eſaias in fine octaui & principio noni capituli, vnde afferuntur ſubiuncta verba, dicit ſecũdum textum Hebræum, quòd non erit obſcuratio ſicut fuit primo tempore ab alleuiatore terrę Zabulon, & Neptalim, & nouiſſimo ab aggrauatore viæ maris trans Iordanem, &c. ſed populus qui ambulabat &c. Quod adimpletum eſt, quum angelus domini percuſſit centum octuaginta quinque milia. vnde & ibi affertur ſimilitudo, ſicut in die Madiã victoria ſcilicet omnibus Iudæis viuis & ſanis. Et ad hoc inſinuãdum truncauit euangeliſta verba Eſaiæ, citans ſenſum ſumptum ſcilicet, quòd terra Zabulon & terra Neptalim ac via maris trans Iordanem, appoſitiue eſſet populus qui ſedebat in tenebris &c.

¶ Et vocatur hîc trans Iordanem reſpectu Moab & montis Hermon & Baſan. Ita quod illa regio vbi locatæ ſunt duæ tribus & dimidia à Moyſe, inuenitur hic eis Iordanem: Hierico autem, Hieruſalem &c. trans Iordanem. nam conſtat Galilęam eſſe in terra, quam mortuo Moyſe Ioſue tranſito Iordane cum filijs Iſrael acquiſiuit. Et hæc oportuit hîc notare, quia aliter intelligeretur trãs Iordanem reſpectu Hieruſalem. Intelligitur enim terra vbi eſt mõs Hermon & Baſan & Moab &c. [Populus qui ambulabat.] pro, ſedebat [in tenebris, vidit lucẽ magnã: & ſedentibus in regiõe vmbræ mortis.] pro, in regione & vmbra mortis, [lux orta eſt eis.] Sicut vmbra eſt velut veſtigium illius cuius eſt vmbra, ita vmbra mortis velut veſtigiũ eſt mortis. Et ꝓprie ſignificat terrores & horrores mortis. hi enim non ſunt mors, ſed mortis vmbra. Illi namque qui ſunt in continuis timoribus mortis & tormentorum, ſunt in vmbra mortis corporis. & per metaphoram transfertur ad mortem animæ. & internæ animi tenebræ (quæ ignorantia & peccata ſunt) vocãtur hîc ad literam vmbra mortis. Tanquam mors ipſa ſit æterna damnatio, qua ſine ſpe vitæ anima mortua eſt. & ne intelligeres tenebras faciles aut ſine periculo, explicauit quales eſſent: ſcilicet vmbra mortis. [Exinde cæpit Ieſus prædicare.] Tempus ac locum vnde cœpit Ieſus publica prædicatione populum docere ſignificatur: tempus quidem poſt Ioannis carcerem, locum vero Galilæam. non quod priùs Ieſus baptizatus

ſiluerit

ſiluerit(quum Hieroſolymis,& in ciuitate Sichar,& in terra Iuda docuerit diſcipulosque habuerit) ſed quia tẽpore illo, ſcilicet inter ſuum baptiſmum,ſeu ieiunium. & carcerem Ioannis prædicante Ioanne,Ieſus doctoris potius quam prædicatoris exercuit officium:docens non occulte,ſed palam multos, & miracula faciens: vt Ioan. Euan teſtatur.ſed vbi carceri Ioannes addictus eſt, cœpit Ieſus in Galilæa publici prædicatoris officio vti, diſcurrendo ad prædicãdum per ciuitates & villas,&c. ¶Decuit autem vt prędicante Ioanne non prædicaret Chriſtus : ne concurrere viderentur : ſed Ioannes prædicans mitteret auditores ad Chriſtum doctorem , vt ſic inciperent guſtare verba Ieſu Chriſti. Teſtantur autem etiam principes ſacerdotum coram Pilato, quod Ieſus cœpit prædicare à Galilæa: dicendo,commouit populum per vniuerſam Iudæam incipiens à Galilæa vſque huc.Luc.xxiij.[Et dicere,Pœnitentiam agite.appropinquabit] pro appropinquauit, [enim regnum cœlorum.]Expoſita ſunt hæc ſuperius. Sed aduerte,quod Ieſus ab eadem materia inchoat prædicationem ſuam, à qua incœperat Ioannes:tum quia Ioannes præparatorie,Ieſus vero perfectiue hanc materiam prædicabat.tum ad confirmãdũ prędicationem Ioannis: tum ad exemplum noſtrum,vt non dedigne mur inchoata etiam ab alijs minoribus bona proſequi. [Ambulans autem Ieſus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres (Simonem qui vocatur Petrus,& Andream fratrem eius) mittentes rete in mare . erant enim piſcatores.] Hæc Petri vocatio , quod non ſit illamet quæ ſcribitur Luc. 5. patet ex eo, quod in hac Ieſus ambulans iuxta mare vocat , in illa Ieſus erat in naui : in hac Petrus & Andreas erant mittentes rete in mare quando vocantur : in illa iam comprehenderant piſcium multitudinem . Quæ autem harum vocationum fuerit prior, ibi tractabitur.[Et ait illis venite poſt me.] Vocantur ergo ad diſcipulatum, non qualencunque, ſed ſequelæ etiam corporalis. Fuerunt enim multi Ieſu diſcipuli,qui non corporea ſocietate commitabantur illum:vt patet de Nicodemo,& Ioſeph ab Arimathia. Immo omnes credentes in Ieſum, erant diſcipuli Chriſti: vt patet in Actis apoſtolorum: & ex verbis Iudęorum,dicentium exeo nato:tu diſcipulus eius ſis. [Et factã vos fieri piſcatores hominũ.] Superfluit,fieri.Apta magnaque promiſſio, ſed veritatis plena.vt experientia cõprobauit. [at illi continuo relictis retibus.]Non dicit relictis omnibus.Deſcribitur enim non abdicatio proprietatis rerum , ſed promptitudo obedientiæ : quod quauis iacerent retia in mare ad piſcandum,qui

dum,quia piſcatores erāt, nihilominus reliquerunt retia. [Secuti ſunt eum.] animo & greſſu corporeo. non ita quin poſtea quandoque piſcationi vacauerint: quum incumberet illis cura domus, nec haberent vnde ſuis prouiderent de victu, niſi de piſcatione. commune eſt enim piſcatoribus alere ſe & ſuos ex piſcatione. In cuius ſignum etiam poſt reſurrectionem domini Petrus vacabat piſcationi. [Et procedens inde vidit alios duos fratres (Iacobū Zebedæi,& Ioānē fratrem eius) in naui cū Zebedęo patre eorum reficientes retia ſua: & vocauit eos.] Simili vocatione (ſcilicet ad diſcipulatum & ſequelam corpoream) vocantur Iacobus & Ioannes. ¶Nec eſt mirandum, quod iſti & illi ſtatim ſecuti fuerint Ieſum. quia interiori operatione Ieſus mouebat (motione non inuitatoria, ſed efficaci) corda eorum ad relinquendum omnia, & ſequendum ipſum. Tali enim attractioni interni ſpiritus, nullus vnquam reſtitit, nullus etiam reſiſtet vnquam: quia efficit voluntarium ſectatorem, operarium martyrem, &c. [Illi autem ſtatim relictis retib⁹ & patre, ſecuti ſunt eum.] Et ſimiliter nō dicitur hic relictis omnibus, ſed relictis retibus & patre: ad commendandam promptam ſequelam. Adhuc enim & Petrus habebat domum & nauim: & iſti retia ſua, quæ paternæ curæ reliquerunt, non dicūtur à ſe abdicaſſe, ſed reliquiſſe patri. [Et circumibat Ieſus totam Galileā.] Non ſolum vocat ad diſcipulatum aliquos ſed officium prædicationis omnibus impendit non in vno manebat loco, quo omnes conuenirent, ſed ipſe circumibat abundatiore charitate totam non partem Galilææ. [Docens in ſynagogis eorum, & prædicās euangeliū regni, & ſanans omnem langorem.] pro, omnem morbū, [& omnem infirmitatem in populo.] Tria exercet. docet inſtruendo ea quę morū, quæ legis, quæ religionis & iuſtitię ſunt: annunciat euangelium, bonum nuncium, regni cœleſtis, non regni terreni. Hæc enim duo ſunt officia veri prædicatoris cœleſtis: annunciare quæ regni cœlorum ſunt ſine doctrina, tanquam fabuloſum habetur: docere quæ ad perfectionem vitæ moralis ſpectant abſque annunciatione fidei, ſpei, ac charitatis cœleſtis regni, inſufficiens, ac inutile eſt ad ſalutem æternam. & ideo vtrunque Ieſus exercuit. Et adiunxit tertium, ſcilicet ſanare miraculoſe, vt inciperet manifeſtare ſe eſſe Meſſiam. ¶Et doctrinæ quidem locus ſynagoga (hoc eſt locus publicus) ad opus tale deputata deſcribitur. Sanationis vero opus omnis morbus, omniſque langor dicitur (vt nulla ægritudo exempta intelligatur), non in aliqua domo. ſed in populo quocunque totius Galilææ. ¶Vbi

aduerte

aduerte,quod dictio Græca interpretata infirmitatem,proprie ſonaret mollitiem,quæ apud nos non eſt nomen ægritudinis. & propterea infirmitatis nomine(quo valitudo corporis minus firma ſignificatur)interpretata eſt.molle enim cedit ſicut & infirmum.

[Et abiit opinio.] pro,auditus, [eius in totã Syriam.] Effectº doctrinæ,prædicationis,& miraculorum in ſanationibus, deſcribitur fama Ieſu in tota Syria,cuius eſt pars Galilæa. [Et obtulerũt ei omnes male habẽtes variis languoribus,] pro morbis, [& tormentis.] pro cruciatibus.comprehenſos,& qui dæmonia habebãt.]pro dæmoniacos,[& lunaticos,& paralyticos.]Effectº famæ fuit,quod audita tantæ nouæ gratiæ fama,offerebant Ieſu omnes male habentes variis languoribus febriũ,& tormentis,hoc eſt afflictionibus ſeu cruciatibus dolorum ſenſibilium:vt podagrum, iliorum,& ſimilium:& lunaticos,malum caducum patientes:& paralyticos,membrorum diſſolutione quaſſatos. [Et curauit eos.] non aliquem eorum,ſed eos abſquè exceptione aliqua. [Et ſecutæ ſunt eũ turbæ multæ de Galilæa & Decapoli.& deHieroſolymis & de Iudæa, & de trans iordanem.] Effectus doctrinæ,euangelij,miraculorum,& famæ fuit,quod ſecutę ſunt Ieſum turbę multę ex quinque locis, vt intelligamus extenſionem effectus extra Galileam.dum vltra Galileam exprimitur Decapolis,à numero denario ciuitatum regio nominata,& Hieroſolyma,in qua prius fecerat multa ſigna paſchali tempore,& Iudæa,in qua baptizauerat. &ide trans Iordanem reſpectu Hieruſalem & Iudæa,hoc eſt, regione ſortis duarum tribuum,& dimidiæ,in terra olim Seon:& Og regum,quos percuſſit Moyſes.

CAPVT. V.

Idens autem ieſus turbas,aſcẽdit in montem.]Occaſionem loci & temporis & docendi diſcipulos deſcribit Matthæus,temporis quidem à viſis turbis,loci autem,ab aſcenſu in montem. Tempus ſiquidem congruum ad nouam promulgandam legem fuit, quando iam turbæ multæ concurrentes non credebantur,ſed videbantur. Locus autem congruus fuit,non templum, non ciuitas, non vallis,ſed mons ad promulgandam legem non iudæis,aut vni genti,ſed mundo legem autem tam excelſam,vt nec mons ipſe ſufficiat ad illius celſitudinem commẽdandã.[Et quũ ſediſſet.] Corporali etiã ſitu ſedit,vt ques & autoritas docentis etiã ſic aperiatur.

[Acceſſerũt ad eũ diſcipuli eius.]Hinc apparet,quod turbæ nõ aſcenderunt in montẽ cum ieſu;ſed diſcipuli ſoli ſecuti eum fuerint in

rint in montem & quod ad euitandas pro tunc turbas, Ieſus aſcẽdit in montem docturus ſeorſum diſcipulos. nam ſi etiam turbæ fuiſſent ſecutæ. non dixiſſet Euangeliſta, Et acceſſerunt ad eum diſcipuli eius. ſubdendo, docebat eos, nõ eas, [Et aperiẽs os ſuũ] Tum ad differentiam, quod olim aperuit idem Ieſus ora prophetarum, propterea enim modo dicitur, quod propriũ os aperuit. Tum ad differentiam huius ſermonis á reliquis domini ſermonibus ſcriptis & ſcribẽdis â Matthæo, quia hic ſermo eſt velut lex euangelica, reliqui autem ſunt particulares monitiones. Ita quod lex euangelica non traditur ſicut lex Moſaica, non ſolũ quia illa per angelos & cum terroribus, hæc per ipſum Ieſum proprio ore & ſedendo, ſed etiam quia illa vni populo data fuit, & propterea toti congregato populo Iſrael data eſt, hæc autem toti mundo datur, & propterea non populo Iſrael congregato, ſed diſcipulis docturis vniuerſum mundum promulgatur. Si enim populo Iſrael fieret promulgatio, putaretur quod lex euãgelica illi populo eſſet propria, ſicut fuit lex Moſaica, ſed vbi promulgatio fit diſcipulis in vniuerſum mundum mittendis, aptiſſimè interfuerunt perſonæ euangelicę legis promulgationi [Docebat eos dicens.] Singularis excellentia euangelicę legis tangitur, quod eſt doctrina, non eſt ligamen arbitrio, aut voluntate humana, quia ſic iubet princeps: ſed eſt doctrina vere bonorum & ſanctorum morum, actionum, mentiũ, vniuerſæque vitæ. Perlege totum ſequentem ſermonem, & nihil in eo inuenies quod iuris ſit poſitiui: quod ſcilicet antequam ſtatuatur, indifferens ſit. omnia enim & ſingula ſunt ſecũdũ ſe bona vel mala. [Beati pauperes ſpiritu.] In actionibus & operationibus primum principium eſt finis: quia finis eſt agendi ratio, & ex fine ratio actionis, & operis ſumitur. Et propterea Ieſus legem euangelicam inchoat â beatitudine, quam conſtat actionum & laborum noſtrorum omnium finem eſſe. quandoquidem vt beati ſimus, agimus & patimur omnes quicquid voluntarie agimus & patimur. ¶ Numerat autem nouem beatorum ſpecies: conuenientes quidem in beatitudine, ſed differentes in beatitudinis merito & gradu. Et ſeptem quidem meritum conſiſtit in agere: duarum autem, in voluntario pati. ¶ Beati, inquit, hic in ſpe, & in futuro in re (ſic intellige in omnibus nouem) pauperes ſpiritu. Non dicit pauperes ſpiritus. manifeſte ſignificando paupertatem ſpiritus proprij, quam appellamus humilitatem cordis: ſed dicit pauperes ſpiritu. Quod poteſt dupliciter intelligi, ſeruata proprietate nominum. Primo, vtrãque dictionem

dictionem in ſua integritate ſeruando, hoc eſt, quod pauperes ſignificet vere pauperes: immo ſecundum textum Græcum mendicos, qui à ſuis rebus ceciderunt in neceſsitatem mendicandi. Ita quod ad literã appellat Ieſus beatos eos, qui quum res haberent, effecti ſunt mendici, non fortuna, non violentia raptorum, non voluntate quacũque, ſed ſpiritu: hoc eſt, voluntate ſpirituali. Nec dicit, beati pauperes, ſeu mendici ſtatu, hoc eſt profeſsione paupertatis (quales ſunt religioſi profitentes tria vota) ſed dicit pauperes ſeu mendici ſpiritu: quoniam pauperes ſeu mendici ſtatu, multi ſunt qui nolunt ſibi aliquid deeſſe: ſtatum paupertatis profitentur, ſed ſpiritum paupertatis non habent: pauperes ſpiritu ſunt, qui relinquerunt omnia quę habebant volũtate ſpirituali, & huiuſmodi inopia atque reali indigentia volunt & gaudent perſeuerare: timentes ſibi non à penuria, ſed à ſufficientia rerum ne impediat profectum ſpiritualem, quales legimus multos ſanctos fuiſſe. Prędicauit Ieſus relinquenda omnia, non ſolum affectu, ſed effectu ad ſequendum ipſum, ſi perfectio deſideratur. locat modo iſtos perſeuerantes in hoc ſpiritu in primo beatorum loco dicendo, beati pauperes ſpiritu. Et eſt hic ſenſus literalis ſecundum planum ſenſum textus, ſeruans proprietatem vocabulorum, & cõgruens diſcipulis audientibus, eorumque capacitati, & conſonans nouitati legis euangelicæ. Lex enim vetus ſufficientiam opulentiamque rerum temporalium in terra promiſsionis promittebat: euangelica autem inchoat à voluntaria paupertate ad conſequendum regnum cœlorum. ¶ Alter ſenſus eſt, vt paupertas diminuatur per ſpiritum: ſicut quum dicitur homo pictus, ſeu homo mortuus, diminuitur homo per pictum ſeu mortuum: quia homo tam pictus quam mortuus non eſt homo. Ita quod pauperes ſpiritu ſignificentur, non pauperes, ſed habentes ſpiritum paupertatis: & dictum ſit pauperes ſpiritu, non re. nam pauper ſpiritu & non re, non eſt pauper. Et ſic beatificatur non pauperras, ſed voluntas ſeu affectus pauperratis ſi & quando expediret. Propinqua eſt expoſitio hæc ſenſui literali: & ad illum ſpectat reductiue. [Quoniam ipſorum eſt regnũ cœlorum.] Ratio quare pauperes ſpiritu prędicantur beati, eſt, quia ipſorum eſt non opulẽtia ſed regnum: (quod incomparabiliter ſuperat omne paupertatis meritum) regnum autem non terrarum, ſed cœlorum. Et non dicit erit, ſed eſt. quia ius habent regni cœlorum, quanuis adhuc non adepti ſint illius poſſeſsionem, ſicut creati epiſcopi Mediolanenſis, iam eſt epiſcopus Mediolanenſis, quãuis adhuc non habuerit poſſeſ-

ſionem. pauperes ſpiritu ſunt beati, quia ipſorum eſt regnum cœlorum. Nec obſtat ſi caderent: quia ſicut perderent perfectionem, qua ſunt pauperes ſpiritu, ita ſimul perderent ſuum regnum cœlorũ. ¶ Occurrit autem hic triplex quæſtio. Prima eſt, cur potius beatificauit Ieſus ſanctũ paupertatis vſum, quam ſanctum vſum diuitiarum. quum tam paupertas quam diuitiæ ſine culpa ſint, & abuſus tam paupertatis quam diuitiarum in culpa ſit, & ſanctus vtriuſque vſus ſit laudabilis. cur ergo potius dixit, beati pauperes ſpiritu, quam beati diuites ſpiritu? ¶ Secunda eſt, cur Ieſus paupertatem prætulit ſufficientiæ quo ad beatitudinem. cum conſtet accommodatius organum ad beatitudinem conſequendam eſſe non diuitias, ſed ſufficientiam rerum temporalium quàm indigentiam earundam, quam paupertas ſignificat: quoniam indigentes neceſſarijs, oportet vacare vt habeant neceſſaria, & nõ poſſunt ſeipſos totos impendere ad ea quę ſunt beatitudinis vnde & ſacri doctores dicunt, quod ſpiritualia nõ poſſunt durare diu ſine temporalibus. ¶ Tertia eſt, cur Ieſus mendicos ſpiritu dicat beatos: quum ipſe totius perfectionis exemplar, non fuerit mendicus ſecundum rei veritatem, ſed potius dans eleemoſynas mendicis: vt patet Ioan. 13. quando putatum eſt, quod Ieſus iuſſiſſet Iudę habẽti loculos vt egenis aliquid daret. Hinc enĩ clare habetur, quod ſe & ſuos non connumerabat inter mendicos. Et idem patet Ioan. 4. quando diſcipuli ierant in ciuitatem, non vt mendicarent, ſed emerent cibum, & in pluribus alijs euangelij locis idem habetur. ¶ Ad primam quæſtionem dicitur, quod Ieſus plus tractat, quam differentiam inter vſum paupertatis & diuitiarum: nam beatificat efficere ſeipſum pauperem ex ſpirituali voluntate. Et hinc clare apparet differentia, quod non poteſt dici, beati diuites ſpiritu, ſicut poteſt dici beati pauperes ſpiritu: quia non ſubeſt ſpiritui, fieri diuitem, ſed fieri pauperem: in poteſtate enim noſtra eſt abdicare à nobis res noſtras: non autem acquirere. Et per hãc beatitudinem nihilominus declarauit dominus, quod nullus eſt perfectior vſus diuitiarum: quam ſpirituali volũtate abdicare illas à ſeipſo. Quod alio in loco declarauit impleri, dãdo illas pauperib⁹. ¶ Ad ſecũdã quæſtionem dicitur, quod licet ad beatitudinem naturalem præſentis vitæ, organicè concurrat ſufficientia rerum temporaliũ, ad beatitudinem tamen infuſam in præſenti (quę eſt quædã ſupernaturalis beatitudinis participatio) longe accõmodatius organũ eſt paupertas volũtaria, quã ſufficientia rerũ temporaliũ. paupertas enim ex ſpiritu, lętiſſima eſt, & expeditũ reddẽs hominẽ ab omni

ſolicitudine

ſolicitudine: quoniã etiam certũ reddit hominem, quod deus curã ſui gerit. Et hoc experientia in multis viris ſanctis monſtrauit, quanuis impoſsibile aut difficillimum ſit collegium aliquod conſtare ex omnibus hominibus tantæ perfectionis: vnde dominus beatitudines, quæ ſunt perfectiones ſingulorum, nõ perfectiones collegiorum tractat hîc. de collegijs enim apparet verificari, quod non poſſunt durare ſine temporalibus, propter multorũ minorem perfectionẽ. ¶ Ad tertiã quęſtionẽ dicitur, quòd Ieſus nõ fuit mẽdicus: quia nũquã legitur petiſſe, niſi à Samaritana potũ aquæ. quod conſtat nõ propriè eſſe mendicare: cùm hoc cuilibet maiori poſsit accidere quãuis alibi ſequendo alios aliter ſcripſerim⁹. Sed fuit in paupertate mendicorũ: quia nihil omnino habuit propriũ, niſi veſtes, ex quo cœpit prædicare, &c. iuxta illud, vulpes foueas habent & volucres cœli nidos, filius autem hominis nõ habet vbi reclinet caput ſuũ. Viuebat autem non ex mendicatis rebus, ſed ex oblatis à deuotis perſonis: iuxta illud Ioan. 13. Iudas loculos habebat, ea quæ mittebantur portabat. Et clarè dicitur. Luc. 8. quòd mulieres miniſtrabant Chriſto diſcurrenti prędicãdo de facultatibus ſuis, ¶ Nec hic beatificat mendicos, vt nominãtur ab actu mendicandi, ſed à paupertate mendicorũ, quòd, ſ. nõ habent vnde viuãt de ſuo: vnde nec Apoſtolos inſtituit viuere ex mendicatis, ſed ex oblatis. [Beati mites.] Scito in textu Græco hanc beatitudinem tertio loco ſcribi: & eã quæ apud Latinos eſt tertia (ſcilicet beati qui lugent) ſcribi in hoc ſecũdo loco. ¶ Latinorũ aũt eodicũ ordine ſeruato prędicãtur mites beati. Mãſueti dicũtur qui paſsionib⁹ irę & nõ cõmouentur, & rectę rationi illas ſubiectas tranquillè retinent. mites aũt pręſtãt mãſuetis: quoniã non ſolũ à paſsionib⁹ iræ lõgè ſunt, ſed placidos ac veiles ſeipſos exhibẽt etiã illis qui puniẽdi aut obiurgãdi ſunt. & velut fruct⁹ arborũ iã mites exhibẽt ſe ex teriùs ſuaues, vt merito mites tãquã poſſeſſores ſuimet beati dicantur [Quoniã ipſi poſsidebũt terrã], p, hęreditabũt terrã. i. hęreditate accipiẽt. Quod pl⁹ eſt, q̃ poſsidere. nã ſignificat poſsidere hęreditaria ſucceſsione. Dicendo enĩ accipiẽt, ſignificat poſsidebũt. Et dicendo hęreditate ſignificat ſucceſsionẽ hęreditariã. Et eſt ſermo nõ de terra promiſsiõis in veteri teſtamẽto promiſſa patrib⁹, & diſtributa per Ioſue, ſed de terra futuri mundi: propter quod dicitur in futuro, poſsidebũt, ſeu hęredirate accipient. nã nec ipſe Ieſus qui dixit, diſcite à me, quia mitis ſum. poſſedit in hac vita terrã quãcunque. Et vere quũ erũt hęredes dei, cohęredes aũt Chriſti hæreditate acquirent mites terram hoc eſt orbem terræ futurum,

qui non commouebitur. ¶Accommodatur autem mitibus poſſeſsio terræ: vt qui ſeipſos hîc poſſederũt, in futuro mundum poſſideant. Hęreditariæ autem, quia mites tam familiares ſunt in hac vita deo, vt iam ſint cum deo non velut ſerui aut amici, ſed velut arrogati in hæredes dei. ad hanc enim mitium prærogatiuam ſpectat, quod ideo dicuntur beati. quia hæreditario iure poſſidebunt terram viuentium. [Beati qui lugent.] Mira ſententia non ſolum contra communem opinionem, vt prima beatificans paupertes ſpiritu, ſed etiam ſapientum, & ſacris documentis aduerſa apparet. nulla ſiquidem vtilitas in triſtitia agnoſcitur. Eccl 30. & propterea inhibita eſt triſtitia à priſcis patribus. Qua ergo nouitate modo dicitur, beati qui lugent? ¶Sed ſciendum, quod luctus non ab animi triſtitia quæ paſsio eſt, ſed voluntaria actione ſimili operibus lugentium ſumitur in propoſito. non enim beatificantur triſtes, nec luctuoſum ſtatum tenentes (quales ſunt lugentes per menſem vel annũ ſuos defunctos) ſed qui conſiderantes preſentis vitæ mala ac pericula reſpectu cœleſtis patriæ, luctuoſam vitam ducunt iuxta declarationem Apoſt. 2. ad Cor. 6. quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes. Tales enim ſubactis paſsionibus, tum triſtitiæ, tum præcipuè delectationis ſenſibilis, aſſumunt voluntariæ & opera, & affectus lugentium: propter mala non ſolum contraria, ſed impedientia, ſeu differentia cœleſtem patriam. Beatitudo ſiquidem iſta reſpicit directe mala hæc: quoniam materia propria luctus eſt malum. Vnde & apte ſubditur præmium. [Quoniam ipſi cõſolabuntur.] Conſolabũtur, in paſsiua ſumitur ſignificatione, pro conſolationem accipient. Interpres vſurpauit in paſsiuum, ſeu commune verbum conſolari: quum apud Grammaticos in actiua tantum inueniatur ſignificatione. Senſus itaque eſt, quoniam ipſi conſolatione afficientur. pro luctu enim recipient in cœleſti patria conſolationem [Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam.] Deſiderij humani perfectio (circa quam ſapientes mundi huius tantum laborarunt) vnico verbo manifeſtatur: aperiendo quod iuſtitia eſt propria materia deſiderij perficiens adeo ipſum, vt beatum reddat hominem, non quomodolibet deſiderantem iuſtitiam, ſed tanquam eſurientem & ſitientem. ita quod iuſtitia ſit animæ hominis, tum cibus, tum potus, & animus hominis appetat iuſtitiæ cibum vt eſuriens, iuſtitiæque potum vt ſitiens. In quibus deſcribitur non ſolum magnitudo, ſed etiam prævalentia appetitus. eſuries nanque & ſitis prævalent reliquis noſtris appetitionibus: imperij ſiquidem, gloriæ, & reliquorum deſideria poſthabet eſu-

riens

riens ac ſitiens. Et intendit ad literam . quòd deſiderium iuſtitiæ reliquis deſideriis antepoſitum velut eſuries & ſitis, beat hominẽ. Nec dicit beatos eſurientes, & ſitientes, facere, aut dicere iuſtitiã: ſed ipſam iuſtitiã, hoc eſt debitum, exhiberi tam à ſe quàm à quocunque. iuſtitia enim debiti rationem ſupponit, & eſt debiti exhibitio beatitudo ſiquidem hæc conſiſtit in ſummo ardentique deſiderio, vt debitum deo præcipuè & cuique exhibeatur. Quoniã ipſi ſaturabuntur.] Plena iuſtitia non eſt durante hoc mundi ſtatu, quandoquidem multæ iniuriæ deo & hominibus irrogãtur impune hic. Et propterea non hic, ſed in futuro mundo ſaturabuntur, quando deus erit omnia in omnibus, nihil remanebit inultũ, nihil abſque ſuo præmio. [Beati miſericordes.] Quemadmodum iuſtitia debitum, ita miſericordia gratiam reſpicit. Iſtis duabus virtutibus vniuerſa opera ad alterum perficiuntur. nam aut debitum aut gratuitum eſſe oportet quod alteri exhibẽdum eſt. Qui gratis igitur impendunt alijs affectum beneuolentiæ, & effectum ſecundum vires ad ſoluendos alienos defectus, veluti dei imitatores (qui gratis omnia creauit, omnia conſeruat, omniumque miſeretur) beati aſſequuntur ex futuro præmio. [Quoniã ipſi miſericordiã.] Nõ hanc vel illam, nõ quo ad hoc vel illud, ſed abſolutè, omnimodam. [Conſequentur] Quo ad omnia quæ ſunt animę & corporis, & exteriorum: ita vt nihil indigentiæ, nullus defectus in illis remaneat. [Beati mundo corde.] pro, mũdi corde. Quia primũ principiũ internũ eſt vitalium operum noſtrorum, ideo cordis nomine voluntas, quæ eſt primũ principiũ internum, humanorum operum ſignificatur: iuxta illud. De corde exeunt, adulteria furta, &c. Mundum itaque cũ munda eſt voluntas, mundũ eſt principium noſtrorum operum. Etſi apud Salomonem rariſſimum ſeu impoſſibile æſtimatum eſt mundaſſe cor (dicente ipſo Prouer. 20. quis poteſt dicere mundaui cor meum) quàm celſioris perfectionis eſt mundum habere cor? valde enim præſtat hoc mũditię. In excelſo itaque locãtur meriro pollentes corde mũdo, non ſolum à vitijs, peccatis, affectibus, paſſionibus, erroribus ac ignorantijs, ſed etiã ab impulſionibus quibuſcunq; internis [Quoniã ipſi deũ videbunt.] Sublatis in hac vita omnibus animi impedimẽtis ad videndũ deum per cordis munditiam, cõuenientiſſimum præmium apponitur (quum etiam corporis impedimentum tolletur migrando ad patriam) videre deum. Rationis ſiquidẽ ordo habet, vt qui ſtudio aſſiduo aſſecuti ſunt hîc abſolutionem ab impedientibus animum à diuina viſione, quum liberati fuerint à

corporis carcere, dei viſionem omnino expediti aſſequantur.

[Beati pacifici.] Non dicit, beati pacem habentes, ſed facientes. Illud poſſet alieno ſtudio fieri, hoc autē proprio opere. ſic Pax tranquillitas eſt ordinis, ac per hoc beati aſſeruntur, qui faciunt tranquillitatē ordinis. Magnū eſt tollere omnis immunditiæ impedimenta. ſed imperfectum eſt, niſi ſubtractis impedimentis apponatur tranquillus ordo in ſuis partibus, vt partes inferiores ſubditæ ſint ſuperioribus & ſuperiores partes ſubditæ ſint deo, & vtrunq; cum tranquillitate, abſque pugna, abſque reluctatione. ¶ Impoſſibilis apparet tanta perfectio: impoſſibilis tamen non eſt, ſi domini verba conſiderentur. Non enim dicit beati qui fecerunt aut perficientes pacē, ſed pacifici, hoc eſt facientes, ſeu factores pacis. vbi non in facto eſſe, ſed in fieri pax ſignificatur, Ita quòd beati prædicantur, quorum perfectio tanta eſt, vt adeptis iā alijs perfectionibus non remaneat apud eos ſtudium aliud quàm faciendi pacē, quàm efficiendi tranquillitatē ordinis in ſeipſo & in alijs, tales enim ſunt verè pacifici, ſunt verè factores pacis. [Quoniā filij dei vocabuntur.] Si ordo proprium dei opus etiam à philoſophis ſcribitur, aptiſſimè pacificis promittitur filiatio dei, vt qui hîc ſimillimi fuerunt deo in opere faciēdo tranquillitatē ordinis: in patria ad ſummam dei perducantur ſimilitudinem, qua. ſ. filius ſimilis eſt patri. ¶ Vocabūtur aūt nō falſo, ſed vere. ac per hoc filij dei erūt. Sed pl⁹ ſignificatur dicēdo, vocabūtur. quia ex eo quòd vere vocabūtur, ſignificatur ꝙ erūt: & ex eo ꝙ nō ſolū erūt, ſed vocabūtur, ſignificatur ꝙ cognoſcētur & nominabūtur ab aliis filij dei, quod pl⁹ eſt quàm eſſe filios dei. [Beati q perſecutionē.] Poſt beatitudines cōſtētes in agere, ſubiūgūtur beatitudines conſiſtentes in pati. Perſecutionis nomine intellige quodcunque malū pœnæ. [Patiūtur.] Dicit, nō ſibijpſis inferūt, vt faciūt, occidētes ſeipſos, quorū dānatio iuſta eſt. [Propter iuſtitiam.] Nō propter crimīa, nō propter regna, imperia, & alia hmōi: ſed propter hoc ꝙ faciūt qđ debēt, & multo magis ꝓpter hoc ꝙ ſuperogatiōis opa efficiūt. ¶ Claudit quoq; in hac cauſa (ſ. ꝓpter iuſtitiā) laudabilis volūtas immò cōſtātia patiēdi: quia dū propter iuſtū facere patit, tāta eſt volūtas iuſtitię, vt poſt habeat pati, vt nō cureꝫ pati, vt maneat iuſtitia. Hęc beatitudo cōis eſt omnib⁹ ob quācūq; virtutē patiētib⁹ ¶ Nec ꝓtereas, ꝙ nō dixit propter caſtitatē, ꝓpter fortitudinē, ꝓpter tēperātiā, aut quācūq; aliā ſpecialē virtutē, ſed propter iuſtitiā. qua hō iuſtus eſt, & dicitur in ſacra ſcriptura, qua in vtroq; re ſtamēto iuſtus diſtinguitur cōtra ſubiectū cuicūque mortali pctō,

qui

quia non eſt beatus qui propter caſtitatē perſecutionē etiā mortis patitur, ſi aliās non eſt iuſtus: & ſic de ſimilibus. Ad cōprehendendum ergo vniuerſam animi integritatem. dixit propter iuſtitiam. [Quoniam ipſorum eſt regnū cœlorū.] Vna atque eadem merces monſtratur agentiū & patientiū: dum ideē præmium repetitur ī principio patientiū, quod fuit in principio agentiū. Et per omnia idem explicatur, nō quòd habebūt, ſed iam eorū eſt regnū cœlorum: hīc patiuntur, & patiendo acquirunt non fore ſed eſſe ſuū cœlorū regnū, quāuis poſſeſſio illius futura ſit. ¶ Et cōſidera, quòd non poteſt perſecutio offerre patientibus, tot talia & tanta quot qualia & quāta fert ſecū regnum cœlorū. non enim ſunt cō dignæ paſſiones huius tēporis ad ſuperuenturā gloriā. [Beati eſtis quū maledixerint.] pro, opprobrauerīt [vobis hoiēs, & pſecuti vos fuerint.] Secūda patiendi beatitudo (q̄ & vltima inter beatitudines eſt) ad fidem incarnati verbi ſpectat. reliquæ nāque deū ac diuina reſpiciunt abſolutè, hec ſola myſterio incarnati verbi propria eſt. Suprema itaque perfectio noſtræ in Ieſum Chriſtum fidei eſt, pati propter ipſum. ¶ Nouitas aūt huius beatitudinis ſignificatur per hoc, q̄ reliquis in tertia perſona deſcriptis, hec ſola in ſecūda perſona promulgatur ad ipſius nouiter incarnati verbi diſcipulos, dicēdo, beati eſtis quū opprobrauerīt. Nō vnico nomine paſſiones cōplectitur, vt in præcedēti beatitudine, ſed triplici explicat gradu: vt multitudinē paſſionum futurā explicet. tum verbo opprobrauerīt tū opere, & pſecuti vos fuerint. [Et dixerint omne malū] deeſt, verbū, [aduerſus, vos mentiēntes.] Declarat opprobrauerint: q̄. [non veritate vitiorū aut peccatorū noſtrorū exigente, ſed falſo, ſed mētiendo dixerint omne malū aduerſus vos. [Propter me.] Ad vtrunque refertur hęc cauſa. ſ. ad iniuriam verborū & factorū. [Gaudete.] intus, [& exaltate.] extra Magnitudo gratię futura in tolerando iniurias propter Chriſtū illatas, ſignificatur per præceptū gaudij in perſecutionibus. Et vere impletum legimus in geſtis apoſtolorū & martyrum Chriſti, propter quod in hac ſola beatitudine appoſitum eſt præceptum gaudij. Nec ſola magnitudo, ſed præſentanea ſed ſtatim exhibenda fœlicitas eſt ratio ſingularis in hac beatitudine præcepti. nam nec Ioanni baptiſtæ conceſſum eſt hoc gaudium: ſed oportuit ipſum poſt martyrium expectare tranſitum Ieſu CHRISTI ad patrem ex hac mortali vita, ad hoc vt conſequeretur beatitudinē. martyres autem CHRISTI ſtatim fiunt beati quum moriuntur. [Quoniam merces veſtra.] Sub ratione debiti promittitur fœlicitas æterna in ſola hac

beatitudine: merces enim nõ ex gratia datur, ſed ex iuſtitia reddi-
tur pro opere, vt intelligamus ad tantam euectos celſitudinem in-
carnati verbi diſcipulos, vt etiam debita ſibi vendicent æternę glo
riæ præmia, iuxta illud, Curſum conſummaui, fidem ſeruaui, in
reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ quam reddet mihi domi
nus in illa die iuſtus iudex. [Copioſa eſt in cælis.] Inexplica-
bilis magnitudo ac qualitas mercedis inſinuatur non explicando
quæ aut qualis ſit iſta merces: ſed dicendo, copioſa non in terris
ſed in cœlis. in cœleſti patria. vbi ad liter am habitabũt beati cor-
poraliter, vbi eſt modo Ieſus Chriſtꝰ. [Sic enim perſecuti ſunt pro
phetas qui fuerunt ante vos.] Nõ ſolum à copioſo præmio ſed ab
exemplo ad hanc beatitudinem accẽdit diſcipulos, quia magnam
& imminẽntem præuidebat perſecutionem. Non puteris hãc per
ſecutionem ita nouam, vt non præceſſerint illius exempla. noua eſt
cauſa patiendi (ſcilicet propter me nouiter incarnatum) ſed non
eſt nouus perſequendi modus: quoniam ſic, ſimili modo & ver-
bis & factis mentiendo perſecuti ſunt prophetas dei, Hieremiam,
Eſaiam &c. qui fuerunt ante vos, patres veſtros, quorum debetis
imitari veſtigia. Ac ſi aperte diceret, non eſt mihi hoc propriũ, ſed
commune eſt mihi & patri meo deo, quod prædicatores, docto-
res & teſtes noſtri perſecutionem patiuntur, vt hoc quoque ſe
eſſe verum deum monſtraret: & diſcipulos paſſuros propter ſe do
ceret, & quod paterentur propter deum ſicut & prophetæ priores,
& non propter purum hominem. [Vos eſtis ſal terræ.] Poſt
propoſitum finem Chriſtianæ religionis monſtrat duces ſeu capi-
ta eiuſdem quo ad tria, Primũ quòd ſunt ſal terræ. Vos inquit diſ
cipuli mei, quos in paſtores & duces mundi miſſurus ſum, eſtis,
non monet ſitis, ſed eſtis: vt quod ſunt perpendant, & neceſſitatem
incumbendi proprio officio cognoſcant. Sal, non re ſed officio
condiendi omnia appetibilia, terræ, à terrenis hominibus. Vni-
uerſa ſiquidem quæ à terrenis hominibus appetuntur (ſiue natura
lia, vt proles, & delectabilia tactus aliorumque ſenſuum. ſiue diui
tiæ, honores, imperia & gloria: ſiue ſcientiarum ſeu artium no
titię) indigent condimento veſtro, vt ſalubriter appetantur, ſalu-
briterque illis homines vtantur. Et vere apoſtoli olim & poſtea
ſucceſſores ſancti paſtores, ſua vita ac conuerſatione ſal fuerunt
terræ condiendo vniuerſa appetibilia, vt aſperent guſtui animi be
ne diſpoſiti. [Quod ſi ſal euanuęrit.] pro, inſatuatus fuerit,
ſeu, deſipuerit, [In quo ſalietur?] Proſequitur ſimilitudinem
ſalis ex irreparabilitate ipſius ſalis. conditionalis ſiquidem iſta, ſi

ſal

ſal infatuatus fuerit, in quo ſalietur. eſt vera, etiam ſi antecedens ſit impoſſibile, ſcilicet ſalem inſulſum eſſe. Sicut etiam vere dicitur ſi bos volat, habet alas: licet tam antecedens quàm conſequens ſit impoſſibile. Significatur enim quod ſi effectus fuerit inſulſus in quo ſalietur? quaſi dicat in nullo. Sal enim ſi inſulſus fuerit, nullam rem habet qua ipſa ſaliatur. Ita quòd in hoc differt ſal à rebus alijs, quòd res aliæ inſulſę poſſunt ſale condiri. ipſe vero ſal ſi euanuerit à ſua ſalſedine, non habet quo condiatur. [Ad nihilum valet vltra, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.] Potuiſſet aliquis dicere, eſto quod ſal inſulſus caret cõdimento, habet tamen alias vtilitates, ob quas habendus eſt i precio. Hoc excludit dominus dicens, quod ſal inſulſum ad nihilum valet vltra, niſi vt eijciatur foras extra cellas ſalarias, & conculcetur ab hominibus non enim eſt vtile, ſicut ſterquilinium & lutum ad agrorum feracitatem. ¶ Et intendit ad literam declarare diſcipulis & ſucceſſoribus, quos in ſalem mundi diſpoſuit, neceſſitatẽ ſeruandi ſeipſos in officio ſalis, quia ſi ipſi qui condire debent vniuerſa delectabilia, exciderint ob officio ſalis, incurrent hæc duo. Primum, quod irreparabiles erunt: vtpote carentes paſtoribus reparantibus eos, alterum, quod ad nihilum valent perdito condimento officio, ad nihil ſunt vtiles, niſi vt eijciantur foras, ab interno à ſpirituali bono, & conculcentur, deſpicianẽ, à reuerentia capitum tranſeant in conculcationem ſuppedaneam, ab hominibus, quo ad vitam. Impletur continue hoc: dum paſtorum vita merito deſpicitur, & eorum conſequenter verba contemnuntur. Experimur & ſpeciali modo hoc nunc nos eccleſiæ prælati Romę, in prædam, direptionem atque captiuitatem dati, non infidelibus, ſed CHRISTIANIS iuſtiſſimo dei iudicio, quia quum in ſal terræ electi eſſemus, euanuimus, ac ad nihilum vtiles niſi ad externas ceremonias externaque bona conculcati etiam corporali captiuitate ſumus, cum direptione & captiuatione totius vrbis, die. 6. Maij, hoc anno. 1527.. [Vos eſtis lux mundi.] Sal ad condiendum appetibilia, Lux ad illuminandũ cognoſcibilia, ſunt Chriſti diſcipuli, vt homo ſecundum vtranque ſui partem volũtatem ſcilicet & intellectũ haberet à quibus perficeretur. Sal ſunt ratione vitæ, lux, ratione doctrinę. Lux autem non vt ſol (ſcriptum eſt enim Ioan. 1. non erat ille lux. hoc nanque eſt Chriſto proprium, dicenti ego ſum lux mundi) ſed vt lucerna: iuxta illud Ioã. 5. ille (ſcilicet Ioãnes Baptiſta) erat lucerna ardens & lucens. Vnde & ſtatim hîc ſubiungetur, nequ accendunt lucernam &c. [Non poteſt ciuitas abſcondi

ſcondi ſuper montem poſita.]Supremis officiis paſtorum adiungit claritatem,ſtatus neceſſario comitantem duplici ratione. Primo ex celſitudine perfectionis, ſignificata per celſitudinem ſitus ciuitatis in monte poſitæ.Intendit enim per hanc ſimilitudinem,quòd ſicut ciuitas ſuper montem poſita non poteſt abſcondi ita vos ciuitatem ſpiritualis Hieruſalem conſtituentes, ſal & lux mundi:in tam celſo perfectionis culmine eſtis,quòd non poteritis occulti manere, ſed manifeſti patebitis palàm. [Neque accendũt lucernam & ponunt eam ſub modio,ſed ſuper candelabrum vt luceat.]pro,& lucet,[omnibus qui in domo ſunt.] Altera ratio eſt ex intentione ipſius Chriſti,quam declarat ex ſimilitudine intentionis hominum accendentium lucernam Et intendit quòd ſicut hominum accendentium lucernam intentio eſt accendere illam, non vt ponatur ſub modio occultante illam,ſed vt ponatur ſuper candelabrum,& luceat omnibus qui in illa domo ſunt,ita ipſe accendit illos in lucernas, non vt poneret illos ſub latebris, ſed ſuper candelabrum eccleſiæ,in ſuperiori loco vt luceant omnibus qui in domo totius mundi ſunt.eccleſia ſi quidem Chriſti vna eſt domus totius mundi.vt Apoſtolus dicit.1.ad Tim.3. [Sic luceat lux veſtra corã hominib⁹,vt videãt opera veſtra bona, & glorificent.]Poſt propoſitas diſcipulis tres ipſorũ cõditiones(quòd ſal, quòd lux,quòd manifeſti ſunt mundo)diligẽtiſſima cura optim⁹ magiſter adiecit præcepta duo neceſſaria ipſis ad ſeruandum ſeipſos in dictis conditionibus.Alterũ eſt circa gloriam, non prohibendo inanẽ gloriam(quæ à tantæ perfectionis viris tanquàm aliena ſupponitur)ſed mandando modũ quo lucere debent. Oportet enim vos lucere,ſed modus lucendi ſit iſte.Sic.i.hoc modo luceat lux,doctrina veſtra corã hominibus,non videntibus cor ſeu mentem veſtrã,ſed ea quæ exterius fiunt,vt videant,non audiant, opera,non verba,veſtra,nõ aliena.bona, non mala: nec habentia ſpeciem mali.& glorificent.Vanus eſſet finis iſte lucendi corã hominibus,vt videant bona opera veſtra,niſi huiuſmodi viſio eſſet vtilis, niſi comitẽ haberet vtilitatem glorificationis.[Patrẽ veſtrũ qui in cælis eſt.]Non vos.Vbi nota,quòd quia nouerat dominus amabile quidem bonũ eſſe,vnicuique autem propriũ,ideo ſuauiter diſponens præceptum appetitus gloriæ,non trahit diſcipulos ad appetitũ alienæ gloriæ,ſed temperat appetitum gloriæ propriæ eam transferendo in gloriam patris propriæ.propterea enim non dixit,&glorificent deum,omnino à nobis diuerſum,ſed glorificent patrem veſtrum. Patris ſiquidem proprij honor & gloria

natura

naturaliter quæritur à filijs: nec gloria noſtri patris aliena eſt à noſtra gloria. quin potius quærendo gloriã noſtri patris, proprium quærimus bonũ ĩ filios enim redundat gloria patris qui in cœlis eſt, cui merito vtpote etiam cœlis prẽſidenti debetur hæc gloria. In quo etiã præceptũ inſinuat, vt etiam filiali amore, vt velut filij cœleſtis patris glorificationem per lucem operum noſtrorum intendamus. Ita quòd non ſufficit diſcipulis, qui ſunt ſal & lux mũdi, vt intendant gloriam dei per ſua opera: ſed exigitur ab eis, vt intendant illam filiali affectu: alioquin non quærunt gloriam patris ſui qui in cœlis eſt. [Nolite putare.] pro, ne putetis. Alterum præceptũ circa veteris teſtamenti tam obſeruationem quàm doctrinã eſt. Hæc enim duo (ſcilicet modus lucendi & vetus lex) poterãt diſcipulorum animos à recto deducere. Ille propter magnam inclinationem animi humani ad propriã gloriam: iſta propter authoritatẽ Moyſi. ne inquit putetis. Putauerũt multi, quòd Ieſus ſolueret legem, ex eo quòd videbatur violare ſabbatum. ab hac opinione diſcipulos ſtudet ſeruare. [Quoniã.] pro, quòd, [veni ſoluere.] pro, diſſoluere, [legem aut prophetas.] Et ſimiliter ꝙ ſubiũgit nõ veni ſoluere, legẽdum eſt, nõ veni diſſoluere. Dupliciter intelligi poteſt ſolutio. vel pro non obſeruatione: iuxta quem ſenſum ſubditur, qui ergo ſoluerit vnum de mãdatis: &c. Vel pro ſolutione vinculi legalis: vt ſcilicet lex non obligaret amplius homines ad ſui obſeruationẽ, iuxta quòd dicunt teſtes contra Stephanum. Act. 7. Iſte dixit quòd Ieſus Naſarenus mutaret traditiones, quas tradidit nobis Moyſes. Primus ſenſus conſonat ſequentibus. ſ. qui ergo ſoluerit: tanquàm exemplũ ſeipſum proponat ſeruandi & docendi legem & prophetas. Alter conſonat etiam ſequentibus, ſcilicet iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. Vterque diſtinguit ſoluere contra adimplere quia tam violando quàm reuocando legem, non adimpleret, ſed rumperet aut tolleret illam. & propterea vterque ſenſus eſt amplectendus.

¶ Sed occurrit quæſtio Manichęa de veritate iſtorum verborum quum conſtet dominum Ieſum ſoluiſſe vincula legis Moſaicæ, tã quo ad ceremonialia quàm quo ad iudicialia præcepta. Rurſus conſtat dominum non ſeruaſſe ſabbatum, præcipiendo in ſabbato tolle grabbatum tuũ & ambula: vt patet Ioan. 5. ¶ Solutio primæ quæſtionis eſt, quòd Ieſus ad literã negat ſe veniſſe perſonaliter in carne ad exercendum officium hoc, quod eſt ſoluere vincula legis quod ad quęcũque præcepta legis. Sicut enim dixit, nõ ſum miſſus niſi ad oues quæ perierũt domus Iſrael, quia nõ erat perſonaliter

prędi ca-

prædicaturus,niſi filius Iſraël. quanuis venerit ad ſaluandum omnes gentes,ita modo dixit,nõ veni ſoluere, quia non venit perſonaliter ad exercendum officium abſoluendi à vinculo legis. Et hunc ſenſum monſtrat dicendo quod veni: & rurſus,non veni. Non dixit,non ſoluam, ſed non veni ſoluere. Patet autem verba domini ſic intellecta eſſe vera abſque ſcrupulo, ex eo quod diſcipulæ,& diſcipuli Ieſu ſeruabant legem, etiam poſt Chriſti mortem dicitur enim Luc.23.quod mulieres ſabbato ſiluerunt ſecundum mandatum,& Petrus act.10 dicit,Abſit domine, quia omne immundum,& commune nunquam comẽdi.Ex his enim habetur quod Ieſus non abſoluit a vinculo obſeruandi legem,quãdiu viator fuit.Vnde & Act.6.teſtes contra Stephanum dicuntur Stephanum dixiſſe,quod Ieſus Naſarenus mutabit traditiones, quas tradidit Moyſes mutabit in futuro dicunt, non mutauit in præterito. Solutio nanque vinculi legalis vnum erat illorum, de quibus Ieſus dixit,multa habeo vobis dicere,quæ nõ poteſtis portare modo.Vnde & Samaritanæ dixit,nec in monte hoc, nec Hieroſolymis adorabitis.vbi futurum abſolutionem à ceremonialibus ſigni ficauit.Cum quo tamen ſtat, quod ſuapte natura legis vinculum ceſſauerit ex primo aduentu Chriſti:quia data erat lex, donec veniret ſemen,cui promiſerat deus:vt ad Gal.4.dicitur. ¶Secundæ autẽ quæſtionis ſolutio eſt,quod Ieſus præcipiendo tolli grabbatum, non præcepit contra reuerentiam ſabbati.tum quia opus illud fiebat ad manifeſtationem miraculi ad gloriam dei: & propterea licitum erat in ſabbato ,tum quia fiebat ad teſtificandum, quod Ieſus erat dominus ſabbati, quod maximè in ſabbato debebat fieri.iuxta illud,etiam ſabbati dominus eſt filius hominis.

[Non veni ſoluere,ſed adimplere.] Vſqueadeò venit ad adimplendum legem & prophetas,vt pati etiam crucis ſupplicium voluerit,ad hoc vt impleret legem & prophetas. [Amen quippe dico vobis.] Hebraica dictio eſt amen,& ſignificat verè. [Donec tranſeat cælum & terra.] Nõ ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundũ ſtatũ,quo miniſtrant generationi,corruptioni,& vniuerſaliter mutationibus. [Iota vnum aut vnus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant.] Minima quæque per hæc duo(iota minimã literæ figuram,& apicem minimum ſignum)ſignificantur:ad manifeſtandum, quod omnia nullo prætermiſſo,etiam minimo impleri oportet,quę ſunt in lege & prophetis ſcripta. [Qui ergo.] pro quicũque ergo. Ecce quorſum propoſuit ſeipſum legis adimpletorẽ: vt hinc ſuos cogat diſcipulos fore ſibi ſimiles.[Soluerit.]

viola-

violauerit.[vnum.]Quanuis reliqua ſeruet. [De mãdatis iſtis minimis.] Significatis per iota & apicé.[Et docuerit ſic homines.] Minus malus eſſet, ſi violaret & non ſic doceret, ſed doceret ſeruanda eſſe omnia :ſed qui non ſeruat & docet non eſſe ſeruandũ aliquod minimũ legis mandatum.[Minimus vocabitur in regno cœlorũ.qui autem.]pro quicũque autem [fecerit & docuerit,hic magnus vocabitur in regno cœlorũ.]Abſque æquiuocatione quacunque regnũ cœlorum,intelligitur regnum quod in cœleſti patria conſummatè,in præſenti vero vita inchoatiuè eſt. Vnũ enim atque idem regnũ eſt,quod ſtatibus diuerſis diſtinguitur. Et propterea ſacri doctores regnum cœlorum modo pro militante, modo pro triumphante eccleſia exponunt. ¶Sed occurrit quæſtio. an ſit ſenſus,quod vocabitur minimus in regno cœlorũ,an quod in regno cœlorum vocabitur minimus abſolutè: ſicut in regno cœlorum vocatur Iudas damnatus. Et eſt ratio dubij, quia hinc ordo literæ prætendit ſenſum ſecundo dictum: inde autem dura apparet ſententia, quod dicens verba ocioſa, & docens alios dicenda eſſe verba ocioſa, cognoſcatur, habeatur, & nominetur in regno cœlorum, tam hic quam in cœlo minimus: tum quia hoc non eſt ex ſuo genere mortale peccatum, tum quia adulteri, blaſphemi,homicidæ,&c ſunt longe minores iſtis:quum tamen non detur minus minimo. ¶Solutio eſt,quod ſicut peccatum veniale, non eſt peccatum ſimpliciter, ſed ſecundum quid (vtpote non contra, ſed præter legem) ita mandatum circa venialia, non eſt mandatum ſimpliciter,ſed ſecundum quid. ac per hoc appellatione mandatorum non veniunt,niſi illa quæ ſi violentur, fit contra legem. & conſequenter appellatione mandatorum minimorum intelliguntur minima quidem legis mandata, quorum tamen trãſgreſsio eſſet contra legem. Et per hoc ceſſat obiectio de mandatis circa venialia contra ſecundum ſenſum, qui conſonat literæ dicenti,quod in regno cœlorum vocabitur,id eſt,manifeſtabitur & nominabitur minimus inter doctores regni cœlorum, de quibus eſt ſermo.Aduertendum eſt enim,quod dominus duos extremos ordines doctorum explicat, ſcilicet minimorum & magnorum:minimos definit à violando & docendo violari mandata minima.magnos definit à faciendo & docendo. Intendens per hos extremos ordines comprehendere, etiam medios ſcilicet facientes non docendo, & docentes non faciendo. ¶Deſcribit autem reſpectu minimorum mandatorum: vt ſimili ordine (diuerſo tamen gradu) intelligamus etiam reſpectu magnorum mandatorum:

datorum,ac per hoc vniuersos quatuor doctorũ ordines. Et per hoc soluitur obiectio de adulteris ac homicidis.est enim sermo de minimo & magno ordine doctorum regni cœlorum,& nõ de minimo absolute.Et intendit in minimo doctorum regni cœlorum ordine esse,qui & violant,& docent violari in magno autem qui docent & faciunt,reliquos verõ medios,& in quolibet ordine dari gradus secundum quantitatem mandatorum. Ita quòd inter minimos doctores datur latitudo.inter se enim alij alijs minores sunt,sicut etiam in magnorum ordine alij alijs maiores sunt.

[Dico autem.]pro,enim,[vobis:quia nisi abũdauerit iustitia vestra plus quam Scribarũ & phariſæorum,non intrabitis in regnũ cælorũ.] Post finem ducésq; populi Christiani,ad mandata communia omni populo descendit:inchoando à comparatione iustitiæ explicandorum mandatorum respectu iustitiæ Scribarum & Phariſęorum,& exigit ab vniuersis maiorem iustitiam iustitia Scribarum & Phariſæorum. Iaciendo pro dicendorum fũdamento, vt non mirentur si maiora sunt quàm percipiant Scribæ Iudęorũ doctores,& Phariſęi religiosiores aliis.quia non possunt introire in cœlorum regnum.nisi fuerit ipsorum iustitia maior,quàm iustitia Scribarum & Phariſæorum. Comparatur hîc iustitia necessaria ad ingressum regni cœlorum,non hypocriſi,aut cuicunque vitio,seu peccato Scribarum & Phariſæorum:sed eorum iustitiæ,dum dicit,nisi iustitia vestra abundauerit plus quàm iustitia Scribarum,&c. Et dicendo,abundauerit, apertè monstrat oportere à iustitia nostra comprehendi iustitiam phariſæorum, & aliquid addere vltra illam. [Nec dicit plus quàm iustitia legis & prophetarum,sed, Scribarum & Phariſæorum:quia ferè cuncta præcepta,quæ Iesus subiungit,erant apud legem & Prophetas,sed non apud scribas & Phariſæos,qui exteriorum operum iustitiam sectabantur:vt patet de iustitia Phariſæi orantis.

Lucæ.18. Ieiuno bis in sabbato,decimas do, non sum adulter,&c. Iustitiam itaque maiorem vocat tum iustitiam non solum exteriorum operum,sed internarum affectionum, tum correctionem exteriorum permissorum in lege veteri,vt correctionem libelli repudij & vsuræ,tum declarationem præceptorum,vt de odio inimicorum infrà patebit. [Audistis]. Incipit declarare iustitiam maiorem iustitia Scribarum & Phariſæorum, à præcepto legis prohibente homicidium. [Quia dictum est.] Adeo.Exo.20.[an tiquis.] patribus in Sinai. [Non occides.]Sub intellige hominẽ nam reliqua viuentia sunt data à natura,& à deo.Gene.9. Homini in ci-

si in cibũ;ac per hoc occidenda concessa. Et subiunge priuata potestate.nam publica potestate licitum est occidere hominem, qui suo crimine meretur exterminari à præsenti vita. [Qui autem occiderit.]Propria potestate hominem.[Reus erit iudicio].Exo.21. vbi non vnum, sed varia instituta sunt iudicia iuxta varios homicidij casus. omnia autem dominus comprehendit sub nomine iudicij.[Ego autem dico vobis.] Non dicit more prophetarũ,do minus dicit: sed monstrans se legislatorem æqualem illi, qui dixit antiquis, ait, Ego autem,non minor deo, dico vobis,nouæ legis capacib⁹ [Quia.]pro,quòd,[omnis qui irascitur fratri suo.] Deest secundum aliquos codices temere,seu sine causa. Dico secũdum aliquos codices: quia Hiero. negat id in vetustis exemplaribus repertum.¶[Circa homicidij legem addit Iesus quinque:quorum quatuor sunt erga fratrem, quintum autem erga aduersariũ. Omnia verò sunt ad complementum precepti de homicidio. Primum itaque est, prohibens internum appetitũ vindictæ, Omnis qui irascitur , non primo passionis iracundiæ motu,sed perfecta ira quæ est deliberata, fratri suo, non vitio,non peccato.frater enim nomen est coniunctionis secundum naturam. [Reus erit iudicio.]non humano,sed diuino,iuxta qualitatem criminis iræ. [Qui autem dixerit fratri suo.]Primum(scilicet ira)est in animo: secundum est in ore,similiter respectu fratris. [Racha.] Errore scriptorum aspiratio,quæ debet esse in prima syllaba, ponitur in secunda. Restat ambiguitas , an dictio hîc posita sit interiectio, (vt quidam putant) an significatiua vacui sensu, vt Hiero. dicit Siue autem indignatio interiectione significata , siue verbum minimæ iniuriæ, quo hebetes homines sine intellectu familiari conuicio vocamus,intelligatur, maius peccatum quàm ira, & minus quàm dicere fatue,significatur.[Reus erit cõsilio.] Legendum est concilio significatur enim confessus iudicum. Non solum iudicio, quod est actus iudicis , quo iudex insdicit, sed concilio adhibendo propter maiorem excessum subijciendus est. [Qui autem dixerit]supple fratri suo [Fatue.] Tertium, punitio dicentis fratri suo conuitium,potius quàm contumeliam.nam fatuus prudenti opponitur potius quàm probo. Sed grauior iniuria irrogatur, dicendo fatue, quàm dicendo sine cerebro:quia hoc hyperbolicè dictum intelligitur,illud verò propriè.hoc naturæ,illud verò virtuti prudentiæ opponitur. [Reus erit gehennæ ignis.] A valle iuxta Hierusalem filij Ennon , dæmonijs dicata ad filiorum per ignem consecrationem creditur gehennæ nomen deriuatum, & à salua-

à ſaluatore ad ſignificandum pœnam alterius vitæ aſſumptum. vnde dicens fratri ſuo fatue, definiti iam conſilij & iudicij pœnæ certæ (gehennæ ſcilicet ignis) reus dicitur. ¶Et ſi notaueris fratris nomen, intelliges quod nec dominus dicens, ô ſtulti, Luc. vlt. nec Paulus dicens, ô inſenſati Galatæ, ad Gal. 3 conuitiũ dixit fratri, ſed erranti. [Si ergo offers.] pro offeras, [munus tuum ad altare, & ibi recordatꝰ fueris, quod frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuũ ante altare: & vade prius reconciliari,] pro recõciliare imperatiuũ eſt. [Fratri tuo & tũc veniẽs offeres] pro offer, [munus tuum.] Subiunctiuum eſt offeras. Legis præcepto de vitãdo homicidij opere, poſtquam adiũxit Ieſus tria præcepta de vitandis initijs & occaſionibus homicidij, tum in animo, tum in ore, modo adiungit præceptum de adhibendo remedio patratæ iam in fratrem offenſæ. Sciebat enim multos non vitaturos offenſas fratrum: & propterea legem de remedio addidit, dicendo, ſi ergo offeras. ¶In qua lege multa ſimul bona noſtra ingerit. Stat ſiquidem pro lege remedij fuiſſet dicere, ſi offendiſti fratrem tuum, reconciliare illi: ſed optimo doctori hoc non ſuffecit. verum neceſsitatem ſatiſfaciendi fratri offenſo ex proprio damno ſuperioris ordinis (ſcilicet diuini) & ex diſplicentia diuina monſtrat: dum offenſam in fratrem monſtrat impedimentum ei eſſe ad offerendum munus deo, vt intelligamus incumbere nobis neceſsitatem ſatiſfaciendi fratri offenſo, non ſolum vt debitum reddatur fratri, ſed vt nobiſmetipſis tollamus impedimentum offerendi deo munera noſtra: & vt tollamus diſplicentiam diuinam, quæ tanta eſt, vt nolit noſtra munera durante offenſa fratris: & perpendas non ſolum contra fratrem, ſed & contra te, immo & contra deum te eſſe, quandiu non reconcilias fratrem, ¶Et quum potuiſſet dicere, reconcilia fratrem offenſum, antequam offeras munus deo, non fuit contentus tali lege (ne tempus recõciliandi concedere videretur vſque ad tempus offerendi munus deo) ſed dixit, ſi offeras & recordatus fueris. Intendens ſignificare, quod olim debuiſti reconciliare fratrem offenſum: ſed ſi ex obliuione contingat te irreconciliato fratre veniſſe ad altare ad offerendum, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduerſus te (hoc eſt, quod tu eum offendiſti: & ſic ipſe habet contra te cauſam, non tu contra eum) non offeras munus deo, ſed vade prius. ¶Ex eo quod non dicitur fratri tuo prope moranti, ſed abſolute fratri tuo, inſinuatur per hoc præceptum affirmatiuum, neceſsitas reconciliationis fraternæ ante oblationem

ad hoc

ad hoc vt oblatio ſit accepta, & ſi ratio temporis permittit, cum executione exterioris itineris ad reconciliationem fratris. ſi verò prudentiæ ratio non admittit(puta quòd relinquatur ante altare munus vſque ad reditum ex Perſide,vbi manet frater offenſus) ſicut cæterorum affirmatiuorum præceptorum executio exterior differri poteſt, & reconciliatio exterior. Lex enim ſpiritus ſapientiæ intellectus, ſcientiæ & conſilij, nihil præcipit imprudenter agendum,ſed in omni executione affirmatiui præcepti ſubintelligitur circunſtantia prudentiæ. Et propterea præceptum hoc quantum ad executionem, intelligitur ſi ratio temporis permittit,quantum verò ad animum intelligitur abſolutè. Rurſus ſi ratio iubeſſet ſcandali ſi offerret irreconciliato fratre proculdubio debet prius exequi reconciliationem illo quo poteſt modo ad tollendum ſcandalum · puta manifeſtare ſe petere à fratre agente in remotis veniam,&c. & ſic reconciliato fratre offerre munus deo, cui non placent hoſtiæ eorum qui contra fratres ſuos ſunt. ¶Ex hoc præcepto ad literam habetur,quòd ſatiſfactio fratri debita, ſi fieri poteſt, præcedere debet ſacram communionem, quæ eſt munus altaris noui teſtamenti.[Eſto conſentiens.] pro beneuolus, [aduerſario tuo.]Reliquũ erat ad complementum præceptorũ circa homicidium, vt ordinaretur noſter animus erga aduerſarios, qui ſcilicet offenderũt. Per legem nanque veterem ordinatũ eſt opus,non occides per adiuncta præcepta(ſi quis iraſcitur,ſi dixerit rhaca,ſi dixerit fatue) ordinata ſunt interna & externa principia nocendi fratri ad euitandum: omnia enim hæc reſpiciunt euitationem futuræ offenſionis per præceptum autem,ſi offeras,ordinatus eſt homo poſt offenſam præteritam à te commiſſam in fratrem. Reſtabat ordinandus homo in altero genere offenſæ, ſcilicet acceptæ,quid ſcilicet mihi agendum eſt,ſi alter iam me offendit & vexat. Docuiſti me ne offendam fratrem quouis etiam in animo latente cogitatu, docuiſti me quid mihi agendum eſt, ſi iam fratrem offendi ſupereſt vt doceas me, quid mihi agendum eſt ſi alter vexat me. Hoc intendit modo docere,& propterea non nominat fratrem, ſed aduerſariũ:formalis enim eſt doctrina Ieſu Chriſti. Eſto,inquit,cõſentiens,hoc eſt,beneuolus in animo, ac benignus in opere, aduerſario tuo,homini aduerſanti tibi quanuis tu non aduerſeris ei: hoc eſt,ne iraſcaris aduerſario, ne dicas illi rhaca,ne dicas illi fatue, ſed eſto ei beneuol°, eſto illi benign°. [cito dũ es in via cum eo]Definit tempus dum es in via, non tu ſolus, ſed cum eo, dum ambo eſtis in via, dum negociũ eſt in fi-

eri,antequàm deducatur ad tribunal iudicis:vt vtrique prosit benignitas tua.Nec totum tempus viæ tibi conceditur, sed vrget ad acceleratiõnem dicendo cito.[Ne forte tradat te aduersari⁹ iudici & iudex tradat te ministro,& in carcerem mittaris.] Præcepti rationem reddit ex timore proprij periculi.Ne fortè,dubitatiõis nota significat ignotam nobis dispositionem aduersarij. Quia nanque non scis an benignitas tua aduersarium à malo auertat,seu etiam ad bonum conuertat,ideo subdubio aduersarij malum,quod ex magna tua benignitate perseuerauit,& auctum forte est, inducitur accusans te apud deum iustum iudicem.& ex tali tuo demerito tradat te iudici,à quo tradaris ministro, pœnarum diabolo, & mittaris in carcerem inferni vel purgatorij. [Amen dico tibi: non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem.] Si in carcerem cõtingat te ob omissam benignitatem detrudi,amen vere dico tibi,quòd non exibis inde donec reddas,&c hoc est,donec totum damnum cuius occasio fuisti soluas.¶Aduerbium,donec significat manifeste tempus carceris cœuum tempori non solutionis,& propterea si solutio nunquam finietur,denotat tempus æternũ,vt contingit si iste peccasset mortaliter,non exhibendo se benevolum aduersario,quod tunc esset,quando omitteret debitam beneuolentiam *in animo*,& debitũ opus in locutione seu opere. Si autem solutio finietur,denotat tempus finitum,quod tunc esset, quando non omitteretur aduertenter, aut minus plene fierer, & breuiter propter imperfectionem omissionis esset peccatum venia le Tunc enim non exibit de carcere purgatorij,donec luendo pœnas soluat etiam nouissimum,minimum quadrantem,hoc est, vsque ad minima quæque,ex similitudine minimi numi significata.

[Audistis,quia dictum est antiquis,non mœchaberis]Post perfectionem præcepti de homicidio vitando subdit præceptum de vitanda mœchatione,perfecturus quoque illud. [Ego autem dico vobis,quod omnis qui viderit mulierem ad concupiscendũ eã, iã mœchatus est eã.]pro,cũ ea, [in corde suo]. Sicut homicidiũ extendit ad iram,ita mœchationem extendit ad concupiscentiã mulieris. Lex vetus in hac materia prohibuit tum exterius opus, non mœchaberis, Exod 20.tum internum appetitum,non concupisces vxorem proximi tui ibidem.Iesus autẽ non restrinxit præceptum suum appetitum alienæ vxoris:sed vniuersaliter dixit,qui viderit mulierem,non suam,siue sit alterius vxor siue non, & propterea apposuit.ego autem dico vobis. ¶Vbi etiam nota,quòd non dixit,qui concupiscet, sed qui viderit ad concupiscendum

vt

vt ſimul damnet tam internum appetitum, quàm externum viſum libidinoſum. Sicut homicidio adiunxit damnationem iræ & locutionis. ¶[quod ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum & proijce abs te. expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum, quam totum.]pro,& non totum,[corpus tuum mittatur in gehennam. Et ſi dextera manus tua ſcandalizat te, abſcī le eam,& proijce abs te. expedit enim tibi vt pereat vnū membrorū tuorum quam totum.]pro,& non totum, [corpus eat,pro,mittatur,[in gehēnam.]Sicut in homicidio ordinauit,non ſolum inter nos affectus,ſed etiam homicidij occaſiones abſtulit (verba ſcilicet iniuriæ) ita in venereis poſtquā damnauit affectum & viſum, tollit occaſiones concupiſcendi duas. alteram oculi dextri,alterā manus dextræ. Per quæ præcepta non intendit,quòd naturalia noſtra membra abſcidamus, ſi ipſa nobis occaſionem prębent ruēdi (abſit hoc ab intelligentia Chriſtiana) ſed intendit quòd exteriora officia,negocia,cōmercia,& id genus reliqua de genere bonorum, tam chara ac neceſſaria nobis, vt oculus dexter, aut manus dextra, abſcidamus à nobis, ſi præbent nobis occaſionem ruinæ animæ. Vbi temperamentum nota prębepti, quòd metaphoram induxit in membris charis quidem ac neceſſarijs, non tamen ita neceſſarijs, quin ſine illis poſsimus, & videre, & operari manu. remaneret enim tam alter oculus quàm altera manus. Propterea non dixit ſi oculi tui, aut ſi manus tuæ ſcandalizant, erue illos & abſcinde illas: ſed in ſingulari alter oculorum etiam melior ſcilicet dexter(& ſimiliter de manu)inducitur vt prębeptum abdicationis intelligamus in ijs bonis,quorum abdicatio ſub noſtra eſt electione,ſine quibus vita animæ ſalua eſt abſque perplexitate ſiquidem ſunt diuina præcepta. euenire enim non poteſt, vt illud abſcindendum ſit, quod eſt neceſſarium ad ſalutem: ſed euenire poteſt vt multa vtilia,multa delectabilia,multa ſancta negocia abſcindenda ſint ſi occaſionem nobis prębēt ruinæ: quia melius eſt ſine iſtis vtilibus & ſanctis operibus ſaluari quàm cum tot bonis damnari. ¶Et meminit oculi & manus, vt omnia genera vtilium comprehendat. quicquid enim eſt nobis vtile, vel ad ea quę ſunt notitiæ, quæ per oculum: vel ad ea quæ ſunt actiones, quæ per manum ſignificantur,vtile eſt. [Dictum eſt autem.] Inducitur hoc non tanquam inter Principalia præcepta numeratum, ſed tanquam annexum, & propterea non dicit auditis quia dictum eſt, ſed dictum eſt autem, proculdubio à lege veteri. [Quicunque dimiſerit.] proculdubio totaliter [vxorem ſuam,det ei li-

bellũ repudij.] Vbi perpende non præcipi, quòd dimittat vxorẽ: sed quòd si dimittat, det vxori libellum repudij. In quo certum est & scriptum fuisse ipsum repudium: quia à scripto repudio tam in lege Deute. 24. quàm hîc appellatur libellus repudij. & quòd dabatur vxori quæ dimittebatur, vt posset monstrare se liberam esse à iugo viri. Cura enim fuit legislatori, vt dimissionem vxoris si qua fieret ordinaret [Ego autem dico vobis] noui testamenti tẽpore. [Quod omnis qui dimiserit vxorẽ suã.] Cõtextus inuitat ad intelligendum de dimissione totali: quoniam de illa cõstat legem loqui, dicentem, qui dimiserit vxorem det illi libellum repudij. & illam corrigit ad literã Iesus. [Excepta fornicationis causa] Lex vetus latum reliquit campum causis dimittendi vxorem: Iesus restringit vsque adeo, vt solam causam fornicationis (proculdubio carnalis, quæ sola directe contrariatur coniugali fidei) excipiat. [Facit eam mœchari.] dando dimissæ absque fornicatione occasionem mœchandi [Et qui dimissam] proculdubio absque fornicationis causa. [Duxerit,] in vxorem, [adulterat] nõ maritus, sed adulter est. Ita quòd dimittens vxorẽ absque causa fornicationis, causat duo mala scilicet quòd dimissa mœchetur, & quòd accipiens ipsã sit adulter. Hic est plan⁹ literę sensus. ¶ Nec hinc sequitur, quòd lex noui testamenti cõcedat viro propter vxoris fornicationem dimittere illã totaliter: quoniam textus iste nõ est tota lex noui testamenti. Sed bene sequitur, quòd ex hoc textu non est prohibita, non est illicita dimissio vxoris propter ipsius fornicationem: cum quo stat, quòd ex alio textu sit prohibita & illicita. Et rursus sequitur, quòd dimittens totaliter vxorem propter ipsius fornicationem, non est causa quòd dimissa mœchetur. quoniam illa iam mœchata fuerat. Sicut lex disponens, quòd maritus occidens vxorem, nisi inuentam in actu adulterij, decapiteretur, non reddit occisionem vxoris in flagranti repertæ crimine licitam, sed impunem à decapitatione. Rursus sequitur, quòd in hoc textu nihil disponitur de dimissa ob fornicationis causam: nec de ducente ipsam. Nec hoc est mirum. quia nec de ipsa dimissione, quę fiebat per libellum repudij, disponitur an fuerit licita: sed hoc alteri loco legis nouæ reseruatur, scilicet in sequentibus cap. 19. Considera prudens lector euangelij textum. & teipsum euangelio, non euangelium tuo accommoda sensui. [Iterũ audistis.] Perficit præceptũ aliud legis veteris de periurio [Quia dictum est antiquis, non periurabis.] Exod. 20. non assumes nomen dei tui in vanum, & Leuitici decimonono, non periurabis in nomine domini.

[Reddes

[Reddes autem domino iuramẽta tua.]Prima pars huius præce pti(ſcilicet non periurabis)eſt negatiua,prohibens malum ex ſuo genere.periurium enim eſt malum ex ſe:ita quòd nulla ratione po teſt excuſari.Secunda vero pars(ſcilicet reddes domino iuramenta tua)eſt affirmatiua.& nō ſignificat adimple iuramenta quæ pro miſiſti(vt patet ex eo,quòd nihil hic ſubditur de impletione promiſſionum)ſed ſignificat quòd referenda ſunt iuramenta in deū: hoc eſt,quòd iurandum eſt per dominum,& non per creaturas. Hæc enim verba non habentur in lege:ſed ſententia eorum habetur Deuteronomi ſexto per nomen domini dei tui iurabis. Vbi iurare non præcipitur,ſed regulatur ſcilicet quòd fiat per nomen dei,& non per nomen creaturarum præcepit enim lex, vt actus iſte religionis qui eſt iurare,exhiberetur deo,non creaturis ſeu idolis quibuſcunque. [Ego autem dico vobis.] Perficit præceptum vtrunque,duo adiungens præcepta alterum negatiuum,alterum affirmatiuum [Non iurare omnino.]Ecce præceptum negatiuum,in quo clauduntur duo ſcilicet non iurare,& omnino,prohibet enim iurare omni modo:ſcilicet tã explicando deum, quàm non explicando deum:puta per cœlum,terram & reliquas creaturas. ¶Et in hoc perficit tum præceptum de non periurando: tollendo non ſolum periurium,ſed occaſionem periurandi,ſine iuramento enim impoſſibile eſt incurri periurium. Tum præceptum de referendo in iuramentum in deum:tollendo ſolicitudinem referendi.vbi nanque non iuratur,nulla eſt opus ſolicitudine referendi iuramenta in deum. [Neque per cœlum,quia thronus dei eſt: neque per terram,quia ſcabellum eſt pedum eius:neque per Hieroſolymam,quia ciuitas eſt magni regis. neque per caput tuum iuraueris,quia non potes vnum capillum album facere aut nigrũ.] Declarat illam particulam, omnino, monſtrando quòd iurando per creaturas iuratur per deum. Et monſtrat hoc in quatuor creaturis: cœlo, terra, Hieroſolyma,& capite hominis. ¶Vbi nota ex parte creaturarum explicari primò prima corpora: cœlum ſcilicet & terram hæc enim inter primas partes integrantes vniuerſum corporeum,primum tenent locum.vt patet in principio. Gen.& apud philoſophos in primo cœli.& ſupremum locum omnium factibilium & agibilium: ſcilicet Hieroſolymam, in qua vtpote ciuitate regia ſimul & diuina tam moralium, quàm artium ſumma eſt. & ſupremum inter mixta caput humanum, vt in his quatuor vniuerſitas creaturarum collecta intelligatur. Ex parte autem dictæ relationis ad deum, triplex modus eſſendi dei in re-

bus omnibus colligitur. ſcilicet per eſſentiam, præſentiam, & potentiam nam modus eſſendi per eſſentiam, tangitur ex ſimilitudinario ſermone, quo cœlum ſedes dei, & terra ſcabellum pedum eius dicitur. tanquam dei ſubſtantia ſit in cœlo & in terra. Intendit enim per hoc ſignificare, quòd deus eſt vbique per eſſentiam. Modus vero eſſendi per præſentiam, tangitur in hoc quòd Hieroſolyma ciuitas dei regis magni deſcribitur: tanquã deus ſui regiminis prouidentia in regia ciuitate ſit. modus enim præſentię ad claritatem notitiæ ſpectat. Modus autem per potentiam, tangitur in hoc quòd deſcribitur caput humanum opus nõ hominis, ſed dei: vſqueadeo quòd homo non poteſt mutare colorem capillorum ſuorum. per hoc enim ſignificatur diuina potentia extendens ſe ad minima. Intendit ergo Ieſus, quòd quia deus eſt vbique per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, ideo per quancunque creaturã iuretur per deum iuratur. ¶ Etſi obijciatur quòd iurans per creaturam non intendit iurare per illam, quatenus in ea eſt deus. Solutio eſt, quòd obiectio ignorat propriam vocem. nam iurans in eo quòd iurat intendit veritatem infallibilem in teſtimonium inuocare. ac per hoc non creaturam ſecundum ſe, ſed ſecundum quod dei eſt, qui ſolus eſt veritas infallibilis. ¶ Quòd autem dicitur, non potes facere capillum album aut nigrum, intellige ab intrinſeco. ſciebat enim quòd fucato artificio poſſumus capillos albos aut nigros facere. ¶ Occurrit hic quæſtio circa hoc negatiuum præceptum, quid prohibetur. Et eſt ratio dubitandi. quia iurare non eſt de genere malorum. immò eſt de genere licitorum: vt patet ex eo quòd in ſacra ſcriptura attribuitur deo, angelis & viris perfectis. Apoſtolus enim pluries in ſuis epiſtolis iurauit: angelus in Apocal. Iurauit per viuentem in ſecula ſeculorum, & per me metipſum iurau dicit dominus. ¶ Solutio eſt, quòd ſicut in præcepto, non occides, prohibetur occiſio hominis nuda, & non prohibetur occiſio hominis veſtita circunſtantijs iuſtitiæ (puta quòd homo malefactor occidatur à iudice neceſſitate reipublic id exigente, &cæ. (ita prçceptum IESV CHRISTI prohibens iurare, refertur ad iurare nudum, & non ad iurare veſtitum circunſtantijs iudicij, iuſtitiæ, & veritatis: quia iurare nude ſumptum eſt malum moraliter. quia ad irreuerentiam diuinam ſpectat & propterea ſub præcepto ponitur negatiuo. Cum quo ſtat quòd iurare veſtitum iudicio iuſtitia & veritate, eſt licitum, & non contra hoc præceptũ, & tale attribuitur deo, angelis & Apoſtolo, & à reliquis viris iuſtis exerceri poteſt. ¶ Sit autem ſermo

veſtey

veſter eſt eſt,] pro,etiã etiã,[non non.] Ecce præceptũ affirmatiuum eſt eſt,non non hoc eſt affirmandum affirma & negandum nega abſque adiectione iuramenti [Quod autem his abundantius eſt.] Appellatione abundantioris non veniunt aduerbia affirmãdi.puta vera,certe,& ſimilia.vt apparet ex eo, quòd ipſe Ieſus huiuſmodi aduerbijs vſus eſt:dicendo, amen dico vobis, & in veritate dico vobis: & ex eo,quòd huiuſmodi aduerbia non addunt, non apponunt aliam veritatem: ſicut apponeret iuramentum teſtimonium veritatis ſi fallibilis.[A malo eſt]Declarat Ieſus, quòd iuramentum appoſitum quantumcunque veſtitum iudicio iuſtitia & veritate,à malo eſt.Non dicit malum eſt,ſed à malo eſt,effectus mali eſt, à malo occaſionem habet:ſcilicet ab infirmitate humana,non firmiter credente,niſi appoſito iuramento. Et dicendo à malo eſt,inſinuauit non oportere omne iuramentum eſſe malum: quanuis ſemper occaſionem habeat à malo.[Auditis quia dictum eſt] Exo.21.& Deuteron.19.[Oculum pro oculo, dentẽ pro dente] Statuit lex vetus iuſtum cõtrapaſſum:hoc eſt talionẽ.hoc enim ſignificat oculus pro oculo,dens pro dente &.[Ego autem dico vobis.] Perficit Ieſus legem talionis præceptis quatuor.[Nõ reſiſtere malo.] Hoc eſt primum præceptum . Quod poteſt dupliciter intelligi.Primo vt ſonat præceptum negatiuum.& ſic intenderet dominus prohibere actũ reſiſtendi malo. Quod valde diſſonat à recta ratione.nam author naturæ Ieſus non præcipit contra naturam . quia gratia non deſtruit,ſed perficit naturam. conſtat autem naturaliſſimum eſſe rebus omnibus reſiſtere malo.& propterea non poteſt cadere ſub præcepto negatiuo:quod obligat ſemper & ad ſemper.Sequeretur enim,quòd nunquam liceret reſiſtere malo: quum tamen reſiſtere malo etiam nude ſumptum nihil inordinatum ſignificet,ſed actum naturæ conformem.

¶[Alio ergo modo intelligitur hoc præceptum circunlocutiue: & per negationem reſiſtendi malo intendit præceptor affirmationem ſuſtinendi malum.Et eſt ſemper ſermo de malo pœnæ, hoc eſt nociuo.Ita quòd præceptum hoc quamuis ſecundum verba ſit negatiuum,ſecundum tamen intentum ad literam ſenſum eſt affirmatiuum. Et ſic intelligendum eſt ad literam præceptum hoc ac ſi dixiſſet. ego autẽ dico vobis ſuſtinere malum.affirmatiuo enim exiſtente hoc præcepto, ceſſat obligatio ſemper & ad ſemper, ceſſat contrarietas rectæ rationi, ceſſat diminutio vocabuli qua reſiſtere (quod eſt actus exterior) trahitur ad præparationem animi: quia ſuapte natura præcepta affirmatiua obligant non

pro ſemper,ſed pro loco & tempore & alijs circunſtantijs rationabilibus. Præceptum ſiquidem de colendo deum,& de honorando parentes,non obligat vt omni tempore colamus deum & omni tempore honoremus parentes:ſed quòd pro loco & tempore & alijs circunſtantijs colamus deum,& honoremus parentes.ac per hoc tam hoc præceptum,quàm quinque alia immediate ſequentia, ex hoc ipſo quòd ſunt affirmatiua,obligant non pro ſemper,ſed pro loco & tempore.Quocirca non obligamur ex hoc præcepto adrecipiendum malum ſeu nociuum ſemper & ad ſemper,ſed pro loco & tempore:hoc eſt quum ratio recta id requirit penſatis circunſtãtijs omnibus.Et propterea ceſſant quæſtiones & obiectiones ex ſãctorum geſtis:puta,quòd Paulus reſtitit malo appellando ad Cæſarem,& ſimilia.recta enim ratio ſuadebat tunc reſiſtendum eſſe. & propterea non fiebat contra hoc præceptum. [Sed ſiquis te percuſſerit.] deeſt,alapa[, In dexteram maxillam tuam,præbe illi.] pro verte illi,[& alteram.] Secundum præceptũ eſt prębere alteram maxillam percutienti vnam. vbi præcipitur plus quàm in primo: quia in primo præcipitur ſuſtinere malum illatum: in hoc aut præcipitur poſt ſuſceptum primum malum offerre nos ad alterum malum. Et eſt etiam præceptum affirmatiuum, non obligãs pro ſemper,ſed pro tẽpore quo recta ratio id exigit. Ita quòd non tenemur ex hoc præcepto quotienſcunque percutimur, offerre ad ſuſtinendam alterã percuſſionẽ.ſed tunc tantũ, quum omnibus circunſtantijs penſatis recta id exigit ratio. ¶[Et propterea ceſſant obiectiones de ſaluatore noſtro, qui percuſſus in maxilla non præbuit alteram. & ſimiliter de Paulo:qui percuſſus in ore. Act.23.reprehẽdit principem ſacerdotum. circunſtantiæ enim nõ exigebant præbere alteram maxillam. & propterea non eſt actum contra hoc præceptum [Et ei qui vult tecum.] vult non ratione ſed voluntate mouetur [in iudicio.] non via facti ſed via iudicij. [cõtendere,]nõ diſcutere iuſtum.[Et tunicã tuã tollere.] quod eſt effectus intentus per iudicium.[Dimitte ei & pallium.Tertium eſt hoc præceptum ſimiliter affirmatiuũ,& circa res neceſſarias.ſ. tunicam & pallium Quod ſimiliter obligat non pro ſemper. ſed quando recta ratio id exigit.[Et quicũque te angariauerit.] pro, coegerit,[mille paſſus.]pro,ad miliarium vnũ,[vade cũ illo & alia duo.]Superfluit,& alia.Quartum eſt ad prẽceptũ ſimiliter affirmatiuum & ſimiliter obligans ſicut præcedentia. ¶[Et nota quòd primum præceptum præcepit vniuerſaliter ſuſtinere malum in genere, reliqua autem tria præcipiunt oblationem extrinſecam

ad

ad amplius ſuſtinendum, diſtinguendo tria genera malorũ. Primum in corpore, explicando percuſſionem maxillæ, ſecundum in rebus exterioribus, explicando tunicam & pallium: tertium in operibus, explicãdo ambulationem vnius miliarij. vt intelligamus ad omnia malorum genera præcipi, vt noſmetipſos offeramus. ¶ Vbi cernere potes, quàm perfectiorem formet animum lex noua quàm vetus. Illa indulgebat peti vindictam oculi pro oculo, dẽtis pro dente &c. iſta præcipit non ſolum ſuſtinere mala illata, ſed etiam offerre ſe ad ſuſtinendum alia inferenda. ¶ Aduerte quoque hîc, quòd contextus literæ continuando primum præceptum abſolute promulgatum (ſcilicet non reſiſtere malo) per coniunctionem aduerſatiuam adiuncto pronomine ſingularis numeri. ſ. te cum reliquis tribus præceptis, inſinuat quòd omnia hęc præcepta ad priuatam diriguntur perſonam. Ita quòd ex ipſo loquendi genere habetur, quòd præceptis his non ligatur perſona publica, quatenus publica eſt. hoc eſt quatenus ipſius eſt tueri, miniſtrare, efficere iuſtitiam publicam. Sed ligantur perſonæ priuatæ: ſeu etiam publicæ, quatenus ſunt ſingulares perſonæ. Et vere ſic eſt: quoniam Ieſus non præcipit hîc principibus & iudicibus non reſiſtere malo, immo ipſi tenentur ex officio non ſolum reſiſtere malis, ſed etiam punire. Propter quod ſignificantius textus (vt prædictum eſt) continuatur per coniunctionem, ſed. denotantem ad idẽ referri primum præceptum & tria reliqua. In quibus pluries repetitur, te & tua, ad oſtendendum quòd alloquitur perſonam priuatam: in cuius poteſtate eſt ſine alteri° iniuria ſuſtinere propria nocumenta, & offerre ſe ad maiora ſuſtinenda. [Qui petit a te, da ei.] Paſſionibus iniuriarum ordinatis, annectit optimus magiſter præcepta actionum noſtrarum ad alterum duo ita quòd perfecti ſim° & in actionibus aliorum contra nos, & in actionibus aliorum ſupplicibus ad nos. ¶ Præceptum primum eſt gratuitę donationis: vt. ſ. petenti demus. Et hoc præceptum quia affirmatiuum eſt, intelligitur quando recta ratio penſatis omnibus circunſtantiis id exigit. Et hinc ſoluuntur innumeræ obiectiones, & ſupplentur omnes ſubintellectæ conditiones: puta rationabiliter petenti da ſi potes &cæ. [Et volenti mutuare a te, ne auertaris.] Deponens eſt actiuæ ſignificationis, ſignificans ne auertas. Vltimum eſt hoc præceptum de gratuito mutuo exhibendo petenti. Minus dico: quia textus dicit volenti. Præcipimur enim mutuare non ſolum petenti: ſed volenti & præ verecundia aut reſpectu aliquo non audenti petere mutuum. ¶ Et hoc præceptum proponitur

ſub

ſub forma negatiua dicendo nec auertaris. Significatur enī quòd quum pręuidemus aliquem periturum à nobis mutuum, non diuertamus ab illo, non auertamus faciem, iter, ſermonem, ne petat mutuum. Hoc eſt quod directe præcipitur inhibendo exteriorem auerſionem à petituro mutuum, vt ſi potes non ponas obicem mutuo, ſi non potes mutuare abſtineas ab inhumanis ſignis. Et quoniam ſigna ordinantur ad res & opera, nec exigit ſigna vana cœleſtis magiſter, per hanc inhibitionem præcipitur tibi mutuare non ſolum petenti, ſed volenti petere. vnde pro quanto eſt negatiuum, prohibentur inhumanitatis ſigna. & quo ad obligat ſemper & ad ſemper, quia mala ſunt moraliter. Pro quanto autem præcipit mutuare, affirmatiuum eſt intelligendum. vt præcedentia, quando ſcilicet recta id ratio exigit. ¶ Memento hîc prudēs lector præcepta hæc obligare ad peccatum pro loco tempore ſicut & reliqua præcepta affirmatiua, & eorum, trangreſſionem quandoque eſſe mortalem, quandoque eſſe venialem, ſicut tranſgreſſio præcepti de honore parentum quandoque eſt mortalis, quandoque venialis. Regulanda enim ſunt hæc præcepta ſicut & reliqua affirmatiua, diſcernendo quando eorum tranſgreſſio eſt contra charitatem, & quando præter charitatem. ¶ Eſt autem exemplariter explicando contra charitatem reſiſtere malo, quando fidei profeſſio incumbit, nec aliter poteſt exerceri, niſi ſuſtinendo mala corporis, rerum &c. Et ſimiliter quando aliorum fides periclitaretur. niſi ego offerrem me paſſioni, contra charitatem ago niſi mea oblatione ſubueniam periclitanti fidei.
Rurſus quum petens caret aliunde ſubſidio neceſſario ad vitam, teneor ex neceſſitate charitatis ego dare, vel mutuare. Quum vero confeſſio ſeu periculum fidei aut indigentia proximi extra vrgentis neceſſitatis ſunt articulum, non parua tamen cauſa hæc exigit officia, præter charitatem omitterentur officia hæc. Regulare eſt enim præcepta affirmatiua obligare tempore neceſſitatis, & ad mortale ſi contra charitatem dei aut proximi, ad veniale autem grauius & minus graue, ſi præter charitatem omittitur. Penſanda eſt ergo occurrens neceſſitas, ſi vrget contra vel præter charitatem. [Audiſtis quia dictum eſt, diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.] Leuitici decimonono ſcriptum eſt, diliges amicum tuum ſicut teipſum, nullibi autem in tota lege inuenitur ſcriptum, odio habebis inimicum tuum. Sed dominus Ieſus dicit hic etiam hoc dictum fuiſſe, vel quia Iudæi intelligebant hoc dictum fuiſſe implicite, determinando

enim

enim obiectum dilectionis esse amicum, insinuatur inimicum esse obiectum odij, quòd contrariatur amori. Vel quia in Deut. inter benedictiones continetur ruina inimicorum à conspectu populi Israel Dicitur enim Deut 28. dabit dominus inimicos tuos corruentes in conspectu tuo per vnam viam venient contra te, & per septem fugient à facie tua. Per hoc enim & similia verificatur dictum esse in lege, odio habebis inimicum tuum: persecutio enim & prostratio effectus est odij. [Ego autem dico vobis.] Perficit Iesus præceptum de dilectione hominis dupliciter: prius præcepto, & deinde cõsilio. [Diligite inimicos vestros, benefacite ijs qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus.] pro, offendẽtibus vos, [vt sitis filij patris vestri qui in cœlis est: qui solé suũ oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.] Tria præcipit erga inimicos. diligere internum, benefacere externũ, & orare intus & extra. ¶ Vbi aduerte, quòd inimic⁹ tripliciter consideratur. primò formaliter quatenus est inimicus: & sic nõ est obiectum amoris recti: sed maximum peccatum est diligere inimicum formaliter. Secundò consideratur materialiter: hoc est homo ipse: & sic clarũ est, quòd potest diligi Sed hoc propriè loquendo, non est diligere inimicum, sed hominem. Tertiò, consideratur inimicus, quo ad vtrũque simul: hoc est, homo odio me habẽs. Et sic textus præsens loquitur de inimico: & præcipit quòd amemus homines, non obstante quòd sint nobis inimici. Hæc est intentio literæ, quo ad obiectum. ¶ Diligere autem, benefacere & orare dupliciter potest intelligi, scilicet in communi vel in speciali. Diligere inimicos in communi, est diligere eos secundum id quòd est commune eis & alijs: & similiter benefacere inimicis in communi, est non excludere eos à beneficiis communibus & similiter orare pro inimicis in communi, est non excludere eos ab orationibus communibus, Orare autem pro inimico in speciali, est fundere orationem specialiter pro illo. & similiter benefacere inimico in speciali, est conferre inimico aliquod beneficium illi proprium: & similiter diligere inimicum in speciali, est habere actum amoris specialiter erga inimicum. ¶ Sub presenti itaque præcepto vterque modus comprehenditur, sed diuersimode: quia primus modus (scilicet diligere & benefacere in communi) explicatur ab ipso domino Iesu, subiungendo imitationẽ cœlestis patris, qui solé suũ oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Hęc enim diuina bñficia nõ sunt beneficia propria malis & iniustis, qui sunt inimici dei: sed sunt bñficia cõmunia non

nia non ſolum inimicis & amicis,ſed etiã irrationabilibus creaturis Ex hoc enim quòd dominus declarat rationẽ benefaciendi inimicis ex imitatione dei,quatenus non excludit à communibus beneficijs malos & iniuſtos, docet præceptum ſuum intelligendum eſſe de diligere & benefacere in communi. Specialiter autem diligere & benefacere non explicatur hîc à domino,ſed reliquit intelligendum ex generali regula præceptorum affirmatiuorũ:quòd ſcilicet obligant tempore neceſſitatis:Ita quòd ſub præcepto de diligendo inimicos,comprehenditur benefacere inimicis etiam ĩ ſpeciali tempore neceſſitatis,iuxta illud Prouerb.25. ſi eſurierit inimicus tuus,ciba illum:ſi ſitit,da ei aquam bibere. [ſi enim diligitis eos qui vos diligunt.] Adiungit conſilium de diligendo inimicos in ſpeciali extra articulum neceſſitatis. Quòd enim hoc ſit conſilium,ex eo patet quòd concluditur: eſtote enim vos perfecti,ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt.Inferendo enim perfectionem,monſtrat ſe non præcipere,ſed conſulere:quoniam eſſe perfectum ad cõſilia ſpectat:iuxta illud infra.19.ſi vis perfectus eſſe,vade,& vende omnia quæ habes, &cæ. Quòd autem de dilectione in ſpeciali tracterur,patet ex eo,quòd dicitur, ſi ſalutaueritis fratres veſtros tantùm.actus enim ſalutandi ad ſpecialem exercetur perſonam. ¶ Triplicem autem rationem huius conſilij. Primò ex mercede:dicendo, [Quam mercedem habebitis.] pro,habetis?[nonne & publicani hoc faciunt?] Quaſi dicat nullam: Diligere enim diligentem ſe, eſt potius rependere vicem,quàm mereri mercedem, ſed diligere odientem, mercedẽ expectat à deo,propter quem diligitur: Quod quanuis clarum eſſet, dominus tamen manifeſtat ex hoc, quod diligere diligentem eſt actus communis etiam Publicanis,qui non expectant mercedem à cœleſti patre. ¶ Alia ratio eſt ex ſupererogatione:dicendo. [Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros tantum,quid amplius facitis?] Quaſi dicat nihil, niſi id ad quod tenemini naturali iure. Et hoc etiam declarat dicendo,[Nonne & Ethnici.]pro,Publicani,[hoc faciũt?Eſtote ergo vos perfecti,ſicut & pater veſter cœleſtis.]pro, qui in cœlis eſt.[perfectus eſt]Publicani(qui publicũ ęs exigebãt pro Romanis à populo) infames erant apud Iudæos zelum legis habentes.& propterea tam hîc quam alibi in euangelio nominantur,tanquam alieni à lege dei,vt meretrices & ſimiles. ¶ Tertia demum ratio ex imitatione perfectionis cœleſtis patris affertur. Et hoc docens,quòd diligere & benefacere inimicis in ſpeciali extra neceſſitatis articulum, perfectionis eſt ad imitationem diuinæ per-

uinæ perfectionis, qua inimicis ſuis ſpecialiter benefacit: vt patet in tanta & continua conuerſione peccatorum.

CAPVT VI.

A Ttendite.] Poſtquam Ieſus doctrinam legis perfécit declarãdo præcepta tranſit ad perficiendũ affectum circa ea, quæ communi deſiderio appetũtur: gloriã ſcilicet & diuitias. Præcipuũ, inter ſpiritualia deſideratum communiter eſt gloria, inter corporalia autem opulentia. Et propterea à primo inchoans præcipit attendite. Diligentia adhibenda atteſtatur periculo. [Ne iuſtitiam veſtrã.] pro, eleemoſynã veſtram, [faciatis corã hominibus] Gloria enim humana tanquam præmium bonorum operum exiſtimatur: malis enim operibus non laus, ſed vituperium debetur. Et inchoat ab eleemoſyna, vtpote præcipuo opere inde ad orationem & ieiunium proficiſcens. [vt videamini ab eis.] Non dixit cœleſtis magiſter, attendite ne eleemoſynam veſtram faciatis coram hominibus abſolutè, ſed cum adiectione finis, vt videamini ab eis: hic enim finis prohibetur, quoniam vana gloria eſt. [Aljoquin mercedem non habebitis.] pro, habetis, [apud patrem veſtrũ qui in cœlis eſt. Non dixit alioquin non damnabimini, ſed quod carerent mercede apud patrẽ cœleſtem. & intelligitur ad litteram de mercede illius operis, quod fit ob vanam gloriam. Qui enim bonum aliquod opus facit (puta honorat patrem, reddit mutuum, &c.) vt videatur, hoc eſt, ad hũc finem, vt videatur & honoretur ab hominibus, non propterea æternam damnationem incurrit: ſed priuatur mercede ſeu præmio cœleſti illius operis bo pi-quia non oportet interuenire ibi peccatum mortale, ſed poteſt eſſe veniale. Nam ſi humana gloria intendatur præferendo ipſam iis, quæ ſunt ex charitate neceſſariò diligenda, facienda aut vitanda proculdubio peccatum incurritur mortale: & inde priuamur, non ſolùm illius operis mercede, ſed totaliter apud patrẽ cœleſtem per excluſionem à cœleſti patria. Quando verò gloria humana appetitur, vt finis quidem illius operis, non tamen contra ea, quæ ſunt de neceſsitate charitatis: veniale tantùm peccatũ incurritur ex appetitu vanæ gloriæ conſequendæ ex bono opere. [Quum ergo facis eleemoſynam.] Poſtquam in genere prohibuit appetitum gloriæ humanæ, vt mercedem operis boni, deſcendit ad ſpecies modorum. [Noli tuba canere ante te.] Morem tangit antiquum, quo ſono tubæ excitabãtur pauperes ad locum & tempus eleemoſynæ. Hic enim mos rationabiliter inſtitutus erat, ad

tollendam vagationem incertam mendicantium, & moleſtiam erogantium eleemoſynas, ne omni hora aut vbique moleſtarentur. ſed hypocritæ abutebantur hoc more, ſeruantes illum ad hoc vt honorificarentur ab hominibus. [Sicut faciũt hypocritę.] Græca dictio eſt deriuata à perſonis in ſpectaculis comœdiarum ſeu tragœdiarum. homines enim illi, alij ſunt intus, & alios repreſentant foris. inde ſiquidem tranſlatum eſt nomen hoc ad ſignificandum eos qui ſimulant ſe bonos. ¶ Vbi ſimiliter nota, quòd non præcipit, noli tuba canere ante te abſolutè, ſed ea ratione vt honorificeris ab hominibus: Et propterea appoſuit, ſicut faciunt hypocritæ, vt honorificẽtur ab hominibus intentionem ſiquidem prohibet, non actionem. [In ſynagogis & vicis.] Hoc eſt in locis publicis, tum congregationis vt ſynagogis: tũ trãſitus, vt vicis. [Vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperũt.] pro, recipiunt, [mercedem ſuam.] ſcilicet humanã gloriã, propter quã eleemoſynam fecerunt: ac per hoc non expectant mercedem talis eleemoſynę à cœleſti parte. ſufficit enim operi merces propria. [Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua: vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito.] Poſſumus præceptum vel cautelam intelligere. Si præceptum eſt, ad intẽtionem refertur. præcipitur enim vt intentio facientis eleemoſinam aliena ſit ab hoc, vt videatur ab hominib⁹. hoc eſt, quòd faciens eleemoſynam, non intendat videri ab hominibus, laudari ab eis. Ita quòd vbi prius præcipit vitari intentionem vanæ gloriæ, in eleemoſyna publica, modo prohibet eandem in eleemoſyna, quę alicui particulariter fit. Si autem cautela eſt, inſtruimur vt noſtræ infirmitati conſulendo, ne obrepat in manifeſta eleemoſyna vana gloria, ſtudeamus eleemoſynas ſecretiſsime efficere. Secretiſsimus enim modus ſignificatur per hanc metaphoram, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua periclitatur enim animus humanus in laudatis eleemoſinis proprijs. [Et pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi.] Deeſt, in manifeſto. [Et quum oratis, nõ eritis.] pro, Et quum oras, nõ eris, [ſicut hypocritæ.] Ordinata intentiõe eleemoſynę cum adiuncta cautela, ordinat intentionem orationis ſimili modo: ſcilicet vt non oremus, vt videamur ab hominibus. [Qui amant in ſynagogis.] pro, quia amant in ſynagogis, [& in angulis platearũ.] Locis publicis: altero, vbi congregantur homines ad doctrinam legis: altero, vbi congregantur homines ad negocia humana. [Stantes orare.] Communis orantium ſitus, tunc temporis erat ſtare: vt hinc colligitur, & ex Phariſæo & Publicano, qui

no,qui ſtantes deſcribuntur oraſſe: [Vt videãtur.] pro,appareãt hominibus.[Amen dico vobis,recipiunt.]pro,acceperũt.]mercedem ſuã.]Tu autem quũ oraueris.[pro,quũ oras,[intra in cubiculũ tuũ,& clauſo oſtio.]deeſt, tuo, [ora patrem tuũ in abſcondito:& pater tuus qui videt in abſcondito,reddet tibi.] Deeſt,in manifeſto.Cautela vitãdi obrepentem vanã gloriã adhibetur,vt ſecretiſsimas habeamus orationes.Et hoc intellige de orationibus ſpõtaneis:nam orationes,ſiue publicæ (quales ſunt miſſæ & horę canonicę)ſiue quas debem⁹ in loco publico perſoluere (vt intereſſe diuinis laudibus,letanijs,& ſimilibus) non comprehendũtur ſub hac cautela : propterea enim dominus ait, tu autem quum oras: ſignificans, quòd de priuata oratione loquitur.Quod etiam ſignificatur ex eo, quòd induxit priuatas & ſpontaneas orationes hypocritarum in angulis plateatum.[Orantes autem.] Aliud circa orandi modum præceptum adiungit : ſcilicet,[Nolite multum loqui,]pro,ne ſitis multiloqui. Non dicit, nolite multum orare, nec dicit, nolite prolixe orare : quum ipſe prolixius orauerit, & in oratione pernoctauerit. Nec dicit nolite loqui(per quod prohibetur oratio vocalis) ſed vetat multum loqui orando. ¶Vbi aduerte, quòd multa locutio non eſt per ſe appetenda in oratione: ſecus autem eſt, quando ratio recta ſuadet multam locutionem orando,ad excitandam ſeu continuandam,aut augendam mentis deuotionem. Vnde & dominus rationem ſubdit; [Sicut Ethnici faciunt.] Superfluit faciunt.Græca dictio eſt Ethnici,ſignificans gentiles : tanquam qui in ea qua geniti ſunt viuant natura ſine diuina lege.[Putant enim quod in multiloquio ſuo exaudiantur.] Hinc enim confutatur electio multiloquij,tanquã vtilis ad exaudi tionem Putabant enim Gentiles quòd ſicut multiloquium vtile eſt ad hoc vt exaudiamur à principibus, dum multipliciter loca orationis exponimus, oratorio more : ita vtilis ſit multiplicatio ſermonis,orando deum. Quod dominus confutat ſubiungendo. [Nolite ergo aſsimilari eis.Scit enim pater veſter cœleſtis,quid opus ſit vobis.]pro,quib⁹ opus habetis,[antequã petatis eũ.]pro, ab eo Ex hoc enim aperit,quòd nec multa nec parua locutio orãdo vtilis eſt ad manifeſtandum deo neceſsitates noſtras,aut rationes exaudiendi : ac per hoc non eſt multiplicandus ſermo in oratione, vt exaudiamur ſignificando deo omnia. Cur autem non prohibeatur omnis locutio orando,alterius negocij eſt.hoc enim in loco non omnis, ſed multa locutio prohibetur ex intentione: hoc eſt, per ſe prohibetur. ¶In promptu autem eſt ratio quare

non prohi-

non prohibetur locutio orando. quia ſcilicet neceſſaria eſt communi hominum conditioni. Sumus enim compoſiti ex anima & corpore, & naturali curſu excitatur animus orantis loquendo: paucorum enim perfectorum eſt ſine exteriori ſermone prouocari ad mentis ac affectus eleuationem in deum petendo, quod eſt orare. [Sic ergo vos orabitis.] pro orate. Orandum eſſe Ieſus præſupponit, & modum orandi docet, dicendo ſic. Vbi non ſolùm vitandi multiloquij in oratione, ſed etiam modum recurrendi ad deum, & petendi à deo, docet. Modus ſiquidem breuiloquij monſtratur, tum colligendo omnia, quæ peti à deo poſſunt ad ſeptem: tum explicando ſingula hæc ſeptem ſummarie tanquam capita. Modus verò petendi ex parte rei petitæ, monſtratur per pronomina, tuum & noſtrum: ex parte verò petentis, & à quo petitur, eſt ipſe modus recurrendi ſcilicet vt filius ad patrem. Vnde incipit ſic, [Pater.] Magna dignitas cuiuſlibet orantis habere patrem in cœlo. Incipiens ergo orare, euectum te recogita ad filiationem dei. recurrere enim iuberis ad deum, non vt ſeruus ad dominum, ſed vt filius ad patrem, filiali affectu, filiali reuerentia filiali fiducia, immò ſecuritate. [Noſter.] Fratres te habere, fratres te recognoſcere, quum orare incipis, iuberis, ne ſolum te filium præſumas vt vnitatem eccleſiaſticam omnium filiorum dei ante mentis oculos habeas, dicendo, non meus, ſed noſter: nec tamen minus es pater meus & aliorũ. [Qui es in cœlis Deus vbique eſt: ſed proponitur orandus exiſtens in cœlis, vt eleuetur mens orantis ad patris excellentiam: vtpote præſidentis cœlis, vt ſicut patris nomine ſignificatur dei cura, & amor erga nos, ita exiſtentia in cœlis ſignificetur excellentia. [Sanctificetur nomen tuum.] Oratio interpres eſt de ſiderij, ſecundum ordinem deſiderabilium procedit. rectus autem charitatis ordo eſt, vt primùm petimus quæ appetimus deo, & deinde quæ appetimus nobis. Et quia tam deſiderium, quàm petitio eſt rei non habitæ, & deo in ſeipſo nihil poteſt aduenire, nullum bonum poteſt augeri: ideo ex amore amicitiæ ad deum deſideramus augmentum deo, non in ſeipſo, ſed in exterioribus ſuis. deſideramus enim ipſum deum in nomine ſuo, in regno ſuo, in obedientia ſua augeri. Et propterea primæ tres petitiones ad dei bonum, non in ſeipſo, ſed in nomine, regno, & obedientia ſeu voluntate augendum tendunt. ¶ Quod vt clarius intelligas, ſcito quòd illa particula, ſicut in cœlo & in terra, determinat quamlibet trium primarũ petitionum. Ita quòd ſenſus eſt, ſanctificetur nomen tuum, ſicut in cœlo & in terra: & ſimiliter

ſimiliter adueniat regnum tuum ſicut in cœlo & in terra: & demum fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra. ¶ Petendo itaque, ſanctificetur nomen tuum petimus augeri ſignificationem nominis eius: dum petimus ſanctificari illud in terra ſicut ſanctificatur in cœlo. Non dicit quantum in cœlo & in terra, quia peteretur impoſsibile: ſed ſicut, hoc eſt illo modo ſcilicet ex charitate. Sanctificari ſpecies eſt eius, quod eſt glorificari. Diuinũ enim nomen quo deus ipſe ſanctificatur, innoteſcit & nominatur, quanuis ex parte ſui nõ egeat ſanctificatione. minus tamen honoratur, & minus blaſphematur in terra. Et propterea deſideramus & petimus, vt honoretur in terra ſicut in cœlo, hoc eſt imitãdo honorationẽ quæ illi exhibetur in cœlo, hoc eſt habeatur in mentibus, in cordibus, & in locutionibus excelſum atque purum. hoc eſt enim ſanctificari diuinum nomen. Sanctificetur itaque, hoc eſt, glorificetur purum & excelſum, nomen non meum, non noſtrum, ſed tuũ, in terra, ab hominibus in terra degentibus, & ſi non quantum, tamen ſicut in cœlo: hoc eſt, ex charitate imitando cœleſtes ciues. [Adueniat regnum tuum.] Regnat in terra cupiditas, caro, mundus, diabolus: cupimus in homine deum regnare. & propterea adueniat regnum tuum ad deſtructionem horum regnorum, regnatu in terra, & ſi non quantum, tamen ſicut regnat in cœlo. Quantum enim in nobis regnat auaritia, aut luxuria, aut quoduis aliud vitium tantum ſubtrahitur regno dei in terra. Vnde aduenire regnum dei eſt ipſum regnare per fidem, ſpem, charitatem reliquáſque virtutes in nobis. eſt enim regnum dei non eſca & potus, ſed iuſtitia, pax, & gaudium in ſpiritu ſancto. [Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra.] Volũtas dei velimus nolimus ſemper fit vbique: ſed non fit in terra ſicut in cœlo. ibi enim fit ex charitate obſequentium deo: hic autem à paucis ex charitate adimpletur. Et propterea petimus, vt extendatur modus adimplendi diuinam voluntatem: vt ſcilicet fiat voluntas, non noſtra ſed tua, non vbicunque, ſed in terra, hoc eſt, in hominibus degentibus in terra: non qualitercunque, ſed ſicut in cœlo, hoc eſt, ex charitate obſequendo illi. [Panem noſtrum.] Ordo petitionum cogit me ad intelligendum, non de pane corporis, ſed animæ. Poſt petitiones ſiquidem boni diuini, manifeſte ſubiunguntur petitiones boni noſtri, vt ipſa differentia pronominum euidenter teſtatur. inter bona autem noſtra non tenet primum locum ſecundum charitatis ordinem corporeus cibus, ſicut nec vita corporalis: ſed primum locum tenet vita animæ, ac per hoc cibus animæ. primum

ſiquidem quod nobis ex charitate appetimus, eſt conſeruatio, & vegetatio vitæ animæ: quæ fit per cibum animæ. ¶ At ſi ordinem confundere placet, perpende quòd hæc ſola petitio eſt boni noſtri: nam priores petunt bonũ diuinum, poſteriores remotionem ſeu vitationem mali noſtri, vt patet. vnica autem noſtri boni petitio, non eſt fas quòd corporeum cibum petat. Amplius prohibemur inferius ſoliciti eſſe de pane corporis. Et propterea non congruit, vt computetur inter petitiones dominicæ orationis, de quibus oportet nos eſſe ſolicitos, quotidie replicando petitionẽ. Et propterea petimus panem cibum animæ, ſub quo comprehenditur cibus diuini verbi, operis & ſacramenti, & vniuerſaliter omne id quod alit vegetátque animam, noſtrum non meum: tum vt intelligamus nihil deperire petitioni orationis ex eo quod petitur pro ſe & alio. Non eſt apud deum effuſa petitio ſicut apud homines: apud quos minor eſt petitio communis quàm propria, apud quos facilius impetro petens pro me, quàm petens pro nobis, panem meum quàm panem noſtrum. Tum vt intelligamus noſipſos nõ eſſe ita ſingulares, quin ſimus vnum corpus eccleſiæ: ita quòd vt eccleſiæ membra ſimus alter alterius ſumus membra etiam orando. ¶ Noſtrum rurſum dicit, hoc eſt, nobis filijs, agnoſcentibus te patrem, dicendo pater noſter, nobis inquam filijs proprium, non communem panem omnibus bonis & malis, ſed panem filiorum. [Quotidianum.] Quo quotidie egemus. [Da.] Non vende, non accommoda, ſed da. [Nobis.] Filijs tuis, patris enim eſt alere filios. [Hodie.] Tempore præſenti. Quotidianus panis quotidie petendus iubetur: vt quolibet die ſoliciti ſimꝰ ad recurrendum ad patrem cœleſtem pro animæ pane, ſicut quotidie volumus corporeum panem. Ideo itaque adiungitur hodie, vt ſingulis diebus panem animæ pro illo die, pro præſentaneo tempore petamus. [Et dimitte nobis.] Vniuerſum bonum noſtrũ in oratione petendum, vnica petitione complexus eſt: circa malum verò tres petitiones diſtinguit. Dimitte, gratuito condona, nobis, filijs. [Debita noſtra.] Tum ex tuæ deitatis natura, tum ex collatis nobis beneficijs: tum ex noſtris offenſionibus. [Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.] Modũ venię nobiſipſis diffinimꝰ, vt ſic deus dimittat nobis, quę illi debemus, quemadmodũ nos dimittimus debitoribus noſtris: ſi duri tardiue ſumus ad remittendum, durus quoque ſit deus aut tardus ad remittendum nobis: ſi ſemiplene remittimus, ſemiplene quoque remittat nobis: & ſimilia. Quæ non ideo dicimus, vt poſsint in deo inuenuri modi

remittendi

remittendi omnes qui possunt inueniri in nobis : sed ipsa nostra oratio monstret nobis, quòd si non charitatiuè dimittimus debitoribꝰ nostris, nec deus charitatiuè dimittet nobis debita nostra. [Et ne nos inducas in tentationẽ.] Postquã petiuimus dimitti nobis debita quæ contraximus, consequenter modò petimus custodiri à periculis imminentibus. Non petimus ne fac nos tentari, sed ne tentationi succumbamus, quod est induci in tentationem. Petimus autẽ à deo, & ne nos inducas: vt hinc instruamur diuinę permissionis esse opus, nostrum succũbere tentationi, iuxta illud: ego indurabo cor eius, & diuinę gratiæ opus esse quicquid non delinquimus, & propterea solicite recurramus ad deum, vt gratia sua custodiendo non inducat nos in tentationem. [Sed libera nos à malo.] Nõ à tali, vel tali modo, sed simpliciter & absolute à malo. Multæ ènim sunt species malorum, à quibus non expedit nos liberari, quoniam cooperantur nobis in bonum : verum liberari à malo est simpliciter & absolute desiderandum. Hoc enim petentes petimus, ne vita corporis, sanitas, opulentia, aut quodcunque aliud, siue bonum, sine malum temporale cedat nobis in malum, quod est simpliciter & absolute malum, quod est malum æternæ damnationis in futuro, & diuinæ inimicitiæ etiam in præsenti. [Amen.] id est, vere seu fiat. Nota enim est affirmatiua conclusionis. ¶ Aduerte hîc in quibusdã codicibus apud Græcos ante amen inueniri hęc verba, Quia tuum est regnum & potentia & gloria in secula seculorũ. Sed hęc adiecta fuisse ipse stylus orationis dominicæ videtur testari, sapiunt enim multiloquium: contra quod instituit dominus hanc orationem [Si enim dimiseritis hominibus peccata eorũ.] pro, delicta sua, [dimittet & vobis pater vester cœlestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra.] Et similiter legendum est delicta, vbi subiũgitur peccata: græca enim dictio à linquendo dicta est, Legendũmq; esset remittet, remiseritis &c. si proprietas sermonis seruãda esset. Et superfluit pronomẽ, vobis quũ dicitur, remittet vobis. ¶ Multis virtutũ officijs cõcurrentibus ad dominicã orationem, fidei, spei, charitatis, religionis, obedientiæ, misericordiæ, prudentiæ, timoris, dominus tamen instat pro sola misericordia : docens per hoc vniuersam orationis molẽ fundari super misericordia. Inquit enim, q; si remiseritis licet nõ fratribus, nõ proximis, sed hoĩbus, eiusdẽ vobiscũ naturę, delicta sua cõtra vos, remittet cõsequenter vobis filijs pater vester cœlestis, lõge celsioris naturæ, ita q; si nõ remiseritis, nec ipse ꝯrucũq; pater vester remit-

tet vobis delicta veſtra contra ipſum. ¶Vbi aduerte non dici ſicut remiſeritis hominibus delicta ita remittet pater veſter: ſed dici ſi remiſeritis, & ſimiliter ſi non remiſeritis, vt omnem ſpem auferat conſequendæ veniæ, à deo, ſi non remittimus alijs offenſas: & ſimiliter plenam præbeat fiduciam conſequendi veniam, ſi alijs remittimus offenſas. ¶Si hîc obiecerit quiſpiam: inferendo ergo fornicarius ſeu in alio crimine perſeuerans, ſecurus eſt de venia cõſequenda à deo, ſi remittit alijs offenſas contra ſe factas. veritas enim huius affirmatiuę cõditiõalis, ſi remiſeritis. hominib⁹ delicta ſua, remittet & vobis pater veſter cœleſtis delicta veſtra, fundat & fouet hanc illationem. Reſpondetur dupliciter. Primò, quòd ſermo domini eſt formalis: & intelligitur niſi aliũde ponatur obex. Docet enim, quòd remittendo alijs meremur veniam, niſi aliunde ponamus obicem veniæ. ſicut colendo deum, & ſeruando iuſtitiam, meremur vitam æternam niſi aliunde ponamus obicem. Hæc reſponſio ſecundum Theologici rigoris regulas procedit. Crediderim tamen ego hominem qui tanto dei amore agitur, vt hominibus offendentibus ipſum remittat ex corde propter deum, etiam ſi in fornicatione perſeueret, tandem à deo conuerti, ita quòd deus remittet ei omnia peccata ſua conuertendo cor eius ad veram pœnitentiam: vnde dominus non dicit, quòd vobis remittentibus deus remittit, ſed dicit in futuro remittet: ita quòd hanc ſpecialem prærogatiuam ſeu gratiam ſignificauit dominus per hanc conditionalem, intelligendo literam vt ſonat. Nouit enim ſolus Ieſus quãm acceptum gratúmque ſit deo remittere alijs offenſas, & ideo ipſe ſolus potuit reuelare hoc [Quũ autem ieiunatis.] Sicut circa eleemoſynam & orationem ordinauit intentionem ne ferantur in vanam gloriam, ita nunc ordinat intentionem circa ieiunium. non enim præcipit hîc ieiunare, ſed vanam intentionem vanúmque modum ieiunandi corrigit. [Nolite fieri.] pro, ne ſitis. Proculdubio ex intentione voluntariũ eſſe quod in poteſtate noſtra eſt prohibet. [Sicut hypocritę triſtes.] pro, tetrici. Hoc eſt vultu mœſti, ad differentiam mœſtitiæ aliũde prouenientis: Quod etiam non prohibet ſimpliciter & abſolute, ſed cum modificatione ſicut hypocritæ: ea ſcilicet ratione, vt appareant hominibus ieiunãtes. [Exterminant] pro, obſcurãt, [enĩ facies ſuas.] Vere enim obſcurant naturalem vultum: & alterum vultum mentiuntur. Sicut enim mulieres multæ clarificant facies ſuas artificioſe, ita vt pellis earum lucere videatur. ira huiuſmodi hypocritæ obſcurabant facies ſuas arte, vt appareant ieiunantes.

Quali

Quali autem artificio vterentur non constat.[Vt appareant homi nibus ieiunantes Amen dico vobis,quia receperunt mercedē suā. Tu autē quum ieiunas,vnge caput tuū,& faciem tuā laua.] Sicut in eleemosyna & oratione docuit cautelam præstandi eleemosy nam & orandi secreto, ita in ieiunio cautelam docet vt ieiunium sit secretum,vngendo caput & lauando faciem,hoc est,vtendo so litis lætitiæ signis,Vnctio enim capitis in regionibus illis iucun da erat:ablutio autem faciei,communis est omnibus gēnibus cul tus.Vnde nulla harum cautelarum est præcepta. neque enim ipse dominus legitur vnxisse caput suū quum ieiunauit:nec intrasse cu biculum suum,& clausisse ostium quum orauit.Sed docuit nos his cautelis intelligere, vt tanto studio fugienda sit à nobis in operi bus supererogationis eleemosynæ,orationis,& ieiunij, vitandáq; vana gloria,vt occulte exerceamus huiusmodi bona opera,vbi ti mor est ne obrepat vana gloria,[Ne videaris hominibus ieiunās, sed patri tuo qui est in abscōdito:& pater tu⁹ qui videt in abscōdi to reddet tibi.] Hoc eodē præmio concludit eleemosynam & ora tionē,vt intelligamus eleemosynā, orationē, & ieiuniū, esse ope ra grata deo,& meritoria,ita quòd deus reddet pro singulis præ mia.[Nolite thesaurizare.]pro, ne recondes [vobis thesauros in terra,vbi erugo & tinea demolitur:& vbi fures effodiunt & furan tur,Thesaurizate autē vobis thesauros in cœlo,vbi nec erugo nec tinea demolitur,vbi fures non effodiūt nec furantur.] Litera ista diligenter inspecta,non prohibet thesaurizare,sed locum thesauri prohibet enim eligere terrā pro loco thesauri.Nec reponatis,inqt, in potestate voluntatis vestrę est locus thesauri cœlum scilicet vel terra. Nolite reponere vobis thesauros in terra,vnde rationē assi gnat ex aduerbio loci,dicendo vbi erugo,&c.de cœlo subdit, vbi nec erugo,&c Et demū pro communi ratione subiūgit, vbi est e nim thesaurus,ibi,&c.[Hęc enim perspicacius considerata ratio nem vtrinque præcepti, negatiui scilicet in terra, & affirmatiui in cœlo,aperiunt, soluuntque quęstiones. Nam hinc habetur non prohiberi homini reponere sibi, vel filijs vel reipublicæ terrestres thesauros : & Iesu præcepta non esse contra morem quo secun dum Apostolum.2.ad Corinth.duodecimo.Patres thesaurizant fi lijs.Et principes debent habere thesauros.tum vt timeant alij mo uere illic bellum, tum ne cogantur populum grauare, tum ne vi lesca petendo mutuum, sed prohiberi reponere in terra, vt ter ra contrariatur cœlo. Propterea nanque præcepta hæc data sunt contraria de terra & cœlo, vt non thesaurizemus in terra,

& theſaurizemus in cœlo, vt ipſa contrarietas præceptorum nominata loca ſignificet eſſe contraria quod etiam conditiones contrariæ. ſcilicet i terra erugo, tinea, fures, in cœlo autem nec erugo nec tinea, nec fures teſtantur. Soli itaque illi qui theſaurizant in terra, vt terra contraria eſt cœlo, agunt contra hoc præceptum. qui ſcilicet accumulant diuitias, confidentes in illis, in tantum vt non curent prouidere ſibi in cœlo. Horũ enim ſolus & deus, theſaurus in terra eſt. Qui verò accumulant diuitias & reponunt vt organa opportuna ad opera virtutum ſibi, filijs, reipublicæ, præferendo theſaurum in cœlo reponere pro anima, in nullo agunt contra hoc præceptum. quia non reponunt in terra, vt terra diſtinguitur contra cœlum, ſed vt terra ſubordinatur cœlo. ¶ Poſtquàm ergo Ieſus prohibuit intentionem vanam in ſanctis operibus eleemoſynæ, ieiunij & orationis, modo conſequenter ordinat humanũ ſtudium, ne occupetur circa terrena, vt terrena abducunt à cœleſtibus, ſed occupetur circa cœleſtia. Præcipit autẽ ſub ſimilitudine theſauri, vt intelligamus, q̃ de ſtudio ſalutis noſtræ non in præſenti, ſed in futura vita loquitur, de ſtudio ſalutis non tranſitoriæ ſed æternę. & propterea terram contra cœlum diſtinguit propterea illas conditiones rerum inducit quibus amiſſibiles differunt ab ijs, quæ amitti non poſſunt. Erugo metalla, tinea pannos, fur omnia conſumit. [Vbi enim eſt theſaurus tuus.] pro, veſter, [ibi & eſt cor tuum.] pro, veſtrum. Scio inquis has conditiones rerum corporales, nec repono eas, putans, conſumi non poſſe, ſed vt valeant quantum valere poſſunt. Audi rationem cogentem te ad ſeruanda hæc præcepta, vbi eſt theſaurus veſter, ibi eſt cor veſtrum. Si in terra reponitis theſaurum, non ſolum theſaurum, ſed etiam cor veſtrum in terra ponitis: & ſimiliter ſi theſaurizatis in cœlo, nó ſolum theſaurum, ſed etiam cor veſtrum ponitis in cœlo. Attende modo. cõſidera & elige, vtrum malueris in terra cor tuũ ponere, an in cœlo. valde quippe degeneras ſi cor, hoc eſt immortalem animum, cuius eſt velle & prouidere de theſauro, in terra figis. [Lucerna corporis tui eſt oculus tuus,] Superfluit tui & tuus. Ne paruipẽdas ſupremam tui partem habere in terra. adiungit magnitudinem damni inde conſequentis: aſſimilando ſupremam animi partem oculo corporeo. vere nãque intellectus ſeu ratio perinde eſt inter reliquas animi partes, vt oculus eſt inter membra corporis. Oculum autem corporeum affirmat eſſe lucernam corporis, quia vere officio lucernę fungitur. Lucernæ ſiquidem eſt lumen præbere: & oculus officia membrorum noſtrorum clara reddit.

reddit. Sine oculi nanque officio manuum pedúmque officia obſcura,& immanifeſta nobisipſis ſunt.vt experientia teſtatur Lucerna inquit, corporis eſt oculus.Ita quòd inchoat ſimilitudinem non à te ſed abſolute,dicendo lucerna corporis eſt oculus.hoc eſt oculus reſpectu corporis,reſpectu corporeorum officiorum fungitur officio lucernæ, Et deinde applicat ad te. [Si oculus tuus.]Deeſt ergo.Legendū eſt,[Si ergo oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuū lucidum erit.]Metaphora eſt.Si oculus tu⁹ corporeus fuerit ſimplex, abſque admixtione alicuius humoris impedientis aut perturbantis viſum,totum corpus tuum, vniuerſa corporalia officia tua erunt lucida ex officio ſimplicis oculi quatinus lucerna eſt.[Si autem oculus tuus fuerit nequam.]pro, mal⁹ Id eſt male diſpoſitus oculus fuerit, [Etiam totum corpus tuum. tenebroſum erit.] Experimur enim,quòd habentes viſum corporalem purum, videmus quid facimus,quò tendimus, quid comedimus.&c.Hoc eſt enim totum corpus noſtrum lucidum eſſe:& è conuerſo exiſtente viſu malo, nullum officium clare exercemus: ſed ſicut in tenebris exiſtentes, hoc eſt enim totum corpus eſſe tenebroſum. ¶[Senſus autem Metaphoræ eſt, Si ratio tua fuerit ſimplex, abſque admixtione alicuius erroris (errant enim omnes qui operantur malum. Prouerbiorum decimoquarto)vniuerſa opera tua lucida erunt: vtpote ſub lumine rationis rectę:ſi autem erraverit,etiam opera tua tenebroſa erunt: vtpote lumine rectæ rationis priuata,& in tenebris peccatorum inuoluta. [Si ergo lumen quod in te eſt tenebræ ſunt.ipſæ tenebræ erūt quārę.]Concludit ex dicta metaphora magnitudinem conſequentis, ſi cor ponitur in terra. Intendit enim, quòd inde oculus, lumen ratio vertitur in tenebras ac per hoc reliquæ partes animi,reliqua officia noſtra,quæ ſecundum ſe carent lumine,multo tenebroſiora reddunt. vt perpendere poſſimus, quòd ſi figimus in terrenis rationem noſtram, quæ oculi ac lucernæ officium habere debet, incurritur hoc damnum, quòd vertitur in tenebras. & vniuerſa opera noſtra incurrunt non ſolum damnum tenebrarum, ſed magnitudinem, ſed immenſitatem tenebrarum. Huiuſmodi enim immenſitas ſignificatur dicendo ipſæ tenebrę quantę erunt.

¶[Et ſcito,quòd futurum,erunt,non eſt in textu Græco. [Nemo poteſt duobus dominis ſeruire.] Poteras dominicis præceptis de theſauro non in terra, ſed in cœlo,obtuam ire: putando te poſſe theſaurizare vtrobique, in cœlo ſcilicet & in terra: & cor habere & in cœlo & in terra:ac per hoc non incurrere dam-

na tenebrarum. Et propterea dominus Iesus hanc opinionem excludit ex similitudine seruitutis ad plures dominos. Nemo inquit potest duobus dominis seruire, quatenus duo seu diuersi sunt. nō quatenus in vnum conueniunt & non sunt duo. [Aut enim vnum odio habebit & alterum diliget.] Redditur ratio quare vnus non potest duobus dominis seruire. quia diuersa iubentibus si sponte seruit, vnum diliget, alterum verò odio habebit. amor enim vnius cōtrarii odium est alterius. Si autem cogitur seruire, [Aut vnū sustinebit.] pro vni adhærebit exequendo quod præcipit. [Et alterum contemnet.] Alterum necesse est vt contemnat facto, non exequendo quod iubet. [Non potestis deo seruire & mā monæ.] Applicat vniuersalem regulam ad speciē. scilicet ad seruitium dei & mammonæ, hoc est, diuitiarum. Non dicit non potestis habere deum & diuitias, sed non potestis seruire deo & diuitijs, vt hinc etiam intelligas eum qui fixit cor in terrenis thesauris, seruire diuitijs. & propter hoc non potest thesaurizare & in cœlo & in terra, sicut non potest seruire deo & diuitijs. ¶ Mammona Chaldæa dictio dicitur, significans diuitias. [Ideo dico vobis.] Post prohibitam intentionem humanæ gloriæ in bonis operibus, ac per hoc multo magis in alijs, post prohibitum studium thesaurizandi in terra, præceptúmque thesaurizandi in cœlo, prohibet consequenter solicitudinem circa necessaria ad alimentum & vestitum. huiusmodi enim solicitudo pars nonnulla est seruitutis mammonæ: pro quanto ex illa parte se tenet & non ex parte seruitutis diuinæ. Et propterea Iesus ait, ideo dico vobis. Ac si aperte diceret, quòd ad hoc idem genus spectat quod subiungo. [Ne soliciti sitis.] Non dicit ne operemini, ne laboretis, sed ne solicitemini: quia nō prohibetur labor, sed solicitudo: hoc est dubia anxiáque mens. prouenit siquidē ex nulla aut modica fide diuinæ prouidentię circa nos. homo enim faciens quod in se est, & adhuc dubius anxiúsque ac timens deficere sibi necessaria ad alimentum & vestitum, aut non credit deum habere curam nostri, aut parum confidit in diuina cura. [Animę vestrę, quid māducetis: neq; cor pori vestro, quid induamini.] Hebræo more anima pro vita ponitur. Et nihilominus intelligēdo de anima, quæ est altera pars hominis, formalis est sermo de anima quantum ad officium animandi ad hoc enim officium continuandum egemus alimento. vnde in litera non dicitur, quod manducet, quod significaret animam manducare sed, quid manducetis: quod significat nos manducare, vt anima seruetur in officio animandi corpus. ¶ Significantius

cantius autem appoſuit,animæ veſtrę,vt tollat ſollicitudinem etiã de neceſſarijs ad vitam : ac per hoc multomagis de neceſſarijs ad ſtatum perſonę. [Nonne anima plus eſt quam eſca& corpus plus quam veſtimentum?]Ratione probat vitandam eſſe ſolicitudinem cibi & veſtimẽti.quia anima pluris eſt quàm cib⁹,& corpus quàm indumentum . ac per hoc qui prouidit tibi de anima & corpore, multo magis prouidet de cibo & veſtimento. qui enim præſtitit maiora,facile pręſtat & minora [Reſpicite volatilia cœli,quę nõ ſerunt,neq; metunt,neq; cõgregant in horrea,& pater veſter cæleſtis paſcit illa.] Precedens ratio cõmunis fuit cibo & veſtimento. Hæc autẽ propria eſt cibo,manifeſte ſumpta à prouidentia dei circa paſtũ volatiliũ.[Nõne vos magis pluris eſtis.]q,prętatis,[illis?]Prima ratio orſa eſt à maiori:hęc autẽ oritur à minori.Si volatilia quę lõge minora ſunt vobis, pater veſter paſcit abſq; hoc, quòd ſerant,metant,& horrea habeant.quanto magis vos qui lõge pluris eſtis,abſque veſtra ſolicitudine paſcet?Communis ſiqui dẽ eſt vobis & illis neceſſitas cibi.[Caue ne hinc intelligas monere à domino,vt non ſeramus,vt non metamus , vt non congregemus in horrea,imitãtes aues.Nõ hoc dicit,nec intendit Ieſus. Sed intendit quòd reſpiciendo prouidentiam dei circa paſtum auium, ſimus ſimiles volatilibus,non ſecundum ſpecies operum, ſed ſimilitudine proportionali ſecundum excelſum noſtrum gradũ: hoc eſt,quòd quemadmodum volatilia paſcũtur à deo faciendo quòd in ſe eſt,ſcilicet eũdo ad locum vbi eſt cibus,& omittendo officia incompetentia illis,& excedentia vires eorum,vt ſunt,metere , ſerere,& huiuſmodi:ita homo faciat quod in ſe eſt,ſua exerceat officia,omittendo ſollicitudinem vtpote irrationabilem, & excedentem vires eius:vtpote de futurorum contingentium euentu, diuinę proprio prouidentię. [Quis autem veſtrum cogitans.] pro, ſolicitus exiſtens,[poteſt adijcere ad ſtaturam ſuã cubitum vnũ?] Hęc quoque ratio cibo propria eſt.ſed latet quò tendat. Poteſt enim dupliciter intelligi, vel quòd tendat ad idem ex motu augmenti:ſcilicet quòd ſicut experimur ſine noſtra ſolicitudine quãtitatem fieri ſtaturę noſtrę, vt patet ex hoc quòd nulla noſtra cogitatione poſſumus adijcere cubitum vnum ſtaturę noſtrę , ita ſine noſtra ſolicitudine deus qui facit noſtrum augmentum, prouidebit de cibo.Vel quod tendat ad effectum cibi. Sollicitudo namque multorũ de cibo eſt ad prorogandum vitam. timent enim ne defectu cibi minuatur eorũ vita.Contra hunc timorẽ affert Ieſus rationem ex effectu cibi in naturali motu augmenti,ſcilicet,quòd

ſicut

ſicut vana eſt omnis cogitatio humana circa effectū cibi in motu augmenti(nullus enim quantūcunque cogitando poteſt adijcere ad ſtaturam ſuam cubitum vnū)ita vana eſt omnis ſolicitudo circa effectum cibi in motu nutritionis.quantuncunque enim prouideas de cibo & potu,non propterea potes adijcere ad dies vitæ tuę annum vnum. [Et de veſtimentis quid ſoliciti eſtis? conſiderate lilia agri quomodo creſcunt,non laborāt,neq3 nent.Dico autem vobis,quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnum ex iſtis.] Sicut rationē propriā cibo attulit,ita nūc rationem propriā veſtimento affert,ſatis claram [Si enim fœnū agri quod hodie eſt & cras in clibanum mittitur, deus ſic veſtit: quanto magis.]pro,nonne multomagis,[vos minimę] pro,modicę,[fidei?] In hac ratione aperte mōſtrat fideliū ſolicitudinem de veſtimento ex modica fide prouenire.[Nolite ergo ſoliciti eſſe dicentes,quid manducabimus,aut quid bibemus,aut quo operiemur?]In hac concluſione aperit quòd nō omnem curam,ſed curam timidam circa victum & veſtitum prohibet.timidę ſiquidem curæ eſt dicere,quid māducabim⁹, aut qd bibem⁹, aut quo operiemur?[Hęc enim omnia.]Apponit duas alias rationes communes victui & veſtitui.Altera eſt,[Hęc enim omnia gentes inquirunt.] Hoc eſt,gentilis erroris circa diuinam prouidentiam,eſt inquirere,dubia & timida cura hęc omnia.Acſi aperte diceret,gentilis erroris participes vos facitis ſi ſoliciti de iſtis fueritis circa victum & veſtitum. [Scit enim pater veſter.] deeſt cœleſtis, [quia his omnibus indigetis.] Altera ratio,quæ eſt radix omnium,affertur ex ſcientiā diuina,non ſub nomine dei,ſed patris veſtri.Acſi aperte diceret, ſuperflua eſtveſtra ſolicitudo circa res neceſſarias vobis:quia pater veſter,cuius intereſt prouidere vobis de victu & veſtitu multomagis,quàm intereſt patris veſtri terreni, notitiam habet omnium veſtrarum neceſſitatum ac per hoc ſicut ſciēte patre veſtro veſtras neceſſitates,& volente prouidere, non eſtis ſoliciti circa veſtras neceſſitates,ita non ſitis ſoliciti ſciente patre veſtro cœleſti. [Quęrite ergo.] pro, autem.

Poſt negatiuum præceptum prohibitiuum dubiæ timidęque curę circa neceſſaria ad victum & veſtitum, adiungit præceptum affirmatiuum,monſtrans modum quo Chriſtiani aſſequūtur hęc omnia. Quęrite, non dicit ſoliciti eſtote, ſed quęrite,quia nec etiam circa regnum cœlorum vult nos dubiam adhibere curam ſed ſecuram.vt pote innixam fidei ac ſpei infallibili. [Primum.]Non refertur primum ad ſecundū neceſſario, alioquī

non

non eſſet primogenitus,vſquequo naſceretur ſecundus.Sed neceſſariò negat anterius ſeu prius.Et propterea hinc non habetur dominum Ieſum præcipere,vt regnum dei quæramus primùm, ſic quod ſecundario quæramus hęc alia: ſed habetur quòd debemus quærere regnum dei primum,hoc eſt,quòd nihil ante ipſum quęramus.[Regnum dei.]Ampliare,magnificare, honorare,voſmetipſos efficere [Et iuſtitiam eius.] Id eſt regni.Non poſſumus verè quærere regnum dei,niſi ſimul quæramus iuſtitiam eius. Impoſſibile eſt enim ampliare,magnificare,& honorare, &cę. regnũ dei,niſi exercendo iuſtitiam eius: hoc eſt, ea quæ ſunt debita ſecundum regnum eius. ¶[Et hæc omnia neceſſaria ad victum & veſtitum [Adijcientur vobis.] Non ſupputabuntur ad mercedem,ſed ſupra mercedem addentur. Et hoc atteſtatur ei quod diximus quòd ſcilicet non præcepit dominus hęc ſecundo loco inquiri Si enim inquiri iuſſiſſet ſecundo loco,non diceret,adijcientur vobis.¶[Verum aduerte,quod hęc promiſſio non fit omnib⁹, ſed ſolummodò ijs,qui tanto amore mouentur erga deum,vt quęrant regnum dei, & iuſtitiam eius· hoc eſt, quærant ratione dei primùm,& non ratione proprij boni etiam ipſa bona ſpiritualia. hoc enim ſignificat formaliter quærere regnum dei & iuſtitiam eius. [Nolite ergo ſoliciti eſſe in craſtinum.] Poſt præcepta prohibentia timidam curam circa neceſſaria, prohibet vniuerſaliter curam craſtinam.Et appellatur cura craſtina omnis illa cura, quæ ſecundum rectam rationem non congruit præſenti tempori, ſed futuro· ita quòd cura incumbens præſenti tempori de prouiſione futurorum etiam poſt multos annos,non eſt cura craſtina, ſed eſt cura hodierna: quia pręſenti congruit tempori. verbi gratia, cura Ioſeph congregandi frumenta ad prouidendum ſterilitati ſeptem annorum,non fuit cura craſtina, ſed hodierna :quia incumbebat cognoſcenti talem temporum ſucceſſionem præparare ex nunc prouiſionem ſuccedentibus annis.Et ſimiliter non eſt licitum eſſe in craſtinum præparare annuas prouiſiones, & ſimilia. Nihil enim aliud hîc præcipitur,niſi quod futura cura non præoccupetur Hoc enim ad imprudentiam ſpectat. Vnde in textu aſſignatur ratio [Quia craſtinus dies ſolicitus erit ſibijpſi.] Hoc eſt futurum tempus habebit proprias curas, [Sufficit.] Secundũ rectã rationẽ.[Diei]Id eſt cuilibet tẽpori.[Malitia]pro, afflictione [ſua.]Per ꝙ reuocat Ieſus homines à cura craſtina, vt conſulant ſibijpſis. ſtultũ eſt enim futurã pœnã ſeu afflictionẽ anticipare.Nobis ergo ipſis cõſulimus,craſtinas curas diei craſtino

reſeruan-

reſeruando.præueniendo nanque aduocamus futuras afflictiones ad præſens:quum non ſatis ſimus præſentium curarum pœnę. ¶Et induxit hoc præceptum cum nota illationis, dicendo nolite ergo:quia ſimilis moris eſt curam craſtinam præuenire,& cura timida de neceſſarijs.vtraque enim ex irrationabili timore minoréque fide diuinæ prouidentiæ procedit.& hæc poſterior eſt illa, quæ circa neceſſaria verſatur.

CAPVT VII.

NOlite iudicare.]pro,ne iudicate.Ordinat hîc dominꝰ humanum animum quantum ad ea quæ ſunt iudicij, prohibens duo mala iudicij. Primum malum eſt temeritas ſeu vſurpatio iudicij.Non alloquitur dominꝰ iudices,ſed inſtruit priuatos homines & quemadmodum ſuperius priuatis hominibus præcepit non reſiſtere malo:ita modo eiſdem priuatis hominibus præcepit, ne iudicate. non ſpectat ſiquidem ad ſingulares, ſed publicas perſonas iudicare alios, Eſt enim ſermo de iudicio non rerũ(quod ſenſui,experientiæ, vel ſcientiæ ſubijcitur)ſed perſonarum:quod deo,quantũ ad occulta: vel publicæ poteſtati,quantum ad manifeſta,reſeruatur . Quocirca quanuis cognoſcamus perſonas blaſphemas,adulteras.&c prohibetur tamen priuatis iudicare illas:quia non niſi vſurpato iudicio aut temere ius dicerent illis. [Et nõ iudicabimini.] pro,vt nõ iudicemini,Scilicet de hoc crimine ſeu peccato , quòd abſque authoritate iudicaſtis. [Nolite condemnare & non condemnabimini.] Hęc verba de condemnatione non ſunt de textu:ita quòd hę quinque dictiones, nolite condemnare & non condemnabimini, ſuperfluũt.[In quo enim iudicio iudicaueritis.]pro,iudicatis,[iudicabimini.]Vbi declarauit euaſionem pœnæ nolentium iudicare,declarat modo pœnam ac præmium iudicanti um, tum quo ad iudicium:dicendo,quo iudicio iudicatis,illo iudicabimini. Nõ dicit ĩ quali:quia nõ iudicabimini temerario aut iniuſto iudicio quali alios iudicaſtis.Nec dicit iudicabit vos deus aut iudicabo ego, ſed dicit iudicabimini : ſignificando iudicium paſſiuè. Et vere in quo iudicio iudicamus,illomet iudicabimur meritorie:quia illudmet iudiciũ quod nos exercemus,erit ratio quod iudicabimur ad pœnam,vel præmium.¶Tum quo ad quantitatem pœnę,vel prę mij. ſubiungendo [Et in qua menſura menſi fueritis re...etietur vobis.]pro,Et in qua mẽſura metuemini,mẽſurabitur vobis. Hoc etiam eſt verum meritorie tam in pœnis quàm in præmijs eadem nanque menſura proportionaliter reſpondebitur homini ſiue

præmiando, siue puniendo, qua ipse alios iudicando vsus est in bonum vel in malum. Nec dicit eadem mensura temporis, quod esset tempus præmij vel pœnę respondere tempori meriti vel demeriti, sed dicit absolutè qua mensura: vt intelligamus ex nostri mensura meriti vel demeriti oriri mensuram proportionatam præmij vel pœnę, non descendendo ad has vel illas circunstantias. [Quid autem vides festucā in oculo fratris tui, & trabē in oculo tuo non vides.] pro, non consideras?) Prohibito primo iudicij malo scilicet esse ex non officio, prohibet alterum malum: scilicet esse ab indigno seu hypocrita: hoc est, ab homine grauiori peccato subiecto. hoc enim significat per parabolam festucæ & trabis. Et reprehendit tam actum interiorem, dicendo, vides festucam, & trabem non consideras: quàm actū exteriorem, dicendo, sine eijciam festucam. [Aut quomodo dicis fratri tuo, frater, sine eijciam festucam de oculo tuo, & ecce trabs in oculo tuo? Vtrunque enim reprehensibile est, scilicet & videre in alijs minima, & in teipso non videre magnum crimen, & monere fratrem, vt patienter ferat corripi de minimis à te, qui opprimeris magnis. ¶ Vbi nota sermonem hunc versari inter fratres, vt litera manifestat: vt intelligamus, quòd etiam sine quacūque alia culpa indignum est, vt irretitus maiori crimine ingerat se purgationi minorum peccatorum in fratre [Hypocrita.] Appellatur hæc indignitas hypocrisis. quia ex natura facti hypocrisis est, præ se ferre officium probi viri studendo correctioni proximi, & esse prauum habendo grauiora crimina. [Eijce primum trabem de oculo tuo, Nō reprehendo studium tuum erga correctionem fratris, sed inordinationem: quia prius debes videre trabem tuam, & eijcere illam à te. [Et tunc.] Et non ante licitum erit tibi studere ad eijciendum festucam fratris tui. [Videbis eijcere festucā de oculo fratris tui.] Aduerte hîc, quòd Iesus à manifestioribus docens, manifestissima inducit inconuenientia exemplo trabis & festucæ. non quòd hanc solā intelligamus indignitatem iudicis seu correctoris, sed vt ex hac manifestissima intelligamus reliquas. Indignus siquidē iudex seu corrector est, habens trabem in oculo proprio, non solùm si festucā, sed etiā si trabem alienam nititur leuare: iuxta illud Apostoli ad Roma. 2. Qui prędicas non furandū, furaris, &c, Sed hæc dominus à manifestioribus intelligi volui: [Nolite dare.] pro, ne detis, [sanctū canibus: neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & canes conuersi dirumpāt vos.] Prohibitis malis iudicum ac correctorum, prohibet

hibet mala dispensantium sacra mysteria, duabus metaphoris. Altera est, ne detis sanctum canibus, ne conuersi dirumpant vos Altera est, non mittatis margaritas vestras ante porcos, ne fortè cõculcent eas pedib⁹ suis. ¶ In prima prohibetur sanctũ, hoc est, quod dei est dari canibus, hoc est, impugnatoribus veritatis. Canis enim inter omnia animalia habet vocem latratus sui ad solam obiectionem: & propterea ij quorũ studiũ ac officium est clamare ad repellendũ, ad impugnãdũ, ad contradicendũ, canes appellantur. In secunda prohibetur margaritas vestras, hoc est, id quod nostrũ est, precioſum tamen mitti ante porcos: hoc est, homines non solũ carentes notitia margaritarũ, sed etiã immersos ter terreno luto: quales inter cętera animalia videmus porcos. ¶ Et hui⁹ quidem secundæ metaphorę incõueniens clarũ est: scilicet ne forte porci cõculcent margaritas vestras pedibus suis: potest enim facilè euenire hoc inconueniens, & si non necessariò euenit: quia possent porci aliò diuertere. & propterea dicitur fortè. In quo etiam casu nõ essetis immunes à culpa quia quantum in vobis fuit, exposuistis margaritas periculo conculcationis ¶ Sed primę metaphorę inconueniens latet. nam non apparet, non videmus canes conuerti ad dirumpendum nos, ex eo quòd damus eis sanctũ panem aut cibum: sicut videmus porcos conculcare margaritas, si mitterentur ante illos. Pensentur verba textus: non dicitur sanctum panem, neque sanctas carnes, neque sanctum cibum, quodcunque enim horum sonaret compositum ex cibo & sanctitate: sed dicitur sanctum sine additione aliqua: hoc est, mundum ac eleuatum ab vsu, non solùm brutorum animalium, sed etiam humano. nam sanctum significat mundum, competens tamen vsui diuino. ac per hoc incompetens vsui canum. Ita quod dando canibus rem incompetentem vsui canum, non obstante quòd sit tantę excellentiæ, scilicet quòd sic sancta præbetur materia canibus conuertendi seipsos ad dirumpendum vos: videmus enim quòd canes vacantes sibiipsis seu occupati in alijs. si inuitantur dando eis aliquid inutile ipsis, irritantur quandoque aduersus illos, qui rem illam eis iecerunt. Quanuis hoc non semper eueniat, propter quod in textu apponitur fortè. Est itaque metaphoræ inconueniens, ne fortè conuersi canes ad iactum rei sanctæ, hoc est, competentis deo non canibus, materia irritationis accepta, nulla habita ratione doni sancti dirumpant vos ab inuicem separando vel frangendo morsu. ¶ Interdum autem per hanc primam metaphoram est, quòd sancta dei mysteria (vt secreta trinitatis, verbi incar-

bi incarnati: euchariſtiæ, & ſimilia) non declaremus impugnatoribus veritatis. Minus dixi. nam præuidit Ieſus impoſſibile eſſe ſcriptoribus & prædicatoribus, occultare hæc canibus, & manifeſtare alijs & propterea dixit non detis canibus, hoc eſt, ex intentione non detis canibus. Secus autem quando ex neceſſitate panduntur ſancta canibus, quando ſcilicet in communi docere oportet, & inter eos ſunt aliqui impugnatores veritatis, vel quando neceſſitas impugnantium vrget, vt aperiamus ipſis occultiora ſancta. Tunc enim non agitur contra hoc præceptum, quia prohibetur voluntaria, non neceſſaria datio ſancti canibus, quæ hic non interuenit: quia non ipſis canibus, ſed eccleſiæ daretur ſanctum præſentibus canibus. Periculum autem manifeſtum inde imminet. ſcilicet ne fortè ſtudioſi ad contradicendum, ex prædicato ſancto vbi quieſcebant vertantur, ad dirumpendum vos ſchiſmaticis & hæreticis documentis fabricatis ſuper audita ſancta. Sic enim Arrius cõuerſus dirupit nos, auditis myſterijs trinitatis ignotis & inutilibus ſibi, & ſic de alijs ſimilibus. ¶ Secundæ autem metaphoræ intentũ eſt, vt nõ exponam⁹ precioſa nobis ecclesiaſtica ſacramenta hominibus, qui illa non cognoſcunt, qui non æſtimant, qui terrenis ſunt dediti, quorum animus ſolis terrenis paſcitur: ne affectibus malaq; vita conculcent illa. An non margaritæ mittuntur ante porcos, quum paſſim ſacramentum ordinis, ſacræ religionis, aut caſtitatis profeſſio, ſacerdotia & id genus alia precioſa apud eccleſiam exhibentur hominibus ſola cupiditate hæc ſubeuntibus? Teſtatur conſequens conculcatio tam precioſorũ ordinũ, ſtatuum, graduum atque officiorum (quam vtinam non videremus) ex cœnoſis ſtudijs eorum ſic eſſe. [Petite.] Docuerat ſuperius petere, orando pater noſter, & cæ. docuerat & quærere, quærite primùm regnum dei, &cæ. Intendit modo monſtrare vtilitatem vtriuſque (ſcilicet petere & quærere) adiuncto tertio, ſcilicet pulſare. Et hoc ad occurrendum putantibus vanum eſſe petere, quærere & pulſare apud deum, qui omnia nouit, qui omnia ab æterno apud ſeipſum definiuit, q̃ immutabilis eſt huiuſmodi enim errorem confutat, monſtrando hæc eſſe vtilia ſeu fructuoſa. Et verè non obſtat certitudini diuinę ſcientię, prædeſtinationis & immutabilitatis, vtilitas petitionis, inquiſitionis & pulſationis, apud ſapientes & intelligentes: quòd cauſæ ſecundę non contrariantur diuinæ prouidentię, ſed exequuntur illam petitiones ſiquidem, inquiſitiones, & pulſationes, inter cauſas cõputantur ſecundas. Ita quòd ſicut diuinę prouidentię ordo habet

vt ve-

vt veſcamur pane in ſudore vultus noſtri (ſerendo, colendo, metendo, expurgando, molendo triticum) ita habet vt petendo, inquirendo, pulſando, regnum cœlorum ingrediamur. Et propterea ſicut ſtultum eſt dicere vana eſſe media humana ad habēdum panem, ita ſtultum eſt credere vana eſſe hæc media ad poſsidendum cœlorum regnum: omnia enim apud deum ab æterno certa & diffinita ſunt abſque quacunque mutatione poſsibili in ipſo deo. ſed per cauſas ſecundas mutationi ſubiectas exequenda.

¶Tria itaque præcepta ſimul dat. Primum eſt petite, proculdubio à deo à patre veſtro cœleſti. Quod præceptum, quia eſt affirmatiuum, fert ſecum ſubintellectas circunſtantias præceptorum affirmatiuorum. quando, vbi, ſicut, quid, &c. [Et dabitur.] Non dicit & dabitur quod petitis, ſed abſolutè dabitur. quia vt inferius ipſe Ieſus declarabit, noceret aut inutile eſſet quādoque dari quod petimus. Vnde & Paulo ter dominum roganti vt diſcederet à ſe angelus Satanæ colaphizans ipſum, non eſt datum quod petijt. ſed gratia conſeruans ipſum. Rurſus nō dicit, & dabitur tunc: ſed ſine determinatione temporis, & dabitur. [Vobis.] petentibus, ad differentiam aliorum: quibus quanuis petamus non tamen datur illis, ſed nobis obſiſtente illorum demerito. Scriptū eſt enim, ſi ſteterint Moyſes & Samuel coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum, Hiere. 15. Semper tamen petitio redit in ſinum petentis. [Quærite.] Secundum præceptum affirmatiuum quoque eſt hoc. Et ipſe dominus explicat inferius rem quærendam, eſſe viam ad vitam: ſubiungendo, & pauci ſunt qui inueniant eam. [Et inuenietis.] Ecce vtilitas inquiſitionis. inuenire ſcilicet viam vitæ. [Pulſate.] Tertium eſt hoc præceptum ſimiliter affirmatiuum. Et directè, pulſare ad oſtium regni cœleſtis præcipit: vt inferius ipſemet dominus declarabit. [Et aperietur vobis.] Fructus pulſandi eſt apertio oſtij ad ingreſſum regni cœlorum. Et hæc apertio non alijs, ſed vobis pulſantibus fiet: quia nullus veſtrum meretur alteri ingreſſum regni cœlorum, ſed ſibiipſi tantum. [Omnis enim.] Ne intelligeres verba domini dirigi ad diſcipulos in perſona iuſtorum tantùm, reddit rationem fructus vtilitatis ex vtili: omnis enim tam iuſtus quàm peccator (vt patet de Publicano) [Qui petit.] concurrentibus debitis circunſtantijs. Accipit: & qui quærit inuenit, & pulſanti aperietur.] Aduerte hîc duo. Alterum eſt, quòd quodlibet horū triū diffinitur efficax vniuerſaliter. Et verificatur ſubintelligendo quodlibet horum fieri, concurrentibus debitis circunſtantijs. ¶Alterū eſt, quòd vtilitas

duorum

duorum primorum deſcripta eſt in textu tum in futuro (accipietis, inuenietis) tum in præſenti, accipit inuenit. Tertij autem vtilitas in futuro tantum deſcripta eſt: prius aperietur vobis modo aperietur. Ad ſignificandum quòd petere & quærere, in præſenti vita poteſt habere effectum: pulſare autem non niſi in extremo vitę, quũ hinc ad cœlum migramus, effectum habet. [Aut quis eſt ex vobis homo qué ſi petierit filius ſuus panẽ, nunquid lapidẽ porriget ei? aut ſi piſcẽ petierit nũquid ſerpentem porriget ei?] Intendens declarare tria hæc præcepta ſigillatim: inchoat à primo, petite & accipietis, & declarat ſimul duo, ſcilicet ſecuritatẽ accipiẽdi, & qualitatem rei accipiendæ. vtrunque ſiquidem manifeſtat ex ſimilitudine carnalis patris, quum filij petunt ab eo panem vel piſcem, & metaphora eſt ſatis clara. ¶ In qua aduerte, quòd filio petenti panem pater non porrigit lapidem inutilem, neque petenti piſcem pater porrigit ſerpentem nociuum. Intendit enim per hanc metaphoram, quòd nobis petentibus neceſſaria ſeu vtilia, deus non dat aliquid inutile aut nociuum, vt hinc intelligamus deum negare nobis quandoque quæ petimus, quia ſi daret quod petimus, daret inutile aliquid aut nociuum. ita quòd nobis petentibus panem (hoc eſt, credentibus petere aliquid neceſſarium tanquam panem) daret lapidem. & ſimiliter petentibus aliquid vtile ſeu delectabile tanquam piſcem, daret ſerpentem. Vnde pulchrè Aug. dicit: bonus dominus qui negat quandoque quod volumus, vt tribuat quod malemus. [Si ergo vos quũ ſitis mali.] Tũ quia eſtis ex nihilo. inde enim omnis creatura mali aliquid habet. & nemo bonus, niſi ſolus deus. Tũ in actione, quia ſi dixerimꝰ nos peccatũ non habere, mentimur. [Noſtis bona dare filijs veſtris, quanto magis pater veſter qui in cœlis eſt?] Si ſecuri confiditis, quòd pater veſter carnalis nõ det vobis niſi bona: quãto magis debetis eſſe ſecuri de patre veſtro cœleſti? quũ patres veſtri carnales ſint ex parte boni, & ex parte mali pater autẽ veſter cœleſtis ſit omni, quaque bonus. [Dabit bona.] Non dicit dabit petita, ſed dabit bona quia quãdoque neſcimus quod petimus eſſe nobis inutile aut nociuũ. [Petentibus ſe.] Pronomen, ſe, refert patrem cœleſtem. Intendit enim quòd petentibus ab eo, dabit non vtilia & nocua, ſed bona. [Omnia ergo.] Declaratis ſpectantibus ad primum præceptum. declarat ſpectantia ad ſecundum præceptum, ſcilicet quærite & inuenietis · manifeſtando tum viam quærendam & inueniendam: tum à quibus inquirere illam debemus, ibi attendite à falſis. ¶ Via ergo quærẽda & inueniẽda declaratur primo in præ-

ceptis affirmatiuis actionum noſtrarum erga homines: reducendo omnia ad vnum præceptum. [Quæcunque vultis vt faciant vobis homines,& vos facite illis.] Et deeſt aduerbium,ſic.Legendum eſt,[Omnia quęcunque vultis vt faciant vobis homines, ſic & vos facite illis.]Et eſt ſermo de voluntate naturali,ad quam ſcilicet rationalis natura nos inclinat.Per hoc enim excluduntur inordinatę volũtates.Rurſus non pręcipitur,vt omnia eadem ſecundũ ſpeciem faciamus alijs,quæ volumus nobis exhiberi, ſed eadẽ proportionaliter non enim præcipitur dominis volentibus ſeruitia à ſubditis,vt ipſi illaſmet ſpecies ſeruitiorum exhibeant ſubditis,ſed proportionaliter, hoc eſt, quòd ſicut volunt ſubditos efficere quod debẽt ſubditi,ita ipſi domini faciãt ſubditis quod debẽt domini efficere.& econuerſo, ſic enim impletur à dominis & ſeruis, à viro & vxore, à patre & filijs, & reliquis differentijs hominum,hoc naturale præceptum,quæcunque vultis vt faciant vobis homines,& vos facite illis.[Hęc eſt enim lex & prophetæ.]Nõ dicit tota lex. quia præceptum hoc non complectitur niſi dilectionem proximi, & nihil dicit de dilectione dei: tota autem lex in his duob⁹ pendet:vt dicitur inferiùs cap.22.Et intendit quòd hoc præceptum non ſolum eſt iuris naturæ,ſed legis & prophetarum, & propterea quærite hanc viam. [Intrate per anguſtam portam.] Aſcendit paulatim dominus docendo viam. Incœpit enim monſtrare viam à præcepto iuris naturæ probato diuina lege: modò monſtrat viam præceptorum fidei. monſtrauit initium viæ eſſe bene ſe habere erga homines: monſtrat modò viam ipſam eſſe in bene ſe habere erga vitam cœleſtis patriæ: quod eſt bene ſe habere erga deum: Via enim gratiæ & fidei fundatur ſuper viam naturæ,& perficit illam. & propterea vtriuſque meminit. Declarat itaque viã vitæ cœleſtis quęrendam ex ſimilitudine portę anguſtę & viæ arctæ.Intrate ergo per anguſtam portam, fidei. Fides enim eſt velut porta, qua viam cœleſtem ingredimur.& quod Apoſtolus appellat redigere omnem intellectum in obſequiũ Chriſti,appellauit hîc Ieſus anguſtiã portæ. [Quia lata porta & ſpacioſa via eſt quæ ducit ad perditionem:& multi ſunt qui intrant per eam.] Rationem reddit ex differentia inter viam ad perditionem, & viam ad vitam, penes tria: ſcilicet portam, viam,& numerum gradientium. porta enim viæ ad perditionem eſt lata, via quoque ſpacioſa: & multi ſunt qui intrant per eam ad propriam perditionem æternæ mortis. Quo contra. [Quam anguſta. pro, quoniam anguſta, [porta & arcta via eſt quæ ducit ad vitam: & pauci ſunt

ci ſunt qui inueniũt eam.] Vide ſingula. Porta fidei anguſtijs articulorum fidei concluditur: porta verò perditionis, abſque fide aut fidei ratione, nullos fere terminos habet. ſed valde lata eſt, dum vnuſquiſque per ſuæ rationis ſeu æſtimationis iudicium ingreditur ad operandum. Via vitæ, quia via charitatis & reliquarum eſt virtutum (ita vt qui in vno offenderit, omnium reus ſit) nõ ſolùm arcta eſt quia quælibet virtus eſt in medio: ſed etiam valde anguſta eſt, quia oportet nullius virtutis lineam in medio conſiſtentem deſerere. ſi in vna enim erratur, extra totam viam erratur. Via verò perditionis, quia per omnia extra medium hinc & inde vitia expenditur, ſpacioſa valde eſt, ſicut medium in circulo, & linea per centrum, ſtricta eſt: ſuperficies autem hinc inde ſpacioſa eſt. Multos denique ire per perditionis viam, & paucos inuenire facto viam vitæ, vtinam non videremus. [Attendite.] Morale eſt quærentibus viam interrogare alios expertos vii. Et propterea dominus non ſolum quærendam viam, ſed etiam illos à quib⁹ quærenda occurrit docet: tales enim ſunt communiter doctores & perſonæ ſpirituales monſtrantes viam alijs. Ne ergo fallamur attendite, inquit, diligenter cauete. [A falſis prophetis.] Appellatione prophetarũ intellige quoſcunque officium videndi, quæ alijs manifeſta non ſunt, profitentes. [Qui veniũt ad vos.] Ego nõ mitto illos, ſed ipſi ex ſe veniunt ad vos. [In veſtimentis ouium.] Ieiunijs, fletibus, orationibus, vilibus veſtib⁹, & alijs huiuſmodi exterioribus ſignis virtutum. Hęc enim ſunt velut veſtimenta ouium Chriſti. [Intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.] tendentes ad perditionem ouium Chriſti. intenduntenim ſub ſpecie tot exteriorum bonorum immiſcere venenum alicuius hæreſis ſeu ſchiſmatis, aut mali moris ſeu licentiæ. [A fructibus eorum cognoſcetis eos.] Ne excuſationem ignorantiæ haberemus, dat regulã cognoſcendi interiora hominis, vt caueamus ab eis, à fructibus, inquit, eorum cognoſcetis eos. ¶ Siſte mentis pedem, & diſcerne fructus eorum à fructibus non eorum, ſed vel officiorum, vel audientiũ, vel fidei, & vniuerſaliter gratiarum gratis datarum. Fructus eorum ſunt proprie charitatis, ſiue conſiſtant in verbis, ſiue in omiſsionibus, ſiue in factis. Non ſunt autem fructus eorum concurſus populi, conuerſio hominum ad pœnitentiam mediantibus eorum prædicationibus, & ſimiles effectus: quoniam iſti ſunt fructus fidei & deuotionis audientium, & non ſunt propria opera prophetarũ. Similiter quæ dicunt ex ore Moyſi & prophetarũ, non ſunt eorum, ſed cathedræ fructus. Similiter prophetare

& demones eijcere,& miracula facere vera in nomine Iesu Christi,non sunt fructus eorũ,sed gratiæ g r atis datæ .stant enim hæ gratiæ cum peccato mortali, cum inimicitia eorum ad deum, vt in hoc capitulo dominus subiungit .Nõ est igitur temeraria ratio ab operibus proprijs cognoscere animum hominis [Nũquid colligũt de spinis vuas,aut de tribulis ficus?]Declarat hanc regulam ex similitudine vegetabilium,tum in specie de fructibus spinarum & tribulorum Vtrunque genus spinę dicitur .Tum in genere,pri' de facto: dicendo vniuersalem.[Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala.]pro,putris,[autẽ arbor malos fructus facit.]Deinde à possibili dicendo,[Nõ potest arbor bona:malos fructus facere:neque arbor mala.]pro,putris,[fructus bonos facere.] Vbi non dicit nõ potest arbor bona fieri putris:aut econuerso, nõ potest putris fieri bona, sed dicit quòd non potest arbor bona existens bona fructus malos facere:& similiter non potest arbor putris existens putris fructus bonos facere. Et significatur per hæc simul iũcta,quòd arbor bona profert fructus bonos tãtùm, & nõ bonos & malos:& similiter arbor putris profert fructus malos tãtùm, & nõ malos & bonos:alioquin arbor bona posset facere malos & putris bonos,cuius contrarium textus dicit. ¶Intendit autem per similitudinem arboris voluntatem : & consequenter per arborem bonam seu putrem , voluntatem bonam seu malam. Per fructus vero bonos , qui non sunt vestimenta ouium communia etiam lupis,illos quos Apostolus ad Galatas quinto dicit esse fructus spiritus:dicendo, fructus autem spiritus est charitas, gaudium,pax,patientia, benignitas, bonitas, longanimitas,mansuetudo, fides , modestia, continentia, castitas. Hæc opera si sunt fructus eorum, cognoscimus eos esse veros prophetas,esse bonas arbores,habere bonam voluntatem. si autem fructus hos non videmus , attendamus diligentius : quia vel aliquod operum carnis, quorum ibi Apostolus meminit , vel saltem humana cupiditas, aut gloria illorum fructus inuenietur. ¶Sed occurrit difficultas applicandi integrè parabolam arboris , quantum ad hoc , quòd putris arbor facit tantùm malos fructus,quum falsi prophetæ malæ voluntatis faciant etiam aliqua bona opera , ieiuniorum , eleemosynarum, & cætera. Nam veniunt in vestimentis ouium, & similiter quantum ad hoc, quòd bona arbor, non nisi bonos fructus facit quia nullus est tam sanctus , qui non peccet in hac vita. ¶Solutio est, quòd ideo Iesus hęc dixit,vt intelligamus quòd quæcunque bona opera ex suo genere , procedunt à mala voluntate

tate falſorum prophetarum, non ſunt fructus boni, ſed ſunt fructus mali: ita quòd intelligamus etiam ipſa veſtimenta ouium, ſub quibus ſe occultant, fructus eſſe malos. Et vere ſic eſt, quia ſunt effectus malæ voluntatis ordinātis hęc omnia ad malum finem, Quod autem obijcitur de peccatis ſanctorum, non obſtat ſententiæ euangelicæ. quia nullum peccatum eſt fructus bonæ voluntatis, deficiendo enim à perfectione bonæ voluntatis peccat, quiſquis venialiter peccat. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.]pro, exciditur, & in ignem mittitur. [Igitur ex fructibus eorum cognoſcetis eos.] Tacite occurrit quæſtioni, nunquid tales falſos prophetas tu manifeſtabis puniendo? Reſpondet enim, nihil manifeſte promitto: ſed indubie quotidie intus ſuccidituꝛ de horto ſeu conſortio ſanctæ eccleſiæ, & in ignem æterni cruciatus quotidie mittitur dum quotidie aliquis eorum moritur. Non igitur aliunde, quàm ex fructibus eorū cognoſcetis eos in præſenti vita [Non omnis]: Declaratis ſpectantibus ad duo prima præcepta, declarat modò tertium præceptum, ſcilicet pulſate & aperietur vobis. Et duo dicit, alterum negatiuum, non omnis qui dicit: alterum affirmatiuum, qui facit voluntatem &c. per hæc enim duo declaratur, quid eſt pulſare ad ingreſſum regni cœlorum: ac per hoc diſcernuntur vere pulſantes (quibus & aperietur) à non vere pulſantibus, quibus non aperietur. [Qui dicit mihi.] Quanuis nullus dicere poſſit Ieſu domine, niſi in ſpiritu ſancto (vt Apoſtolus primæ ad Corinthios duodecimo dicit) quia veritas à ſpiritu ſancto eſt non tamen ſufficit iſte effectus ſpiritus ſancti ad hoc, quòd homo intret in regnum cœlorum: quia non ſufficit ad ſalutem vera fides ſine operibus. [Domine domine, intrabit in regnum cœlorum.] Repetitio, vel confeſſionem vtriuſque naturæ in Chriſto ſignificat, vel ſignū eſt feruentis exterioris cultus. Ac ſi aperte dicat, non omnis qui profitetur integre fidem meam quantumcunque ferueat exteriori cultu colendo me, intrabit in regnum cœlorum [Sed qui facit voluntatem patris mei, qui in cælis eſt] Ecce affirmatiuum, non ſufficit dicere, domine domine, integra fide & exterior cultu ſed oportet factis exequi voluntatē patris mei. [Ipſe intrabit in regnū cœlorū.] Omnes iſtę quinque dictiones ſunt ſuperfluę. [Multi dicēt mihi in illa die, domine, domine nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecim⁹, & in noīe tuo virtutes multas fecimus?) Declaraturus ambo propoſita, primò declarat negatiuū. ſcilicet. non omnis qui dicit mihi &c. Decla-

rat autem hoc à tribus generibus hominum, quorum damnatio valde admiranda apparet hominibus. vix enim persuaderi potest hominibus, quòd aliqui viri verè prophetent, & miracula vera faciant, & dæmones ejciant ab obsessis corporibus, & cum hoc sint viri mali inimici dei. Hęc tria genera hominum inducit hic Iesus non quòd omnes tales, sed quòd multi eorum dicent mihi in illa die, iudicij scilicet, domine domine, rectitudine fidei, nónne in nomine tuo prophetauimus, de occultis secretisque illuminati sumus inuocando nomen tuum: & similiter in nomine tuo, credito & inuocato, dæmonia eiecimus, ad hominibus: & similiter in nomine tuo, credito & inuocato, virtutes multas, verorum miraculorum fecimus. [Et tunc.] in die iudicij: [fatebor illis.] Respõdendo, [quia nunquam noui vos.] Nota nunquam: quoniam hinc manifestè patet, quod nec tunc quando propherabatis, quando dæmonia ejciebatis, quando miracula faciebatis, noui vos, notitia filiorum. Et dixit hoc vt intelligamus istos damnari, non quia post miracula effecti fuerint iniqui, sed quia etiam tunc erant iniqui. propterea enim dixit, nunquam noui vos. [Discedite a me omnes.] Superfluit omnes. [Qui operamini iniquitatem.] Rationem reddit, quare nũquam nouit eos: quia scilicet cum tot gratijs exercebant opera iniqua. Hæc enim omnia (scilicet facere miracula, & prophetare, & dęmones ejcere) spectant ad gratias gratis datas hominibus ad vtilitatem aliorum, & stant cum inimicitia ad deum. ¶ Et bene hæc nota: ne curras cum vulgo ad adorandum homines velut sanctos, quia prophetant aut miracula faciunt. Sunt enim hæc opera communia bonis & malis. vt hic dicit dominus. [Omnis ergo qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur.] pro, assimilabo, [eum viro sapienti] pro, prudenti,] qui ædificauit domum suam super petram, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat super petram. Et omnis qui audit verba mea, & non facit ea, similis erit viro stulto qui ædificauit domum suã super arenam: & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit: & fuit ruina eius magna] Declarat affirmatiuum: scilicet qui facit voluntatem, & cætera. Declarat autem assimilando facientem voluntatem patris ędificanti domum super terram: non facientem verò, ædificanti domum super arenam. Similitudo est satis clara. ¶ Circa quam tria sunt notanda. Primum, quòd

ratio

ratio ſimilitudinis eſt eo, quòd tam ſeruare quàm non ſeruare præcepta CHRISTI conſiſtit non in vna operatione, ſed in conſtructione vniuerſæ vitæ hominis. Seruans enim CHRISTI præcepta ſolus ille eſt, qui vniuerſam vitam ſuam conſtruit firmam ac ſtabilem ſemper duraturam: audiens vero, & non ſeruans eſt, qui cunque vniuerſæ vitæ ſuæ ſic rationem habet, vt non ſit firma. Et eſt ſermo de firmitate & duratione perpetua: & ſimiliter de non firmitate in æternum. & propterea ille prudẽs, iſte ſtultus dicitur. ille enim, vt prudens fundamentũ firmum elegit: iſte vt ſtultus infirmitatem admiſit fundamenti totius vitæ. ¶ Secundum eſt, quòd tria aduerſantia domui inducuntur: tum ex numero trinario vniuerſa contraria intelligantur, tum vt ex ſpeciebus nominatis (ſcilicet pluuia, vento & flumine) vndique occurrentia mala intelligere mus. nam pluuia deſuper obruit, flumina ſubtus eradicant, venti latera domus percutiunt.

¶ Tertiũ eſt, quòd ille ſolus appellatur facere, qui perſeuerat vſque in finem. huiuſmodi perſeuerantia manifeſte ſignificatur per non caſum domus ex ventis, fluminibus & pluuijs. Et vere ſic cõgruebat propoſito diffinire facientem. quia ſermo eſt de illo facere quo pulſamus, & aperitur nobis regnum cœlorum. conſtat nanque ſolos illos qui perſeuerant ſeruando præcepta Chriſti, pulſare ad oſtium regni cœlorum, ita quòd aperietur eis. reliquus enim conſtat non aperiendum eſſe. & conſequenter non pulſaſſe; quia omni pulſanti aperietur. [Et factum eſt quum conſummaſſet Ieſus verba hæc, admirabantur.] pro, obſtupeſcebant, [turbæ ſuper doctrina eius.] Admiratio turbarum ſubiuncta hic ab euangeliſta ſuper doctrina CHRISTI, intelligi poteſt dupliciter. Vel ad ſignificandum materiam ſtuporis: ſcilicet quòd verba hæc in monte dicta ſignificentur materia admirationis. Et hic ſenſus non eſt literalis. quia turbæ non interfuerant ſermoni habito à Ieſu in monte ad diſcipulos. Vel ad ſignificandum tempus admirationis: ſcilicet quòd fuit poſt prædictum ſermonem. Et hic eſt ſenſus literalis. Vnde & Marcus & Lucas huius admirationis & cauſæ meminerunt abſque ſermone hoc: Mirabãtur enim turbæ de doctrina quam audiebant Chriſto prædicante illis. [Erat enim docens eos ſicut poteſtatem habens.] Ratio hæc admirandi integratur ex doctrina & modo faciendi miracula. Fecerant enim olim Moyſes, Helias & Helizeus miracula, ſed non tali modo: ſcilicet imperando, ſicut videbant Chriſtum imperare dæmonibus. Rurſus fecerant patres miracula, ſed non docendo propriã

doctrinam. Christus autem & docebat propriam doctrinam, & potestatiuè miracula apponebat doctrinæ, & propterea dicitur docens sicut potestatem habens. Et quia in hoc excedebat Scribas, subditur, [Et non sicut Scribæ eorum & Pharisæi.] Superfluunt tres vltimæ dictiones. scilicet, eorum & Pharisæi.

CAPVT. VIII.

QVum autem descendisset Iesus de monte, secutæ sunt eũ turbę multæ]. Matthæus inchoauit doctrinã sermonis dominici dimissis turbis à Iesu ascendente in montem, & duo post facta subiunxit alterum de admiratione turbarum super doctrina Christi, alterum de sequela multarum turbarum. Et dixit hæc quasi redeundo ad ordinem historiæ. discribendo quòd postquàm Iesus descendit de monte, in quo supra scriptum protulit sermonem, multæ turbæ secutæ sunt eum, non quòd turbæ substiterint, & expectauerint in campestribus, donec Iesus descenderet de mõte: sed quòd licet dimissæ fuerint turbæ à Iesu ascendente in mõtem, & illæ iuerint ad propria, nihilominus vbi audierunt ipsum iterum prędicare publicè, secutæ sunt eum. [Et ecce leprosus veniens adorabat eum.] Signum sensibile honorationis genu flectendo exhibebat. [Dicẽs, domine si vis potes me mũdare.] Magna fides, fatetur potentiam in voluntate consistere. [Et extendens Iesus manum, tetigit eum.] Vt dominum legis prohibentis tactum leprosi se ostenderet: simúlque virtutem humanæ naturę. i nse astrueret, dum tactu curat lepram. [Dicens, volo.] Respondet ad id quod dixerat, si vis. [Mũ dare.] Altera oratio est imperatiui passiui. Et respondet monstrando veram confessionem, potes me mũdare: dum imperatiue dicit, mandare. tanquam potestatem habẽs. [Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi Iesus, vide nemini dixeris.] Non prędicipiendo, sed humilitatis affectũ explicando, interdicit curato publicationẽ miraculi: non quòd timeat sibi de inani gloria, sed quòd doceat discipulos, vt studeant vitare humanam gloriam. [Sed vade ostende te sacerdoti, & offer munus tuũ, quod præcepit Moyses.] iuxta prędceptum legis Leuit. 14. in testimoniũ illis. [Declarat quorsum tendat hęc missio ad sacerdotes: vt scilicet examinantes quomodo curatus est, intelligant ex hoc testimonio potestatem faciendi miraculi in me. [Quum autem introisset Iesus Capharnaum, accessit ad eũ centurio, rogans eũ & dicẽs, domine puer meus iacet in domo paralyticus & male.] pro, grauiter, [torquetur.] Miraculũ erga ser-

ga ſeruum Centurionis in Capharnaum narratur. Vbi aduerte, quòd ea quæ Matthęus narrat de Centurione, intelligenda ſunt non per ipſummet Centurionem dicta domino Ieſu, ſed per inter nuncios: vt Lucas explicans rei geſtæ modum teſtatur. cap. 7. [Et ait illi Ieſus, ego veniam curabo eũ.] Hęc verba domini reſponſiua fuerunt petitioni Centurionis per ſeniores Iudæorum. [Et reſpõdens Centurio ait.] per alios nũcios amicos, quũ audiſſet quòd Ieſus veniret ad domum ſuã. [Domine nõ ſũ dignꝰ.] pro, idoneꝰ, [vt itres ſub tectum meũ, ſed tãtũ dic verbo & ſanabitur puer meus nã & ego hõ ſũ ſub poteſtate conſtitutꝰ, habens ſub me milites & dico huic vade & vadit, & alij venì, & venit, & ſeruo meo fac hoc, & facit. Audiens autem Ieſus miratus eſt.] Non eſt dubium Ieſum ſigna exteriora admirationis effeciſſe ita quòd exterior admiratio in eo apparuit. Interior autem admiratio in Chriſto quoque fuit: non ex ea parte, qua omnia ei nota erant antequam fierent (nullus enim admiratur de iis, quæ iam nouerat) ſed ex ea parte qua experimentali notitia hactenꝰ ei ignota fuerat tam noua, inſolita, & magna fides hominis gentilis. Erat enim tanta taliſque confeſſio digna admiratione apud omnes. [Et ſequentibus ſe dixit.] Inter ſequentes erant ſeniores Iudæorum qui primò miſſi fuerant à Centurione. cum quibus Ieſus ibat verſus domum Centurionis. [Amen dico vobis, non inueni tantum fidem in Iſrael.] Non dicit non inueniam, ſed adhuc non inueni: ad differẽtiam fidei in futurum inueniendæ. Et rurſus dicit non inueni ſcilicet ex tempore quo quæro fructum prædicationis meę & miraculorum, quę operatus ſum. Et hoc ſubintelligendum eſt ad differentiam fidei maioris inuentæ in Ioanne Baptiſta: qui confeſſus eſt in eo diuinam naturam ac paſſionem, & reconciliationem mũdi per eum & cætera non enim fides Centurionis præponitur fidei Ioannis Baptiſtæ: ſed reliquorum qui ob prædicationem Chriſti vel eius miracula crediderant vſque ad tempus illud. Leproſus eñ Iudæus magnam oſtenderat fidem (dicens, ſi vis potes me mundare) ſed maiorem oſtendit Centurio, profitens etiam modum curandi in abſentia ſolo verbo. Ex eo enim quod dicit non inueni, ſignificat, quòd loquitur de tempore ex quo quæſiuit fidem in ſeipſum per prędicationem &, miracula tanquam fructum prędicationis & miraculorum & non abſolute. fides autem Ioannis Baptiſtę fuit antequàm Chriſtus prędicaret, non fuit fructus prędicationis CHRISTI. Vnde per hec verba non præfertur fides Centurionis niſi Iſraelitis, qui Chriſto prędicante &ę. crediderant

rant in eum. ¶ Potest quoque intelligi absolute, referendo ad fidē etiam Ioannis Baptistæ. in eo enim primùm inuenit fidem ex quo venit ad executionem officij sui: Sed tunc est sensus: non inueni tantam proportionaliter fidem in Israel. Quanuis enim fides Ioannis Baptistæ fuerit maior quantitatem quantitati comparando, fides tamen Centurionis fuit maior proportionaliter. quia maior fuit illa fides in viro gentili, militari, ex auditu famæ Iesu: fere in principio prædicationis Christi, quàm fuerit in Ioanne Baptista ipsius maxima fides: quia fuerat sanctificatus in vtero, filius sacerdotis, educatus in vita eremitica, conuersatus cum spiritusancto &c. Sicut viduę oblatio fuit maior cæteris proportionaliter, quanuis minimæ fuerit quantitatis: scilicet duorum minutorum. [Dico autē vobis, quod multi ab oriente & occidente venient & recūbent cum Abraham & Iacob.] Occasione sumpta ex tanta viri gentilis fide, prædicit futuram salutem gentium. [in regno cœlorum.] Ideo inducit simul regnum cœlorum cum patriarchis Abraham, Isaac, & Iacob: vt declaret ex hac coniunctione regnum promissum patriarchis Abraham, Isaac, & Iacob in Messia, esse regnum cœlorum & non regnū de hoc mūdo, cuius oppositum intelligunt Iudæi, existimantes regnū Messiæ esse regnum terrenum. [Filij autem regni eijcientur.] Iudęi appellantur filij regni, quia ex genere cui promissum est regnum nascūtur secundum carnem. Verùm non dicit omnes sed indefinite: quia quemadmodum nō omnes, sed multi gentiles recumbent cū Abrahā, ita non omnes, sed multi filij eijcientur. [In tenebras exteriores]. Internæ tenebræ sunt tenębræ animi exteriores autem sunt tenębræ sensibilis lucis priuatiuę tenebrosum enim credimus esse locum damnatorum. [Ibi erit fletus & stridor dentiū.] Per has treis sęnsibiles pœnas (scilicet tenebras, fletum & stridorem dentium) describit ad literam vniuersas pœnas sensus, quæ erunt in inferno. Quòd enim de inferno sit sermo, ex eo patet, quòd è regione ponitur regni cœlorum (in quo recumbunt Abraham, Isaac & Iacob) locus iste. Quòd verò pœna sensus significetur, ipsa nomina testantur, & congruit, vt quemadmodum regnum cœlorum significatum est secundum statum perfectionis, dicendo recumbent cum Abraham, Isaac & c. (hoc enim ad statum resurrectionis spectat, quando & non ante ad perfectionem veniet regnum cœlorum) ita damnatorum quoque perfecta afflictio, in anima scilicet & corpore, per has sensibiles pœnas significetur. Trinarius autem numerus quia perfectionis est, ad vniuersitatem pœnarum significandam inductus

ductus eſt. plures enim & maiores erunt pœnæ ſenſibiles damnatorum, quàm hæ tres explicent. Et quoniam non creditur fore ibi fletum lachrymarũ, ideo ſpecies pro genere intellige. hoc eſt per has ſpecies intellige pœnas ſenſibiles nõ minores iſtis. ſunt enim illæ immaniſeſtæ nobis, & propterea per has manifeſtas nobis deſcribuntur. [Et dixit Ieſus Centurioni.] nõ in propria perſona, ſed in eius amicis vade, & ſicut credidiſti fiat tibi. Et ſanatus eſt puer.] deeſt eius, [ex illa hora,] pro, in illa hora. [Et quum veniſſet Ieſus in domũ Petri, vidit ſocrũ eius iacentẽ & febricitãtẽ & tetigit manũ eius, & dimiſit eã febris, & ſurrexit, & miniſtrabat eis] Miraculum hoc circa ſocrum Petri non in Capharnaum, ſed in Bethſaida videtur factum: quoniam domus Petri in ea creditur fuiſſe ciuitate. [veſpere autem facto obtulerũt ei multos dæmonia habentes. & eijciebat ſpiritus verbo, & omnes male habentes curauit, vt adimpleretur quod dictum eſt per Eſaiam prophetam dicentẽ: ipſe infirmitates noſtras accepit: & ægrotationes noſtras portauit.] Auerte hîc textum Eſaiæ capite quinquageſimoquinto, quantum ad illa verba, Ipſe infirmitates noſtras accepit, & ægrotationes noſtras portauit, exponi à Matthæo euangeliſta de cura corporalium ægritudinum, quam exercuit Chriſtus. ¶ Et ne putes (vt Porphyrius dixit) Mathæum fuiſſe ignorantem, diſcute diligenter textum illum Eſaiæ, & perſpicies ſenſum iſtum eſſe ſenſum literalem. Intendit enim Prophęta de Meſia in paſſione conſtituto dicere, quòd ipſe non ficte: non vulgari fama, ſed vere miracula ſanitatum effecit alios ſanando: & tamen nos reputauimus eum quaſi leproſum & percuſſum à deo &c. Vnde principes Iudæorum illudentes Chriſto crucifixo dixerunt, alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere &c. ¶ Nec modus loquendi quo vtitur Prophęta obſtat. Non quidem pronomen noſtras: quoniam clare patet prophetam dicere hæc verba in perſona populi, & tam beneficia collata populo Iudæorum, quàm peccata eiuſdem contra Chriſtum, vt communia etiam ſibi proferre. ſicut enim ait, infirmitates noſtras, ægrotationes noſtras, ita ſubiungit, & nos reputauimus eum quaſi leproſum &c. Nec verbum tulit aut portauit: quoniam hoc loquendi modo ſignificauit facilitatem curationum exhibendarum à Chriſto abſque medicinis, abſque alteratione aliqua. ita quòd tam facile ipſe tollit à populo noſtro ægritudines corporis, ac ſi tolleret vnam rem portabilem & veheret in alium locum. Eſt itaque literalis ſenſus prophetiæ, quòd Meſſias vere

tulit

tulit hoc eſt abſtulit, infirmitates noſtras, quæ ſcilicet ex defectu accidunt: & ægrotationes noſtras, quæ ſuper exceſſu proueniunt: vt omne genus ægritudinis comprehendatur in iſtis. De animæ autem languoribus quę peccata ſunt, ſubdit poſtea Eſaias ibidem: deus poſuit in eo iniquitatem omnium noſtrûm, & ipſe peccata multorum tulit. [Videns autem Ieſus turbas multas circum ſe.] Multitudo turbarum, quę non poterant ſimul doceri occaſionem dat domino prædicanti trāſfretandi cum diſcipulis ſuis. [Iuſſit diſcipulos] Superfluit, diſcipulos. [ire transfretum.] pro, ire in vlteriorem rīpā. [Et accedens vnus ſcriba, ait illi, magiſter ſequar te quocunque ieris.] Scriba iſte offert ſe non diſcipulum, ſed comitem itineris, quocunque Ieſus ierit: non enim dignabatur quum eſſet ſcriba hoc eſt, peritus in lege, ſubire diſcipuli nomen. [Et dixit ei Ieſus. vulpes foueas habent, & volucres cæli indos.] Reſponſio hęc accuſat animum ſcribæ. ex eo enim quòd reſponſio non congruit oblationi ſcribæ: intelligimus quòd cōgruit animo ei⁹. Spem lucri tollit hęc reſponſio. & propterea animus ſcribę ad quę ſtum inſinuatur, meritóque repellitur à ſocietate itineris. [Filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet.] Appellat ſeipſum Ieſus filiū hominis: tum humilitate, quia alij vocabāt ipſum filium dei: tum veritate, contra hæreticos futuros: alios negaturos quòd eſſet filius hominis, alios negaturos quòd eſſet filius virginis: tum appropriatione, quia ipſe ſolus eſt deditus homini eſt totus hominis: ad hoc enim venit vt hominem ſaluaret, vt ſeipſum daret redemptionem pro homine, quod eſt nomen naturæ humanæ. Sicut Hebræo modo loquendi, filij nuptiarum dicuntur de diti nuptijs filij ſponſi, de diti ijs quæ ſunt ſponſi: & filij mortis, ob noxij morti, & ſic de ſimilibus: propter hoc enim Ieſus appropriauit ſibi ipſi hoc nomen filius hominis. [Alius autem de diſcipulis eius ait illi] Scriba non inuitatus obtulit ſe & reiectus eſt: iſte autem diſcipulus inuitatus (vt alius refert Euangeliſta) nō recuſauit ſequi Chriſtum, ſed dilationem petijt: reſpondendo enim Ieſu dicēti. ſequere me ait illi permitte me, &c [Domine permitte me primū ire & ſepelire patrem meū] Non dicit patrem meum mortuum, ſed patrem meum: quia non petit exiguum tempus paternæ ſepulturæ, ſed petit totum tempus vitæ paternæ. Ac ſi apertè dixiſſet, dimitte me ire donec viuit pater meus: ſignificauit enim durationem vitæ paternæ ab officio ſepulchri. quem admodum Eutitia mater beatæ Luciæ dixit filiæ, tege primum oculos meos, & de facultatibus, fac quod volueris: ſignificando mortem ſuam ab

officio

officio tegendi oculos.[Iesus autẽ ait illi sequere me.]Alij Euãge lista adiungit annũcia regnũ dei,vt intelligamus relinquendũ esse etiam patrem propter officiũ annunciandi regnum dei.[Et dimitte mortuos sepelire mortuos suos.]Non oportet mortuos deo esse,quibus dimittitur cura sepeliendi mortuos suos:quum officia hæc humanitatis communia sint bonis & malis.& propterea mortuos appellat illos, quorũ studiũ est circa mortalia:quod cõmune est malis & bonis,imperfectis tamen. Ac si apertè dixisset,dimitte curã rerũ mortalium ijs , quorum studium est circa mortalia:tuũ autem studium sit circa æterna.Vsus est autem hoc modo loquendi,dimitte mortuos sepelire mortuos suos , ad significãdum proportionem,immò similitudinem inter curatores & curandos. [Et ascendente eo in nauiculam.]pro,nauem,[secuti sunt eũ discipuli eius:& ecce motus magnus factus est in mari , ita vt nauicula.] pro nauis,[operiretur fluctibus.Ipse dormiebat]Coram alijs, in testimonium veræ naturæ humanæ in ipso.& ne motus fluctuum in mari ipso spectante fieret:si enim ipso spectante factus esset,aut non timuissent discipuli,aut putassent quòd ipso inuito fieret: sed vbi dormiente Iesu sæuiunt fluctus terrentur discipuli . & confugiunt ad suscitandum eum.[Et accesserunt ad eum discipuli eius, & suscitauerunt eũ dicentes, Domine saiua nos,perimus. Et dicit eis Iesus,quid timidi estis modicæ fidei?]Hoc mõstrat discipulos non adhuc perfectam habuisse fidem:si enim credidissent eũ verũ deum, non suscitassent à somno:nec putassent plus posse vigilantem quàm dormientem. [tunc surgens] Proculdubiò à sessione seu cubitu.[Imperauit ventis & mari.] pro, increpauit ventos & mare.Sensibili imperio vsus est, vt cognoscerent præsentes,quòd solo imperio mutat creaturas . & sic cognoscerent ipsum esse verum deum,cui proprium est solo imperio res efficere. Nec propterea venti & mare senserunt aut perceperunt increpationem,sed mutati sunt . non enim ad hoc increpabat vt elementa sentirent, sed vt homines præsentes viderent,quòd sola increpatione mutãtur venti & mare. [Et facta est tranquillitas magna.] Euidentia miraculi ex subita tranquillitate non modica, sed magna,conprobatur: naturaliter enim paulatim fit tranquillitas post tempestatẽ.[Porro homines mirati sunt dicentes,qualis est hic,quia vẽti & mare obediũt ei?]Proculdubio discipuli modicę fidei,homines appellantur,non solùm natura,sed defectu diuinæ fidei: eorũ etiã fuit hęc admiratio,& nõ tantùm nautarũ. vt patet,Luc.8. [Et quum venisset Iesus trans fretum.] pro, in vltiorem ripam Gerasenorum,

raſenorum. [pro,Gergeſenorũ,[occurrerunt ei duo habentes dæmonia,de monumentis exeũtes ſeui nimis: ita vt nemo poſſet trãſire per viã illam. Et ecce clamauerunt dicentes, quid nobis & tibi Ieſu fili dei.] Nõ obliuiſcitur diabolus officij ſui: tentationem enĩ quã in deſerto inchoauerat poſt Chriſti ieiunium ad explorandũ ſi filius dei eſſet, modò perſequitur: ex induſtria & arte exploratoria appellans Ieſum filium dei. Non quôd iam ſciret ipſum eſſe filium dei: quia ſi cognouiſſent nunquam dominum gloriæ cruci fixiſſent. 1. ad Corin 2. [Veniſti huc ante tempus torquere nos? Vox iſta triſtitiæ eſt ſentientium ſpiritualem torturam, in hoc quòd cogebantur præcepto Chriſti exire inuiti ab hominibus poſſeſſis: vt pater ex verbis Luc. 9. ca. ipſa enim coactio ad relinquendum poſſeſſa tortura eſt ſpiritualis creaturæ. Appellatur autem ante tempus: vel opinatum. eo modo loquendi, quo dicimus euenire ſenium, vel infortunium ante tempus, quia ante opinatum temp° occurrit. Vel torturę: nã tempus quo torquebimur, erit poſt iudiciũ. interim autem eſt tempus quo nos torquemus alios: & propterea ante tempus noſtræ torturæ dicunt ipſum vẽniſſe ad torquendũ eos. [Erat autem non longe.] Superfluit non. [ab illis grex multorum porcorum paſcens. Demones autem rogabant eum. dicentes, Si eijcis nos hĩc.] Superfluit hinc. [mitte nos] pro, permitte nobis, [abire in gregem porcorũ.] Eadem iniqua voluntas qua homines vexant, petitur exercenda ſaltẽ in porcis: vt vel ſic vexẽt homines in rebus eorum. Similis eſt hæc petitio petitioni Satanæ contra res quas poſsidebat Iob: vnde intelligimus naturalem poteſtatem dæmonum ſuper res corporeas, inhibitã alligatámque à deo eſſe. ex eo enim quôd licentia egent ad ſubmergendos porcos qui non erant res alicuius viri ſancti, quum porcus ſit animal prohibitum apud Iudæos, inſinuatur quòd nec in res quantuncũque prophanas poſſunt poteſtatem ſuam exercere, licentia non obtenta à deo. [Et ait illis, ite] pro, abite, Non vt dæmonibus rem gratam concederet: ſed vt vteretur opera dęmonũ ad manifeſtandam ſuam potentiam. [At illi exeuntes abierunt in porcos: & ecce magno impetu abijt tot° grex per præceps in mare: & mortui ſunt in aquis.] Vbi aduerte, quòd ideo in porcos dęmones vexãtes hominem miſit ad ſubmergendum ſtatim porcos, vt pertinacia negantium dæmones vexare hominem, attribuendo vexationem ægritudini corporali manifeſtè confutaretur, & conuinceretur ex hoc facto: fingi ſiquidem non poteſt, quòd ſtatim in vniuerſum gregem porcorum ægritudo vexati migrarit, vt præceps ſe

ſubmergeret

ſubmergeret. At ſi hoc factū, hoc ſignum, hoc teſtimoniū nō ſuffi
ciſtis pertinacibus, dicā tquęſo quo ſigno euidentiori monſtra-
ri poteſt inuiſibilis ſpiritus opus, vt confutatos ſe agnoſcant.

[Paſtores autē fugerūt, & veniētes in ciuitatē, nunciauerūt hæc
omnia, & de his qui dęmonia habuerāt. Et ecce tota ciuitas exiit
obuiam ieſu, & viſo eo rogabāt eū, vt tranſiret a finibus eorum.]
Vox timoris magni eſt. vt patet Luc. 8. ca Salutē nanque hominū
liberatorum à dæmonijs, & perditionem porcorum videntes ex
aduentu Ieſu, magis timuerūt augmentū damni rerum tempora-
ralium, quàm concapierint augmētum ſalutis ſpiritualis. ſalus ho-
minum admirationem ciuitati generauit: damnum porcorum ti-
morem maioris damni in ea excitauit, & ſic timore acti rogauerūt
vt diſcederet ab eis. Et fortè illi porci alicuius gētilis erant, à quo
ſibi ciuitas timebat, ſi ſequaces fuiſſent Ieſu authoris talis damni:
& propterea rogauerunt Ieſum vt diſcederet ab eis.

CAPVT IX.

[Tranſcēdens Ieſus in nauiculam.] pro, nauē, [trāſfre-
tauit.] Redeundo in Galileam. [Et venit in ciuitatem
c ſuam.] Poteſt intelligi dupliciter. Vel in Naſareth:
ſed quid ibi fecerit, tacetur. Vel in Capharnaum, quę
poteſt dici ciuitas eius : quia iam ex toto migrauē-
rat ex Naſareth, & tranſtulerat domicilium ſuum in Capharnaum.
Dicitur enim Matth. 4. quòd relicta ciuitate Naſareth, venit & ha
bitauit in ciuitate Capharnaum Ideo autem intelligimus per ciui-
tatem ſuam Capharnaum: quia factum ſequentis miraculi in Ca-
pharnaum patratum dicitur Mar 2. [Et ecce offerebant ei paraly
ticum iacentē in lecto. Vidēs autem Ieſus fidem illorū. Per tectum
nudatum ſubmittentium paralyticum] Vbi nota alienam fidem
etiam mihi ſubuenire apud clementiſſimum Ieſum. [Dixit para-
lytico, cōfide fili, remittūtur tibi peccata tua.] Quęrebat paraly
ticus ſanitatem corporis, Ieſus autem incipit à ſanitate animę: tum
ſignificādo per hoc, quòd paralyſin habebat propter peccata ſua:
ad hoc enim ſpectat, quòd monet ipſum confide fili, quòd cura-
beris ab infirmitate corporis. quia remittuntur tibi peccata tua,
hoc eſt, quia ceſſat cauſa ægritudinis tuæ. Tua vt per hoc dare-
tur occaſio faciendi, non ſimplex curationis miraculum, ſed mira
culum multipliciter atteſtatiuum deitatis eius: nam tripliciter
in hoc facto manifeſtauit ſe eſſe deum ſcilicet monſtrādo ſe vi-
dere cogitationes eorum, & imperatiue ſubitam ſanitatem lar-
giendo, & hoc ipſum efficiendo in teſtimonium, quod habet po-

teſtatem

teſtatem dimittendi peccata. [Et ecce quidã de ſcribis dixerũt intra ſe.] Non idiotę, ſed in lege periti, legerant proprium eſſe deo dimittere peccata: ego deus qui deleo iniquitates tuas. Eſa 43. [Hic blaſphemat.] Arrogãdo ſibi homini, quod eſt propriũ deo. [Et quũ vidiſſet Ieſus cogitationes eorũ, dixit, vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris?] Scilicet me eſſe blaſphemũ. Quũ etiam non dixerim, remitto tibi peccata, ſed remittuntur tibi peccata, quod poſſet verè dici à ſciente remitti tibi peccata, etiã ſi ipſe dicens hoc, non haberet poteſtatem remittendi peccata. [Quid eſt facilius dicere, dimittuntur tibi peccata tua an dicere, ſurge & ambula?] Cogitationes omnes Scribarũ confutat. Cogitabant enim facile eſſe dicere, remittuntur tibi peccata: quia hoc quilibet dicere poteſt, exiſtente occulta veritate dicti: nullus enim homo poteſt eſſe teſtis, an hoc dictum, remittuntur tibi peccata, ſit verum. Apparet enim quoſdam Scribas interpretatos illa verba, dimittuntur tibi peccata, dicta eſſe à Ieſu authoritatiuè: ac ſi dixiſſet remitto tibi peccata, & proterea dixiſſe, in corde hîc blaſphemat. Quoſdã autem Scribas cogitaſſe, quòd artificioſè Ieſus dixiſſet, remittuntur tibi peccata, & non dixiſſet, ſurge & ambula quia facile eſt dicere, remittuntur tibi peccata, difficile autem dicere, ſurge & ambula. illius enim veritas occulta eſt, iſtius autem veritas oportet quòd ſit manifeſtiſsima. Et propterea dominus Ieſus vtra que mala cogitata in cordibus Scribarum confutat: producendo in publicum cogitamina eorum de comparatione horum duorum: ſcilicet remittuntur tibi peccata, an dicere, ſurge & ambula. [vt autem ſciatis] Verba hæc ſunt Chriſti ad Scribas, & continuata fuerunt cum verbis, quæ vertendo ſermonem ad paralyticum ſubiunxit ſurge, &cæ. ſed Euangeliſta interpoſuit illa verba, tunc ait paralytico, ad demonſtrandum, quòd poſtquam priorem ſermõis partẽ direxit ad Scribas, vertit ſe ad paralyticũ dirigẽs ad ipſum ſermonem. [Quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata.] Moderatur Ieſus confutationem clarificando myſterium: non negat proprium eſſe deo dimittere peccata, non dicit apertè, ego ſum deus habens poteſtatem dimittendi peccata: ſed hinc ſcitote, quod filius hominis, nõ ſolùm homo, ſed filius hominis exiſtens vobiſcum in terra. habet poteſtatem dimittendi peccata. ac per hoc non eſt tantum homo, nõ eſt tantùm filius hominis, ſed etiam ille qui habet poteſtatem dimittendi peccata: quod eſt eſſe deum: vt voſmet dicitis, cõfitentes quòd nullus poteſt dimittere peccata niſi ſolus deus. [Tũc ait paralytico: ſurge,

co:Surge,tolle lectũ tuum, & vade in domũ tuam.& surrexit & abijt in domum ſuam.] Miraculi euidentia longe maior quàm expectata fuerit apparuit.ſufficiebat miraculo quòd paralyticus iacens,ſanus ſurgeret:ſed adiunctum eſt,tolle lectum tuum , vt non tantùm ſanitas,ſed & robur portandi lectum,in quo vectus à quatuor fuerat,appareat Et amplius adijcitur,vade in domũ tuam,vt non ſolùm præſentes , ſed quicunque obuiantes euidentiam miraculi probẽt.[Videntes aũt turbę,timuerũt.] pro,admiratę ſunt [& glorificauerũt deũ,qui dedit poteſtatem talem hominibus.]Significantius explicat turbas, ad differentiam Scribarum cogitantium mala.[Et quum tranſiret inde Ieſus.] Hoc eſt,quum inde ex domo eundo verſus mare(vt Marcus teſtatur)tranſiret iuxta locũ vectigaliũ.[Vidit hominem ſedentẽ in telonio.] pro, ad teloniũ. Hoc eſt in loco vbi ſoluebantur publica vectigalia [Matthæum nomine] Seipſum euangeliſta proprio nomine officium infame exercentem nõ erubeſcit deſcribere. [Et ait illi.ſequere me.Et ſurgens ſecutus eſt eum.]Non leuitatis aut ſtultitiæ, vt Iulianus Auguſtus & Porphyrius arguũt,accuſandus eſt Matthęus,ſtatim ſequens Ieſum vocantem.non ſolùm quia tot præceſſerant miracula,ſed etiam ea potiſsimum ratione, quia interna inſpiratione Ieſus traxit illum ad ſe: iuxta illud.Nemo venit ad me,niſi pater qui miſit me traxerit eum. [Et factum eſt diſcumbente eo in domo.] Ipſius Matthæi qui conuiuium Ieſu parauit.[Ecce multi publicani.] Similes Matthæo,qui publicis vectigalibus ſeu cenſibus Romanorum vacabant. propterea enim infames erant apud Iudęos, tanquam miniſtri gentilium in damnum populi fidelis, ſicut modo miniſtri ſecularium principum ad exigendum à clericis, infames habentur.Quanuis etiam exactioni vectigalium,& huiuſmodi communiter viri cupidi ſe immiſceant: & rara etiam ſint vectigalia omni ex parte licita.[Et peccatores venientes,diſcũbebãt cũ Ieſu & diſcipulis eius.]Admiranda humilitas non dedignatur Ieſus omni ſanctitate maior ad propriam admittere menſam peccatores & infames,& hoc publicè [Et videntes Phariſęi dicebãt diſcipulis eius.Quare cũ publicanis & peccatoribus manducat magiſter veſter?[At Ieſus audiens air.]Deeſt illis:Siue diſcipulis referentibus,ſiue per ipſum audierit Phariſæos impingẽtes eis crimẽ, tanquàm indignũ magiſtrũ ſequantur, qui cum publicanis & peccatoribus manducat. Intendebant enim Phariſei non ſolum reprehendere Chriſtum, ſed etiam auertere diſcipulos ab eo. [Non eſt opus medico valentibus,ſed male habentibus.]Triplici ratio-

ne confutat Phariſæos. Prima eſt ex officio medici, quæ clara eſt. [Eũtes autem, diſcite quid eſt, miſericordiam volo, & nõ ſacrificium,] Secunda ratio ex diuina voluntate præferente miſericordiæ opera ſacrificijs: affert ſiquidem teſtimonium ex cap. 6. Oſeæ prophetæ: vt intelligant Phariſei opus hoc miſericordię quod exerceo, alliciendo peccatores ad deum, eſſe maius ſacrificio hoc enim ad literam ſignificatur per illa verba prophetæ. Intendit ſiquidem præferre miſericordiam ſacrificio & non refutare ſacrificiũ: vt patet ex eo quod ſubdit, & ſcientiam dei plus quàm holocauſtum. Quanuis etiam verificetur quantum ad hoc, quòd miſericordia eſt ſecundum ſe volita à deo, ſacrificium autem non: quia miſericordia eſt virtus ſpiritualis, ac per hoc ſecundum ſe grata deo. ſacrificium autem eſt res corporea, non ſecundum ſe grata deo, ſed ratione ſpiritualitatis annexæ. Vnde quandoque deus abominatur illa: vt patet Eſaiæ primo. [Nõ enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores.] Tertia ratio ex proprio officio. Vbi nota, quòd non ſolum quatenus officium medici, ſed etiam quatenus officium annunciantis verbum dei exercet, rationem reddit. In qua inſinuat nullos iuſtos, ſed omnes peccatores eſſe. ex eo enim quòd ipſe venit vocare omnes, & nõ venit vocare iuſtos, conſequens eſt, quòd nullus ſit iuſtus. Et verè ſic eſt: quoniam vt ad Romanos probat Apoſtolus, omnes tam Iudæi quàm Gentiles peccauerunt, & egẽt gratia dei, &c. Et quanuis ad literam dici poſsit Matthæum tacuiſſe quod Lucas ſuppleuit, ſcilicet ad pœnitentiam, quod etiam in Græcis Matthei codicibus inuenitur. eadem tamen ſententia redit: quoniam venit vocare omnes ad pœnitentiam. Vnde incepit prædicare, Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. Ita quòd ex hac domini ſententia confutantur Phariſæi, vt ſciant omnes eſſe peccatores, & non inueniri in hominibus differentiam inter peccatores, & non peccatores: ſed quia aliqui ſunt magis, & aliqui minus peccatores in comparatione ad magis peccatores, dici aliquos iuſtos. [Tũc acceſſerũt.] pro, accedunt, [ad eũ diſcipuli Ioannis dicentes.] Phariſæi cõfuſi in eo, ꝙ reprehenderant manducationem Chriſti cum peccatoribus, iuncti ſunt diſcipuli Ioannis, vt ſimul arguerent Ieſum. Vnde Ioãnis diſcipuli audaciores aggrediuntur ipſum Ieſum. [Quare nos & Phariſæi ieiunamus frequenter, diſcipuli autem tui nõ ieiunãt?] Arguũt Ieſum, quòd exorbitet doctrina eius à patribus exemplaribus, quales erant Phariſæi, & à Ioanne baptiſta omni exceptione maiore. exorbitet inquam quo ad indulgentiam ieiunij, quod

conſtat

conſtat eſſe opus laudabile. Nos enim diſcipuli Ioannis & Phariſæi ieiunamus frequenter, tui autem diſcipuli nequaquam. Vbi nota quòd non dixerunt, tu autem non ieiunas, ſed tui diſcipuli non ieiunant. ſciebant Ieſum ieiunare, diſcipulos autem eius non ieiunare. [Et ait illis Ieſus: nunquid poſſunt filij ſponſi.] pro, thalami nuptialis, [lugere quandiu cum illis eſt ſponſus?] Duplici ratione ſatisfacit quęſtioni. Altera ſe tenet ex parte temporis præſentis: quia ſcilicet tempus hoc non congruit ieiunio diſcipulorum. & hoc declarat ex ſimilitudine ad tempus gaudij vacantium lætitiæ nuptiali. Intendit enim per filios ſponſi ſeu thalami, non genitos à ſponſo, quoniam ſponſus ſeu thalamus nuptialis, vt ſic non habet, ſed habiturus eſt filios, ſed Hebræę linguæ cõſuetudine vacantes ſponſalitijs gaudijs. ſicut enim tempus nuptialis lætitiæ ineptum eſt ad ea quæ ſunt luctus, de quorum numero eſt ieiunium: ita tempus hoc ineptũ eſt ad hoc vt diſcipuli mei ieiunent. Et intendit per hanc ſimilitudinem non ſolùm explicare ineptitudinem temporis, ſed ſimilem rationem. quia ſcilicet præſentia eius corporalis ſe habet ad diſcipulos ſuos tãquam preſentia ſponſi: tanquam dies nuptialis. Quod erat verum non ſolum ſecundum rem myſterij quo Chriſtus velut ſponſus venerat copulaturus ſibi eccleſiam, iuxta verbum quod dixerat Ioannes baptiſta proprijs diſcipulis de Chriſto. Qui habet ſponſam ſpõſus eſt, ſed etiam ſecundum diſpoſitionem diſcipulorum Chriſti. nam hilares ſequebantur Chriſtum redemturum Iſrael tanquam ſi irent ad nuptias. [Venient autem dies quum auferetur ab eis ſponſus: & tunc ieiunabunt.] Proſequendo ſimilitudinem ſponſi inchoatam ab eorum magiſtro, ſcilicet Ioanne baptiſta, docet futurum tempus ieiunij quando ſponſus ipſe Chriſtus auferetur ab eis ſecundum præſentiam corporalem. tunc enim, vt rei probauit euentus, ea quæ ſunt luctus ſenſibilis tamen, ſponte ſubierũt Chriſti diſcipuli. [Nemo autẽ immittit commiſſuram panni rudis.] pro, impoliti [in veſtimentũ vetus. tollit enim plenitudinem.] pro, ſupplementũ, [eius à veſtimento, & peior ſciſſura fit.] Et eſt ſupplementum nominatiui caſus. ſignificatur enim quòd particula quę ſupplementum eſt, tollit integritatem eius á quo aſcinditur. [Neque mittunt vinum nouũ in vtres veteres. alioquin rumpuntur vtres: & vinum effunditur, & vtres pereunt. Sed vinũ nouũ in vtres nouos mittunt, & ambo conſeruantur.] Altera ratio tenet ſe ex parte doctoris. & eſt hæc ratio extenſiua ſatisfactio ad quæſtionem, quare Chriſtus nouæ ſuæ doctrinæ excutionem in

operibus perfectionis, non exigit à discipulis quandiu fuit cum ipsis, sed postea. Monstrat hoc autem duabus similitudinibus. Prima similitudo à Matthęo minus, à Luca autē plene explicata est: quòd sapiens artifex non tollit à vestimento nouo particulam pānī, apponendo illam ad reficiendum vestimentum vetus. Sequuntur enim duo inconuenientia: alterum est, quòd tollitur integritas à vestimento nouo: alterum est, quòd fit maior scissura in vestimento veteri: quia particula noua trahendo veterem scindit eam. ¶ Altera similitudo est, quòd vinum nouum non est ponendum in vtre veteri. Sequuntur enim duo inconuenientia, scilicet quòd rumpuntur vtres, ac per hoc pereunt, & vinum effunditur, sed vino nouo in vtres nouos immisso ambo conseruantur. Et intendit per has parabolas, quòd doctrina sua noua non est præcipienda viris retinentibus veterem vitam: sed oportet prius expoliare se veterem hominem, & sic induere nouum. ita quòd non potest fieri vt pars sit noua & pars vetus, vt doctrina sit noua & vita vetus. Discipuli siquidem eius erant tantæ imperfectionis, vt adhuc non essent capaces vitæ noui testamenti: vt patet ex eo quòd dominus eis dixit post resurrectionem Lucæ vltimo: manete in ciuitate quoadusque induamini virtute ex alto. Et propterea sapientissime abstinuit à præcepto ieiunij & aliorum spectantium ad vitam noui testamenti. hæc enim non tunc seruanda præcepit, sed futura prædixit. ¶ Si has parabolas ad amussim vis applicare, vestimentum nouum est doctrina ac vita noui testamenti, vestimentum vetus est animus retinens ea quæ imperfectionis sunt Inconuenientia sunt, quòd scinditur integritas noui testamenti præcipiendo partem tamen (puta perfectionem ieiunij) & id parum boni quod apud animum imperfectum est, periculo maioris imperfectionis feruentis charitate noui testamenti exigitur adiectis animis, & perfectio non retinetur, & imperfecti animi perdunt id parum boni quod habebant. Propterea Apostolus tanquam paruulis in Christo lac dedit non escam. [Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps vnus.] pro, quidam. [Scilicet synagogæ: erat enim Archisynagogus. [Accessit & adorabat eum, dicens, Domine, filia mea modo defuncta est sed veni: impone manū tuam super eā, & viuet.] Matthęus breuitati studens, ex duab⁹ orationibus conficit vnam. Nam secundum rei gestæ ordinem, vt patet apud Marcum. 5. & Lucam. 8. Archisynagogus primo rogans dixit, quòd filia sua in extremis laborat: deinde eundo cum Iesus accepit nuncios, quòd mortua esset filia, & nunc dixit Iesu,

quod

quod ſolus Matthæus explicat,filia modò defuncta eſt:& confortatus à Ieſu(noli timere,tantùm crede)perſeuerauit in fide cũ qua venerat & petierat,veni impone manum tuam ſuper eam & viuet. & propterea Matthæus verba explicantia fidem prius dicta, iungit verbis ſecundo dictis.Apparet autem in eo fuiſſe fidem, quòd Ieſus reſuſcitaret eam, ex eo quòd reliquis non credentibus ipſe ſe credere manifeſtauit eundo cum Ieſu promittente reſurrectionẽ puellæ.[Et ſurgens Ieſus ſequebatur eũ, & diſcipuli eius. Et ecce mulier,q̃ ſanguinis fluxũ patiebatur duodecim annis, acceſſit retro,& tetigit fimbriã veſtimẽti eius.Dicebat enim intra ſe,ſi tetigero tantũ veſtimentũ eius ſalua ero.At Ieſus conuerſus, & vidẽs eã dixit,cõfide,filia fides tua ſaluam te fecit.Et ſalua facta eſt mulier ex illa hora.]Dum Ieſus cũ Archiſynagogo pergit,mulier hęc curatur.[Et quũ veniſſet Ieſus in domum principis,& vidiſſet tibicines.]Vel ad carmen lugubre,vel ad comprobationem mortis.nouiter ſiquidem defunctis multi fiebant ſoui,antequã ſepulturæ traderentur ſi fortè non vera mors, ſed ſopor præ ſe ferens mortem accidiſſet.[Et turbam tumultuantem,dicebat.]pro dicit,[illis: Recedite,non eſt enim mortua puella,ſed dormit.] Mihi,qui tam facile poſſum eã ſuſcitare à morte, ſicut homo poteſt excitare dormientem à ſomno.[Et deridebant eũ.Et quum eiecta eſſet turba.] A conſortio miraculi:vt ſcilicet nõ eſſet præſens in loco,vbi puella iacebat mortua & ſuſciranda erat.[Intrauit, & tenuit manum eius,& dixit puella ſurge.] Superfluunt hæ quatuor dictiones. [Et ſurrexit puella.& exijt fama hæc in vniuerſã terrã illã.Et trãſeũte inde Ieſu,ſecuti ſũt eũ duo cæci,clamantes & dicentes, miſerere noſtri.] Illuminatio duorum cæcorum deſcribitur qui in via clamantes ſequendo Ieſum quum non eſſent exauditi,venerunt vſque ad domum,& i ea illuminati ſunt.[Fili Dauid] Meſſiam hac appellatione profitentur.[Quum autem veniſſet domum acceſſerunt ad eũ cæci:& dixit eis Ieſus,Creditis qui a hoc poſſum facere vobis?]Interrogat Ieſus,non vt diſcat incognitum:ſed vt interrogando credant an augeat fidem eorum, ſimúlque diſcant neceſſariam eſſe ſibi fidem ad conſecutionem illuminationis [Dicunt ei, vtique domine.Tunc tetigit oculos eorum,dicens. ſecundum fidẽ veſtrã fiat vobis.Et aperti ſunt oculi eorũ.Et comminatus eſt illis Ieſus dicẽs,videte ne quis ſciat.]Nõ præcepti,ſed humilitatis humanæ ſunt hęc verba,ad inſtruendum ſanctos, vt quantum ex ſe eſt ſtudeant declinare humanam gloriam. [Illi autem exeuntes, diffamauerunt] pro,diuulgauerunt,[eũ in tota terra illa. Egreſſis

autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum, dæmonium habentem,] Aduerte primò quod iſte mutus nõ eſt ille cuius meminit Lucas vndecimo capite, dicendo Erat eijciens dæmonium, & illud erat mutum: quoniam de illo muto tractabit Matthæus inferius in capite duodecimo. ¶ Aduerte ſecundo dupliciter conſtrui poſſe textum, vel quod adiectiuum mutum determinet ſubſtantiuum hominem, vel quòd mutum ſit neutri generis, & determinet ſubſtantiuum dæmonium. Prima enim conſtructione ſignificatur homo mutus & habens dæmonium. Secunda autem ſignificatur, quòd homo erat mutus ex dæmonio. Propterea enim dicitur dæmonium mutum, quia faciebat hominem non loqui. [Et eiecto dæmonio, locutus eſt mutus. Et miratę ſunt turbę dicentes nũquã apparuit ſic in Iſrael.] Verũ dicunt turbæ viſa tanta multitudine miraculorum quę faciebat Ieſus. [Phariſæi autem dicebant.] Quũ non poſſent negare euidentia miracula, pleni maligno ſpiritu quę runt auertere turbas à fide Chriſti: interpretantes eiectionem dæmonum in malam partem. [In principe dæmoniorum eijcit dæmones.] Hac vna blaſphemia vniuerſa Chriſti opera euertere nituntur. Dicendo enim, quõd in principe dæmoniorum eiicit dæmones, infament Chriſtum eſſe maximum magum, habentem cõfortium cum principe dæmoniorum. Hæc autem verba videntur dicta in abſentia Ieſu: & propterea nulla ſubditur reſponſio domini ad confutationem tantæ calumnię ſicut alia vice dominus confutauit eandem calumniam: vt patet inferius capite duodecimo. [Et circumibat Ieſus omnes ciuitates & caſtella.] Deſcribit euangeliſta exercitium Chriſti circumeundo omnes nulla omiſſa, ciuitates & caſtella, parua oppida: ita quòd non dedignabatur in paruis oppidis prædicare. [Docens in ſynagogis eorum.] Locis deputatis ad doctrinam & prædicationem. [Et prædicans euangelium regni.] Cœleſtis. Hoc enim proprium eſt euangelij: ad differentiam veteris teſtamenti promittentis temporalia bona in terra promiſſionis. [Et curans omnem languorem, & omnem infirmitatem.] Deeſt in populo. Vide quantam multitudinem miraculorum inculcat, ſummarie deſcribendo.

CAPVT. X.

Idens autem turbas miſertus eſt eis.] Rationẽ mittẽdi Apoſtolos ad prędicandũ euangeliſta aſſignat
V fuiſſe miſericordiam Ieſu erga turbas. [Quia erant vexati & iacentes.] pro: diſperſi, [ſicut oues nõ habẽtes paſtorẽ.] Aſſimilãtur turbę ouibus, quia pro

næ erant

næ erant ad fidem. Sed defectus adiungitur paſtorum: quia doctores earum non fungebantur paſtoris officio. [Tunc dixit diſcipulis ſuis meſſis quidem multa, operarij autem pauci.] Non dicit ſacerdotes aut ſcribæ pauci, ſed operarii pauci. quia & ſi magna eſt multitudo ſacerdotum, doctorum, prædicatorum, pauci tamen ſunt operarij quia pauci ſunt qui vita & doctrina ſtudent ſaluti animarum. Non dixit, operarij autem nulli, ſed pauci. ſciebat enim paucos eſſe tales. [Rogate ergo dominum meſſis.] Vult deus rogari à nobis, vt mittat paſtores vita & doctrina. [Vt mittat.] multiplicando [Operarios in meſſem ſuã.] Et cõuocatis duodecim diſcipulis ſuis] Non expectat rogari: ſed paucos operarios vt ſe mittit, tanquàm multiplicaturus poſtmodum eos quum rogatus fuerit. [Dedit illis poteſtatem ſpirituũ immundorũ.] pro, aduerſus ſpiritus immundos. [vt eijcerent eos, & curarent omnẽ lãguorem & omnẽ infirmitatem. Duodecim autem apoſtolorũ nomina ſunt. hęc.] Hîc nõ refertur electio & inſtitutio duodecim apoſtolorum, ſed miſſio ad prædicandum: cui immiſcet euangeliſta catalogum eorum [Primus Simon, qui dicitur Petrus.] Solus Petrus ordine inſignitur & deſcribitur primus ad inſinuandum val de ſpectare ad Chriſtianam notitiam ſcire primatum Petri, nulliũſque momenti eſſe noſſe ordinem apoſtolorum inter ſe. Acſi aperte dixiſſet, Scitote Petrum primum quicquid ſit de alijs. Propter quod nullum deſcripſit ſecundum aut tertium: ex hoc ipſo ſignificans quòd primatum Petri ſuper alios intendebat euangeliſta inſinuare. [Et Andreas frater eius, Philippus & Bartholomeus: Iacobus zebedæi & Ioannes frater eius, Thomas, & Matthæus publicanus, Iacobus Alphæi & Thadæus] Legẽdũ eſt [& Lebbæ' qui cognominatus eſt Thadęus, Simõ Cananęus.] pro, Cananites. Aiunt denominatũ Cananitem à Cana Galileę, vbi aqua verſa eſt in vinũ. [Et Iudas Scarioth. pro, Iſcariotes.] Eſt & nominativus. Denominatio creditũ à loco vnde oriũd' fuit. [Qui & tradidit eũ. Hos duodecim miſit Ieſus præcip'ẽs eis, & dicẽs, in viã gentiũ ne abieritis: & in ciuitates Samaritanorũ ne intraueritis ſed potius ite ad oues quæ perierunt domus Iſrael.] Deſcripto numero prædicatorum, deſcribuntur præcepta quinque illis data Primum de loco quo mittuntur. Inhibentur enim ire ad gentes, & ad ciuitates Samaritanorum: quia tempus prædicandi gentibus, & Samaritanis non erat ante CHRISTI conſummatum myſterium. oportebat enim primùm CHRISTVM pati, & intrare in gloriam ſuam, & mittere ſpiritum ſanctum, antequam prædicaretur gentibus, quæ

erant omnino infideles: & Samaritanis, qui erãt fideles ſecundum quid circuncidebantur enim, & recipiebant libros Moyſi ſolos. Et ideò fit ſpecialis mentio de eis tanquam medijs inter Iudæos & Gentiles. ¶Conſtat hoc præceptum ad tempus illud tantùm ſpectare: nam poſt reſurrectionem dixit, euntes in mundum vniuerſum, & eritis mihi teſtes in Hieruſalem, Samaria & vſque ad vltimum terræ. [Euntes autem prædicate dicentes, quia appropinquabit.] pro, appropinquauit, [regnum cœlorum.] Secundum præceptum eſt de materia prędicanda. eandem nanque materiam quam Ioannes Baptiſta, & quam ipſe Ieſus prædicabat, tradidit apoſtolis prædicandam, ſcilicet appropinquauit regnum cœlorum. hîc eſt enim omnis prædicationis fructus, vt homines intelligant, credant, ſperent, & ament ea, quæ ſunt regni cœlorum. Quod ante Chriſti aduentum valde diſtabat, non ſolùm ab animis humanis, ſed etiam ab executione, vnde nec ſancti patres ad illud perueniebant in morte. In prædicatione autem regni cœlorum clauditur prædicatio contemptus regni terrarum, prædicatio vitiorum, & quorumcunque impedientium homines ad regnũ cœlorum. [Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, dæmones eijcite.] Tertium præceptum de beneficijs miraculoſis conferendis eſt. vt qui noua prædicarent, id eſt, propinquitatem regni cœlorum ad homines, & nouis mirabilibus operibus prædicationem confirmarent. [Gratis accepiſtis, gratis date.] Quartum præceptum de gratuita eſt collatione vitiorũmq; ſcilicet miraculorum & verbi diuini. [Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam.] pro, æs, in zonis veſtris, non peram in via, neque duas tunicas, neque calciamẽta neque virgã,] Quintum præceptum de modo eundi. In quo prohibet quinque, primò precium pro viatico: ſiue in auro, ſiue in argento, ſiue in ære. Dico autem pro viatico: quia non dicit abſolute nolite poſſidere aurum, &c ſed dicit in zonis veſtris. quod clarè ſonat aurũ, ſiue argentum, ſiue æream pecuniam, quæ portatur in ſacculo ſeu crumenis. Non enim hoc in loco priuat apoſtolos præcio rerum & alimentis, ſed tantùm ordinat ac diſponit de itinere eorum ad prædicandum: vt clare textus ſonat. Secundò peram panis & quorumcunque pertinentium ad nutrimentum. Tertiò duas tunicas: ſcilicet mutatorias. non prohibet enim veſtiri pluribus indumentis: ſed prohibet deferre veſtimenta mutatoria. Nam ipſum Ieſum conſtat pluribus vſum indumentis: ex eo quòd milites diuiſerunt ſibi veſtimenta eius in quatuor partes. Quarto

calciamen-

calciamenta', intellige mutatoria, ita quòd numerus binarius non solùm determinat tunicas, sed calciamenta. manifeste enim apud Marcum missi sunt cum calciamentis sandaliorum. Quintò virgam ad defensionem: nam virga pro baculo sustentationis. patet Marci sexto, concessa apostolis. ¶ Hæc enim omnia ad literam vt sonant Christum ordinasse apostolis seruanda, testatur ipse Christus Luce vigesimosecundo, dicens, quando misi vos sine sacculo, & pera, nunquid aliquid defuit vobis? ideò siquidem est iudicium de sacculo & pera, quod est de duabus tunicis & reliquis. Et intendit ad literam Iesus per hęc comprehendere omnia. hoc est per specificata, omnia quæ homines pro occurrentibus necessitatibus itinerantium parare consueuerunt excludere. sicut enim peram alimentorum, ita lenticulam vinariam cuius non meminit excluisse intelligitur: quum eadem sit ratio. & sic de similibus. Et sicut indumenta, calceos. baculúmque sustentationis concessit, ita pileum concessisse intelligitur: quia eadem est ratio. admit enim quæcunque sunt profutura fame, siti, defensione ac mutatione, concedit autem in præsentia opportuna. ¶ Nec intendit Iesus præcipere hunc apostolis modum eundi ad prædicandum: sed duo intendit scilicet declarare & experientia comprobare. Declarare quidem Apostolis modum congruum & expeditum, quo possunt licite vti eundo ad prædicandum inter fideles, propterea nanque subdit, dignus est enim operarius cibo suo. hæc enim verba monstrant, quod non præcipiendo, sed manifestando modum licitum, disposuit talem eundi modum. sciebat enim meliorem supererogationis modum esse, vt ex proprio ære viueret prædicator, ne aliquem grauaret: vt Apostolus Paulus fecit: & exposuit verba domini esse non præceptum, sed licentiam. Experientia autem comprobare mittendo tunc de facto apostolos tali modo, vt facto experirentur nihil sibi deesse sic euntibus, vt quàm vtile ad prædicationis officium atque fructum sit seruare hunc modum. [Dignus est enim operarius cibo suo.] Poterant apostoli petere à Christo, vnde victum habebimus, si non portemus nobiscum alimenta neque precium ad emendum illa? Et propterea præueniens dominus hanc quæstionem, manifestat eis, quòd eo ipso quòd pergunt operarij ferunt secum vnde viuant. quia dignus est operarius cibo suo. ¶ Vbi nota non esse sensum intentum per hanc metaphoricā locutionem, scilicet dignus est operarius cibo suo, quòd apostolis tanquàm operarijs debeatur cibus quasi merces operis.

nam

nam hic ſenſus aduerſatur antè dato præcepto, Gratis accepiſtis, gratis date: præter hoc quòd valde infelix eſſet apoſtolorum opus expectans cibum pro mercede Sed ſenſus intentus per hanc metaphoram eſt, quòd per gentes operarij ſertis vobiſcum, vnde vobis debetur cibus, multo magis quàm ſit dignus operarius cibo ſuo: Ita quòd eſt locus à minori. multo enim eminentius vobis debetur cibus quàm operarius ſit, dignus cibo ſuo vt mercede. Et intendit per hoc ad literam docere apoſtolos ſi operarii conducti ab hominibus ſunt ſecuri de cibo & mercede ſua, quia digni ſũt illa, multò magis vos operarij dei ite ſecuri, non ſoliciti de alimentis: ſed omnem veſtri curam iactate in illum cuius eſtis operarij. [In quãcunque autem ciuitatem aut caſtellum intraueritis] Adiungit ordinato modo eundi ad prædicandum duo ſimul, ſcilicet modum victus & hoſpitij. vtrunque enim neceſſarium erat declarare. [Interrogate] Cum poteſtate miracula faciendi non dedit apoſtolis notitiam. eligendi hoſpitij: ſed vult eos recognoſcere ſe eſſe homines, & humana neſcientia interrogare homines de fama eligendi hoſpitis. [Quis in ea dignus ſit.] Non quis in ea diues ſit non quis habens bonum hoſpitium, ſed quis dignus ſit regno cœlorum: tum quia dignus cœlorum regno rationabile eſt quòd recipiat vos hoſpitio: tum ne ex promiſcuo hoſpite prædicationis officium turpe reddatur. tum vt in veſtro hoſpitio incipiat prædicationis fructus. [Et ibi manete.] Vbi clare patet, quòd apoſtolos ſine alimentis ex præcio non ordinauit viuere ex mendicando, aut expectando, oblationes, aut promiſcue apud omnes: ſed apud dignos regno cœlorum, & humana interrogatione diſcernendum eſſe quis habetur dignus.

¶ [At ſi obiecerit, fortè nullus inuenietur dignus: & ſic fame peribũt, & ſic oportebit apoſtolos fame perire. Audi CHRISTVM Quando miſi vos ſine ſacculo & pera, nunquid aliquid defuit vobis? & ceſſabit obiectio, intellecta diuinæ curæ infallibilitate. [Donec exeatis] Ex illa ciuitate, iturí ad prædicandum aliò. Non vult cœleſtis magiſter dignum hoſpitem inuentum mutari propter meliorem aut opulentiorem, ſeu propter anguſtiam hoſpitij, vel tenuitatem victus. [Intrantes autem in domum ſalutate eam.] Non expectetis ſalutari ab hoſpite ſed vos præuenite ſalutationis officio. [Dicentes, Pax huic domui.] Cuncta ſimul bona animi fert ſecũ pax. [Et ſi quidem fuerit dom⁹ illa digna.] Hinc apparet quòd non de vulgari ſalutatione loquitur. non enim intendit quòd tanquam humanos ſe exhibentes ſalutent: ſed quòd ſalutatio ſit inuitatio

tatio ad pacẽ cœleſtẽ: talem eñ pacẽ ſignificat ſubiungẽdo. [veniet.] p veniat. [pax veſtra,] hoc eſt, pax cœleſtis, pax ſpũs, nõ pax mundi. [Super eã.] Oſtẽdit nõ fore vanã huiuſmodi ſalutationẽ, ſed fructuoſam domui illi, ſi digna fuerit in veritate regno celorũ: aut ſaltẽ fructuoſam vobis, dicẽdo. [Si autẽ nõ fuerit digna, pax veſtra. Quo ad fructũ. [Reuertetur ad vos. pro, reuertatur ad vos. Vobis nihilominus erit meritoria ſalutatio exhibita. [Et quicũq; nõ receperit vos neq; audierit ſermones veſtros exeũtes foras.] ſuperfluit foras. de domo vel ciuitate, excutite puluerẽ de pedib⁹ veſtris.] Ad duo. Primũ ad teſtificandũ illis ſigno excuſſionis, quòd ex ſua culpa relinquũtur à vobis: ſic enim Paulus Act. 18. fecit excutiendo veſtimẽta in Iudæos apud Corinthũ. Secũdò, ad teſtificãdũ tali ſigno, quòd nihil relinquitur vobis cõmune cũ eis vt vel ſic exterreãtur audiẽtes ſe excluſos à cõſortio regni cœlorũ. [Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorũ & Gomorrheorũ in die iudicij, quã illi ciuitati.] Ne mirabile tibi videatur tollerabili⁹ fore in die iudicij Sodomæ & Gomorrhæ, quàm ciuitati refutanti apoſtolicã prædicationem, diſtingue duplicem prauitatem peccati. Alteram ex parte conuerſionis: & hinc grauiora non dubites fuiſſe crimina Sodomæ & Gomorrhæ. Alteram ex parte auerſionis⁹ & hinc grauius eſt crimen refutantium, euangelium Chriſti: tanquàm dicentium domino deo. recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus. Rurſus crimina Sodomorum conſidera eſſe contra humanum bonum: crimen autem refutantium Euangelium eſſe contra bonum diuini ordinis, ſcilicet fidei, ſpei, ac charitatis in Chriſtum. [Ecce ego.] Non præter meam intentionem, non contra meam voluntatem, non ſupra meam potentiam patiemini tot mala: ſed ego qui vos elegi, qui dedi vobis poteſtatem etiam reſuſcitandi mortuos. [Mitto vos] Non permitto, ſed ex electione mitto vos mihi charos. [Sicut oues.] Non ſicut leones, ſed inermes omnino tam ad offendendum, quàm ad defẽdendum ſicut oues. [In medio luporum.] Non ad lupos, ſed ad recuperandas oues perditas: non hinc aut inde, ſed exiſtentes in medio luporum, inimicorum veſtrorum. [Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbę] Tres ſunt hominis partes ſcilicet corpus, affectus, & intellectus. Quantũ ad corpus, mittit paſſuros ſicut oues: quantũ ad intellectum, præcipit prudentes eſſe ſicut ſerpentes, quantum ad affectum præcipit ſimplices eſſe ſicut columbas, vt preparent ſe ad tria, ſcilicet patientiã, prudentiam, & ſimplicitatem. Et patien-

tiam qui-

tiam quidem ouilem, hoc eſt omnino inermem: prudentiam verò ſerpentinam, hoc eſt ad ſeruandum caput, ad ſeruandum id quòd præcipuum eſt, fidem, ſpem, charitatémque Chriſti, ſerpentis enim prudẽtia eſt, totum corpus inuoluere ad protegendum caput: ſimplicitatẽ autem columbinam, hoc eſt ſine admixtione felleæ amaritudinis definiuit. Ita quòd mittit Apoſtolos patientes, ad iniurias omnes ſuſtinendas, prudentes, non ſtolidos, non inſenſatos: ſpiritus enim ſanctus, eſt ſpiritus ſapientiæ, ſcientiæ, itellectus & cõſilij & ſimplices, abſque omni duplicitate, verſutia, ſimulatione & amaritudine, & rectam proſequentes intentionem. [Cauete autem ab hominibus.] Quorſum dixerit, eſtote prudentes, declarat ſubiungendo actum cautelæ non à lupis, ſed ab hominibus. In medio luporum vos expono dilaniandos, ab hominibus autem caute, vtamini prudentia ad cauendum ab humanis perſuaſionibus: homines enim appellat eos qui humanitatis officijs prætextu cõſanguinitatis, amicitiæ, patriæ, & aliorum humanorum vinculorum conſulunt vt non patiamur, vt non perdamus hanc vitã propter fidem Chriſti. [Tradent enim vos in concilijs.] Ratio cauendi ſubiungitur. & non ſubiunguntur ea à quibus debent cauere: non enim cauere debent à flagellis, ſynagogis, regibus &c. ſed ratio cauendi à perſuaſionibus humanis eſt præuiſio malorũ ſubſequentium eorum conſtantiam, cauendo ab humanis perſuaſionibus. Ac ſi apertius diceret: cauete ab humanis ſuaſionibus, præſciendo quod vos cautos tradẽtiu cõcilijs &c. Et deſcribitur progreſſus Iudæorum futurus perſequendo apoſtolos gradibus multis: Primò enim ſingulares perſonæ tradent vos in cõcilijs publicis examinandos & iudicandos: vt patet in Stephano. [Et in ſynagogis ſuis flagellabunt vos] tanquam malefactores. vt patet in apoſtolis flagellatis, & Paulo quinquies flagellato à Iudæis. [Et ad præſides] vt patet de Paulo. Et dicit hęc, quia Iudæi non habebant illo tẽpore poteſtatem exercendi iuriſdictionem ad mortem, prout ipſi teſtantur Ioan. xviij. Nobis nõ licet interficere quenquam. & propterea non cõtenti flagellis volentes vos occidere, ducent, vos ad præſides, & reges, habentes poteſtatem occidendi [Et ad reges.] vt patet de Iacobo, quẽ occidit Herodes rex. [Ducemini propter me.] quia in me creditis, quia me prædicatis. Magna accumulatio malorum in hac legatione, quando propter mittentem mala omnia imminere denunciat. [In teſtimonium illis & gentibus] Omni ex parte vtilia fore mala prænunciat: nam non ſolùm ipſis apoſtolis & acquirẽdis ouibus vtilẽ fore apoſtolorum paſſionem,

ſed etiam

ſed etiam conferre ſignificat: ad teſtificandum inimicis tam Iudæis quàm gentilibus, quòd ipſi negligunt ſalutem propriam, quòd ipſi excuſationem non habebunt ignorantiæ aduentus mei exami nantes enim & audientes vos, debent cogitare & prouidere ſibi-ipſis de propria ſalute. [Quũ autem tradent vos, nolite cogitare.] pro, ne ſoliciti ſitis, [quomodo aut quid loquamini. dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enĩ vos eſtis qui loquimi ni: ſed ſpiritus patris veſtri qui loquĩtur in vobis.] Mirabilis eſt diui na diſpẽſatio. quędã donat, ſcilicet poteſtatem miracula faciendi: in quibuſdã vult eos interrogare, in quibuſdã vti prudentia. quædam promittit tũc, quũ tempus fuerit affutura, dabitur vobis in il la hora quid loquamini. Et ne hoc reputent impoſsibile, ſubiũgit quòd vos non loquimini, ſed ſpiritus ſanctus in vobis. [Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & inſurgent filij in parentes.] Dixerat, cauete ab hominibus, quia vos cauros tradent: declarat modò homines illos eſſe fratres, patres filióſque, vt nullum genus hominum exemptum intelligamus. [Et morte eos afficient.] nõ ſolùm tradent, ſed interficient. [Et eritis odio.] Deeſt. habiti ab, [omnibus hominibus propter nomen meũ.] Tolerabile erat tradi, flagellari, occidi etiã à cõſanguineis, ſi ſaltem amor hominum erga eos affuiſſet: ſed non ſolùm defuturus amor, ſed etiam affuturum odium omnium hominũ erga eos deſcribitur. Et vere ab omnib⁹ hominibus, hoc eſt ſapientibus: quę homi nis nõ quę dei ſunt, odio habent Chriſti imitatores. [Qui autem perſeuerauerit.] pro ſuſtinuerit, [vſque in finem, hic ſaluus erit.] Ad ſalutem non ſufficit prædicare, flagellari, & odio haberi ab omnibus, niſi adſit perſeuerantia vſque in finem. [Quũ autem perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in aliã.] Licentia eſt non præceptum. Et appoſuit hoc ne illicitum exiſtimaretur fugere. [Amen dico vobis, non conſummabitis ciuitates Iſrael, donec veniat filius hominis.] Sicut illud in viam gentiũ ne abieritis, arctatur ad tempus illius legationis, ita hoc. Intendit enim quòd antequã diſcurrent prędicãdo ſeu fugiendo omnes ciuitates populi Iſrael, veniet ipſe Ieſus immortalis, reſurgẽdo à mortuis daturus nouã legationem. Et dixit hæc præoccupando reſponſionem a poſtolorum: ſi expulſi fuerimus ab omnibus ciuitatibus Iſrael, ita quod nulla ſuperſit, ad quã fugiemus? [Non eſt diſcipulus ſupra magiſtrũ. nec ſeru⁹ ſupra dominũ ſuũ. Sufficit diſcipulo, vt ſit ſicut magiſter ei⁹: & ſeruo ſicut domin⁹ eius.] Datis præceptis, & prędictis malis innexis legationi, adiungit exhortationem confortando eos ad excludendum

eludendum ab eis timorem ſpecialiter duorum malorum: ſcilicet tollentium honorem,& tollentium vitam.maximè enim amamus hæc duo honorem ſcilicet & vitã.Excutit ergo timorem ab exemplo ſui,triplici comparatione adiecta inter ſe & apoſtolos: prima eſt,quia ipſe magiſter,illi diſcipuli:ſecũda eſt,quia ipſe dominus, illi ſerui: tertia eſt quia ipſe paterfamiliâs, illi domeſtici. Quas tamen modeſtè profert, non dicendo ſe dominũ & illos ſeruos &c. ſed in tertia perſona,nõ eſt diſcipulus &c. Vt quũ viderint ipſum dominũ,& magiſtrũ flagellatum,crucifixũ & occiſum,non timeant diſcipuli & ſerui. [Si patremfamiliâs Beelzebub vocauerunt, quãto magis domeſticos eius?Ne ergo timueritis eos.] Tacitis ijs quę tũc futura erant circa proprij corporis paſsionem,cõmemorat ea quę paſſus eſt circa honorẽ. ſi me patremfamiliâs dehonestauerũt,imponendo q̃ ſim vir diabolic⁹,quòd ſim Magus,vtens Beelzebub principe dæmoniorum,quãto magis infamabunt vos? Et verè prædicit dominus quod rei probauit euentus. nam diabolici ſeu magicæ artis viri habiti ſunt ab infidelibus Chriſti ſequaces:vt teſtantur geſta martyrum [Nihil enim opertum quod non reueletur.]pro,reuelabitur:[& occultũ,quod nõ ſciatur.]pro,ſcietur.Nõ ſufficit Chriſto confortare eos ad tolerãdas infamias ab exemplo ſui: ſed rurſus confortat eos à finali euentu: quia tandem clara apparebit veritas veſtræ innocentiæ & virtutis, ac calumniæ & iniquitatis perſecutorum veſtrorum. In die ſiquidem iudicij omne in hoc mundo coopertum detegetur,& omne in hoc mundo occultum ſcietur: ac per hoc rèdibit honor ac gloria veſtra cum confuſione perſecutorum veſtrorum.[Quod vobis dico in tenebris,dicite in lumine:& quod in ore auditis, prædicate ſuper tecta.] Cõfortat tertiò ad tolerãdas infamias á publica doctrina.Occaſionem haberent fortè infamandi vos, ſi occulta ſi ſecreta docerem vos quæ vellem alios latêre: modô autem non eſt ſic. nam præceptum meum eſt quod dico vobis in tenebris,in myſterijs,in parabolis,dicatis in lumine,in manifeſto:& ſimiliter quod auditis ad partem,prędicetis publicè non ſolùm ſuper cathedras, ſed ſuper tecta,vnde ab omnibus audiri poſsitis.[Si quæris quomodò ſtat ſententia horum verborum cum illa. Ego palàm locutus ſum mundo, & in occulto locutus ſum nihil.ſcito nullam eſſe inter ſententias has contrarietatem: eo quòd nihil dixit Chriſtus ſeorſum,ſecreto,in aure,in tenebris,quod voluerit ſeruari occultum ſed omnia voluit publicari poſt reſurrectionem ſuam. Docuit itaque quædam ſeorſum, ſed nihil quod voluerit ſeruari occultum

cultum, quod voluerit nō esse publicū. Unde hęc est gloria Christianæ fidei, ob hoc ridemus de infidelibus imponentibus Christi imitatoribus: vt pote scientes nihil apud nos esse occultum, sed omnia Christianæ fidei mysteria tam pura, tam nitida, tamquā aliena ab omni contagione esse, vt non vereamur publicè cuncta prędicare. [Et nolite timere eos qui occidūt corpus.] Post excl sum timorem infamię, excludit timorē occisionis. Primò, quia duplici existente vita hominis (scilicet corporis & animæ) differentia inter hominem & deum, hæc est, quòd homines possunt tollere tantùm vitam corporis, quæ longè minor est quàm vita animæ: deus autem potest & animā & corpus perdere in gehennam æternæ damnationis: & propterea non homo, sed deus timendus est. [Animā autē non possunt occidere.] Verum est hoc tum quo ad vitam naturæ: quia anima est immortalis, & solus deus potest occidere illam annihilando. tum quo ad vitā virtutis. nullus enim homo potest tollere ab anima virtutem moralem seu gratiæ. tum quo ad vitam beatitudinis: quia solius dei est beare ac damnare animam. [Sed potius timete eum.] Timor solius mali est, nemo enim timet bonū. verūtamen potestas inferendi malum quantumcunque in se sit bona, timenda est ratione mali cuius est illatiua. Et hoc modo deus in se optimus, timēdus dicitur. [Qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Non dicit occidere (vt dicendum consequēter fuerat) sed illud quod peius est occisione: scilicet perdere corpus & animam in gehennam æternæ damnationis. [Nonne duo passeres.] pro, passerculi, asse vęneunt: & vnus ex illis nō cadet super terrā sine patre vestro. Cōfortat secundò ad tollerādam mortē ex cura diuina circa redintegrationē omnium etiam singulorum capillorū: vt sciant se nō solùm redintegrādos quo ad vitam corporis & animæ ex præcedenti ratione, sed etiam quo ad minima quęque sui quæ perdere possunt. Suadet autē hoc ex diuina prouidentia circa passeres, asserēdo quòd tanta est diuina prouidentia, quòd quātūcūq; viles sint passeres (ita quòd duo vęneunt asse vno) nihil dominus nullus eorū moritur sine nutu dei patris vestri: quāto ergo magis vestri curā habet deus? Si cōtra hanc diuinā curam passerum obijcitur illud apostoli 1. ad Corinth. 9. Nūquid deo cura est bobus? Distingue aliud esse curare de irrationalibus legem scriptā dando, & aliud esse curare de ijsdem prouidentia. Asseritur enim hîc prouidentiæ diuinæ curam comprehendere etiam passeres. negatur autem ab apostolo deum habere irrationalium curā sic, vt sollicitus sit superaddere legem circa salutem

lutem eorum . hic enim modus diuinæ curæ reſeruatur rationali creaturæ, quam quia deus ordinauit ad æternam fœliciratem,erudit atque mouet ſuperaddita lege ſpectantium ad fidem, ſpem & charitatem. [Veſtri autẽ & capilli capitis omnes numerati ſunt.] Non eſt hyperbolyca locutio(quoniã in veritate capillorũ numerus notus eſt deo)ſed etiã ſignificatiua diuinæ curæ circa quęcunque quantũuis minima etiam ſigillatim electorum ſuorum. [Nolite ergo timere:multis paſſeribus.]pro,paſſerculis, [meliores eſtis.]pro,pręſtatis [vos.]hoc eſt multitudine vniuerſa paſſerum. [Omnis ergo qui confitebitur me corã hominib⁹, cõfitebor & ego eũ corã patre meo qui in cœlis eſt: qui aũt negauerit me corã hominib⁹,negabo & ego eũ corã patre meo qui in cœlis eſt.]Exhortationi excluſiuę timoris tã infamię quàm mortis,adiũgit neceſſitatẽ fidei,amoris & cõfeſsionis ſuę.Ac ſi apertius dicat. non puretis me hortari vos ad id quod eſt ſupererogationis, ſed ad id quod eſt neceſsitatis.Vnde hanc neceſsitatẽ manifeſtat á pœna & prẽmio ſecũdum tria:ſcilicet confuſionis & glorię,habendi & nõ habendi Chriſtum, perdendi & inueniendi animam propriam.

¶De neceſsitate itaque confitendi Chriſtum ex futura pœna confuſionis & præmio gloriæ, ait, quòd confitentem me confitebor eum coram patre meo, & negantem negabo Non ſufficit Chriſto interna fides aut internus amor , niſi quum opus fuerit , adſit exterior confeſsio fidei & factorum.[Nolite arbitrari.] Neceſsitatem confitendi & amandi Chriſtum manifeſtat ex culpa. Peccatum enim ſignificat dicendo.Qui amat patrem aut matrem plus me,non eſt me dignus.nullus enim indignus redditur Chriſto, niſi ob culpam propriam. ¶Vbi & duo alia nota. Alterum eſt, quòd Ieſus iuſtificat pœnam antedictam futurę confuſionis,aperiens illius cauſam eſſe proprium crimen negantium ipſum.ne putaremus mundos illos eſſe á peccato,qui negant ipſum Alterum eſt,quòd ſimul & ſemel declarat, & rõnẽ criminis eſſ⁻, quia poſtponitur amor ipſius Chriſti amori aliorũ,& vſque adeo exigitur ad ſalutem amorem & confeſsionem Chriſti , vt nec amor patris ſecũdum carnem aut matris,fratris aut vxoris &c.excuſet.[Quia venerim.] Manifeſtat ex proprij aduentus officio culpam minus amantium ipſum.Acſi apertè diceret: non ſunt hæc mandata hominum,non ſunt poſitiui iuris , ſed ſunt fructus aduentus mei in mundum . ad hæc efficienda veni ego dei filius in mundum.[Pacem]omnem.[mittere in terrã.nõ veni pacem mittere.] Dixerat ſuperius vt deferrent pacem : ne intelligerent pacem omnem: declarat

clarat modò, quòd nõ venit mittere in terrã pacem omnem, [Sed gladium.] Metaphorica eſt locutio, deſcribens bellum à ſupremo actu eiꝰ quo, ſ. venitur ad vſum gladij. [Veni enim ſeparare] pro, diſſidere facere, [hominem aduerſus patrem ſuũ, & filiã aduerſus matrem ſuã, & nurum aduerſus ſocrum ſuã.] Ecce gladius, ecce contrariũ pacis. [Et inimici hominis domeſtici eius.] Confirmat hoc bellũ ex authoritate veteris teſtamenti Mich. 7. vbi ſcribuntur hęc verba. [Qui amat patrẽ aut matrẽ plꝰ quã] pro, ſupra, [me,] Declarat quam pacem non venit mittere in terram. ſ. contrariam ordini charitatis. ſimul declarans ad quam ſeparationem faciendam venit. ſ. neceſſariam ad ordinem charitatis ſeruandum. Non ſufficit Ieſu Chriſto amari ſed exigit vt ametur plus quàm proprius pater, mater, aut filius &c Non eſt me dignus: [& qui amat aut filiũ, aut filiã ſuper me] pro, ſupra me, [nõ eſt me dignus] Pœna dãni ſignificat, qua homo priuatur ipſo deo. Et apte indignꝰ deo diffinitur, qui pluris fecit patrem, matrẽ, aut filium &c. quàm deũ. [Et qui nõ accipit crucem ſuam.] Nõ patri aut filio tantũ, ſed etiã ſibimet præponendus eſt Chriſtus. Nec dicit qui non ſe crucifigit, ſed qui non accipit, qui refutat impoſitam ſibi crucem, hoc eſt illatam mortem etiã diram, turpem & vilem. hæc enim in cruce clauduntur. [Et ſequitur me] Apponit hoc tũ cõfortando ab exẽplo ſui crucifigendi, tum monſtrãdo rationem ſubeundæ crucis ſ. propter Chriſtum. [Non eſt me dignus.] Identitas demeriti in nõ accipiente crucem & in plus amãte patrem, monſtrat quòd de illo non accipiente crucem loquitur, qui ideo refutat crucem, quia plꝰ amat ſeipſum, quàm Chriſtũ. & non de illo cui licitũ eſt fugere in aliam ciuitatẽ. Verba enim hęc licet ſint negatiua, ſecundũ tamen ſenſum ſunt affirmatiua vinculi ad ſufferendam crucem propter Chriſtũ, qđ cõſtat intelligi quando & vbi oportet. [Qui inuenit:] pro, inuenerit, [animã ſuam.] Si diceret qui amat aut ſeruat, clara eſſent verba: ſed dicendo inuenit, & ſubiũgendo inueniet, expoſitionem expoſcit. Differentia itaque inter præſentem vitam & æternam eſt: quòd æterna nõ inuenitur hîc, ſed ſperatur: præſens autem vita hîc habetur. Rurſus propoſitis humano ſtudio, hinc Chriſto & inde vita propria, ſi homo ſtuduerit poſthabito Chriſto ad ſeruandam vitã propriã, iam inuenit animam ſuam hoc eſt vitam ſuã: quia aſſecutus eſt quod intendebat. Ita quòd ſenſus eſt, qui inuenit qui iã inuentam habet me poſthabito, animam ſuam, vitã ſuã [Perdet eã.] vitã ſuam in futuro ſeculo. [Et qui perdiderit animã ſuã.] Et per oppoſitum qui nõ inuenit, ſed ſperãs perdide-

rit vitam ſuam: [Proper me.] Explicare propter me, inſinuat contrarium eius (ſcilicet poſthabito me) ſubintelligendum eſſe quum dictum eſt qui inuenit animam ſuam: vt contrariorum eadem ſit diſciplina [Inueniet eam.] in futuro ſeculo. Vbi nota etiam ad literam verificari hæc dicta de anima, quantum ad officium animandi corpus: quia habens vitam corporalem pro inuenta, perdit corporalem vitam in æternum: poſt reſurrectionem enim vita erit eis peius quàm mors. nã quærent mortem, & mors fugiet ab eis. Et ſimiliter voluntariè ponentes vitam ſuam corporalem propter Chriſtum, inuenient poſt reſurrectionem eandem corporalem vitam æternam: Et dixit tertio loco hęc, vt neceſſitatem ſeruandi & confitendi fidem Chriſti monſtraret ex periculo damni, vel lucri propriæ vitæ: vt ſi nõ moueremur ex timore pœnæ damni, ſaltem moueremur ex timore pœnæ ſenſus, & rurſus, vt non ſolum traheremur amore eſſendi cum Chriſto, ſed etiam amore corporalis vitæ proprię perpetuæ. [Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eũ qui me miſit. Qui recipit prophetã in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: & qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet. Et quicũque potũ dederit vni ex minimis.] pro, puſillis, [iſtis calicem aquæ frigidæ tantum, in nomine diſcipuli: amen dico vobis, non perdet mercedem ſuã.] Expeditis præceptis & periculis legationis: quia inter alia ordinauerat vt viuerent apud hoſpites ſuos, & prædixerat ſimul pœnam negantiũ hoſpitiũ, conſequens fuit vt pręmiũ hoſpitũ declararet. Manifeſtat itaque præmium hoſpitum: cum à dignitate perſonæ receptæ: quia recipiendo vos recipient me: ac per hoc eum qui me miſit, ſcilicet deũ. recipientes ergo vos recipient deũ: quod eſt maximum donũ. Tum à mercede: quia recipiẽs prophetã non alia ratione, niſi quia propheta eſt, efficitur particeps meriti prophetæ: vtpote fouens prophetã in officio ſuo, & propterea mercedẽ quoque propheræ debitam accipiet. Non dicit tantã mercedem: quia maius eſt meritum maiórque merces prophetæ quàm recipientis ipſum. ſed ſicut particeps ſit meriti fouendo propheram, ita particeps eſt mercedis. ſimilem ergo mercedem mercedi prophetæ accipiet, quanuis non tantã Et eadem ratione recipiens diſcipulũ, nõ quia amicus aut gratus &c. ſed habita tantum ratione, quia eſt diſcipulus meus, mercedem ſimilem mercedi diſcipuli accipiet. ¶ [Et breuiter ſcitote, quòd nullus beneficium quantuncunque paruum alicui ex puſillis iſtis præſtabit ſine præmio. nam qui potum non vini, ſed aquæ frigidæ (vt nullum laborem aut ſumptum fecerit

caleſa-

calefaciendo) dederit, non perdet mercedem suam.

CAPVT XI.

ET factū est quū cōsummasset Iesus pręcipiēs duo decim discipulis suis trāsit inde.] aliò tendēs ipse, E & aliò mittens discipulos. [Vt doceret & prędicaret.] Non ideo misit discipulos ad prędicandū, vt ipse desereret prædicationis officium. sed ita misit illos, vt etiā per seipsum prędicaret. [In ciuitatibus eorum] Seruat quod seruādum pręcepit [Ioānes autem.] Inchoauit Matthę prædicationem Iesu à carcere Ioannis capite quarto commemorato: nunc narrat subsecutos fructus adhuc viuente Ioanne in carcere. [Quum audisset.] à discipulis suis: vt alius testatur euangelista. [In vinculis.] pro, in carcere, [opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi, tu es qui venturus es.] pro, ille vēturus, seu, veniēs. [an aliū expectamus?] Dictio Greca interpreta, vēturus es, anceps est ad vtrunque tēp', sed parui refert: quia vtroque sensu significatur Messias. Et si quidem legitur in pręsenti, ordo literę est, tu es veniens ille tā expectatus à Iudęis, tam acclamatus à prophetis? Si autem legitur in futuro, ordo est, tu es ille venturus secundum dicta prophetarum & expectationem Iudæorum ad salutem mundi, ad regnandum in æternum tam expectatus, tam acclamatus? Et hæc lectura est amplectenda: quia prima habet nescio quid duriusculæ constructionis. ¶ Proponit autem Ioannes hāc interrogationem, non dubitans Iesum fore redempturum mundum & regem Israel, sed vt consulat discipulis: vt vel sic instruantur & credant Iesum esse verum Messiam. Constat enim discipulos Ioannis minus bene sensisse de Iesu, tum ex eo, quòd antequām Ioannes mitteretur in carcerem, liuore tacti dixerunt Ioanni de Christo, Rabbi qui erat tecum trans Iordanem &c. Ioannis tertio: tum quia (vt superius nono capite patuit) reprehēderunt Iesum, quare nos & Pharisæi ieiunamus &c. [Et respondens Iesus ait illis euntes renunciate Ioanni quæ audistis & vidistis.] pro, audistis & videtis. Respondet Iesus non testimonio verborum: sed factorum: vt referendo Ioanni miracula conuincantur à Ioanne ex ipsis miraculis, & non dubitent ipsum esse verum Messiam. Auditus refertur ad miracula prius facta, visus autem ad miracula, quæ tunc fecit, alio euangelista testante. [Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur surdi audiunt, mortui resurgunt.] Ante siquidem hoc tempus resuscitauerat

filium viduæ,& filiam archisynagogi [Pauperes euangelizãtur.] Inter miracula testificantia Messiam, connumeratur,quòd pauperes euangelizãtur. hoc est,accipiũt bonum nuncium Græci dicũt euangelizo te : hoc est affero bonum nuncium tibi: & similiter tu euangelizaris,tibi affertur bonum nũcium,tibi bonum annuncia tur,tu accipis bonum nuncium. Et significatur per hoc differentia inter mundanũ & cœleste regnum , inter mundana & cœlestia bona inter communia bona nũcia mundana & cœlestia quantum ad ordinem,quia mundana bona cõmunia,annunciantur magna tibus & diuitibus mũdi,& per illos deriuantur ad reliquos ac pauperes:cœlestia autem bona communia toti generi humano,annũciantur pauperibus, piscatoribus, & alijs huiusmodi sequacibus Iesu,& per illos deriuantur ad alios etiam mundi principes:vt experientia testata est. ¶Inter alia ergo Iesu Christi admiranda opera connumeratur contrarius ordo ad ordinem mundanum circa annũciationẽ regni cœlorũ Et cũ hoc significat etiam,quòd soli pauperes spiritu,hoc est non affecti diuitijs, sunt illi qui vere accipiunt bonũ illis nũciũ ex aduentu meo. [Et beatus est qui nõ fuerit scandalizatus in me.]Subiunxit hoc, vt prẹberet occasionẽ Ioanni erudiendi & prẹmuniendi discipulos suos, ne scãdalizentur in Christi abiectione & passione. sciebat enim passionem mortẽmque suam fore offendiculũ etiam credentibus, quòd ipse esset redempturus Israel Vnde etiam Christi discipuli euntes in Emaus scandalizati morte Christi, dixerunt , nos sperabamus,quòd ipse esset redempturus Israel.[Illis autem abeũtibus.]Ne coram discipulis Ioannis laudans Ioannem, videretur humano respectu laudare.[Cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioãne.] Hactenus quia nõ oportuit,tacuit laudes Ioannis : modò autem quia periclitabatur in opinione turbarum tum constantia tum testimonium redditum à Ioanne de Iesu,inchoat laudes Ioannis. Nesciebant enim turbæ quarratione Ioannes misisset discipulos ad interrogandum, tu es Messias,an alium expectamus ? & propterea dubitare poterant de Ioãnis constantia & testimonio, huiusmodi ambiguitatem tollit Iesus,laudans Ioannem multipliciter [Quid existis in desertũ videre?] Inchoat laudes Ioannis apud turbas ex ipsarum turbarũ concursu tali ac tanto, vt relictis ciuitatibus iuerint vsque in desertum ad Ioannem. Acsi aperte dicat : talis ac tantus vester concursus ad Ioãnẽ, testatur de ipso.[Arundinẽ vento agitatã?] Prima Ioannis commendatio,animi est constantia. [Sed quid existisvidere,hominẽ mollib⁹.]deest,vestib⁹,[vestitũ?Ecce qui molli

bus

bus veſtiuntur.]pro.qui mollia geſtant,[in domib⁹ Regũ ſunt,] Secunda commendatio eſt corporalis vitę auſteritas,à veſtibus ſignificata:[Sed quid exiſtis videre,prophetã?Et iam dico vobis, & plus quã prophetã.] pro,excellentiorem propheta [Hic eſt enim de quoſcriptum eſt,Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuã, qui præparabit viã tuam ante te.]Tertia cõmendatio donum eſt gratiæ plus quàm propheticę.Quod declaratur ex authoritate Malachiæ prophetæ capite 3.Et conſiſtit declaratio in hoc,quòd ideo Ioannes eſt excellentior propheta,quia prophetę prędixerunt Meſiam futurum:Ioannes autem fuit præparator viæ Meſiæ præſenti:Hoc enim ſignificatur dicendo,qui præparabit viam tuam,non à remotis,ſed ante faciem tuam.Dicuntur enim hęc verba in perſona dei ad Meſiam . [Amen dico vobis,non ſurrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptiſta.] Quarta Ioannis commendatio relatiua eſt,non ad omnes homines ſed ad omnes prophetas.nam alio euangeliſta teſtante conſtat Chriſtum dixiſſe, non ſurrexit maior propheta quam particulam Matthæus tacuit. Immo literalis ſenſus eſt,quòd inter prophetas nullus fuit maior Ioanne. ¶Et bene nota,quòd non affirmatur Ioannes maior omnibus prophetis:ſed negatur propheta maior ipſo, cum quo ſtat quòd habuerit æquales. Vnde ex hoc quòd Ioannes fuit prę curſor Chriſti(monſtrando,baptizando,præparando &c.)habuit non ſolùm gratiam plus quàm propheticam:ſed quòd nullus prophetarũ(Moyſes ſcilicet,Dauid Hieremias,Eſaias &c.) fuit maior ipſo.[Qui autem minor eſt in regno cœlorũ,maior eſt illo.] Ioannes relatus ad patres veteris teſtamenti,non habet maiorem: relatus autem ad regnum cœlorum (hoc eſt ad nouũ tempus teſtamenti,hoc eſt,ad tempus præſens, inchoans regnum cœlorum) habet maiorem ſcilicet Meſiam . Et parcens Ieſus laudi proprię, nõ dicit,ego autem maior ſum illo ſed deſcribit ſeipſum Meſiam à minoritate in regno cœlorum. Nec dicit,qui minor eſt eo : ſed ſimpliciter.qui minor eſt in regno cœlorum. Et quum extra propoſitum ſit loqui de regno cœlorum , hoc eſt cœleſti beatitudine in qua tunc ſoli angelici ſpiritus erant, conſequens eſt, quòd de regno cœlorum in terra inchoato tunc,eſt ſermo. Nec in dubium vertitur,quis ſit iſte minor in regno cœlorum: quia conſtat quòd eſt ipſe Meſias .Qui quamuis natura,gratia & dignitate ſit maximus , eſt tamen officijs minor: iuxta illud , qui maior eſt, qui recumbit,an qui miniſtrat? nonne qui recumbit? ego autem in medio veſtri ſum ſicut qui miniſtrat. Et rurſus,filius hominis non

venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & animam ſuam dare redemptionem pro multis. Eſt itaque literalis ſenſus quòd ille qui in regno cœlorum iam inchoato à diebus Ioannis Baptiſtæ eſt minor officijs, exercet officia minoris, exercet officia humilitatis, eſt maior Ioanne carente maiore inter priores. ¶ Poteſt quoque non abſurde aliter litera exponi. Primus enim prędicator regni cœlorum fuit Ioannes Baptiſta, ſicut etiam fuit pater primus baptiſmi: Ieſus autem fuit ſecundus in vtroque. & propterea dicitur minor in regno cœlorum: ſecundus enim minoritatem à primo ſonat. Ac ſi aperte dicat. quanuis Ioãnes nullum priorum habeat maiorem ſe, qui tamen poſterior eſt illo in inchoatione regni cœlorum, eſt maior ipſo. [A diebus autem Ioannis Baptiſtæ vſque nunc regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.] Quinta commẽdatio eſt nouæ prædicationis nouus fructus. Temporibus priſcorum prophetarum promittebatur regnum terrenum in terra promiſſionis, & regna terrarum Amorræorum & Cananæorum & cępaſſa ſunt vim, & violentia acceperunt filij Iſrael illa: à diebus autem Ioannis Baptiſtæ incœpit prædicari & promitti regnum cœlorum, cœperúntque homines ex directa intentione tendere ad regnum cœlorum fide & pœnitentia & operibus bonis. Ita quòd commendatur Ioannes ex hoc, quòd fuit primus prædicator inducens homines ad tendendum directe in regnum cœlorum. Prędecedentibus nanque temporibus erant multi iuſti ſancti homines: ſed non operabantur ex explicita intentione ad regnum cœlorum (quod adhuc eis non fuerat reuelatum niſi à remotis) ſed operabantur ex intentione obediendi deo in ſpe mercedis mediante Meſſia venturo. manifeſtante autem Ioanne regnum cœlorum, cœperunt populi explicite tendere ad regnum cœlorum, quod audierant iam appropinquaſſe. Hoc autem explicite tendere ad regnum cœlorum, appellat IESVS metaphorico ſermone violentiam vtrinque: hoc eſt tam ex parte regni (dicendo quòd regnum cœlorum patitur vim) quàm ex parte tendentium, dicẽdo, & violenti rapiunt illud. ¶ Et ſignificatur per pati vim conditionem regni cœleſtis, carere habilitate ad hoc, quòd ſit hominum. nam illud dicitur propriè vim pati, quod illud patitur ad quod nullam habet habilitatem. Et verè regnum cœlorum vim patitur: quia tanta eſt excellentia, vt nullam habet habilitatem ad hoc, quòd acquiri poſſit ab hominibus: ſicut corpus cœleſte non eſt habile, quòd poſſit acquiri ab homine. vnde quia de facto acquiritur regnum cœlorum ab homine, ideo dicitur quòd vim patitur.

¶ Et ne

¶Et ne queras à quibus patitur vim, ſubiungitur: & violenti, pro euidubio fide & operibus, rapiunt illud, non ex merito naturæ aut actionum, ſed ex vi ſpiritus habentis poteſtatem ſuper regnū cœlorum potius rapiunt quàm iure acquirent. [vſque nunc.] Appoſuit hoc ad ſignificandum perſeuerantiam violentiæ in regnum cœlorum prædicante ipſo CHRISTO. Intendit enim, quòd violentia quæ inchoauit à diebus Ioannis Baptiſtæ non inchoauit vt terminetur me præſente, & illuminãte mundum. ſed vt perſeueret. hoc enim denotat illud vſque nunc, vſque in tempus meum quod eſt vltimum. [Omnes enim prophetæ & lex, vſque ad Ioannem prophetauerunt.] Sexta commendatio eſt, quòd Ioannes eſt terminus prophetiæ legis & prophetarum: hoc eſt, officium Ioannis eſt demonſtratiuum eius quod prophetarunt lex & prophetæ omnes quia demonſtrat Meſiam. ¶Aduerte hîc, quòd lex & prophetæ quantum ad actum prophetandi terminãtur ad Meſiam. non quòd taceant futura poſt aduentum Meſiæ: ſed quia quęcunque dicunt futura poſt Meſiam, dicunt vt accidẽtia connexa, conſequentia, & pendentia, & cætera ad Meſiam. Et quum ita ſit, quòd intentus terminus legis & prophetarum ſit Meſias, placuit domino Ieſu deſcribere terminum legis & prophetarum Ioannem, hoc eſt Ioannis officium: ad ſignificandum officium Ioannis eſſe monſtrare Meſiam præſentem Ita quòd Ioannis officium terminare legem & prophetas eſt Ioannem monſtrare Meſiam præſentem. redundat ſiquidem Ioannis laus in approbationem teſtimonij quod perhibuit de Meſia. [Omnes.] priores, fuerunt enim poſtea alij prophetantes. [Et ſi vultis recipere.] Septima commendatio, quòd Ioannes eſt Helias. Circa quam tria dicit. Primo ponit in adiutorium libertate acceptationẽ huius cõmendationis. dicendo & ſi vultis recipere. Et hoc ideo, quia non ſecundum literalem ſenſum Ioannes eſt Helias. Docuit ſiquidem nos optimus magiſter Ieſus, vt nõ cogamus auditores ad ſenſus myſticos ſacræ ſcripturæ: ſed ad ædificationem eorum qui libenter audiunt & proficiunt ex ſenſibus myſticis. [Ipſe Ioannes eſt Helias qui venturus eſt.] Malachiæ vltim. promittit deus: ecce ego mittam vobis Heliam prophetam antequam veniat dies magnus domini & horribilis. Expectabatur propterea à Iudæis Helias præcedens Meſiam neſcientes enim diſtinguere inter primum & ſecundum Meſiæ aduentum, putabant Heliam præceſſurum primum aduentum Meſiæ: quod tamen deus non promiſit niſi reſpectu ſecundi aduentus: vt patet in litera Malachiæ: loquente

de die domini horribili, qui est dies vniuersalis iudicij. Hanc Iudæorum ignorantiam præoccupans Iesus, ne ex hac occasione impedirentur credere ipsum esse verum Messiam, dixit Ioannem esse Heliam, non identitate animæ aut hypostasis, sed proportionali identitate officij. Ioannes enim circa primum domini aduentum illudmet officium exercuit quod Helias exercitaturus est circa secundum domini aduentum. [Qui habet aures audiendi audiat.] Mysterium Helię & Ioannis excedebat capacitatem turbarum tũc temporis. & propterea Iesus summarie illud pertransit: adhibita tamen monitione secreti mysterij. Secretum nanque mysterium latere in identitate & diuersitate Ioannis & Heliæ, significat monendo qui habet aures audiendi audiat. Et verè latet ibi mysterium duorum Christi aduentum, quod tam occultum fuit, vt etiam dæmones lateret. qui si cognouissent, dominum gloriæ nunquam cruci fixissent, quod vsque hodie latet Iudæos. [Cui autem similem æstimabo generationẽ istam. Similis est pueris] pro, puerulis, [sedẽtibus in foro: qui clamantes coæqualibus dicunt, Cecinimus vobis, & nõ saltastis: lamẽtauimus.] Deest vobis, [& non plãxistis. venit enim Ioãnes, neque manducans, neque bibens, & dicunt: dæmonium habet. venit filius hominis mãducans & bibens: & dicunt, Ecce homo vorax.] pro, edax, & potator vini, Publicanorũ & peccatorum amicus.] Ex tot laudibus Ioannis occasione oblata reprehẽdendi generationem hominum illam, increpat eam assumendo parabolam ex ioco puerorum, Similitudo est satis clara in litera.

¶ Aduerte tamen applicando illam duo, Primum est, quòd generatio illa assimilatur non patri puerulorum iocantium, sed toti iocantium cœtui, Ita quòd sicut inter iocantes pueros aliqui sunt prouocantes alios faciendo diuersis vijs quod in se est, & aliqui neutra via prouocati: ita in generatione illa Iudæorum (quæ scilicet tunc temporis viuebat) erant aliqui diuersis vijs prouocantes ad regnum cœlorum, vt Ioãnes & Iesus, & aliqui, nec à Ioãne, nec à Iesu prouocati ad regnum cœlorum. ¶ Imminò (quod secũdò notandũ est) longè deterius euenit Ioanni & Christo, quàm pueris prouocantibus: quia pueri frustrà prouocarunt: Ioannes autem & Iesus retulerunt iniuriam ex beneficijs. nam de illo dicunt: dæmonium habet, de hoc quòd est vorax, potator vini, &c. Vbi cerne quòd similitudo generationis illius ad iocum puerorum, inducta est non ad significandum, quòd frustra Ioannes & Iesus prouocarunt Iudęos illius temporis, sicut frustrà pueri cecinerũt & lamẽtati sunt sed ad significandum quod nulla pręnussa est via prouocandi

gandi Iudæos illius temporis ad regnum cœlorum,& prouocatores Ioannes & Iesus à multis eorum retulerunt iniurias. Quod includit apud illos fruſtrà laboraſſe,& aliquid deterius. [Non mã ducans].cibos quibus communiter veſcuntur homines,& ſimiliter non bibens vinum aut ſiceram, communem hominum potũ. Et per oppoſitum intellige filium hominis manducare cibos communes,& bibere communem potum,[iuſtificata eſt ſapientia à filijs ſuis.]Concluſio parabolæ eſt,quòd diuina ſapientia diſponẽs tam ſuauiter per vtranque vitam trahere vos ad regnum cœlorũ iuſtificata eſt,facta eſt apud vos iuſta, á filijs ſuis:hoc eſt ex collatione ad iocum puerorum veſtrorum. Puerullos illos appellat filios ſapientiæ,quia ſunt naturalis ſapientiæ indices.[Vbi aduerte,quòd rude vulgus inſtruendo Ieſus vtitur hac infima parabola ex ioco ſumpta:quia ex his turbæ magis mouentur,& huiuſmodi parabolas ſibi notas magis retinent.[Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus,in quibus ſunt factæ plurimæ virtutes eius,quia non egiſſent pœnitentiam.]Reprehenſa generatione illa Iudæorum in genere,increpat modò in ſpecie quaſdam ciuitates.[Væ tibi Chorozaim, vę tibi Bethſaida:quia ſi in Tyro & Sidone factę eſſẽt virtutes,q̃ factę ſunt in vobis olim in cilicio & cinere,pœnitentiam egiſſent.]Tyrus & Sidon ciuitates gentiliũ erant,quibus nõ p̃dicabatur [veruntamen dico vobis,Tyro & Sidoni remiſſius]pro,tolerabilius,[erit in die iudicij quã vobis.] Quia grauior eſt culpa ſidelitatis veſtræ,quàm Tyri & Sidonis:dũ viſis tot miraculis apud vos factis incredulι manetis.[Et tu Capharnaũ,nũquid vſq; in cœlũ exaltaberis.]pro,quæ vſque in cœlũ exaltata es,[vſque in infernum deſcendes? Quia ſi in Sodomis factę fuiſſent virtutes, quę factæ ſunt in te,forte.]p,vtique,[mãſiſſent vſque in hãc diẽ. verũtamen dico vobis quia terrę Sodomorũ remiſſius]pro,tolerabilius,erit i die iudicij quã tibi.In illo tẽpore] Exprobratiõi incredulorũ aptè adiũgitur ratio cõuerſionis electorũ [Reſpondẽs Ieſus.]hoc eſt reſpõdendo diſcipulis reuerſis cũ gaudio á prædicatione:vt aliꝰ euãgeliſta inſinuat [Dixit,Cõfiteor tibi pater, domine cœli & terræ.]Exultãte ſpiritu ſuo cõuerſus eſt ad patrem: dicendo confiteor,profeſſione veritatis & etiam gratias agendo. [Quia abſconditi hęc]. mei aduentus miſteria abſconditi aurẽ nõ appoſitione operculi,ſed negatione luminis. [A ſapientibus & prudentibus].Sapientia eſt circa diuina,prudentia circa humana. [Et reuelaſti ea]illuſtrãdo lumine fidei interno [paruulis]pro, infãtibus. Nõ dicit inſipiẽtibus & imprudentibus,vt ex hoc ipſo, quòd

quòd contra ſapientes & prudẽtes è regione diſtinguit infantes, diſcernamus & penetremus non diſplicere deo ſapientes & prudentes qualeſcunque, ſed non paruulos: hoc eſt quos ſapientia & prudentia non ſinit eſſe paruulos in oculis proprijs non ſinit redigere intellectum in captiuitatẽ in obſequium fidei Chriſti tui. Et quia communiter (quanuis non vniuerſaliter) Sapientes & prudentes diſcutiunt res fidei ſecundum ſapientiam & prudentiam ſuam & innitentes propriæ ſapientię & prudentię inflantur, ac recuſant verè captiuare intellectum, & mores in obſequium Chriſti, ideo Ieſus tangendo, id quod vt in pluribus euenit, dicit abſcondiſti hęc à ſapientibus & prudentibus. Quod Paulus Apoſtolus explicans Corinthijs dicit: videte vocationem veſtram, quia non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, &c. Ad literam primi Chriſti diſcipuli non fuerunt de numero ſapientum & prudentum mundi huius: ſed homines ſimplices, piſcatores, & ſimiles paruulis infantibus ſecundum humanum ſtatum, & prę cipuè in oculis proprijs. Tales enim ſemper placuerunt deo iuxta verbum Samuelis ad Saulem: nõnne quum eſſes paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es, primi Regum decimoquinto. Meminit autem infantum potius quàm paruulorum: tum vt maxime paruulos humilitate ſignificaret, tum vt non ab ętate, ſed à neſcientia immò ab impotentia loquendi diſcipulos ſuos deſcriberet: vtpote qui verè infantes erant ad ea quę ſunt ſcientiarum & prudentię, reginimis & huiuſmodi, antequam diuina reuelatione inſtructi eſſent. [Ita pater quoniam ſic placitũ.] pro, beneplacitum, [fuit ante te.] Rationem reddit abſconſionis à prudentibus & reuelationis paruulis primam & in reſolutione vltimam, diuinam voluntatem. Noli ergo diſputare de cauſa electionis & reprobationis cur ſcilicet deus iſtos elegerit & non illos hinc enim habes primam, ſupremam & vltimam cauſam eſſe, quoniam ſic placitum eſt deo: [omnia mihi tradita ſunt a patre meo.] Explicat quæ ſunt illa abſcondita à ſapientibus & reuelata paruulis, quod eſt explicare demonſtrata per pronomen, hęc, quum dixit abſcondiſti hæc. Et inchoat à miniſterio trinitatis, & coæqualitate diuinarum perſonarum. Perſpiciendum ſiquidem eſt in his verbis contineri myſterium trinitatis tum quo ad originem originiſque ſpeciem: dicendo à patre meo vbi enim pater, ibi generatio. Tum quo ad æqualitatem ſubſtantialem. dicendo, omnia mihi tradita ſunt. nihil enim excipit, ſed omnia comprehendit tradita per generationem: ſcilicet eſſe, viuere,

poſſe

poſſe,& reliqua quæ dei ſunt: illius enim dei naſcendo accepit omnia à patre.[Et nemo nouit filium niſi pater,neque patrem quis nouit.]Inter deum & patrem tantùm intereſt,quod deum naturaliter nouimus, per ea quæ facta ſunt,vt dicitur ad Rom.1. & multo magis nouerunt naturaliter angeli deum:patrem autem neque angeli,neque homines naturaliter nouerunt: quoniam myſterium trinitatis ad quod ſpectant pater & filius,ſupra naturalem notitiam omnium creaturarum eſt. Et propterea ſignificantius dicitur patrem & non dicitur deum:intendit enim quòd notitia trinitatis reſeruata eſt ſoli deo,quamuis notitia dei ſit naturaliter communicata. [Niſi filius.] Dum excipitur filius aut pater, intelligitur quoq; excipi ſpirituſſanctus:quia par eſt ratio de ſpirituſancto,& de patre,& filio in eſſentialibus. Et theologica regula eſt, quod dictio excluſiua ſeu exceptiua addita termino perſonali in eſſentialibus, non excludit ab altera perſona diuina. [Et cui voluerit.] Notitia patris & filij ita eſt propria diuinis perſonis, quòd nulli communicatur naturaliter, ſed tantùm per reuelationem.

[Filius reuelare.] Appropriatur filio reuelare myſterium trinitatis:quia filius in carne veniens manifeſtauit hominibus myſterium trinitatis in ſpeciali.dicente ipſo Ioan.17. pater manifeſtaui nomen tuum hominibus. Appropriatur inquam: hoc enim non eſt ei proprium: quia indiuiſa ſunt trinitatis opera ad extra: de quorum numero eſt reuelare: vnde nunc præmiſit,& reuelaſti tu pater ea paruulis. Commune eſt ergo patri & filio reuelare, ſed appropriatur filio ſicut multa alia appropriantur filio: vt ſapientia,ars,& ſimilia. Hæc ſunt prima myſteria abſcondita à ſapientibus & prudentib⁹, & reuelata paruulis. [Venite ad me.] Subſequentia ſubdit myſteria inuitando, & exercendo officium ſibi appropriatum: venite inquit fide ad me, cui tradita ſunt omnia,in cuius voluntate eſt reuelare ſecreta trinitatis, ad me verum deum & verum hominem. [Omnes.] nullum excipio. [Qui laboratis & onerati eſtis.] Duas generi humano communes neceſſitates commemorat: alteram laboris, alteram oneris: alteram actionis,alteram paſſionis. Qui laboratis agendo, & ex actione relinquitur in vobiſmet ônus quo onerati eſtis. Ita quòd qui ab omni labore exemptus eſt, qui nullo grauatur onere, ſolus reſtat non inuitatus à CHRISTO. Et certe quum quilibet homo afflictione aliqua aut cura laboret multorúmque malorum ſarcina oneretur,conſequens eſt vt omnes non ſolum inuitentur,ſed etiam ex ſibijpſis moleſtis conditionibus trahantur [Et ego] nõ

miniſtri

miniſtri mei: hoc eſt per meipſum, non per meos miniſtros ſacerdotes aut pontifices. [Reficiã.] pro, refocillabo, [vos.] Non dicit tollam laborem ſeu onus veſtrum, ſed refocillabo vos. Non promittit Chriſtus tollere labores & malorum onera in hac vita. ſed reficere interiori pabulo mentes animóſque hominum venientũ ad eum. [Tollite iugum meum.] Euangelicam legem meam volũtariè ſuſcipite [ſuper vos.] non ſubtus vos, nec iuxta vos, ſed ſuper vos ſuſcipite euangelium, non deſpiciendo, non æſtimando tanquàm legem humanam, ſed vt rem diuinam ſuperiorẽ omnibus vobis. [Et diſcite a me] exemplo mei. Tertia actio ad quam inuitat eſt diſcere. primùm enim inuitauit ad veniendum: deinde ad ſuſcipiendum iugum: & demum ad diſcendum ab ipſo [Quia mitis ſum.] plus quàm manſuetus ſum intus & extra exterioribus moribus. [Et humilis.] abſque fictione in [Corde] Quum vniuerſas Ieſus habuerit virtutes, duarum tantùm virtutum ſe proponit exemplum, ſcilicet humilitatis, tollentis ſuperbiam, cui deus reſiſtit, & retinentis animum ne præſumat, ne ambiat, ne arroget ſibi, ne deſpiciat: & mititatis tollentis non ſolùm iram ac etiam iracũdiam: cuius eſt non ſolum moderari ne iniuriam alicui irrogem⁹, ſed etiam reddere nos patientes, ac placidos in omnib⁹ actionib⁹ & verbis. quia his duobus ſtudijs vniuerſa vitæ Chriſtianæ perfectio acquiritur, & augetur continue per humilitatem: ſiquidem patemus diuinæ gratiæ, per mititatem patemus hominibus. ¶Et bene nota prudens lector, quòd Ieſus vniuerſum mundum alloquitur, inuitando omnes. & propterea non dicit: diſcite à me, quia ieiuno, quia oro, quia pedes diſcurro, quia prædico: & ſimilia à quibus poſſet ſe aliquis excuſare, allegando impotentiam, dicendo ſe inhabilem: ſed, diſcite à me, quia mitis & humilis ſum corde nullus enim poteſt ſe excuſare à domino propriæ voluntatis, à diſciplina domandi internas paſſiones: & in his internis conſiſtit diſciplina CHRISTIANA communis omnibus. [Et inuenietis requiem animabus veſtris.] animabus dixit, non corporibus. nam multa mala corporis prædixit futura ſuis ſequacibus. ¶Fructus primæ actionis explicatus eſt refectio: reliquarum verò duarum fructus explicatur requies animi. Magnus & incredibilis fructus eſt quies animi: hanc animi quietem nemo nouit, niſi humilis & mitis, expertus ſuaue iugum domini. Nec obſtat ſi obijciatur illud Auguſtini, Feciſti nos domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrum donec requieſcat in te. Scito requiem hîc à Chriſto promiſſam nõ eſſe niſi in deo. [Iugũ enim meũ ſuaue eſt]

Ne

Ne laborantes & onuſti quos inuitat, putent ſe grauandos & ad labores & ad onera ampliora vocari à Ieſu: declarat naturam euãgelici iugi, appellando illud ſuaue. Et verè ſuaue eſt: quia non tollit, non corrumpit, non violentat naturam rationalem, ſed perficit eam. omnia nanque naturalia & rationalia præcepta euangelica lex ſeruat & quæ apponit præcepta fidei ſuauia redit internum gratiæ donum. præter hoc quòd connaturale eſt homini vitam, actionéſque ſuas ducere & dirigere non ſcientia ſed fide. Fide ſiquidem tenemus patres ac matres, filios ac vxores: fide conuerſamur, commercia negociationéſque exercemus: fide reſpublicæ regnáque adminiſtrantur, &c. Hęc enim teſtantur ſuaue eſſe humano animo duci fide, regique præceptis fidei, ab homine Ieſu Chriſto ſimúlque vero deo, actore naturæ, traditis. [Et onus meum leue.] Non dicit nullum, ſed leue. quia verè onus Chriſti leue eſt. tũ ſecundum ſeipſum: quia ſupernaturalis rationis onus nihil addit, niſi credere in ipſum, ſperare æternam vitam, diligere deũ ſuper omnia, & proximum propter ipſum, ac baptizari in remiſſionem peccatorum. Tũ nobis. quia onus Chriſti fert ſecum donum charitatis, alleuiantis omnia, niſi tu obicem poſueris. ¶ Significanter dixit meum: quia onera grauia & importabilia, quæ aliqui miniſtri eccleſiæ imponunt in humeros, hominum, non ſunt Chriſti, cuius onus eſt leue. ¶ Collige ordinem. Primùm inuitat omnes laborantes, & onuſtos ad refocillationem: deinde vt loco laboris & oneris ſuſcipiant euangelicum iugum, ſuaue contra laborem, & leue contra onus: & demum vt diſcant mores: ab exmplo ſui humiliratem & manſuetudinem: quia ſic inuenient in hac vita requiẽ animarum ſummè ob omnibus deſideratam.

CAPVT XII.

I N illo tempore abijt Ieſus per ſata ſabbato.] pro, ſabbatis. Et ſignificatur nõ quòd pluribꝰ ſabbatis per ſata iuerit, quoniã de vno tãtùm die eſt ſermo: ſed tẽpus feſtiuitatis cõſtãtis ex pluribus ſabbatis: erant enim ſecundũ legem duæ ſolennitates cõſtãtes ex pluribus ſabbatis, ſcilicet paſchalis & tabernaculorum: vt patet Leui. 23. Et hæc feſtiuitas paſchalis erat, in cuius ſecũdo die offertur manipulus ſpicarum, vt patet ibidem. nam non eſt tempus ſpicarum menſe ſeptimo, quando feſtum fit tabernaculorum. [Diſcipuli autẽ eius eſurientes.] Neceſsitas cibi ſignificatur. [Cœperunt vellere ſpicas, & manducare. Phariſæi autẽ videntes, dixerũt ei, ecce diſcipuli tui faciũt quod nõ licet eis.] Superfluit, eis facere ſab-

cere ſabbatis] pro, ſabbato. Phariſæi cenſebant illicitum, confricare ſpicas ſabbato: quoniam eſt ſpecies præparationis cibi. præparare enim cibos, vetitum erat in ſabbato. [At ille dixit eis, nó le giſtis quid fecerit Dauid quando eſurijt, & qui cum eo erant: quomodo intrauit in domũ dei, & panes propoſitionis comedit, quos nó licebat ei edere, neque ijs qui cũ eo erãt, niſi ſolis ſacerdotib⁹.] Confutat Ieſus Phariſæos increpãtes diſcipulos, quòd violent ſabbatum, duobus exemplis: alterũ ſe tenet ex parte neceſsitatis: alterũ ex parte ſeruitij diuini. Primũ exemplũ affertur ex facto Dauidis ſatis clarè. ¶ In quo duo nota. Alterũ eſt, quòd exemplũ affertur ex facto non ſolùm Dauidis, ſed etiam eorum qui cum ipſo erant, ad excludendum ſingularitatem Dauidis: ne ſcilicet Phariſæi dicerent licuiſſe Dauidi comedere panem ſanctum, quia erat propheta: hoc enim non poſſunt dicere de illis qui cum ipſo erant. Intendit nanque Ieſus declarare, quòd ex neceſsitatis articulo licuit tam Dauidi quàm ſuis veſci pane ſancto, aliâs ſolis ſacerdotibus licito. Leuit. 24. ¶ Alterum eſt, quòd exemplũ ſumptum eſt à facto maiori nam longe maius eſt laicos veſci panibus propoſitionis, quàm operari in ſabbato: vt patet ex eo quòd operari in ſabbato, ex multis poteſt cauſis excuſari, & ſæpe accidit, laicos veſci panib⁹ ſanctis, tantùm ſemel accidit, & ſola neceſsitate famis excuſari videntur & tunc etiam ſacerdos exquiſiuit munditiam eſurientium: vt patet 1. Regum. 21. [Aut non legiſtis in lege, quia ſabbatis ſacerdotes in templo ſabbatum violant, & ſine crimine ſunt?] Alterum exemplum ex facto ſacerdotum legis authoritate affertur: ſcilicet quòd ſacerdotes in ſabbatis occidunt animalia, detrahunt pelles, & breuiter multa opera ſeruilia ad officia templi exercent. Legis authoritas in multis habetur locis, præcipiens ſabbatis offerri huiuſmodi ſacrificia. Hoc factum appellatur violare ſabbatũ, quia reuera opus ſeruile eſt ex proprio genere: ac per hoc ex proprio genere violans ſabbatum. Veruntamen ſine crimine ſacrilegij erat hæc materialis violatio: quia formaliter erat officium templi: ſacrificia enim officia templi ſunt. [Dico autem vobis, quia templũ maior eſt hic.] Non eſt pronomẽ, ſed aduerbium loci, hîc Et nónulli Græci codices habent non maior, ſeu maius: rectior tamen lectio eſt legere maior. ¶ Declarat quorſum attulerit exemplum â facto ſacerdotum. Et intendit quòd diſcipuli ſui exercebantur in officijs non minoribus officijs templi, ſequendo ipſum qui eſt maior templo. Ita quòd vbi prius excuſauit diſcipulos ex neceſsitate famis eorum exemplo Dauidis & ſuorum, modò excuſat

eoſdem

eoſdem ex ſanctitate officij exemplo ſacerdotum: quia ſcilicet exercent diuiniora officia quàm ſacerdotes, dum obſequuntur mihi qui ſum maior tẽplo. [Si autẽ ſciretis quid eſt, miſericordiã volo & nõ ſacrificiũ, nunquam.] pro, nequaquã, [condẽnaſſetis innocentes.] Redditio eſt rationis primi exempli Poterat quiſpiam reſpondere Ieſu excuſanti diſcipulos exemplo Dauidis & ſuorum, quòd illud fuit factum diſpenſatiuè, & non eſt trahendum in exemplum. & propterea Ieſus reddit rationem communem facto Dauidis & diſcipulorum ſuorum, & ſimilium neceſſitatum, ex cõparatione miſericordiæ ad ſacrificium reſpectu diuinæ voluntatis: deus enim miſericordiam vult, & non ſacrificium Oſeæ. 6, Quod ſuperius expoſitum eſt, quòd deus præfert miſericordiam ſacrificio: quia miſericordiam vult ſecundum ſeipſam, vtpote virtutem animi, ſacrificium autem non vult ſecũdum ſe, vtpote opus corporeum quod poteſt bene vel malè fieri. Et intendit per hoc quòd ſubuenire eſurientibus, eſt gratius deo quãm ſeruare panes propoſitionis intactos. quia paſcere eſurientes eſt miſericordia: huiuſmodi autem obſeruationes ad genus ſpectant ſacrificij.

¶ Meritò itaque dominus ait Phariſæis: Si ſcitetis, ſi penetraretis, dictum dei apud Propheram, ſcilicet miſericordiam volui & non ſacrificium, non condemnaſſetis innocẽtes diſcipulos meos: quoniam intelligeretis opus miſericordiæ præferendum eſſe præceptis ceremonialibus ſacrificiorum & ſabbatorum, &c. [Dominus enim eſt filius hominis etiã ſabbati.] Reddita ratione exẽpli ex facto Dauidis, reddit modò rationem alterius exempli ex facto ſacerdotum. Poterat quiſpiam reſpondere Ieſu factum ſacerdotum non eſſe trahendum in exemplum: quia authoritate legis exercebatur Huic obiectioni occurrere intendit Ieſus: dicendo, Dominus eſt enim, etiam ſabbati filius hominis. Ac ſi aperte diceret: Sacerdotes violant ſabbatũ, & ſine crimine ſunt, quia authoritate legis fulti ſunt: diſcipuli mei authoritate mea, qui dominus ſum vniuerſorum, & in ſpecie ſabbati excuſantur. [Et quum indè tranſiſſet, venit.] Altero ſabbato apud Lucã. [In ſynagogã eorũ. Et ecce homo] Deeſt erat, [manũ habẽs aridã, & interrogabãt eũ dicẽtes. ſi licet ſabbatis curare, vt accuſarẽt eum.] Docentẽ violare ſabbatũ. [Ipſe autẽ dixit illis: Quis erit ex vobis homo qui habeat ouem vnã: & ſi ceciderit hęc ſabbatis in foueã, nõne tenebit & leuabit eam? Quanto magis melior eſt homo oue?] Superfluit magis. Omittit Matthęus prudentem Chriſti reſponſionem, quia interrogationem Phariſæorum alia interrogatione retudit: petendo ab

do ab eis, ſi licet ſabbato bene an male facere. Poſt hanc ſiquidem interrogationem adiunxit, quæ Matthæus ſubiungit de oue ſabbato extrahenda de fouea, vt ex communi eorum facto conuinceret Phariſæos. [Itaque licet ſabbatis benefacere.] Concluſio iſta reſpicit interrogationem præmiſſam, ſi licet ſabbato benefacere, an malefacere: concludis enim ex benefacere extrahendo ſabbato ouẽ, quòd licet ſabbatis benefacere. [Tũc ait homini, extẽde manũ tuam. Et extendit: & reſtituta eſt ſanitati ſicut altera. Exeũtes autem Phariſęi cõſiliũ faciebant aduerſus eũ, quomodo perderẽt eũ. Ieſus aũt ſciens, receſsit inde.] Cedendo inſidijs & odio Phariſæorum. Exemplũmque dedit diſcipulis cedendi furori: & ſimul docuit proprio facto culpabilem eſſe quandoque fugam: nec dedecere virum ſummę perfectionis. [Et ſecuti ſunt.] pro, & ſecutæ ſunt, eum turbæ multæ.] Hinc apparet receſſum Chriſti fuiſſe opus maioris perfectionis, quàm manere: quia recedere fuit vtilius ſaluti animarum: quæ apparet in hoc quòd ſecuti ſunt eum multi. [Et curauit eos omnes, & præcepit eis ne manifeſtum ſe facerent.] Non ſolùm ceſsit odio Phariſæorum, ſed vult ſeipſum nõ manifeſtari ad tollendum augmentum odij, ne ſcilicet Phariſæi audientes Chriſtum multiplicare miracula, arderent magis odio & inuidia. [Vt adimpleretur quod dictum eſt per Eſaiam prophetã, dicentem.] Authoritas Eſaiæ capite. 42. affertur ad teſtificandam Chriſti manſuetudinem in exercitatione officij prædicandi, quam monſtrauit recedendo & præcipiendo ſe non manifeſtari, quum potuiſſet eos punire & propellere. [Ecce puer meus,] Nomen ſubiectionis eſt puer. [Quem elegi.] Præ omnibus rationalibus creaturis. vtrũque enim de Chriſto homine dicitur. [Dilectus meus.] Hoc ſecundum diuinam & humanam naturam verificatur iuxta illud: hic eſt filius meus dilectus. [In quo bene complacui.] abſq; vlla admixtione diſplicentiæ: nihil enim Chriſti diſplicuit deo: imò nihil in eo fuit quod nõ optime placeret deo. [Animæ meę.] Metaphoricè in deo dicitur anima ſicut ira, ad ſignificandum affectum diuinum in omnibus, & per omnia complacuiſſe ſibi in Chriſto. [Ponam ſpiritum meũ ſuper eum.] Iuxta illud Eſaię. 11. requieſcet ſuper eum ſpiritus domini, &cæ. [Et iudicium gẽtibus nunciabit.] Non per ſeipſum, ſed per euangelium ſuum. [Non cõtendet.] Cum maledicis. [Neque clamabit.] Clamore iræ & indignationis. [Neque audiet aliquis in plateis.] In publico, in plebe. [Vocem eius.] Querulam ſeu tumultuariã. [Arundinẽ quaſſatã non confringet.] Quaſſata arundo populus eſt Iudæorum, iam vt lut arun-

lut arundo deiecta ſub poteſtate à Romanis adhuc tamẽ aliquid retinebat vitæ in hoc, quòd habebant templum & ſacerdotium in Hieruſalem. [Et linũ fumigans nõ extinguet.] Idem populus Hebræus ratione ſuæ deiectionis ſignificatus per arundinem quaſſatam, iterum ſignificatur per linũ fumigans ratione tenebroſi noxiique ſtudij contra Chriſtum, ad exterminandum enim nomẽ Chriſti cõſtat Iudæos ſtuduiſſe etiam poſt Chriſtum crucifixum.

Et aptè eorum ſtudium comparatur lino fumiganti, & propter tenebras, & propter intentionem nocendi cum paruo nocumenti effectu. [Donec eijciat ad victoriam iudicium]. Prophetatur, quòd Chriſtus non confringet, non deſtruet temporalem ſtatum Iudæorum: & ſimiliter non extinguet iniquum eorum ſtudium contra nomen Chriſti continuè fumans, donec eijciat ad victoriam iudicium hoc eſt donec iudicium quo iudicatus eſt à Iudæis & Pilato deducat ad victoriam, reſurgendo à mortuis, mittendo ſpiritum ſanctum, publicando euangelium, conuertendo electos ex Iudæis ad fidem: & breuiter manifeſtando miraculis per diſcipulos ſuos ſe viciſſe mundũ & mundi principem diabolum. Hoc enim facto confregit arundinem quaſſatam & extinxit lignum fumigãs per Romanos. tunc nanque deſtruxit Hieruſalem. &c. [Et in nomine eius gentes ſperabunt.] Coniunctis Iudæis ex prædicatione & miraculis apoſtolorum, quò Chriſtus victor regnaret, conſecutum eſt, vt gentes idololatræ crederent in Chriſtum, & ſperarent in nomine eius. vt experientia teſtatur. [Tunc oblatus eſt ei dæmonium habens cæcus & mutus.] Tripli ei malo ſubiectus erat: dęmonium habebat cæcus & mutus erat. [Et curauit eum, ita vt loqueretur & videret] pro, ita vt cæcus & mutus & loqueretur, & videret. [Et ſtupebãt omnes turbę, & dicebãt nũquid hic eſt filius Dauid?] Hoc eſt Meſias. [Phariſęi aũt audientes dixerũt, hic nõ eijcit dęmones niſi in Beelzebub principe dęmoniorũ. Ieſus aũt ſciens cogitationes eorũ.] Hinc apparet, quòd Phariſæi nõ corã Ieſu, ſed ſeorſum dicebant de Ieſu, quòd in Beelzebub eijcit dęmonia. Rurſuſque apparet ex relatione aliquorum ſciuiſſe Ieſum quod dicebant Phariſæi: ſed ea notitia qua ſciebat cogitationes hominũ, [Dixit eis, Omne regnũ in ſe diuiſum deſolabitur: & omnis ciuitas, vel domus diuiſa contra ſe, non ſtabit.] Et ſi Satanas Satanã eijcit, aduerſus ſe diuiſus eſt quomodo ergo ſtabit regnũ eius?] Prima ratio ad manifeſtandũ, quòd nõ eijcit dęmones in Beelzebub, ſe tenet ex parte dęmonis: ducendo ad inconueniens. ſ. quòd dæmones agerent ad deſolationem propriũ

regni.hoc ſiquidem inconueniens infertur dicendo:quomodo ergo ſtabit regnũ eius? conſtat enim nullũ quãtuncunque tyrannũ ſtudere ad deſolationem proprij regni quia ſtudet ad cõſeruationem proprij boni [Et ſi ego in Beelzebub eijcio dęmones.] ſecũda ratio ſe tenet ex parte filiorũ.[Filij veſtri.]Siue exoreiſtę ſiue illi de quibus dicitur Luc.9.Pręceptor vidimus quendã in nomine tuo eijcientẽ dęmonia,& prohibuim⁹ eũ,quia nõ ſequitur nobiſcũ.ſiue apoſtoli &diſcipuli ſequẽtes me,qui vobiſcũ cõuerſantur, quorũ facta noſtis, quos non dicitis eſſe dęmoniacos qualem me dicitis.[In quo eijciũt?Ideo ipſi iudices veſtri erũt.]Si de apoſtolis eſt ſermo,cõſtat eos futuros iudices.Si de alijs, prędicuntur iudices cõparatione.dũ illi à deo recognoſcunt, quod vos dæmoni tribuitis.[Si aũt ego in ſpiritu dei eijcio dęmones] Tertia ratio ex parte ipſius Chriſti ſe tenet.Et eſt vna conditionalis cui⁹ antecedens eſt, ego in digito dei eijcio dæmonia. Et intendit per digitum ſpecialem poteſtatem diuinam: ſimili modo loquendi quo Exod.8.magi dixerũt ad Pharaonẽ:digitus dei eſt hîc Cõſequens eſt.[Igitur peruenit.]pro,pręuenit, [in vos regnum dei.] Quod Ioãnes Baptiſta prędicauit, quod ego cõtinue prædico, in vos,Iudæos,poſtea ad gentes.& dicit pręuenit.quia verè præuenit antequàm ipſi illud quærerent. quia ex diuina præueniente gratia iam appropinquauerat regnum dei apud Iudæos,vt tam Ioannes Baptiſta quàm Ieſus prædicauerat. [Aut quomodo poteſt quiſquam intrare in domũ fortis & vaſa eius diripere, niſi prius alligauerit fortẽ?& tũc domũ illius diripiet.]Probatio eſt antecedentis,ſ.ego in digito dei eijcio dęmonia.Et eſt probatio ſumpta ab effectu ſeu fructu,introducta tamẽ ex metaphora bellicę direptionis.In negocio bellico ordo eſt, quòd dũ fortis armatus cuſtodit domũ ſuã, ſalua ſunt omnia quæ poſsidet,ſuperueniente autem fortiore,non prius diripit ſpolia : ſed primùm in captiuitatem redigit fortem, & eo alligato diripit bona illius. ¶[Et intendit per hanc parabolam,quòd ex hoc ipſo,quòd cõſtat ipſum Ieſum diripere vaſa dęmonis,hoc eſt,animas peccatorum plenas, ac per hoc vaſa dæmonum,ad pœnitentiam reducendo clare liquet,quod prius ſuperauit demonẽ & alligauit eũ:ac per hoc non habet amicitiam cũ eo, ſed virtute diuina eijcit dęmones Et hinc etiã patet,quòd regnũ dei pręuenit in vos ad regnũ enim dei ſpectat ſuperare dæmonẽ. [Qui nõ eſt mecũ,contra me eſt:& qui non congregat mecũ,ſpargit.]Probatio ẽ cõſequẽtię.ſ.pręuenit in vos regnũ dei.ſi me eijcientę dęmonia in digito dei,ac per hoc extrudente regnum diaboli,non

si non præueniſſet regnum dei, hac ſola ratione euenire potuiſſet quia daretur mediũ inter regnũ dei & regnũ diaboli. ſed quũ nullum inueniatur mediũ quia qui non eſt mecũ cõtra me eſt, & qui non colligit mecũ, ſpargit: cõſequens neceſſariò eſt, vt me eijciẽte dæmoniũ in digito dei, præuenerit regnum dei in vos. [Ideo dico vobis] Quarta ratio tenet ſe ex parte ſpiritusſancti in ipſo Ieſu. Et tendit hęc ratio directè contra priorem iniuriam qua dicebãt, quòd Ieſus habet ſpiritum immundum: vt Marci tertio ſuppletur. ¶ Vbi aduerte duo, Alterũ quòd hæc ratio ſignificatur cum illatione ex pręcedentibus, dicendo ideo dico vobis, ex pręcedentib⁹ enim declaratũ eſt diuino ſpiritu Ieſum eijcere dęmones, Alterũ ẽ, quòd ſpiritusſanctus in Ieſu inducitur in hac ratione, vt offenſus verbis Phariſęorum, ſpiritũ habet immundũ, & in eo eijcit dæmones. Et propterea inchoat à grauitate tanti criminis ex duplici capite: tum ex ratione actus peccandi: tum ex ratione eius in quẽ peccatur. [Omne peccatũ.] Nomen eſt generis. [Et blaſphemia] Nomẽ eſt ſpeciei. [Remittetur.] quãdoque. [Hominibus.] Non dicit omnibus. ſufficit enim aliquib⁹ fieri remiſsionẽ. [Spiritus autem blaſphemię.] pro, blaſphemia. Ita quòd blaſphemia eſt nominatiuus, & ſpiritus eſt genitiuus, cuius totũ oppoſitũ apparet in textu Latino. ¶ Excipiũ à genere peccati, & à ſpecie blaſphemię, ſpiritus blaſphemia: hoc eſt blaſphemia, non ex ignorãtia, qualis fuit blaſphemia Pauli, dicẽtis de ſeipſo qui fuit blaſphemus: nec ex paſsione, vt blaſphemant iracũdi ſed ex ſpiritu, ex inclinatione, ex vitali impulſu ſupremæ partis animę. Ita quòd ſpũs blaſphemia ĩportat vltra blaſphemiã pro cauſa prõptitudinẽ mẽtis ad blaſphemiãdũ: itaq; ſpiritus humanus ſignificatur cauſa blaſphemiæ. Quod ideo dixerim, quia ſubiungitur clare grauitas ex parte blaſphemati ſpiritusſancti [Nõ remittetur vobis.] deeſt. hominibus. Nõ dicit irremiſsibilis eſt, ſed euentũ prædicit ſcilicet quod non remittetur. Quod intellige regulariter, nam nec diuina potentia, nec diuina miſericordia alligata eſt ad non remittẽdum ſpiritus blaſphemiã: ſed ſecundum regularem curſum eueniet non remiſsio, quia comitem ſemper habebit obſtinationem [Et quicunque dixerit verbũ contra filiũ hominis, remittetur ei, qui autem dixerit verbũ cõtra ſpiritũſanctũ.] Declarata grauitate criminis ex ratione actus peccandi, declarat modò grauitatem ex ratione eius, cõtra quem peccatur: diſtinguẽdo offenſam cõtra filiũ hominis ab offenſa cõtra ſpiritũſanctũ. Quid aũt ſignificatur per filiũ hominis, manifeſtũ eſt, nam conſtat ſignificari ipſum Ieſum, vt eſt homo. verbũ enim

contra filium hominis est,ecce homo vorax,potator vini,amicus Publicanorum.Sed quid significetur per spiritumsanctum, nõ est clarum,materia tamen subiecta insinuat appellatione spiritussancti significari deum,secundum quòd exercet officium spiritussancti:hoc est secũdum quòd spirituales ac sanctos efficit animos hominũ, illorúmque fructus seu opera.Ita quòd dicere verbũ eõtra spiritumsanctum,est verbis impugnare deũ sanctificantem homines,negando quòd sanctificet:& per istos patet diuinã sanctificationẽ,& ea, quę patet esse spiritusancti, attribui spiritui ĩmũdo. Hoc est enim directe ex intentione dicere contra spiritũsanctum vt spiritussanctus est nomen dei essentiale,non curando quantum ad hunc spectat textũ de hoc nomine,vt est proprium tertię in trinitate personæ.ideo contra filiũ hominis è regione distinctus est spiritussanctus,vt cõtra hominem intelligatur distinctus deus:nõ secundũ quancunque rationem, sed secundum officiũ sanctispiritus,quod commune est toti trinitati [Non remittetur ei.]Intelligę,vt suprà.Cũ quo simul memento,quòd misericordia dei est supra omnes regulares cursus:& propterea nulli esse desperandum. [Neq3 in hoc seculo,neq3 in futuro.]Cõfutaꝫ hîc error attribuꝰ Origeni.s.quòd omnes in futuro sęculo consequentur quandoq3 remissionem omniũ peccatorum.Habetur & hinc aliquod peccatum in futuro sęculo remitti, nã si nullũ peccarũ in futuro sęculo remitteretur,superfluo sermone vsus fuisset Iesus,adponendo neque in futuro.sicut si peccatum remitteretur in hoc sęculo,nõ dixisset,neque in hoc sæculo.Vtriusque ergo sæculi distincte, seorsum & pari contextu mentionem faciens,significauit aliqua peccata remitti in hoc sæculo,& aliqua in futuro. Ex quo habentur duo.s. purgatorium in futuro sæculo,& remissio peccati quod in hoc sæculo non fuit remissum. De peccato enim asserit,quòd nõ remittetur vt intelligamus comprehendi non solùm remissionem pœnæ,sed culpæ peccatum enim nomen est culpæ. [Aut facite arborem bonã,& fructũ eius bonũ aut facite arborem malã.] pro, putrem,[& fructũ eius malũ.]pro,putrem.[ex fructu enim arbor cognoscitur.]Cõsidera ordinem progressus. Vbi proposuit in genere grauitatem criminalis verbi á Pharisæis dicti contra Iesum, quòd dæmonium habet & in Beelzebub eijcit dæmonia, descendit ad singularia,applicando ad ipsorum Pharisæorum verba, tũ conuincendo eos,quòd contra spiritum sanctũ dicunt:tum quòd ex spiritu blasphemię peccant Hæc enim duo proposuerat in genere.¶Et quidem,quòd contra spiritumsanctum dicant,cõuincit

eos ex ſimilitudine arboris dicendo,aut facite arborem bonam,& fructus eius bonos:aut putrem,& fructus eius putres. Non eſt oblitus doctor optimus doctrinæ ſuæ. Docuit ſuperius,miracula facere, & dæmones eijcere,poſſe conuenire etiam iniquis hominibus:ſed pro infallibili regula diſcernẽdi homines bonos à malis, tradidit à fructibus eorum cognoſcetis eos,quia non poteſt arbor bona fructus malos facere, neque poteſt arbor mala fructus bonos facere. Et propterea nunc ex eadem doctrina conuincit Phariſæos,ſuijpſius animum,& fructus proprios diſcutiendos diſcernendóſque proponens iuxta connexionem neceſſariam inter qualitatem arboris,& qualitatem fructuum eius. Si facitis arborẽ malam,facite etiam fructus eius malos:& ſi bonam,bonos:hoc eſt ſi veſtro iudicio facitis animum meum malum, vtpote dęmoniacũ, iudicate & monſtrate conſequenter fructus meos malos,quod nõ poteſtis monſtrare: nam fructus omnes meos conſtat eſſe opera & actus virtutum,religionis, pietatis,miſericordiæ,gratiæ, veritatis,humilitatis,patientiæ,& cætera quæ omnia IESVS ſubintellecta tacuit tanquam notoria. Aut ergo facite opera mea mala ſimul cum animo, quod non poteſtis:aut animum ſimul & opera bona:& non inuidentes dicatis intus me eſſe arborem malam, & fructus proferre bonos.[Progenies viperarum quomodo poteſtis bona loqui.]Conuincit eos quòd ex ſpiritu blaſphemiam,non ex ignorantia,non ex paſſione loquuntur, monſtrando quòd ex interna malitia loquuntur. nec ſolum ex interna,ſed velut congenita. Progenies viperarum, quantum ad malitiam animi geniti à malis præceptoribus.[Quum ſitis mali.]Non dicit quum habeatis magiſtros ſeu patres malos,ſed quum ſitis voſipſi mali. Sciebat enim Ieſus quid intus in Phariſæorum illorum animis erat,& propterea aſſerit quum ſitis mali.[Ex abundantia enim cordis os loquitur.]Probat dupliciter,quòd non poſſunt mali bona loqui.Primò quia ex abundantia cordis os loquitur. Et hæc eſt probatio ex propijs,& experientia comprobatur.[Bonus homo de bono theſauro profert bona & malus homo de malo theſauro pfert mala.] Secundò probat ex ſimilitudine. Vbi nota,quòd non tantum theſaurum,ſed etiam hominem deſcribit malum ſeu bonum. quia de theſauro malo poſſet homo bonus non proferre mala, ſed homo malus de malo theſauro profert mala. Et ſimiliter de bono theſauro homo malus non profert bona,quia abutitur etiam bonis ad malũ ſed homo bonus de bono theſauro nõ profert niſi bona. Et inde dit per hæc,quòd Phariſæi illi habebant internum theſaurũ cor-

dis ma-

dis malum,hoc eſt malis habitibus plenum:& erant mali ,hoc eſt malæ voluntatis.& propterea proferebant mala. [Dico autem vobis quoniã omne verbũ ocioſum quod loquuti fuerint homines, reddẽt rationẽ de eo in die iudicij.]Ne putaretur,quòd exaggerãdo & cõminando ad terroré Ieſus dixiſſet verba Phariſæorũ nunquã eſſe remittenda,pro eo quòd peccata linguæ nõ ſunt multum grauia, ſubiũgit Ieſus,q̃ de omni verbo ocioſo reddẽda eſt ratio in die iudicij.vt hinc intelligamus nõ ad terrorem,ſed in veritate dictũ eſſe peccata verborum in ſpiritũ ſanctũ nunquàm remitti Si enim verbũ ocioſum ſeruatur diſcutiendum in die iudicij,multo magis verbũ blaphemiæ in ſpiritumſanctũ punietur tunc in veritate. [Ex verbis enim tuis iuſtificaberis:& ex verbis tuis condẽnaberis.] Apponitur vniuerſalis doctrina de merito verborũ declarando,q̃ in die iudicij examinabuntur verba ſicut & facta. Ita, quòd vnicuique redderur ſecundũ opera ſua bona vel mala: ita ex verbis tuis ſi fuerint bona iuſtificaberis,& ſi fuerint mala condẽnaberis. Et dixit hęc ne paruipendantus merita ſeu demerita verborũ. [Tunc reſponderunt ei quidam de Scribis & Phariſęis.]Nõ pœnitentes,ſed tẽtãtes,ſocij illorũ,qui dixerãt in Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia:vt ex Luca ſumitur.[Dicentes, magiſter volumusa te.]Vide temeritatẽ.[Signum videre.]De cœlo.vt Lucas ait,puta in mãna,vt apud Moyſen:vel in ſole,vt apud Ioſue & Eſaiam:aut in grandine,& ſimilibus , vt apud Samuelem: aut in igne,vt apud Heliã.[Qui reſpõdens ait illis, Generatio mala & adultera ſignum quęrit]Verè generatio illa erat tũ in ſe mala ſecundùm voluntatem, & adultrera hoc eſt falſa ſecundùm intellectum verum Meſiam non cognoſcens, vero ſponſo non adhærens,ſed Scribarum,Phariſæorũ & pontificum traditionibus. Tũ ſecundum originem mala & adultera,quia imitabatur malos & adulteros patres qui,occiderunt prophetas, qui fornicati ſunt cum idolis.[Et ſignũ nõ dabitur ei niſi ſignum Ionæ prophetę.] Neuter euangeliſtarũ integre refert ſignũ Ionę:ſed Lucas quo ad officium,Matthæus quo ad morté & reſurrectionem Intendit itaque Ieſus aperire Iudæis,quòd nõ vult ſatiſſacere tentationi eorũ: ſed dare eis ſignum & verè ſignum futuræ eorum ruinæ propter eorum obſtinationem:Et affert figuram Ionæ prædicantis Niniuitis & in ventre cæti triduo manentis.Sic ego plus quàm Ionas prædico vobis ſalutem & pœnitentiã.&c. & ero triduo mortuus ac reſurgam,& inde veſtra ſubſequetur ruina,& obſtinatiõis in animo, & deuaſtatiõis ac diſperſionis ĩ corporibus per Romanos.[Sicut eñ

fuit

fuit Ionas in vẽtre cœti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.] De tempore quo Ionas fuit in ventre cæti nulla est quæstio, sed de tempore quo Iesus fuit ī corde terrę, hoc est, in intimo terræ mortuus (descẽdit enim secundū animā ad cor terrę, hoc est ad inferos) ambiguitas occurrit, quomodo verificetur duratio trium dierum, & non triū noctium. ¶ Solutio est duplex: Altera quòd per tres dies & tres noctes artificiales euangelista circunloquitur tres dies naturales. constat autem Iesum fuisse mortuum tribus diebus naturalibus, non tamen integris. Nec integritatem illorum exigit veritas sermonis. nam aliud est dicere feci hoc tribus diebus, aliud feci hoc tribus diebus integris: ad veritatem primi sermonis sufficit tres interfuisse dies siue secundùm totum, siue secundùm partes: veritas autem secundi exigit integros occuparos fuisse dies. Fuit siquidem Iesus apud inferos feria sexta, sabbato & dominica. ¶ Altera quòd licet Iesus fuerit in corde terræ actu ab hora mortis tantùm, fuit tamen in eodem secundùm actionem inferentem ipsi mortem ab hora illa qua captus est: dicente ipso tunc: hæc est hora vestra & potestas tenebrarum. Ex tunc enim pro mortuo haberi potest: quia ad hoc emptus, captus ac vinctus est vt occideretur, & indesinenter ad hoc opera data est efficax. Ab illa autem hora cõputando constat inueniri artificiales tres tam noctes quàm dies. nam interuenit nox parasceues, nox sabbati, & nox dominicæ: & interuenit dies parasceues dies sabbati, & dies dominicus: quia vt dicitur Marci vltimò, Iesus surrexit mane, ac per hoc interuenit prima pars diei dominici. [Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista.] Prędicit eis aliter euẽturum illis quàm Niniuitis: vt vel sic aliqui eorum trahantur ad pœnitentiam. [Et condemnabunt eam.] non potestate, sed comparatione. [Quia pœnitentiā egerunt in prædicatione Ionæ. & ecce plus quam Ionas hic. Regina austri.] Quia australe respectu Hierusalem erat regnum eius. [Surget in iudicio cũ generatione ista, & cõdemnabit eā: quia venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis. Et ecce plus quam Salomon hic. Quum autem immũdus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiẽ & non inuenit, Tũc dicit reuertar in domum meā vnde exiui. Et veniens inuenit eā vacantem, scopis mundatam & ornatam. Tũc vadit & assumit septẽ alios spiritꝰ secũ nequiores.] pro, peiores. [se. Et itrãtes habitãt ibi, Et fiũt nouissima hominis illi peiora priorib⁹.] Pœnas generationis illius postquam descripsit in futura vita, describit modò etiã

in præsenti vita. Prædixit enim eis quòd in iudicio, resurrectionis tempore condemnabuntur. & modò prædicit, quòd etiam in præsenti vita peiora patiẽtur quàm patres sui passi fuerint. Et ad hoc affert parabolã de recidiuo statu vnius hominis habitati à dæmone. ¶ Vbi scito quòd loca arida sunt loca inepta ad hoc vt habitẽtur. domus verò vacans scopis mundata & ornata, est domus non solùm præparata ad hoc vt habitetur, sed prouocatiua ad hoc: nã ex hoc quòd est mundata & ornata, est præparata. ex hoc verò q̃ vacat habitatore, inuitat ad habitandum. Describitur itaque Dæmõ more humano, expulsus & vagus per loca arida &, non inueniens inter arida habitaculum in quo quiescat. & propterea rediens ad propriam domum, inueniens eam præparatam ad hoc vt habitetur, & sine habitante, cauens ne iterũ inde expellatur, assumit socios peiores se ad cohabitandum ibi: & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus, Hęc est parabola, vt ipse Iesus testatur subiungens [Sic erit & generationi huic pessimæ.] pro, malæ. Vsus est autem in hac parabola conditionibus domus scopis mundatę, ornatæ, & vacuæ: quia generatio illa verè inuenienda erat in dæmone, non solùm apta vt habitetur à dęmonibus, sed velut scopis mundata ab immundicijs legalibus & ornata cerimonialibus. Fuit nanque gens Iudæa ætate illa munda ab idololatria, & custodiens exteriora legis: vacua autem deo per internam gratiam habitante, [Sic erit & generationi.] Longè peiora euenerunt generationi illi quàm omnibus prioribus generationibus: nam gẽs illa habitata aliâs fuit à dæmone, & vexata multis, curatáque est mediante Moyse & propheris: sed post resurrectionem Christi, & cætera, habitatur vsque in hodiernum diem ab vniuersis dæmonibus, effecta est obstinata, & in sua perfidia contra Messiam perseuerans, quod est peius omnibus prioribus. [Adhuc eo loqueute ad turbas, ecce mater eius & fratres] More scripturæ vocantur fratres consanguinei. [Stabant foris.] Prædicabat enim in domo synagogæ: quantum ex superioribus & inferioribus sumitur. Dictum est enim, quòd intrauit in synagogam, & subditur quòd exijt de domo [Quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidam, Ecce mater tua & fratres tui, foris stant quærentes te] Deest alloqui. [At ipse respondens dicenti sibi ait, Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos dixit: ecce mater mea & fratres mei. Quicunque enim fecerit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse meus frater, soror, & mater est.] Non sunt hæc verba paruipendentis matrẽ & cõsanguineos,

sed

ſed docentis ſeruandum ordinem: vt diuina opera pręponantur humanis, vt diuina prædicatio, vt religio non omittantur, non interrumpātur propter pietatis officia Dicit enim euangeliſta, quòd adhuc IESV loquente ad turbas, proculdubio euangelizando regnum dei, importunus autem dixit, ecce mater tua, & cætera.

CAPVT. XIII.

I N illo die exiens Ieſus de domo.] Egreſſus de domo ſynagogæ eodem die cunctis cernentibus venit ad mare, quo copioſius conuenire poſſent auditores. [Sedebat ſecus mare] Ipſa quiete prouocans populos ad concurrendum ad certum & capacem locum. [Et congregatæ ſunt ad eum turbæ multę, ita vt nauiculam] pro, nauim [aſcendens.] Multitudo turbarum neceſſitatem intulit aſcendendi nauim: ex qua omnes auditores coram ſe proſpiceret, & nulli poſt tergum eſſent: in qua ab omnibus videretur, & tanquam in eminētiore loco, [Sederet.] Non ſolùm diſcipulos in mō te docet ſedendo, ſed etiam turbas, vt vterque ſitus ſedendi ſcilicet & ſtandi, conueniens prædicatoribus percipiatur [Et omnis turba ſtabat in littore Et locutus eſt eis multa in parabolis, dicēs.] Non dicit omnia: parabolæ enim ſolæ minus proſunt: ſed mixtæ proprietati verborum, multum proſunt. [Ecce exijt.] Demonſtrat tempus regni cœlorum: in quo ipſe Ieſus exiuit à patre & venit in mundum, [Qui ſeminat,] pro, ſeminabat, ſemen ſuum.] Hinc apparet quod ſeipſum demonſtrat. Prophetæ enim, Apoſtoli & cæteri ſeminant ſemen non ſuum, ſed dei. Ieſus autem vtpote verus deus, ſeminat ſemen ſuum. [Et dum ſeminat quædam ceciderunt ſecus viam: & venerunt volucres cœli & comederunt ea.] Non ex intentione ſatoris iacet ſemen ſecus viam, & in petroſa: ſed hoc contingit ex concomitantia actus ſeminandi per vniuerſum agrū. ¶Secus viam terra eſt minus culta, in qua ſeminis grana non operiuntur terra, ſed patula iacent auibus cœli [Alia autem ceciderūt in petroſa, vbi non habebant terram multam. & continuo exorta ſunt, quia non habebant altitudinem terræ. Sole autem orto æſtuauerunt vt quia non habebant radicem, aruerunt,] Loca ſaxea cooperta modica terra, cito vegetant ſemen in herbam ex multitudine caloris: quia calor ibi non imbibitur in profundo vt in reliqua terra: ſed reflectitur à ſaxo, ſed multiplicato calore in modica terra, ac per hoc in paruo humido, ſequitur arefactio tam intus quàm extra [Alia autem ceciderunt in ſpinas, & creuerunt.] pro, aſcende-

aſcenderũt.[ſpinæ,& ſuffocauerunt ea. Alia autem ceciderunt in terram bonam & dabant fructum.]Nota ſemen diuini verbi quadripartitũ,& in tribus partibus perditum,in ſola quarta fructuoſum,& tamen non propterea ceſſandum eſt à ſeminatione diuini verbi.[Aliud centeſimum.]pro,centum:[aliud ſexageſimũ.]pro, ſexaginta.[Aliud triceſimum]pro,triginta.Vniuerſitas electorũ trinario fructu ſignificatur,numerus enim ternarius perfectionis eſt ſignificatiuus. Et ſimiliter omnis diuerſitas graduum profectus ſpiritualis deſignatur per hos tres numeros:trigeſimum ſexageſimum,& centeſimum.¶[Vbi & nota minimum fructum eſſe trigeſimum quia tantæ feracitatis eſt quælibet bona cordis terra,vt ad minus reddat triginta pro vno,vbi ſemen verbi diuini ſuſcepe rit,& in patientia coaluerit. [Qui habet aures audiendi audiat.] Non corporis,ſed mentis aures excitat,non ad aliud quàm ad proprium officium ſcilicet audiendi.Sunt enim qui aures mentis non applicant ad audiendum,ad diſcendum & percipiendum verbum dei:ſed velut per vnam(vt aiunt) aurẽ intrat verbum dei,& ex altera exit [Et accedẽtes diſcipuli.]Seorſum,vt Marci quarto habetur[Dixerunt ei:quare in parabolis.]Hinc apparet,quòd nõ tũc, quando ſedebat Ieſus doceas ex nauicula,ſed poſt completas parabolas omnes,quas tunc dixit ad turbas,diſcipuli acceſſerunt ad Ieſum [Loqueris,eis?]Boni diſcipuli curam habẽt turbarum:& diſcere cupiunt non ſolùm ſenſum parabolarum,ſed cauſam quare non explicauerit Ieſus parabolarum ſenſus turbis. [Qui reſpondens ait illis,Quia vobis datum eſt noſſe myſteria regni cœlorũ: illis autem non eſt datum] Reſponſio,diſcretionis inter ipſos &,alios rationem cõtinet ex gratia,dicendo datum & non datum quia ex gratia diuina datũ eſt vobis donum hoc,ſcilicet myſterium regni dei: illis autem non eſt hoc à diuina donatum gratia, Ac ſi apertius diceret: quia vos,non illi,eſtis electi ad cognoſcendum myſterium regni dei. Per hoc tamen non intellige omnes, qui de turba erant excludi à notitia ſecretorum regni dei: rationabile ſiquidem eſt,quòd multi in turbis illis erant viri boni & electi: ſed quoniam in turba erant multi non electi ad notitiam fidei, ideo omnes de turba in genere computantur excluſi, & ſoli diſcipuli explicantur electi.Significat enim aduerſa ratio iſta ex diuinæ electionis dono prouenire, quòd aliqui ad notitiam veniant myſteriorum fidei: & non contingere hoc promiſcuè ſicut promiſcuè predicatio fit ad omnes. Vnde pronomen,vobis,monſtrat electos ad notitiam ſecretorum cœleſtiũ:

& pro-

& pronomẽ,illis,demonstrat homines promiscuè auditores verbi dei. [Qui enim habet dabitur ei,& abundabit:qui autẽ non habet, & quod habet auferetur ab eo.] Congruam dispositionẽ ex parte hominum in communi adiungit diuinæ gratiæ dono: vt sic intelligamus donum gratiæ,vt tamen tribuamus aliquid libero nostro arbitrio.Habere laudabiliter, & non habere vituperabiliter, non sunt naturę,sed libertatis. Quo fit,vt ille dicatur habere,qui recta exercitatione vtitur habitis: Ingenio,appetitu, fide, ac reliquis bonis,siue naturalibus,siue gratuitis: & per oppositum ille dicitur non habere, qui non vtitur vt debet donis naturalibus seu gratuitis: nam recto vsu seruatur imago dei in homine,seruatur donum legis diuinæ ac fidei. & non solùm per abusum, sed etiam per non rectum vsum ruunt omnia. Valde igitur consentaneum est rationi,vt illi qui habet rectum vsum, diuinam imaginem,diuinam legem,& quæcunque gratuita accepit dona, detur amplius diuinorum donorum: & propterea dabitur & abundabit, ad effundendum alijs,ab illo autem qui abusu vel ocio non seruauit habita,auferetur quod habet. ¶Si quæstionem ingeris: contradictoria implicari,dicendo,qui non habet,& subdendo,auferetur quod habet. Solutio est, quòd non habet integra quæ acceperat,& residuum quod habet auferetur ab eo.Vbi plus concluditur quàm oportuerit:nam sufficiebat inferre,& illi qui non habet non dabitur hoc enim faciebat satis proposito. Sed maiorem intulit pœnam ille qui præuidit reprobos non solùm priuari hic nouis donis, sed etiã acceptis dum permittuntur etiã in naturalibus excæcari & indurari iuxta illud Apostoli, Tradidit illos deus in reprobum sensum,vt faciant quæ non conueniunt,& c.Nonne hoc est tolli ab eis residuum quod habent? [Ideo in parabolis loquor eis.]Præcedẽti cõgruitate declarauit in genere quare quibusdam datur nosse mysteria regni dei,& quibusdam nõ:quia scilicet quidam habent accepta dona rectè vtendo illis, quidam non. modò declarat in specie quare inter Iudæos fit differentia. Et fuit opus descendere ad gentem Iudæorum: quia filij Israel omnes sunt de genere electo, & credebatur quòd omnes in aduentu Messiæ essent saluandi & præferendi cæteris. Hanc erroneam opinionem confutat descendendo ad speciem quare turbis Iudæorum occultat mysteria,& solis discipulis aperit. [Quia] Rationem reddit ex parte ipsorum Iudæorum. [Videntes] miracula quæ ego facio & opera mea. [Non vident.] diuinam in me virtutem, fusúnque salutem. [Et audientes] doctrinam meam,verba mea.

Non

[Nõ audiunt.] corde. [neque intelligunt.] Nõ intelligere refertur tam ad visa q̃ ad audita. Ac si apertius diceret: neque ex visis miraculis & operibus, neque ex auditis verbis doctrinæ meæ & testimonio Ioannis &c. Intelligere volunt regnum cœlorum in me, & per me adesse. [Vt adimpleatur.] pro, & impletur, [prophetia Esaiæ] cap. 6. [dicentis, auditu audietis, & nõ intelligetis: & videntes videbitis, & nõ videbitis.] pro, & nõ perspicietis. [Incrassatũ est enim cor populi huius.] Metaphora est sumpta à crassitudine corporea impediente motũ & operationes. Et significat oppressionem voluntatis ab abundãti malitia, velut à crassitudine occupante cor. [Et auribus grauiter audierunt]. Ex indispositione auditus corporalis, similitudinariè significatur mala dispositio Iudæorum ad discendum à Christo: auditus enim sensus est disciplinæ. [Et oculos suos clauserunt.] Mentis oculos non amiserunt, sed clauserũt voluntariè. [Nequando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant. & conuertantur, & sanem eos.] Non significatur ratio prædictorum, sed tempus, sed pertinacia omnium prædictorũ. Significatur enim quòd clauserunt Iudæi oculos, &cæ. non ad horam, non ad mensem aut annum: sed ne aliquando videant, audiãt & corde intelligant, & conuertantur ad veritatem Messiæ, & sic cõsequenter sanarentur à me deo. Verè impletam videmus prophetiam hanc vsque hodie: nanque nolunt intelligere & discere quæ Messiæ sunt. ¶ Intellige prudens lector negari cõuersionem Iudæorum omni tempore, non quia semper pertinaces perseuerabũt: sed quia longissimo tempore (donec scilicet introeat plenitudo gentium, & omnis Israel saluus fiat) non conuertentur, [Vestri autem beati oculi, quia vident: & aures vestrę, quia audiunt.] Perficit differentiam inter discipulos & alios. Vbi aduerte, quòd prius nomauit donum cognoscendi mysteria cœlestia modò appellari beatitudinem: vt intelligamus beatitudinem præsentis vitæ consistere in assecutione mysteriorum cœlestium. Hoc dono vestri beãtur oculi. quia vident, quia vtimini vestrę mentis oculis ad videndum: & similiter aures beantur, quia audiunt, quia vtimini auditu mentis ad discendum. Hic enim sensus quadrat contextui, è regione distinguenti discipulos contra alios: & rationem reddenti ex parte aliorum, quia non vident, quia non audiunt. oportet enim contraponere, quia vos videtis, quia vos auditis. & constat omnia hæc ad vsum videndi & audiendi referri, vt expositum est. [Amen quippe dico vobis: quia multi prophetæ & iusti cupierũt videre quæ videtis.] Explicat quare appellauerit beatos: ex eo scilicet,

licet, quòd vobis cõceſſum eſt, quod à tot iuſtis & prophetis deſideratum eſt,& non adeptũ. [Et nõ viderunt & audire quæ auditis,& non audierunt.] oculo ad oculum,præſentia & executione ſenſibili,vt vos videtis. Quod dico propter Abrahã, qui vidit diem Chriſti, & gauiſus eſt. vidit enim ſpiritualiter, ſed non vt diſcipuli Chriſti facie ad faciem Chriſtum, & miracula in executione: & ſimiliter audiebãt verba eius ex ore proprio,interrogabant aperiri myſteria,diſcebant myſteria toto præterito æuo velata. [Vos ergo audite parabolam ſeminantis. Omnis qui audit verbũ regni.] Hinc patet,quòd appellauit ſemẽ verbum regni cœlorum. [Et non intelligit. non penetrat verbum regni cœleſtis,ita vt credat.] In hoc enim primo nulla eſt omnino germinatio: vtpote deficiente intellectu,qui eſt principium fidei. [Venit malus.] Diabolus antonomaticè vocatur malus,non natura,ſed voluntate immutabili à malo in bonum. [Et rapit quod ſeminatum eſt in corde eius,hic eſt qui ſecus viã ſeminatus eſt.] Dicimus ſeminatum, tũ ſemen,tum agrũ. Et vtroque loquendi modo Matthæus hîc vſus eſt nam priùs dixit de ſemine,quod ſeminatũ eſt in corde: modò dicit de homine, qui ſeminatus eſt velut locus ſecus viam. [Qui autẽ ſuper petroſa ſeminatus eſt:] hic eſt qui verbũ audit,& eõtinuo cũ gaudio accipit illud. Nõ habet autem in ſe radicem ſed eſt temporalis. Facta aũt tribulatione & perſecutione propter verbũ, continuo ſcãdalizatur.] Euangelicũ verbum cũ gaudio à multis ſuſcipitur (dum non ſolis verbis, ſed interno affectu credunt,ſperant,diligũt,incipiũntque operari) ad ſimilitudinem ſeminis iacti in terram modicam ſuper fundũ ſaxeum: ſed in proſecutione deficit,ex eo quòd non habet radicem obſtante fundo petræ. Quanta differentia eſt inter tranquillitatem & perturbationem,inter pacemque & bellum, tanta eſt differentia inter ſemen radicatum & abſque radice. teſte domino, explicante quòd facta tribulatione & perſecutione propter euangelicum verbum,continuò non poſt multas tolleratas perſecutiones ſcandalizatur. Qui igitur euangelicam vitam à prompto animo inchoant,ſed non vſque ad vltima ſpei,timoris,triſtitiæ, delectationis amoriſque verbũ euangelicũ eos penetrauit, in ſaxeo corde modicam terram habent: hoc eſt, qui verbis,cogitationibus ac affectibus bonis in tranquillitate animi,corporis,famę ac rerum vigent: ſed quum ad facta infamiæ, ignominiæ, damni rerum aut cruciatus venitur,relinquunt euangelica facta, profitentur non fuiſſe radicatum euangelicum verbum in timore reſpectu factorum imminentium, in triſtitia reſpectu

ſpectu præſentium factorũ: & ſic de alijs: Cor nanque eorũ relatũ ad dãna, velut fundus terrę ſaxeus durum ſemper fuit: & propterea arunt inchoata herba, propterea temporales dicũtur, vtpote ſolo tempore tráquillo durante. [Qui autem ſeminatus eſt in ſpinis, hic eſt qui verbũ dei audit, & ſolicitudo ſęculi iſtius, & fallacia diuitiarũ ſuffocat verbũ: & ſine fructu efficitur. Qui verò in terram bonã ſeminatus eſt, hic eſt qui audit verbum, & intelligit, & fructum affert: & facit aliud quidem centeſimũ] pro, cẽtũ. [aliud autem ſexageſimũ.] pro, ſexaginta: [aliud vero triceſimũ.] pro, triginta. [Aliã parabolã propoſuit illis dicens.] Prima parabola, euã gelici verbi fructificationẽ, & nõ fructificationẽ ex parte diuerſorum auditorum tractauit iſta verò mixtionem electorum & reproborum vſque ad conſummationem mundi tractat. [Simile factũ eſt regnum cœlorũ homini, qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo.] Regnum cœlorum pro præſenti eccleſia hîc poni teſtatur dominus ſubdens declarando hanc parabolam: colligẽt de regno eius omnia ſcandala. [Quũ autem dormirent homines venit inimicus eius.] Non dicit cuſtodes, Si enim dixiſſet cuſtodes, intelligeremus negligentiam cuſtodum accuſari, ſed dicit homines: vt inculpabiles intelligamus naturali ſomno occupatos. Deſcribuntur ſiquidem dormientes homines quo ad parabolam, vt inſcijs hominibus deſcribantur ſata zizania ſi vidiſſent enim, prohibuiſſent. Quo ad ſenſum verò parabolæ, vt inculpabiles ſignificentur prælati, curſum humanæ vitæ paragentes: modò vigilando, modò dormiendo, humano more temporum actiones diſpenſando: nam & apoſtolorum tempore, imò ipſo Ieſu præſente ſata ſunt zizania Iudæ proditoris & Simonis Magi, &cę. [Et ſuper ſeminauit zizania.] Bonum eſt naturaliter prius malo: nec malum aliter inueniri poteſt, quàm ſuperueniens bono: nam ſi malum fingatur integrum, deſtruit ſeipſum. [In medio tritici.] Non ſufficit diabolo ſuper apponere malum bono: ſed ſatagit, vt optimis quibuſque miſceat illud. [Et abijt.] Non ſatio zizaniorum deſcribitur latens dormientes: ſed ſator occultans ſeipſum recedendo, ne cognoſcatur author mali. Studium diabolicum ſignificatur quo occultare nititur, quòd ab ipſo (qui hoſtis noſter eſt) proueniunt vtilia ac delectabilia contra diuina præcepta. [Quum autem creuiſſet herba, & fructũ feciſſet, tũc apparuerunt zizania. Accedentes aũt ſerui patrisfamiliâs, dixerunt ei: Domine, nõne bonũ ſemẽ ſeminaſti in agro tuo? vnde ergo habet zizania?] Homines deũ timentes miniſtri iuſtitię cõſulentes diuinam voluntatem introducuntur

cuntur: ad explicandum tum pium eorum affectum, piam bonorum velleitatem ad extirpationem iniquorum: tum pium desiderium ad sciẽdum vnde in mundo hominnes mali inter bonos. [Et ait illis: inimicus homo hoc fecit. Serui autẽ dixerunt ei: vis imus & colligimus.] pro, vis igitur abeamus & colligamus, [ea. Et ait, nõ?] Diffinitio est diuinę prouidẽtię, nõ esse colligenda zizania. [Ne forte.] pro, nequando, [colligẽtes zizania, eradicetis simul cũ eis & triticũ.] Nõ dubitãtis est, sed prædicentis euentum præter intentionẽ ipsorum. Nouit enim ipse paterfamiliâs deus, quòd si homines colligerent zizania, simul cum zizaniis præter colligentium intentionem eradicarent & triticum. [Sinite vtraque crescere vsque ad messem.] Precipit permitti vt zizania crescant cum tritico vsque ad consummationem seculi. Aduerte hîc, quòd quia Iesus declarando hanc parabolam, expresse dicit per zizania significari filios nequam, & per bonum semen filios regni: ideo secundum literalem sensum ad nullam iniquitatis seu malitiæ speciem arctandus est textus iste. Textus nõ precipit maleficos, aut homicidas, aut hæreticos, aut quoscũque alios in specie malos tolerandos: sed præcipit in genere, quòd ex hoc quòd homines sunt mali, non euellantur de hac vita: nam esse filios nequam seu mali, nullam speciem iniquitatis sibi vendicat. Et hoc diuinum præceptum est sanctissimum & necessariò adimplendum esse constat: Cum hoc autem constat stare, quòd relinquitur curæ ministrorũ iustitiæ, euellere de hac vita in tali & tali specie criminis inuolutos: puta maleficos, homicidas, & alios huiusmodi. Et hoc enim quòd prohibetur studium ad genus malorum extirpandum, non sequitur prohiberi studium ad extirpandum parricidas seu maleficos: alia siquidem est ratio extirpandi malos omnes. & alia ratio extirpari quasdam certas species malorum. Primum prohibendo, nulli fit iniuria. secundum, si prohiberetur, diuinum violaretur ius: quo scriptum est, maleficos non patieris viuere super terram: & breuiter omnia iura humana confunderentur. [Et in tempore messis dicã messoribus colligite primũ zizania.] Non dicit, comburite prius zizania, & deinde congregate triticum: prior enim retributio bonorum, quàm punitio malorum est: dicente prius rege, Venite benedicti patris mei, quam, Ite maledicti in ignem æternum. Sed dicit, colligite primùm hoc est, separate primùm, malos à bonis. [Et alligate ea in fasciculos ad coburẽdũ.] Secundum diuersitatem iniquitatum diuersi fiant fasciculi similium in crimine. [Triticum autẽ congregate in horreum meum.

Aliam

[Aliam parabolã proposuit eis,dicens.] Tertia hæc parabola de semine vim magnam euangelij tractat. In prima parabola semen est verbum regni: in secunda, semen sunt filij regni in hac tertia semen est rursus verbum regni. [Simile est regnum cœlorum grano sinapis:quod accipiens homo seminauit in agro suo.] Regnũ cœlorum pro præsentis tẽporis ecclesia sumitur hîc. [Quod mini mũ quidẽ est omnibus seminibus.] pro,omniũ seminũ. [quú aũt creuerit,,maius est omnibus holeribus.]pro,maximũ est holerũ. [& fit arbor:ita vt volucres cœli veniãt,& habitent in ramis eius.] Principiorũ conditio est,parua esse secundũ quantitatem, magna autem secundũ virtutem. Et ideo granum sinapis secundum vtrũque laudatur: quia secundum quantitatem minimum, secundum virtutem maximum monstratur. ¶Verùm quum dicitur semen sinapis minimum omnium seminum, putat Albertus Magnus intelligendum non quantitate(quoniam minus illo apparet ad sensum tam semen papaueri ,quàm semen rutæ)sed proportione. Semen enim sinapis quanuis in sua quantitate sit maius semine rutæ,est tamen minus illo secundùm proportionem: hoc est, relatũ ad producendum. Ita quòd referendo vtunque semen ad ea quæ producuntur, inuenitur minus semen sinapis, quia inuenitur arbor ex tam paruo semine, excedens proportionaliter rutæ fruticẽ & sic de similibus dicito. ¶Dubito ego ex diuersa cõditione regionum cõtingere,quòd semen sinapis alicubi sit maius, alicubi minus:sed simpliciter & absolutè esse minimũ omnium seminum etiam quantitate Comparaui siquidem semina hæc in Italia,nec apparet vniformitas. ¶Sensus parabolæ est Granum sinapis euangelium est,annuncians minima scilicet Iesum crucifixum. Nihil minus, nihil abiectius hoc dogmate est: sed idem maximę virtutis in vegetatiõe ecclesię,velut arboris inter holera apparet ita quòd aues cœli,homines cœlestis desiderij, cœlestis mentis,in iis quæ ecclesiæ sunt,habitant:Homo seminans, Iesus est:qui accepit à patre euangelicam doctrinam, & seminauit in agro non alieno,sed suo:mundus siquidem eius est:nam in propria venit. [Aliam parabolam locutus est eis.]Cõgruo ordine tribus parabolis de semine adiungitur parabola fermenti: quod seminis naturæ propinquissimum est.[Simile est regnũ cœlorum.]Quod præsens ecclesia in suis initijs est.[Fermento.] Pusillus grex Christi est,virtutem habens fermẽtandi totum mũdum. vt enim fermentum,spiritus natura penetrans maturam sapidámque reddit appositam farinam: sic Christi discipuli prima regni cœlorum membra,spiritu pene-

ritu penetrarunt corda hominum,crudáque ac acerba ad maturi tatem ac ſaporem cœleſtis vitæ promouerunt [Quod acceptũ mulier.] Infirmus ſexus impotentiam ſecularem notat eccleſię primitiuæ.[Abſcondit.] Vilitas, paupertas abiectúſque ſtatus diſcipulorum Chriſti abſcondebat cœleſte in illis regnũ [In farinę. [Materia fermentabilis pro electis ponitur.[Saris.] Menſurę nomen ſatum eſt,commenſurationem fermenti ad fermentandam farinam monſtrans.[Tribus.] Hoc eſt vniuerſis,perfectionis enim numerus trinarius eſt. Sicut ſuperius omnes electos comprehendit tribus fructibus,trigeſimo,ſexageſimo,& cẽteſimo. Et verè electi omnes aut ſunt in ſtatu incipientium,aut proficiẽtium, aut pfectorũ.[Donec fermentatum eſt totum.] Ecce quandiu durat abſconſio fermenti.nam fermentato toto, apparet clarè virtus fermenti in toto:& conuerſo mundo ad fidem Chriſti apparet clarè virtus diſcipulorum Chriſti in ſalute mundi [Hæc omnia locut' eſt Ieſus in parabolis ad turbas,& ſine parabolis nõ loquebatur eis.] Nõ dicit tãtũ in parabolis,ſed ſine parabolis: ſignificãs comitari parabolas doctrinã. [Vt impleretur quod dictũ eſt per prophetã, dicentẽ,Aperiam in parabolis os meũ:eructabo abſcondita a conſtitutione mũdi.] Tranſumptiue Matthęus traxit verbũ propheticum ex pſalmo ſeptuageſimo octauo. nam ad literam textus ille loquitur de ſimilitudinibus geſtorum. ſed euangeliſta myſtico vtens ſenſu,applicat ad ſimilitudines ¦metaphoricas. vtræque enim conueniunt in communi ratione parabolæ ſeu ſimilitudinarij ſermonis [Tunc dimiſſis turbis venit in domum,& acceſſerũt ad eũ diſcipuli eius,dicẽtes.ediſſere nobis parabolam Zizaniorum agri Qui reſpondens ait illis,Qui ſeminat bonum ſemẽ.eſt filius hominis.Ager autem eſt mundus.Bonum vero ſemen,ij ſunt filij regni. Zizania autẽ filij ſunt nequã.]pro,mali, & eſt genitiuus.[Inimic' autẽ qui ſeminauit ea,eſt diabolus.Meſſis vero conſummatio ſeculi eſt,meſſores autem angeli ſunt.Sicut ergo colligũtur Zizania & igni cõburuntur,ſic erit in cõſummatione ſeculi. Mittet ergo filius hominis angelos ſuos,& colliget de regno eius oĩa ſcãdala,& eos qui faciũt iniquitatẽ & mittent eos in caminũ ignis:ibi erit fletus & ſtridor dentium.Tũc iuſti fulgebũt ſicut ſol in regno patris eorum. Qui habet aures audiendi audiat.] Hinc apparet per bonum ſemen ſolos electos,& per zizania ſolos reprobos ſignificari:quoniam hi deſcribuntur damnati.illi autem fulgentes ſicut ſol. Reliqua ſuperius ſunt expoſita.[Iterum ſimile eſt regnum cœlorum.] Quatuor parabolas dixerat turbis: & quatuor alias para-

bolas dicit domi discipulis. [Thesauro abscondito in agro.] In quatuor antedictis parabolis regnum cœlorum quo ad sua initia descriptũ est in semine & fermento, & coram omnibus, in sequentibus verò quatuor regnum cœlorum describitur in statu prouecto coram discipulis. & propterea describuntur studiosi ad ea quę perfectionis sunt, in omnibus quatuor. Rursus in prioribus parabolis regnum cœlorum tractatum est ex ea parte, qua vim habet effectiuam, tanquam semen seu fermentum: modò in his duabus tractatur ex ea parte, qua vim habet finis, qua est desiderabile. & propterea assimilatur thesauro ac margaritæ. Vnde in prioribus electi significati sunt per fructus consequentes: in istis autem per rationalem conatum, inquisitionem &cæ. ¶ Appellatione itaque regni cœlorum, euangelica vita intelligitur: iuxta illud Apostoli ad Romanos decimoquarto, Regnum dei non est esca & potus, sed iustitia & pax & gaudium in spiritusancto. euangelica itaque seu cœlestis vita vel perfectio, similis est thesauro abscondito in agro: hoc est possibili haberi ac possideri ab inuentore, magno tamen interueniente precio, huiusmodi enim passibilitatem circunloquitur per esse absconditum in alieno agro. [Quem qui inuenit homo abscondit: & præ gaudio illius vadit, & vendit, vniuersa, quæ habet.] Quantitatem thesauri longe immò incomparabiliter maiorem vniuersis, quę habet inuentor, describit: ponendo gaudium thesauri esse causam vendendi vniuersa, quæ habet. [Et emit agrum illum.] vt agro existente suo, thesaurus in proprio agro existẽs sit suus. in alieno enim inuentus diuidebatur inter inuentorẽ & dominum agri. Vendere vniuersa habita ad emẽdum euangelicam vitam, est proprias abijcere voluntates ac passiones propter integritatem vitæ assequendam: sed vendere vniuersa habita ad emendum euangelicam perfectionem, est relinquere non solùm passiones, sed impedimenta quæque perfectionis. Et hoc secundum literali sensui quadrat: considerando, quòd ad discipulos parabolas has dirigit, quos ad perfectiorem vitam vocauit: & quòd tantam perfectionem exigit, vt non solùm vendant sed ex gaudio thesauri cœlestis vendant vniuersa temporalia. Ager in quo abscondita est euangelica perfectio, ecclesiasticum est studium: continens in intimis cœlestis vitæ perfectionem, cõuersationem in cœlis. [Iterum simile est regnum cœlorũ homini negociatori quęrenti bonas margaritas.] Non suffecit optimo magistro prouocare discipulos ad perfectionis studium ex thesauro quasi casu inuento (hoc est diuinitus monstrato) sed vi-

giles

giles docet eos esse ac solicitos ad quærendum vt inueniant. Ita quòd præcedente parabola preciositatem perfectionis & studium assequendi oblatam perfectionem descripsit, in hac verò addit studium quærendi margaritam. Et sicut per thesaurum perfectio euangelica, ita per margaritam (quæ pars solet esse thesauri) vna aliqua perfectionis species significatur: puta exercere se in vita actiua, vel contemplatiua. & rursus curam gerere ægrorum, vel alij operi misericordiæ vacare, rursus prædicationis, vel lectionis officio incumbendo prodesse. & sic de alijs. Hæ enim sunt margaritæ bonæ, quas quærunt negotiatores cœlestes. [Inuenta autem vna preciosa margarita, abijt: & vendidit omnia, quæ habuit, & emit eam] Nemo enim omnibus potest vacare preciosis studijs: sed vnum studium preciosum congruit vni & aliud alij. Pro quacunque tamen perfectionis specie adipiscenda sibi commensurata (ad quam emendam sufficiunt opes propriæ) vendit cœlestis negociator omnia sua & emit eam: tanto chariorem illam habens, quando nihil sibi reliquit propter illam habendam. [Iterum simile est regnum cœlorum] Postquàm duabus parabolis dupliciter inueniri in regno cœlorum studium perfectionis descripsit (scilicet vel tanquam oblatum prosequendo, vel more negociatoris inquirendo) quia in vtraque ad proprium bonum singularis hominis tenditur, supererat vt ad aliorum bonum officia perfectorum describerentur. & hoc fit his reliquis duabus parabolis. [Sagenæ missæ in mare & ex omni genere piscium congreganti] Superfluit piscium. Duo in hac parabola significantur. Alterum est officium ecclesiæ in suis prædicatoribus, quod assimilatur sagenæ quantum ad congregationem tam bonorum quàm malorum. Alterum est officium discernendi bonos à malis, quod est officiũ Christi per eius angelos exercendũ. Et hoc est ad quod terminatur sagenæ congregatio. [Quam quũ impleta esset reducentes & secus littus sedentes.] Legendum est educẽtes in littus & sedentes, [elegerũt bonos in vasa.] pro, collegerũt bona in vasa, [malos.] p, mala, [aũt fŏras miserũt. Sic erit in cõsummatione sęculi. Exibũt angeli, & separabũt malos de medio iustorũ & mittent eos in caminũ ignis: ibi erit fletus & stridor dẽtiũ.] Aduerte hîc diuersos ecclesiæ status à domino Iesu describi. In priorib⁹ enim parabolis regnũ cœlorũ semini assimilatũ (hoc est ecclesia in suis principijs cõstituta) malos habuit cũ bonis: tũ ex indispositione auditorum, tum ex superseminatis à diabolo zizanijs: in hac autẽ parabola, quãdo ecclesia iã prouecta est, malos

habet mixtos bonis, tanquam captos simul cum bonis: hoc est inuolūtarios, & coactos se profiteri Christianos. Innumerabilis est multitudo hominum, qui baptismo in infantia, aut timore suscepto, tanquam captos se retinent Christianos: qui si essent omnino liberi etiam quo ad famam, honorem &c. non expectarent exitu. ros angelos ad separandum eos â iustis, sed à sagena exirent. Verùm dominus sagenam prœuidit congregaturam captos bonos & malos. ¶ Si miraris aut putas non decere ecclesiam exercere sagenæ officium, quia voluntarij soli in ecclesia esse deberent: considera captos esse non solos malos, sed etiam bonos melius est autem quosdam electos sic saluare cum admixtione malorum, quàm nullum capere. quum omnia quæ in mundo fiunt, fiant propter electos, quibus omnia cooperātur in bonum. Multitudo igitur electorum qui tanquam capti ad ecclesiam congregati inueniuntur, laudabilem reddit sagenam ecclesiasticam capientem bonos & malos [Intellexistis.] Legendum est. [Dicit illis iesus, intellexistis hæc omnia? Dicunt ei etiam.] deest. domine. [Ait illis, ideo omnis scriba doctus in regno.] pro, ad regnum. [cælorum, similis est homini patrifamilias.] Quarta ad discipulos parabola, definitiua est scientiæ ac sufficientiæ requisitæ ad doctores ecclesiasticos. Pater familiâs plene prudens describitur, qui seruauit vetera non solùm vsque ad noua, sed etiam in tanta copia, vt simul cum nouis habeat vetera. Scriba autem doctus ad hoc cœlorum regnum similis tali patrifamilias definitur: non solùm ad significandum quòd debet plene thesaurizasse opportuna ad pascendum Christi familiã, sed ad definiendum in specie, quòd debet scire nouum & vetus testamentum. ideo enim attulit parabolam explicantem in patrisfamiliâs thesauro recondita noua simul, & vetera. [Qui profert de thesauro suo noua & vetera.] Non dicit qui habet, aut qui potest proferre, sed qui profert. quia si non profert, perinde est ac si non esset doctor apud cœlorum regnum: in quo non habitibus, sed actibus meremur. [Et factum est quum consummasset iesus parabolas istas, transit inde. Et veniens in patriam suam.] hoc est in Nasareth [docebat eos in synagogis.] pro, synagoga, [eorũ ita vt mirarẽtur,] pro, stuperent. [& dicerent, vnde huic sapientia hęc & virtutes? none hic est fabri fili⁹? nõne mater eius dicitur Maria & fratres eius, Iacob⁹ & Ioseph.] pro, & Ioses, [Simõ & iudas? & sorores eius nõne omnes apud nos sunt? vnde ergo huic omnia ista.] Admiratio conciuium testificatio est, quòd Iesus nõ vacauerit literis, nõ studuerit scientijs acquirendis. mirantur enim

non

non ſolùm de virtutibus miraculorum, ſed de ſapientia. ¶ Faber genericum nomen eſt nullam determinans artem in ſpecie. nam faber ærarius, lignarius, ferrarius, & muri dicitur. vnde incertum reſtat, qua fabri ſpecie faber fuerit Ioſeph. ¶ Fratres ſecundum ſcripturæ morem conſanguinei appellantur. [Et ſcandalizabantur in eo.] Vere donum dei eſt credere, nec datum omnibus. Conciues vident cum alijs in Ieſu ſapientiam & miracula, & teſtantur non humanitus acquiſita: conferúntque cum vilitate artis, fratrum ac ſororum, & vnde incitati deberent ad diuinam credendum virtutem inde ſcãdalizantur, offendiculum fit illis quod occaſio deberet eſſe ſalutis. [Ieſus autem dixit eis, Non eſt prophe ta ſine honore niſi in patria ſua & in domo ſua.] Manſueta reſpõſio non refert iniuriã iniuriæ, ſed communem conditionem prophetarum cum patrijs ſuis ad memoriam reuocat, vt vel ſic reſipiſcant. Ratio quare non honoratur propheta in ſua patria eſt, quia morale eſt animis ſubiectis paſsionibus minus libenter præferre ſibiipſis pares vel inferiores: conciuilitas autem repræſentat cõciues velut pares aut viliores: & cõmuniter homines (paucis virtute præditis exceptis) aguntur paſsionibus: & propterea renuunt honore præferre ſibi prophetam conciuem aut domeſticum. [Et non fecit ibi virtutes multas, propter incredulitatem illorum.] Indignitas exprimitur conciuium ad ſuſcipienda miracula. Lege euangelium, & inuenies fidem indigentium miraculorum ope cõcurrere ad miracula. Et propterea incredulitas, contraria diſpoſitio aſsignatur ad ſuſceptionem miraculorum multorum. paucorum enim fides pauca meruit miracula: communiſque incredulitas indignos reddidit multitudine miraculorum.

CAPVT XIIII.

IN illo tempore.] Poſt multa a Chriſto patrata miracula, poſt concurſus turbarũ ad Chriſti doctrinã.

I Tempus nanque hoc auditę famæ fuit poſt decollationẽ Ioannis: vt Herodis verba clarè teſtantur.

Conſtat autem Ioannem decollatum fuiſſe prope feſtum paſcale, quo faciauit dominus quinque milia hominum ex quinque panibus: inter quod & baptiſma Chriſti à Ioanne plus quam biennium fluxit, vt adiuncto Ioannis euangelio patet, ſupputando numerum ſolennitatum paſchalium, quarum Ioannes meminit, quæ ſuper Ioannem clariùs apperientur. [Audiuit Herodes Tetrarcha.] Ad differentiam Herodis regis patris iſtius

cuius ſuperius meminerat deſcribendo tempus natiuitatis Chriſti Ille fuit rex ac pater Archelai & Herodis iſtius: qui Tetrarcha & non rex dicitur & erat: quia ſine regio titulo princeps erat partis regni patris ſui. Et iſte eſt qui poſtea illuſum Ieſum veſte ſplendida, remiſit ad Pilatum [Famam Ieſu, & ait pueris ſuis] Nomen eſt non ætatis, ſed conditionis: hoc eſt ſeruis ſuis. [Hic eſt Ioannes Baptiſta: ipſe ſurrexit a mortuis.] Putauit Herodes animam Ioannis Baptiſtæ introiiſſe in Ieſum, hunc enim ingreſſum appellat reſurgere à mortuis: non corporis eiuſdem reſumptione, ſed quòd denuò ſpiritus Ioannis ad hanc vitam venerit in alio corpore Et propterea dicit hic Ioannes: non ſecundùm corpus, ſed ſecũdùm ſpiritum: à principali parte, ſcilicet ſpiritu, denominans totum, ſcilicet Ioannem. [Et ideo virtutes operantur in eo.] Ioannes Baptiſta antequam decollaretur, nullum miraculum fecerat. vt dicitur Ioannis vndecimo: poſt decollationem autem exiſtimatus quod redierit ad vitam, creditur maioris eſſe virtutis, tanquam attulerit ex alia vita, & ex prioribus meritis virturem faciendi miracula quam prius nõ habuerit. [Herodes enim] Incidenter euangeliſta inſerit mortem Ioannis. [Tenuit Ioannem, & alligauit eum: & poſuit in carcerem propter Herodiadem vxorem] Deeſt. Philippi fratris ſui. [Dicebat enim illi Ioannes, Non licet tibi habere eam.] Vera cauſa, ſed non ſola: teſtatur enim Ioſephus, quod propter multum populi cõcurſum ad Ioannem, Herodes addixit Ioannem carceri. ¶ [Dubium eſt apud nos huius Herodiadis genus: tradente Ioſepho quòd fuit filia Ariſtoboli fratris Archelai, Herodis & Philippi: teſtante autem Hieronymo ſecundùm veterem hiſtoriam fuiſſe filiam regis Aretæ. Ioſephus certus eſt author, vetus hiſtoria incerta. præter hoc quòd repudiata ab Herode, filia fuit regis Aretæ, Rurſus Ioſephus dicit hanc Herodiadem vxorem fuiſſe non Philippi, ſed alterius Herodis, fratris quoque Herodis Tetrarchę, ſed ex alia matre. Vnde binomius videtur fuiſſe ille alter Herodes, vel vocabatur compoſito nomine Herodes Philippꝰ, vel Philippus Herodes. [Et volens illum occidere, timuit populum, quia ſicut prophetam eum habebant.] Hinc appareret voluntas Herodis ad necem Ioannis, abſque impulſu Herodiadis ſubſecuto [Die autem natalis.] pro, quũ autem agerentur natalitia. [Herodis, ſaltauit filia Herodiadis in medio.] Ad differentiam alterius vxoris aut concubinæ Herodis, explicatur quòd erat filia ipſius Herodiadis. Et placuit Herodi. Vnde cum iuramento pollicitus eſt ei dare quodcunque poſtulaſſet ab eo. At illa præmonita

monita a matre ſua,da mihi,inquit,hic in diſco caput Ioannis Baptiſtę.]Audita tanta talique Regis promiſſione,cucurrit puella ad matrem conſulendo quid peteret:& ſic præmonita à matre ſua dixit regi,da &c.[Et contriſtatus eſt Rex.]Regē vocat quantum ad poteſtatem, non quantum ad titulum. Optime pinxit contriſtatum non Herodem(qui affectabat occidere Ioannem)ſed regem : quia exteriori ſigno officium contriſtati regis egit [Propter iuſiurandum autem, & propter eos qui pariter recumbebant iuſſit dari.] Conſidera verba domini Ieſu de Herode(quòd ſcilicet appellauit eum vulpem)& intelliges hęc omnia fuiſſe ſimulationes. Mōſtrat Herodes ſe inuitum coactum à religionis vinculo, & á reuerentia conuiuarum, tanquam etiam ipſis teſtibus fieret iniuria , ſi non ſeruaret promiſſa:vt ſic populus audiés quòd inuitus occidiſſet Ioannem,minus ægrè ferat Ioannis necem,& ferè excuſatum habeat Herodem.[Miſitque,& decollauit Ioannem in carcere. Et allatum eſt caput eius in diſco:& datum eſt puellæ & illa attulit matri ſuæ. Et accedentes diſcipuli eius,tulerunt corpus eius,& ſepelierunt illud:& venientes nunciauerunt Ieſu.] Ecce Ioannis diſcipuli,iuncti ſignificantur Ieſu:dum veniunt ad Ieſum nunciantes geſta circa Ioannem. [Quod cum audiſſet Ieſus.] Non erat opus vt audito diſceret mortem Ioannis,qui omnia nouerat:ſed hominem verum,ſeipſum exercens,non mouetur antequam audiat geſta. [Receſſit inde in nauicula.] pro,naui,[in locum deſertum ſeorſum.] Secedendo docet nō eſſe imperfectionis cedere furori principum, ſubtrahere ſeipſos materiam ſæuiendi. Et ſimul atteſtatur, quòd non ſolùm propter Herodiadem, ſed propter concurſum populi occiderat Ioannem Herodes, nam ſi communis cauſa Ieſu & Ioanni non fuiſſet,non ſecceſſiſſet Ieſus audita Ioannis morte. Cauſa autem Herodiadis propria erat Ioanni:ſed cauſa concurſus populi,communis erat Ieſu & Ioanni.Et tanto magis incitabat Herodem contra Ieſum,quanto multitudo miraculorum maiorem prouocabat concurſum.[Et quū audiſſent turbę,ſecutæ ſūt eum pedeſtres de ciuitatibus.Et exiens de ſolitudine deſerti,vidit turbā multam,& miſertus eſt eis,& curauit languidos eorum. Veſpere autem facto acceſſerūt ad eum diſcipuli eius,dicentes,deſertus eſt locus, & hora iam præterijt dimitte turbas,vt euntes in caſtella emāt ſibi eſcas.Ieſus autē dixit eis,Nō habēt neceſſe ire:date illis vos mādu care Reſpōderunt ei, Nō habemus hic niſi quinq; panes,& duos piſces.Qui ait eis,Afferte mihi illos huc.]Omittit Matthęus locū montanum & interrogationem Philippi, & cætera, quæ Ioannes

explicat. [Et quum iuſsiſſet turbam.] pro,turbas, [diſcumbere ſuper fenũ,acceptis quinque panibus & duobus piſcibus aſpiciẽs in cœlum.] Vt exteriorib⁹ actibus teſtaretur ſe omnia à deo habere & recognoſcere:& ſimul intuentium animos ad deum prouocaret. [Benedixit & fregit & dedit diſcipulis panes:diſcipuli autem dederunt turbis.Et manducauerunt omnes, & ſaturati ſunt,& tullerunt reliquias duodecim cophinos fragmentorum plenos.] Ne putes phantaſma fuiſſe,teſtes ſunt reliquiæ. [Manducantium autem fuit numerus quinque milia.]Deeſt,fere.Legendum eſt [Fere quinque milia virorũ exceptis mulieribus & paruulis Et ſtatim compulit Ieſus diſcipulos aſcendere in nauiculã.]Inuiti enim à Ieſu recedebãt [Et prȩcedere eũ trans fretum donec dimitteret turbas.Et dimiſſa turba,aſcendit in montem ſolus orare,Veſpere autem facto ſolus erat ibi.Nauicula aũt]Deeſt,iam, [in medio mari iactabatur fluctibus.Erat enim contrarius ventus. Quarta autẽ vigilia noctis venit]pro,abijt,ad eos ambulans ſuper mare.Et videtes eũ.] Deeſt,diſcipuli, [ſuper mare ambulantẽ] Non ſolùm viderunt Ieſum ſuper mare ſed ambulantem ſuper mare, quanuis fructuoſum.[Turbati ſunt,dicentes,quia phantaſma eſt, & præ timore clamauerunt.] Laborant remigando contra ventum diſcipuli, & non timent: ſed vbi phantaſma hominis ambulare ſuper mare prope ſe nocturno tempore vident,timuerunt,ita vt clamore vocis confuſo magnitudinem timoris exprimerent. [Statimque Ieſus locutus eſt eis.] Vt quem viſu non cognoſcebant, auditu ſolitæ vocis diſcernerent. [Dicens,habete fiduciam, ego ſum.] hoc eſt, ego magiſter veſter quem ſolita hæc vox præ ſe fert ſum, & non ſum phantaſma.[Nolite timere. Reſpondens autem Petrus dixit.]Vniuerſam non timendi,ſed confidendi rationem aſsignauerat Ieſus, quia ego ſum. & propterea Petrus nihil dubitans de potentia Ieſu, ſed adhuc non plene certus an ille loquens cum eis eſſet Ieſu, certificari quærit de hoc.Et ideo reſpondendo verbis Ieſu,petit certificari,dicendo, [Domine ſi tu es.] Niſi crederet illum eſſe Ieſum non diceret domine, & niſi certificari quæreret an ille ſit Ieſus, non diceret,ſi tu es. Credulitas itaque in Petro erat, ſed non certitudo,quod ille ambulãs ſuper aquas eſſet Ieſus.Quȩrebat autem certificari tactu corporeo, aut propinquitate tanta, vt clare videre poſſet faciem, manus veſtes, & reliquum corpus ſolito more quo quotidie cum eo conuerſabatur. ſic enim totaliter excluſa fuiſſet omnis ſuſpicio quòd eſſet phantaſma. Verum quum iſta approximatio dupliciter fieri potuiſſet (vel ipſo Ieſu

veniente ad Petrum qui erat in naui, vel Petro eunte ad Iesum) non ausus fuit Petrus petere, Domine si tu es veni ad me tum ob solitam reuerentiam: tum forte quia viderat Iesus nolentem venire ad ipsos, vt Marcus refert. Sed rogauit vt ipse Petrus iret ad Iesum. ¶ Nec petendo hoc nouum miraculum tentat Petrus deum: quoniam licita erat illa tunc in Petro incertitudo illius indiuidui (quum Satanas quandoque transformet se in angelum lucis) & nullo reuerentiori modo excludenda occurrit quàm humiliter petere, vt accumulatione miraculi certitudinē efficeret quòd ipse esset. [Iube me venire ad te super aquas. At ipse ait veni, Et descendens Petrus de nauicula, ambulabat super aquam.] pro, aquas, [vt veniret ad Iesum] In nullo dubitat Petrus de potentia Iesu dum confitetur quòd si ipse est, solo iussu potest ipsum facere ambulare super aquas. Sed considerandus superest sensus huius petitionis. Non enim intendit petere sola iussionis verba. quia per hoc nihil petteret discretiuum inter phantasma & Iesum: iussionis nanque verba proferre poterat etiam phantasma, sed intendit petere efficaciam veniendi super aquas solo iussu. Sed quo operē, quo effectu mediante efficacia ista habenda, & cognoscenda erat à Petro, habitáque & cognita fuit à Petro, scrutandum est. Petrus enim certificari quærens de persona Iesu, nec petebat (vt dictum est) sola verba iubentis veni: nec temere au dito veni descendit de naui ad aquas, sed certificatus de eo quòd ambulaturus esset super aquas. Quærimus ergo vltra verba iussionis veni, effectum est certificās Petrum quòd ambulaturus esset super aquas Oportuit autem concurrere ad hoc opus tria: Primum ex parte Iesu iussionem diuinam, qua dixit & facta sunt omnia. Et hæc clare in euangelij textu habetur tum Petro petente: iube tum Iesu iubente veni. Secundum ex parte animi Petri: scilicet securitas veniendi. Et hæc etiam in euangelio inuenitur. dum timens Petrus cœpit mergi, & audiuit, modicæ fidei quare dubitasti? Hinc enim apparet, quòd iubente Iesu Petro veni, effecta est in animo Petri tanta fides, vt non dubitaret se iturum iturum ad Iesum super aquas Tertium ex parte corporum: quod dupliciter potuisset fieri, vel ex parte maris solidando ipsum mare, vt tanquam terra solida fieret. sicut in mari rubro transeuntibus filijs Israel aquæ erant pro muro à dextris & à sinistris. Sed mare non fuisse redditum solidum in hac ambulatione euangelium testatur: describens mare fluctuosum ex vento, qui ambulante Petro erat validus, & non cessasse quousque Iesus ingressus

ſus eſt nauiculam. Vel ſuſpendendo graue corpus Petri à grauitando ſuper aquas. Et effectum hunc fuiſſe, ex regeſta infertur. Ex eo enim quòd conſtat Petrum ambulaſſe ſuper aquas, & aquas nõ fuiſſe ſolidatas, reſtat quòd corpus Petri non grauitabat ſuper aquas. Si nanq3 naturalis ſuæ grauitatis actũ exercuiſſet, fuiſſet mersum. ¶ Et bene intellige quòd non dicimus corpus Petri non fuiſſe graue: ſed dicimus illud graue non grauitaſſe tunc ex diuinę iuſſione virtutis, ſuſpendentis graue à grauatione: ſicut ſuſpendit ignem ab actione ſua ne læderet tres pueros in fornace. Vnde Petrus audito iuſſu Ieſu, veni, non ſenſit corpus ſuum mutatum de graui in leue ſed tanta eſt in animo eius diffuſa fides atque ſecuritas, vt rectiſſimum ſe ſciret ambulaturum ſuper aquas. Ita quòd ſolum ſecuritatis donum in animo Petri, medium fuit ad excludendam temeritatem à Petro, vt auderet egredi nauem ad ambulandũ ſuper aquas: quia in euangelio hæc ſecuritas hęc fides ſola deſcribitur conſeruans ambulationem Petri ſuper aquas. Tandiu ſiquidem deſcribitur ambulaſſe ſuper aquas, quouſque non perdidit ſecuritatem timendo, & fidem dubitando ſtatim enim vt dubitauit & timuit, cœpit mergi. [Videns vero ventum validum.] commouentem vndam procelloſam [Timuit.] O Petre ſecurus ambulas in præſenti ſuper aquas fluctuantes, & futuram times à vento validiore procellam? Diuina diſpenſatione temperauit Ieſus miraculum: vt experiretur Petrus ſine diuinæ gratiæ aſſiſtentia proprium defectum in vtendo diuinis donis. Non enim ſubtraxit Ieſus tunc à Petro donum fidei infuſæ, quia ſine pœnitentia ſunt dona dei, vt dicitur ad Romanos nono capite ſed ſubtraxit gratuitam aſſiſtentiam à Petri animo, quo ad hoc quod reliquit Petrum ſibiipſi, quantum ad actum vtendi fide conceſſa: & Petrus conſiderans imminentem ex valido vento procellam, actualiter dubitare cœpit, & timere ſubmerſionem. [Et quum cæpiſſet mergi.] Sicut prius Petrus confiſus eſt in Ieſu, & poſtea ambulauit ſuper aquas, ita prius perdidit in animo ſecuritatis actum timendo, & poſtea cœpit mergi, vt intelligamus ſecundùm animę merita aſſiſtere diuinam opem corpori. [Clamauit dicens, Domine ſaluum me fac. Et continuo Ieſus extendens manum, apprehendit eum: & ait illi, modicæ fidei, quare dubitaſti? Et quum aſcendiſſet.] pro, aſcendiſſent. Scilicet Ieſus & Petrus. Certificat Ieſus non ſolum Petrum, ſed omnes, quòd non phantaſma, ſed ipſe eorum magiſter eſt [In nauiculam, ceſſauit ventus. Qui autem in nauicula erant, venerunt & adorauerunt eum, dicentes: vere filius dei es.] Profitentur,

quòd

quòd non ſecundùm opinionẽ,ſed ſecundũ veritatem eſt Meſias. Circunloquuntur enim Meſiam nũcupatione filij dei: ſicut & Nathanael in principio quo venit ad Ieſum,dixit:tu es filius dei Ioannis.1. Neſciens tunc trinitatis myſterium,quod Ieſus poſtea manifeſtauit: [Et quum tranſfretaſſent,venerunt Geneſar.]pro,Geneſareth.Alij ſunt Geraſeni,qui etiam Gergeſeni:de quibus ſuperiùs capite 8.alij Geneſareni:de quibus hîc. [Et quum cognouiſſent eum viri loci illius,miſerunt in vniuerſam regionem illam:& obtulerunt ei omnes male habentes.] Conſentaneum rationi eſt, quòd multi eorum interfuerint alibi prædicationi Chriſti, vltra notitiam ex fama & propterea dicitur,quòd cognouerunt eum eſſe illum Ieſum,prædicantem regnum dei & miracula facientem.

[Et rogabant eum,vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent.] Non intelligo legalem fimbriam in quatuor angulis pallij præceptam à lege,Numeri decimoquinto. Ne in fimbria legali fiduciam petentium miraculoſam opem interpretemur: ſed extremitatem quancunque veſtimentorum Chriſti.confidebant enim non in legali fimbria communi omnibus Iudæis, ſed in ipſo Ieſu Chriſto: & indignos ſe iudicantes tactu manus Ieſu:rogant vt ad infimam partem veſtis eius tangendam admittantur. ¶Et hunc ſenſum Euangeliſta præ ſe ferr,apponendo vel: dum dicit, vel fimbriam. Deſcribit enim petentes quòd ſaltem extremitatem veſtis tangerent:& non quòd illam particulam veſtis in qua erat fimbria legalis,tangerent Si enim hoc petiſſent,non diciſſent vel fimbriam, tã quam minimam rem deſcribens. [Et quicunque.]pro, quotcunque,[tetigerunt,ſalui facti ſunt] Poterat ſine tactu veſtis ſanare: ſed vt ſecundùm fidem rogantium petentium tactum veſtis, & ipſe ſanaret, & illi cognoſcerent ſe ſanari omnes, & ſoli tangentes curati ſunt.

CAPVT. XV.

Vnc acceſſerunt ad eum.]pro,accedũt ad Ieſum,[ab Hieroſolymis]Deeſt qui.Legendũ eſt,Qui ab Hieroſolymis.eminẽtiores alijs.[Scribæ & Phariſæi, dicentes:Quare diſcipuli tui trãſgrediũtur traditiones ſeniorum?]Non inquirendo,ſed arguendo,non ſolùm diſcipulos,ſed retorquendo in Ieſum tranſgreſſionem inuehuntur. [Non enim lauant manus ſuas,quũ panẽ manducant.] Vt Marcus ſupplet, non eſt quæſtio de lotione manuum ex decentia hominibus ſolita, qua ſolent homines ante prandium & cœnã manus lauare

nus lauare: ſed de lotione manuum ex ſtatuto ſeniorum, quæ erat crebra puta quòd ter aut quater eodem prandio lauabant manus. Quam etiam Matthæus tacitè inſinuauit: tum arguentes non allegant turpitudinem immundiciæ, ſed quia tranſgrediuntur traditiones ſeniorum. [Ipſe autem reſpondens, ait illis: quare & vos.] Clauum clauo retundit. Si Scribæ interrogaſſent cauſam, reſpondiſſet ad cauſam: ſed vbi non quærunt ſcire quare, ſed criminantur, ſed inuehuntur in magiſtrum innocentem, prætermiſſa cauſa quare diſcipuli non ſeruant illam traditionem: reſpondet directe ad criminationem, monſtrando illis magnum ipſorum crimẽ in tanto ſtudio circa traditiones ſeniorum Monſtrat autem hoc, arguendo illos eodẽ modo, ſed non eodem animo quo illi ipſum arguerunt. [Tranſgredimini mandatum dei propter traditionem veſtram.] Magnitudo ſtudij veſtri circa traditiones veſtras, tanta ſcilicet quòd redũdat in tranſgreſsionem præceptorum dei: quare eſt, qua ratione excuſari poteſt? Ac ſi aperte diceret: non ex zelo iuſtitiæ inſurgitis ad arguendum, ſed ex amore propriæ authoritatis: quum mandata veſtra præponatis mandatis dei ſi vos amor iuſtitiæ plenioris moueret, ſtuderetis primùm circa obſeruationem diuinorum, & poſtea humanorum præceptorum: ſed vbi excande ſcitis circa friuola humana, poſt habentes diuina mandata, appareret quòd propriæ amor authoritatis vos mouet. [Nã deus dixit.] pro, præcepit, [Honora patrẽ & matrẽ.] Exo. 20. [Et qui male dixerit patri vel matri, morte moriatur.] Leuit. 20 [Vos autem dicitis, quicũque dixerit patri vel matri, munus quodcũque eſt ex me, tibi proderit,] Senſus eſt: quicquid ego offero deo, quanuis tibi patri egenti nõ tribuã, proderit tibi. ¶ Ad euidentiã huius particulæ aduerte, q̃ aliud eſt loqui de religione & pietate, & aliud eſt loqui de vſu materiæ illi', quæ non poteſt ſimul eſſe materia religionis & pietatis in caſu neceſſariæ pietatis: nã ſi religio pietati cõparetur, cõſtat religionẽ eſſe anteponendã pietati: quanto honor diuinus præferendus eſt cuicũque debito humano. Et in hoc fundamento nõ errabant Phariſæi: imõ hoc frequenter Ieſus docuit, dũ patrẽ & matrem relinquendos propter deũ prædicauit. Si verò ad vſum materiæ in articulo neceſſariæ pietatis ſpectetur, inuenitur oppoſitum: ſcilicet, quòd materia neceſſaria pietati non ſolùm pietati potiùs quàm religioni applicari debet: ſed etiã ſi voto dedicata ſit deo, debet in materiam pietatis tranſferri. Et hoc conſurgit ex parte materiæ, quæ in tali caſu eſt effecta materia debita pietati. ¶ Declaro exemplariter ſingula. Filius tenetur ſubue-

nire

nire patri indigenti: ac per hoc bona filij conſtituitur debita neceſſariæ pietati, & propterea ſi filius eſt impotens ad vtrunque ſimul ſcilicet ad munus deo offerendum, & ad ſubueniendum patri, omittenda eſt oblatio, & ſubueniendum eſt patri: quia non eſt facienda oblatio deo de debitis, de neceſſarijs ad pietatem. Et ſimiliter, ſi filius vouiſſet illa bona deo, debet ſuperueniente neceſſitate paterna, ſubuenire patri, & omittere executionem voti quia materia illa ex eo quòd deuenit ad ſtatum quo eſt neceſſaria patri, mutata eſt, & effecta eſt debita paternæ pietati: ac per hoc ſicut modò non poſſet voto obligari, ita ex hoc deſinit eſſe materia voti. Sicut abſtinētia à concubitu habentis votum caſtitatis, & poſtea effecti coniugis deſinit eſſe materia voti ex hoc quòd mutata eſt: & concubitus effectus eſt materia iuſtitiæ qua tenetur reddere debitum coniugi: Phariſæi itaque errabant, neſcientes aut nolētes diſcernere id quod religionis eſt ab eo, quod ex parte materiæ relatæ ad humanas neceſſitates conſurgit. Et propterea docebant, vt filij dicerent parentibus, munus quodcunque ego obtulero deo omiſſo te proderit tibi quia datur deo patri communi, quia deus acceptat munus etiam pro te. ¶ Si non quieſcit mens tua lector, recole quòd ex hac eadem radice dominus Ieſus dixit panes propoſitionis, non voto promiſſos, ſed iam oblatos deo, & facto oblationis ſanctificatos, licitè tranſiſſe in vſus Dauidis & ſuorum: quia panes illi relati ad neceſſitatem Dauidis & ſuorum, effecti ſunt habiles ad laicorum vſum. Horum autem & ſimilium ratio eſt vna, ſcilicet, quod diuinæ ordo gratiæ ſuperadiunctus eſt à deo, non ad deſtruendum, ſed perficiendum naturæ ordinem: ac per hoc neceſſitas ſeruandi ſanctificationem appoſitam rebus, locis ac temporibus, non tollit neceſſarium naturæ vinculum, quo res & loca & tempora neceſſaria ſunt vitæ humanæ. hinc enim fit, vt euenīente articulo neceſſitatis abſque propha nationis crimine, vtamur diuinis rebus locis & temporibus. [Et nō honorificabit patrem ſuum, aut matrē ſuā, & irritū feciſtis mā datum dei propter traditionē veſtrā.] Hinc clarè apparet, quòd in præcepto de parentum honore, non ſola reuerentia, ſed officia ac ſubſidia præcipiuntur. Quod quantum ad ſubuentionem intellige tempore indigentiæ: quoniam naturaliter pater filijs theſaurizat, & non è conuerſo [Hypocritæ] Hinc apparet, quòd nō ex ignorantia errabant: ſed quod ſub ſpecie religionis docebant, quæ in ſacerdotum redundabant vtilitatem, quamuis impia eſſent ſecūdum rem. [Bene prophetauit Eſaias dicēs,] capite 29. Populo hic labijs

hic labijs me honorat.] p, appropiquat mihi populus hic ore ſuo, & labijs me honorat Dicendo illa, quę religionis ſpeciem habent. [Cor autē eorū lōge eſt à me.] pro, abeſt à me. [Sine cauſa.] pro, fruſtra, [autem] Quantum ad aſſecutionē veri finis reſpondētis diuino cultui. [Colunt me docētes doctrinas, & mādata hominū. Superfluit, &, Quia Lutherani ex hoc textu exaurhorant eccleſiam, & ſuper hunc textum, fundant nullitatem mandatorū eccleſiæ, vtpote reprobatorum ab vtroque teſtamento veteri ſcilicet apud Eſaiam, & nouo hîc à domino Ieſu: ideo diligentiūs textum hunc diſcutere oportet, vt illius veritas non commentum eluceſcat. Neuter textus damnat mandata hominū, ſed vterque reprobat cultum, ſeu timorem dei ſuſtentari mandatis doctrinisque hominum. Et textus quidem Eſaiæ clare hoc ſonat, dicendo in perſona dei: Timuerunt me mandato hominū & doctrinis. Vbi clare vides deum damnare, quòd Iudæi timuerunt ipſum, non in mandatis dei, ſed in mandatis hominum: non in doctrina dei, ſed in doctrinis hominum. Si enim timuiſſent ipſum ſeruando mandata dei & hominum, doctrinam dei & hominum, non reprehenderentur, quum ſeruare non ſolùm dei, ſed etiam hominum mandata ſit amplioris iuſtitiæ ſed ex hoc ipſo, quòd damnat timorē ſui in mandatis doctrinā̃que hominum: monſtrat quòd illi timorem dei conſtituerunt in mandatis hominum, & ſimiliter in doctrina hominum. Quod intellige, non quòd explicite contemnerent doctrinam & mandata dei: ſed quia tanto ſtudio circa obſeruationem mandatorum humanorum ſoliciti erant, tanquam timor dei conſiſteret in obſeruatione humanorum præceptorum: redundabat ſiquidem ſtudium hoc in poſtergationem diuinorum mandatorum. ¶ Textus quoque euangelicus eandem continet ſentētiam: dicendo, colunt me docentes mandata hominum. Non dicit, ſine cauſa colunt me, & docent mandata hominum, diuidendo orationes. ſed vnam cōtinuam conſtruit orationem, adiungendo participium, docentes, mandata. Significat enim per hoc, quod cultū dei conſtituerunt in doctrina mandatorum humanorum, &c. Et eſt illamet ſententia, quæ in textu Eſaiæ habetur. ¶ Vide quæro prudens lector quanta differentia eſt inter damnare mandata hominum, & damnare ſubſtentationē timoris, ſeu cultus dei in mandatis hominū: & percipe quātus error eſt ex textibus iſtis damnare mandata hominum. Non ſunt à domino damnata mandata hominum quæ malum non mādant: ſed damnatum eſt quod ipſa in loco illo qui mandatis dei eſt proprius habeantur, quod circa ipſa

tantum

tantum ſtudiũ ſit ac ſi in ipſis timor cultúſque dei ſuſtentaretur, quòd ſtudium debitum ſeruandis mandatis dei adhibeatur humanis: quod ſecundum veritatem facti eſt humana mandata diuinis præferre, hoc eſt enim colere deũ docendo mãdata hominũ. Venerare igitur Lutherane eccleſiæ mandata, non vt diuina: ſed ſecũdo loco, ſcilicet poſt diuina: quoniã ſic oportet nos implere omnẽ iuſtitiam [Et cõuocatis ad ſe turbis.] pro, conuocata ad ſe turba, [dixit eis. Audite, & intelligite, non quòd intrat in os coinquinat hominẽ ſed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominẽ.] Séſ⁹ dictorum ex ratione dicendi hauriendus eſt. Ratio dicẽdi in propoſito eſt crebra manuũ ablutio pro cibo præcepta à ſenioribus præ ſe fert autem tãta circa huiuſmodi mũdiciã ſolicitudo, quòd niſi ſic mũdè ſumatur cibus inquinat hominem: alioquin vana eſſet tãta ſolicitudo mundiciæ ad ſumptionẽ cibi. Cõtra hoc directè tendunt verba Ieſu, dicendo quòd cibus intrans per os, nõ eſt inquinatiuus moraliter hominis. Nõ dicit appetitus eius quod intrat per os, ſed quod intrat per os: quia appetitus culpabilis poteſt eſſe. Et breuiter nihil morale adiunctũ cibo explicat ſed nudum cibũ nudúmque naturę officiũ, dicendo in genere, non quòd intrat per os. Per hoc enim excluditur obiectio de cibis vetitis à lege Moyſi, nam & de illis quoque verum eſt, quod ſecundũ ſubſtãtiam qua intrant per os, nõ coinquinant morali macula hominẽ: ſed ratione inobedientiæ adiũctæ inquinabant hominem. [Tunc accedentes diſcipuli eius, dixerũt ei. Scis quia Phariſæi audito verbo hoc ſcãdalizati ſunt?] Tãquã impingẽtes in offendiculũ pedis fuerũt audito hoc tuo verbo, cõmoti enim & turbati ſunt in verbo tuo ſicut ĩpingentes in lapillũ ſuppedaneũ cauſantẽ caſum: ita quod verbũ tuũ habuerunt pro offendiculo. [At ille reſpondens, ait: Omnis plãtatio quã nõ plãtauit pater me⁹ cœleſtis, eradicabitur.] Diſcipuli curã habebãt, ne Phariſæi qui ceſpitauerãt ruerẽt: Ieſus autem ſciens illos non ex ignorantia, ſed ex probo ſenſu ſcãdalizari: reſpondet directè illorũ nequitię, quòd non ſolùm ſcandalizari, ſed etiam eradicari merentur, quia non ſunt plantę cœleſtis patris. Plantatio non plantata à patre cœleſti eſt, quæ ſpiritualis munditiæ (quæ cœleſtibus iungit) fructum non profert, ſed carnalis, ſed apparentis exteriùs, quales erant Phariſæi iſti. Vnde eradicanda deſcribitur, vtpote nullatenus remanſura, quæ in ſola apparentia conſiſtebat. Nec alieni à cœleſti plantatione cenſendi ſunt illi, de quibus dicitur, ego plantaui, Apollo rigauit, quoniam eoſdem Paulus externi miniſterij officio, & cœleſtis pater pe-

teſtat.

teſtate ad intima penetrante plantat. [Sinite illos.] Non ſit vobis curę ſcandalum illorum: quod ipſi acceperunt, non ego dedi. [Cęci ſunt &.] Superfluit, & priuati lumine veræ fidei, excęcante illos malitia eorum. [Duces cæcorum. Cæcus autem ſi cæco ducatū præſtet, ambo in foueam cadunt.] Scribæ & phariſæi præerant alijs exemplo fidei, vitæ, & doctrina, iuxta illud, Nunquid aliquis ex principibus credit illi? & rurſus, Nunquid verè cognouerunt principes noſtri, quòd hic eſt CHRISTVS? Et propterea appellantur duces cęcorum, verè enim fuerunt duces cæcorum populorum qui in Iudaica permanſerunt perfidia. Vnde & ſecutum eſt, quòd videmus ambos in foueam cecidiſſe, & præſentis ſeruitutis, & æternæ damnationis. [Reſpondens autem Petrus, dixit ei: Ediſſere nobis parabolam iſtam.] Putauit Petrus verba IESV quæ dixerat, non quod intrat in os &c. fuiſſe dicta parabolicè, non propriè, Et propterea petit ſub parabolæ nomine declarari ſibi ſenſum parabolæ. [At ille dixit: Adhuc & vos ſine intellectu eſtis?] Tanto tempore verſati eſtis ſub lumine doctrinę meę, & adhuc nō perueniſtis ad acumen intelligendi non eſſe parabolam, ſed doctrinam ſecundum proprietatem verborum, quod dixi, [Non-] Deeſt dum. [intelligitis quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in ſeceſſum emittitur?] Tam parum alimenti conuertitur in ſubſtantiā hominis, vt dicat Hippocrates, quantitatē ſecum debere eſſe æqualem quantitati alimenti in corpore ſano. Quum igitur modicum pro nihilo reputetur, abſque veritatis læſione dici poteſt, quod totus cibus in ventrem vadit, & in ſeceſſum emittitur Et tamen Ieſus non dicit totum, ſed omne: diſtribuens pro partibus ſubiectiuis, & non pro partibus integralibus, vt diſtribuit totum. Conſtat enim quòd quilibet cibus & potus in ſeceſſum emittitur, quanuis non ſecundùm totū, tamen ſecundùm aliquid. Et dixit hoc ad declarandum, quod intrans per os non inquinat hominem. Declarat enim per hæc quo tendit cibus, ſcilicet in ventrem & ſeceſſum: & non in animum hominis, vt poſſit inquinare illum. Sciebat Ieſus aliquid cibi conuerti in corpus hominis & poterat dicere quod intrās per os, ſecūdùm aliquid puriſſimū pergit ad corpus, & ſecundū reliqua remittitur in ſeceſſum, Sed conſultò tacita conuerſione puriſſimę particulæ in corpus hominis dixit emiſſionem in ſeceſſum. tum quia illud minimū eſt, hoc autem eſt ferè totum: tum quia hoc eſt manifeſtum, illud occultum: & præcipuè turbis & ineruditis in phyſicis, quibus loquebatur. Tum quia hoc directè ſeruiebat propoſito de cibo ſumpto illotis mani-

tis manibus:dum hinc explicatur,quòd quicquid impurum eſt in cibo,totum in ſeceſſum emittitur. Tum demum quia ex hac parte clarius manifeſtatur,quòd non inquinat hominem quàmuis enim ſecundum veritatem alimentum ex neutra parte inquinet hominem, manifeſtatur tamen magis hoc ex ea parte, qua emittitur in ſeceſſum: vtpote non remanente in homine: quàm ex illa, qua conuertitur in corpus hominis. fuiſſet forte rudibus occaſio cogitandi,quòd conuerſum in ſubſtantiam hominis conferret ad inquinationem hominis.[Quę autem procedunt de ore,de corde exeunt:& ea coinquinant hominem.] Declarat quo ſenſu dixerit quod procedit ex ore,ſcilicet pro quãto procedit à corde, hoc eſt voluntate. Non enim intendebat loqui de ſputo aut vomitu qui procedit ex ore: ſed de illo procedente ab ore,quod exit à corde. hoc enim inquinat animum hominis.[De corde enim exeunt cogitationes malæ.] Meminit cogitationum, vel intellige per cogitationes,machinationes malas prodeuntes in opus:& propterea numerantur inter procedentia ex ore, vel rationem inquinandi ex corde intendens aſsignare, omnia inquinantia inducit procedere ex corde:vt hinc intelligamus etiam non procedentia per os à corde,inquinare hominem.[Homicidia,adulteria,fornicationes,furta,falſa teſtimonia,blaſphemię.] Tã furta quàm homicidia,adulteria & fornicationes nõ ſunt peccata oris,ſed operis numerãtur tamen inter procedentia ex ore, quoniam naturali ſuo progreſſu prius dicuntur quàm fiant,& mediante ſermone fiunt [Hæc ſunt quæ coinquinãt hominem. Non lotis autem manibus mãducare, nõ coinquinat hominem.] Concludẽdo reddit ad propoſitã quęſtionem applicando. Quia non ablutis manibus manducare redũdat forte in puritatem eius quod intrat in os, & non quod intrat in os inquinat hominem, conſequens eſt, vt non lotis manibus manducare non coinquinat hominem.[Et egreſſus inde Ieſus ſeceſsit in partes Tyri & Sidonis]Ciuitatum gentiliũ.[Et ecce mulier Chananea,à finib' illis egreſſa,clamauit dicẽs ei, Miſerere mei domine fili Dauid:filia mea male à dęmonio vexatur. Qui nõ reſpõdit ei verbũ.]Confundit Matthęus loca. Primũ nanque apud Marcũ mulier hęc ingreſſa eſt domum in qua erat Ieſus, & nõ habito ibi reſpõſo à Ieſu ſecuta eſt Ieſum ingreſſũ de domo, clamãs poſt eum: & nec ſic meruit reſponſum [Et accedentes diſcipuli eius, rogabãt eum,dicentes. dimitte eam: quia clamat poſt nos ipſe autem reſpondẽs ait,Nõ ſum miſſus.] Corporali præſentia. [Niſi ad oues,quę perierũt domus Iſrael At illa venit & adorauit

eum.] Genuflectendo, ſeu aliâs iuxta morem illorum reuerentiæ ſignum monſtrauit. [Dicens, domine adiuua me. Qui reſpondens ait, non eſt bonũ ſumere panem filiorum, & mittere canib⁹. At illa dixit, etiam domine. Nam & catelli edunt de micis, quę cadunt de menſa dominorũ ſuorũ. Tunc reſpondens Ieſus ait illis: ô mulier magna eſt fides tua.] Putaſſes debuiſſe dici, magna eſt conſtantia tua, perſeuerās nõ ſolùm pluries habita indigna reſpõſione, póſtque repulſos interceſſores apoſtolos ſed etiam nuncupata canis. Sed Ieſus qui intuetur cor, fidem cõmendat magnã: quia fides in ipſum Ieſum, ſua magnitudine ſuperauit negatas reſpõſiones, repulſas & ignominias. [Fiat tibi ſicut vis. & ſanata eſt filia eius ex illa hora. Et quũ trãſiſſet inde Ieſus venit ſec⁹ mare Galileæ, & aſcendens in montẽ ſedebat ibi. Et acceſſerunt ad eũ turbę multę: habentes ſecũ mutos, cæcos, claudos & debiles.] p, mutilos, [& alios multos & piecerũt eos ad pedes eius. Et curauit eos: ita vt turbę mirarentur: vidẽtes mutos loquẽtes.] deeſt. mutilos incolumes, [claudos ambulãtes, cęcos vidẽtes, & magnificabãt.] pro, glorificabãt, [deũ Iſrael. Ieſus. Aũt cõuocatis diſcipulis ſuis dixit, Miſereor turbę.] Miſericordia proprie eſt paſsio animi: & eſt triſtitiæ ſpecies: cõdolentia. ſ. alienę miſerię velut proprię. Sicut aũt in Ieſu fuit timor & triſtitia, ita fuit miſericordia ad verificandum verum animum humanum in ipſo. [Quia iã triduo perſeuerãt mecum.] multa deuotio illius turbę erga prędicationem & miracula Chriſti monſtratur in triduana mora in deſerto cũ Ieſu. [Et nõ habẽt quod mãducent: & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via. Et dicũt ei diſcipuli, vnde ergo nobis in deſerto panes tãtos.] p, tot, [vt ſaturemus turbã tãtã? Et ait illis Ieſus, quot panes habetis? At illi dixerũt, ſeptẽ, & paucos piſciculos. Et præcepit turbę.] pro, turbis, [vt diſcũberẽt ſuper terrã & accipiẽs ſeptẽ panes & piſces: & gratias agens, fregit, & dedit diſcipulis ſuis: & diſcipuli dederũt populo.] pro, turbę, [& comederũt oẽs, & ſaturati ſunt. Et quod ſuperfuit de fragmẽtis, tulerunt ſeptẽ ſportas plenas. Erãt autem qui manducauerũt quatuor milia hominũ.] pro. virorũ. [extra.] pro, præter, [paruulos & mulieres. Et dimiſſa turba.] pro, dimiſsis turbis. Semper Ieſus refecta miraculoſe turba, licentiat illã. Nã & ſimiliter fecit ſatiatis quinque milibus capite præcedente. exemplum præbens fugiendi publicas laudes ex communi beneficio ſequentes, & ſimul ſubtrahens Herodi ac inuidis occaſionem ſuſpicandi in ipſo quancunque ambitionem. [Aſcendit in nauicula & venit in fines Magedã.] pro, Magdala. [Nomẽ eſt regiõis.

Caput

CAPVT XVI.

Et accesserũt ad eũ Pharisęi & Sadducęi tentantes.] Sadducęi est nomen sectæ aliq̃ à secta Pharisæorum. Qui licet inter se diuisi sint & contrarij, vniũtur tamen cõtra Iesum. [Et rogauerũt eum vt signum de cœlo ostenderet eis:] Quantum ex Ioannis euãgelio colligitur, isti non petunt signũ de cœlo absolutè, sed in testimonium quod ipse Iesus est Messias: volentes sic explorare an sit Messias, vel potius quid respondeat, quid faciat post hoc quæsitum. [At ille respõdens ait illis, Facto vespere dicitis, serenũ erit: rubicundum est enim cœlum. & mane, hodie tẽpestas: rutilat.] pro, rubet, [enim triste cœlum.] Intellige signa hęc tam vespertini, quàm matutini ruboris iuxta regulam naturalium signorum: quæ non semper, sed sępe verificantur. [Faciem ergo.] Deest, hypocritæ. Legẽdum est. [Hypocritæ faciem quidem cœli dijudicare nostis: signa autem temporum nõ potestis scire:] Huc tendit antedictus sermo, redargutionem eorum infert: dicendo quod ex præcedentibus signis didicistis iudicare futuram pluuiam, vel serenitatem, & signa præsentia temporum Messiæ non solùm nescitis, sed non potestis scire ob vestram maliciam. Et dixit hoc, quòd signa temporum Messiæ certiora & clariora erant, quàm signa pluuiæ & serenitatis, ad significandum eorum inexcusabilitatem. [Generatio mala & adultera signum quærit: & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ prophetæ:] Hæc superius exposita sunt in capite duodecimo. Duo tamen nota. Alterum, quòd non dedignatur dominus eadem diuersis temporibus pluries docere. ecce hic repetit signum Ionę. Alterum, quòd dando istis signum Ionæ, quod est dare signum suæ mortis, sepulturæ & resurrectionis, monstrat quòd signum de cœlo quærebant in testimonium Messiæ. ad hoc enim directe tendit signum Ionæ. mors nanque ac resurrectio Iesu, testimonium locupletissimum fuit & est, quòd ipse est Messias. [Et relictis illis abijt. Et cum venissent discipuli eius trans fretum.] pro, in vlteriorem ripam, [obliti sunt panes accipere. Qui dixit illis, Intuemini.] pro, videte, [& cauete] pro, & attendite, [à fermento Pharisæorum & Sadducęorum.] Fermentum metaphorice modò ad malum, modo ad bonũ transfertur. Superius regnum cœlorum fermento abscondito assimilatur, propter spiritualem penetrationem ad bene reddendum totam farinam: hîc pestifera doctrina Pharisæorum & Sadducæorum assimilatur fermento, propter hoc quod occulta ele-

nat ad ſimilitudinem fermenti abſconditi ſub farina conſperſa elevantis totam maſſam. erat enim doctrina inflatiua cordis: vt ipſorũ vana gloria atteſtatur. [At illi cogitabant inter ſe, dicentes quia panes nõ accepimus. Sciens autem Ieſus, dixit, quid cogitatis inter vos modicę fidei, quia panes nõ habetis.] pro, nõ accepiſtis? [Nõ dũ intelligitis, neque recordamini, quinque panũ in quinq; milia hominũ, & quot cophinos ſumpſiſtis? neq; ſeptẽ panũ in quatuor milia hominũ, & quot ſportas ſumpſiſtis? Quare,] pro, quomodo, [nõ intelligitis, quia nõ de pane dixi vobis cauete.] pro, attẽdite à fermento Phariſęorũ & Sadducęorũ. [Tũc intellexerũt quia nõ dixerit cauendũ à fermẽto panũ.] pro, panis, [ſed à doctrina Phariſęorũ & Sadducęorũ. Venit aũt Ieſus in partes Cęſareę Philippi.] Ad differentiam Cæſareæ Herodis patris. Et hic quidem in honorem Auguſti, quæ olim dicebatur turris ſtratonis Cæſaream: ille in honorem Tiberij vrbem paneam nuncupauit Cæſaream, quæ cognominatur Philippi. [Et interrogabat diſcipulos ſuos, dicens, Quem dicunt:] Deeſt me. Legendum eſt, [Quem me dicũt homines eſſe, filium hominis?] Exemplum dedit Ieſus prælatis, vt non negligãt ſcire quid de ipſis dicitur. [At illi dixerunt, Alij Ioannem Baptiſtam.] Herodiani hoc putabant, putantes ſpiritum Ioannis occiſi ingreſſum in Ieſum: [Alij autem Heliam.] Venturum enim expectabant Heliam, iuxta verbum Malachiæ prophetæ. [Alij vero Hieremiam, aut vnum ex prophetis.] Regreſſum animarũ in corpora omnes iſti præſupponebant: excepta opinione Heliæ. [Dicit illis Ieſus: vos autem quem me eſſe dicitis?] Quãtum profeçerint ſequendo ipſum, audiendo doctrinam, videndo miracula experiendo vitam & mores ipſius, examinat. [Reſpondens autem Simon petrus dixit.] Ieſus omnes interrogauit, non tamen omnes reſpondent: nec Petrus conſultat cum alijs reſponſionem, ſed vt poſtea dominus teſtatur, tactus interna reuelatione ſtatim reſpondet. [Tu es Chriſtus] Profitetur ipſum eſſe Meſiam verum hominem, regem vnctũ à deo. [Filius dei viui.] pro, viuentis. Nõ ſat fuit profiteri ipſum eſſe Meſiam: ſed explicite ipſum eſſe deum, profitendo filium naturalem dei. Ideo nanque non dixit filium dei omnipotentis aut benedicti: ne filiatio adoptiua ex omnipotentia aut benedictione dei facta ſignificaretur: ſed dixit filium dei viui: ad explicandum, quòd eſt naturalis filius dei: vtpote ex deo quaten⁹ viuente procedens. naturaliſsimũ ſiquidem eſt opus viuis omnibus inquãtum viua ſunt, generare alia qualia ipſa ſunt vt philoſophi tradunt. Non dixit Petrus, tu es Chriſtus, tu es filius

dei,

dei,quemadmodum dixit Nathanael neſciens myſterium trinitatis,accumulando excellentias Meſiæ:ſed naturalem generationem filij continua oratione,explicata ratione gignendi in nomine viui profitetur.[Reſpondens autem Ieſus dixit ei,Beatus es.] Verè beatus cum vniuerſa naturæ facultate calcata ad notitiã diuinę generationis:eleuatus eſt [Simon,Bar Iona.] Nõ eſt vna dictio Bar iona,ſed duę ſunt dictiones ſ.Bar & Iona.Bar enim idem eſt quod filius: & Iona nomẽ eſt patris naturalis ipſius Petri. Nuncupauit eum nomine proprio Simon,& cognominauit filium Ionę.tum vt intelligeremus,quòd nõ ad apoſtolum,non ad omnes diſcipulos, ſed ipſum ſingularẽ hominem vocatum Simonem genitum à Iona,ſermonẽ dirigit præſentem.hæ enim circunſtantiæ diſcretiuæ ſunt ipſius,ab alijs ideo ſunt nominatæ.Tum vt intelligerem⁹ profeſſionẽ Petri.ſ.filius dei viui,eſſe de filiatione non adoptiua non excellentiæ ſed naturali intelligendam. Ac ſi aperte diceret: ita ego ſum filius dei,ſicut tu es filius Ionæ.adhoc enim introducit Simonẽ Bar Iona,vt ſenſum reuelatę diuinæ filiationis etiã ipſe Petrus in exemplo propriæ filiationis clarius intelligat. [Quia caro & ſanguis non reuelauit.] Si Ioannes aut alius conſanguineus Ieſu dixiſſet aut docuiſſet hanc profeſſionem,attributa fuiſſet carni & ſanguini:ſed vbi Petrus nulla neceſſitudine carnis & ſanguinis coniunctus Ieſu, nulla cum conſanguineis Ieſu collatione habita prorupit in profeſſionem hãc meritò audit quod non à carne & ſanguine hanc habet [Tibi.] Non dicit vobis.ſoli enim Petro ſignificatur reuelatio hæc facta. [Sed pater meus qui in cælis eſt.] Non dicit,ſed ego docui te.non enim adhuc,myſterium trinitatis eos docuerat:ſed interna reuelatione Petrum didiciſſe hoc ſignificat,deſcribendo reuelationem patris pater enim ſpiritus eſt & aperte ſpirituali operatione in mente hominis operari deſcribitur.[Et ego.]Præuentus tu à patre meo reuelatione dixiſti mihi,tu es &c. & ego proſequendo cœpta à patre, & ego viciſſitudinem tibi reddendo.[Dico tibi.]Non vobis.[Quia tu.]Non vos.[Es.] Non ſolũ vocaris.[Petrus.]ſaxum.[Et ſuper hanc petrã.]Ecce ad quid es petrus,ad quid es ſaxum:ad officium,ſcilicet fundamenti. Pronomen ſiquidem,hanc, demonſtrat ſaxum de quo eſt ſermo: de nullo autem ſaxo premiſſus eſt aut ſequitur ſermo niſi de Petro.ipſe igitur Petrus ſecundùm planum contextum literæ demonſtratur per pronomen,hanc. Ac ſi apertius diceret:tu es ſaxum, & ſuper hoc ſaxum. [Aedificabo eccleſiam meam.]Et qui tam es ſaxum,efficiam fundamentum in ędificando eccleſiam meam ſuper

te Principatum eccleſię ſe Petro daturũ promittit, qualem fundamentum obtinet in ædificio. ſundamentũ eccleſiæ Petrum facturum ſe Ieſus promittit. quia ſuſtentandam prędeſtinauit eccleſiam ſuper firmitatem ſedis Petri. Vide huius lectiõis myſteria per nos latius diſcuſſa in opuſculo de inſtitutiõe pontificatus à Ieſu Chriſto, ne eadem repetamus. [Et portæ inferi non prævalebunt.] Vt intelligamus ædificium eccleſiæ nullis contrarijs concutiendum, per hoc non humana, ſed diuina virtute conſiſtere, declarat vanũ conatum omnium contrariorum ad deſtructionem illius. Non dicit & hæreſes, & tyranni, & perditi moribus, ſed portę inferi. vt ſignificet nõ ſolùm humanas vires ſecundũ ſeipſas, ſed etiam quatenus ſunt portæ inferi. hoc eſt quatenus diaboli vtuntur humanis ſtudijs ac viribus velut portis inferni: per quas ſcilicet aditus ſit ad inferos, per quas patet infernus omnibus. Ita quòd per hoc excludũtur vires non ſolùm humanæ, ſed diabolicæ. omnes ſiquidem ſuccumbent eccleſiæ: quantuncunque enim conentur euellere eccleſiam, nunquàm prævalebunt. [Aduerſus eam.] Non dicit aduerſus delicias, diuitias, temporaléſque potentatus eius, ſed aduerſus eam: quę conſtat ex cõgregatione fideliũ in vna fide, ſpe, & charitate. Immo quanto cõtra eccleſiæ temporalia magis prævaluerũt, tanto magis eccleſia aucta eſt numero, vel merito vt patet in actibus apoſtolorũ, geſtis martyrum, & comparatione eccleſiæ diuitis ad olim pauperẽ. Diſcurre per ſingulos ſtatus eccleſię [Et tibi.] Non vobis. [Dabo.] Modo promittit, poſtquàm reſurrexit dedit, Ioannis vltimo, paſce oues meas. [Claues.] Multis metaphoris deſcribit Ieſus principatum Petri. prius enim deſcripſit ex ſimilitudine petræ fundamentalis in ædificio: modò deſcribit à ſimilitudine clauium. Conſuetudo teſtatur, quòd principibus primùm venientibus ad regnum ſeu acquirentibus regnum, offerunt claues, in ſignum ſupremi domini ſuper illo regno, ciuitate ſeu arce. Huius moris inſtar claues Petro daturũ ſe promittit: ſignificando quòd ſupremam poteſtatem in eccleſia ſua illi daturus eſt. ¶ Pluraliter autem dixit claues: quia, ſuprema poteſtas conſtat ex duabus rebus. Altera eſt authoritas diſcernẽdi, iudicandi ac diffiniendi ea quæ ſunt regni cœlorum, ſiue pro, ſiue contra. Et hæc eſt clauis appellata clauis ſcięntiæ. Altera eſt authoritas faciendi ſeu exequendi diffinita & hæc appellatur clauis potentiæ. [Regni cœlorum.] Non dicit regni terrarum. Sicut enim ipſe Ieſus abſtinuit, & abſtinet à ſenſibili regimine regni terrarum, quia adhuc non, acce-

pit

pit poſſeſſionem, quãuis acceperit poteſtatem regni terrarum: ſed ſedet à dextris dei donec veniat tempus iudicij vniuerſalis, quo accipiet poſſeſſionem regni terrarum: ita nec Petro promiſſus claues regni terrarum, ſed regni cœlorum. Tota Petri poteſtas refertur ad regnum cœlorum, ad gubernandum mundum in ordine ad regnum cœlorum, in ordine ad ſalutem animarum, in ordine ad ea quibus regnum cœlorum in hominibus ſeruatur ac augetur quæ conſtat eſſe bona ſpiritualia. Quo fit vt temporalia, non comprehendantur ſub poteſtate Petri, niſi relata ad ſpiritualia. [Et quodcunque.] Si clauium officia, propria explicare intenderet, aperueris & clauſeris dixiſſet: ſed vbi ad ligandum & ſoluendum tranſit, tacitis officijs clauium adiungit officia poteſtatis promiſſæ in collatione clauiũ. Ita quod ſoluere eſt non ſolùm à vinculis peccatorum, pœnarum, præceptorum, iuramentorum, votorúmque liberare, ſed à nodis emergentium difficultatum circa ea quæ ſunt fidei declarando abſoluere. & ſimiliter ligare non ſolùm eſt præceptis aſtringere ad ea quæ ſunt regni cœlorum, ſed etiam diffiniẽdo errores ac hereſes arcere ne damnata credant [Quodcunque.] Non aliquid ſic: & aliquid non. [Ligaueris] Non dicit putabis aut pronunciabis ligare, ſed ligaueris ſecundùm rei veritatem. [Super terram.] Limitabitur hinc poteſtas Petri ad ea quę ſuper terram ligãda, aut ſoluenda, ſunt, ad differentiam eorum quæ ſunt ſub terra: qualia ſunt quę ſunt apud inferos ſeu purgatorium. Illa enim ſicut exempta ſunt à cognitione Petri (non enim poteſt Petrus cognoſcere cauſas eorum) ita exempta ſunt à iuriſdictione Petri: trãſierunt ſiquidem à foro militantis eccleſiæ ad forum Ieſu CHRISTI regnantis in cœlo. [Erit ligatum &.] Superfluit &. [In cœlis: & quodcũque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum &.] Superfluit &. [In cælis.] Admiranda efficacia vt ligatio à Petro facta ſuper terram penetret cœlos, ſed tam ſtupenda efficacia quemadmodũ terribilis eſt ligatio à Petro, ita libranda traditur ab ipſo Petro. Colligere ſiquidem hinc poteſt, & debet quòd non ad libitum ligat ſuper terram: ſed tunc, tãtùm quãdo vinculum ratificaturi cœlis. & ſimiliter non ad libitum ſoluit. ſed tunc tãtũ, quando ſolutio rata eſt in cœlis. alioquin volũtarias, immò etiã malas Petri ligationes & ſolutiones, cœleſtis cogeretur curia approbare: quod eſt nõ ſolũ ſtultũ, ſed blaſphemũ. Et explicauit Ieſus p hmõi, efficatiã eius quod prius dixerat ſ. claues regni cœlorũ. nã per hoc aperuit Petri actiones ligando & ſoluendo pertingere ad cœlos. [Tunc præcepit diſcipulis ſuis, vt nemini dicerẽt, qa ipſe eſſet Ieſus xp̃s.]

Non erant capaces homines ante Christi glorificationem tãti my
sterij: scilicet quòd ille homo esset Messias filius dei viui. & propterea prohibet dominus Apostolis, qui tunc hoc à Petro audierant, à Iesu non solùm approbatum, sed testificatũ quòd ex diuina reuelatione prodierit, ne publicent mysterium hoc. Ac si aperte dicat, Sufficit pro nunc vt prędicetis quòd appropinquauit regnum dei, vt vobis præcepi: reseruate mysterium hoc prædicandum futuro post meam glorificationem tempori. Præcepit etiam hoc silentio interim supprimendum, ne ambitioni regij tituli aut honoris studere videretur: Christus enim regium est nomen. sciebat enim quod hac causa crucifigendus erat sed nolebat dare occasionẽ, nolebat præuenire tempus prædefinitum. [Exinde cœpit Iesus ostendere discipulis suis.] Non prius promulgat discipulis mysterium passionis & resurrectionis suę, quàm promulgauerit eisdem se esse Messiam, verum hominem & verum deum: vt ex monstrata prius vtraq; natura ipsius, capaciores reddãtur passionis & resurrectionis, [Quia oporteret eũ ire Hierosolymã: & multa pati à seniorib⁹ & scribis & principibus sacerdotum, & occidi, & tertia die resurgere.] Oportet inquam ad salutem humani generis, ad intrãdũ in propriam ipsius Christi gloriam, ex diuina prędestinatione ipsum pati, occidi & resurgere Et dixit hęc instruendo discipulos de modo & tempore, quo ipse propriam Messiæ gloriam habiturus esset, qui modo, tam abiectus conuersabatur. expectabatur enim Messias rex glorioſus redempturus Israel. [Et assumens.] Seorsum ducés, ne coram alijs videretur arguere magistrum. [Eum Petrus, cæpit increpare illum. dicẽs.] Imperfecta increpatio significatur. amoris enim non solùm affectu, sed signis Petrus quãdam increparionis speciem præ se ferebat [Absit à te.] pro, propicius tibi sis, [domine] Horrentis est passionem & occisionem domini, [Nõ erit tibi hoc.] Multus amor prælagire facit falsum. [Qui cõuersus dixit,] Corpoream faciem versus Petrum vertit, quum collateralis audisset ipsum [Vade.] pro, abi [post me.] Eadem increpatione emittit Petrum, qua emiserat diabolum tentantem: sed non eodem affectu Diabolum enim eiecerat totaliter & absolute: Petrum verò totaliter eiicit secundum officium aduersarij. propter quod subiungit ratione, scandalum mihi es, & non sapis ea quæ dei sunt. Per hæc enim significat differentiam inter vtriusque eiectionem: dum diabolus eiectus est sine adiunctis rationibus, tanquam eiectus absolute: Petrus verò cum adiunctis rationibus, tanquam eiectus secũdùm quid. Vide expositionem horum verborum superius cap. 4.

Satana

[Satana.]Non eſt diaboli nomen proprium Satanas: ſed in genere ſignificat aduerſariũ. Omnis enim qui aduerſatur,Satanas eſt. Et quia Petrus aduerſabatur diuinæ oppoſitioni quam audierat ex ore Ieſu Chriſti, qua oportebat ipſum in Hieruſalem pati & occidi, ideo merito appellatur Satanas,hoc eſt,aduerſarius. [Scã dalum es mihi.]Quantum eſt ex parte tua: offendiculum enim te mihi exibes, ſub ſpecie boni ſuadens impedimentum ſalutis mundi quamuis ego alienus ſim à patiendo ſcandalum, ab offendendo in quodcũque.Et hæc ratio ſumitur ab exteriori locutione ſcã daloſa. [Quia non ſapis ea quæ dei ſunt,ſed ea quæ hominũ]Ratio erroneæ ſuaſionis in Petro aperitur, quia adhuc non ſapiebat quæ dei ſunt,adhuc non guſtauerat quod poſtea guſtauit, quum iuit gaudens à conſpectu concilij flagellatus,quia fuit dignus pro nomine Ieſu contumeliam pati. Sed humano vigente adhuc affectu ſapiebat quę hominum ſunt:vitare paſsiones,fugere mortem, & ſimilia. Hæc eſt altera ratio ſumpta ab interiori mala ſeu minus bona diſpoſitione Petri. Confert Petrum Satanam, ſcandalũ & non ſapientem diuina,ſed humana, cum Petro beato, cui pater reuelauit quòd Ieſus eſt Chriſtus filius dei viui:& diſcernes Petrũ ſecundùm ſeipſum à Petro diuina fulto gratia: & intelliges non ſuffragari percepta diuinæ gratiæ dona, ſi poſtea non perſeuerat aſsiſtentia eiuſdem diuinę gratiæ [Tunc.] Occaſione accepta ex Petri affectu ad hęc humana [Ieſus dixit diſcipulis, ſuis. Si quis vult poſt me venire.] Dixerat Petro, vade poſt me, declarat modò quid eſt ire poſt eum [Abneget ſemetipſum] Alibi dixit,niſi quis renunciauerit omnibus quę poſsidet hîc dicit,vt abneget nõ ſua, non ſuos, ſed ſemetipſum, hoc eſt, proprium velle. Hoc enim eſt præcipuum in homine quo homo de ſeipſo diſponit,quo ſeipſum fouet Quod poteſt abnegari, ſubmittendo illud diuino velle diuinóque conſilio [Et tollat crucem ſuam.]Nõ ſufficit volenti ire poſt Ieſum optima animæ diſpoſitio abnegando ſuum velle.ſed oportet vt etiam ſecundum corpus ſit optimè diſpoſitus, voluntarie portando cruciatus ſuos [Et ſequatur me.]Nihil prodeſt negare propriam voluntatem, nihil prodeſt tollere libenti animo crucem propriam,niſi ſequatur me, niſi imitãdo me hæc fiant. quacunque ſiquidem alia ratione hæc fiant, vana ſunt. [Qui enim,]Dixerat,ſi quis vult venire, mõſtrans voluntarium eſſe ire poſt Chriſtũ:ne putares ſic voluntariũ,vt non ſit etiã neceſſarium ad ſalutem animæ, adiungit neceſsitatem nõ coactionis,ſed finis ſcilicet, quòd ſequendo ipſum peruenitur ad vitam,& nõ ſequendo perdi-

do perditus vita. [Voluerit.] propriam voluntatem adimplendo. [Animã ſuã.] vitã ſuam [ſaluam facere.] non abnegãdo ſeipſum, non tollendo crucem ſuam, non ſequendo me. [Perdet eam.] quia amittet ipſam tranſeundo de hac vita ad mortem æternam, [Qui autem perdiderit propter me.] In quo comprehenduntur illa tria: ſcilicet abnegare ſeipſum, tollere crucem ſuam, & ſequi me. [Animã ſuam.] vitã ſuam. [inueniet eã.] tranſeundo de hac vita in vitã æternã. [Quid enim prodeſt.] pro, proderit, [homini, ſi vniuerſum mundũ lucretur.] Ne paruifaceres damnũ aut lucrũ vitę poſt mortem, monſtrat incomparabilitatem vitæ ad totius mundi lucrum. [Animę vero ſuę.] hoc eſt, vitę ſuæ, quę ſimpliciter eſt vita: non vitæ temporalis, quæ partim eſt mors. [Detrimẽtũ patiatur?] priuatione illius. [Aut quã dabit homo cõmutationẽ.] Nõ ſufficit ſaluatori declarare damnũ vitæ non poſſe conferri cum lucro totius mundi: ſed declarauit etiam quòd non poteſt redimi tale damnum quacunque humana compenſatione. [Pro anima ſua?] pro vita ſua, quę ſimpliciter eſt vita: quaſi dicat nihil. Ex quibus habes neceſſarium eſſe abnegare ſeipſum, &c. ſi inuenienda eſt vita poſt hanc vitã: alioquin perderetur. [Filius enim.] Dixerat ſequaces ſuos inuenturos moriendo vitam, ſaluantes autem vitam ſuam perdituros illam: declarat modò quomodo, quando, quibus meritis, & à quo erit vita & perditio poſt mortem. [Filius hominis.] Ecce author, [venturus eſt]. Ecce quando. [In gloria patris ſui cũ angelis ſuis]. Ecce quomodo ex parte authoris. [& tũc reddet.] Ecce quomodo ex parte actionis. modus ſiquidem iuſtitiæ ſignificatur per reddere [Vnicuique ſecundùm opera eius.] Ecce merita [Amẽ dico vobis.] Dixerat indeterminate tempus. & ne longum putes, determinat tam proximum eſſe, vt illa ætate futurum ſit. [Sunt quidam de hic ſtãtibus, qui non guſtabũt mortem donec videant filium hominis venientem in regno ſuo.] Proculdubio omnes qui viderunt Ieſum poſt ipſius reſurrectionem, viderunt ipſum in regno ſuo ipſo domino atteſtante, qui in cœna dixit. Non bibã vobiſcum donec bibam vobiſcum in regno patris mei. Reſurgens enim venire cœpit in regno ſuo: data ſibi omni poteſtate in cœlo & in terra, adepta immortalitate & corporis gloria, non tranſitorie (vt in tranſfiguratione) ſed immobili permanentia. [Non omnes autem, ſed quoſdam dixit aſtantium viſuros, propter ludam Iſcarioth. Et forte alij intererant diſcipuli qui non perſeuerauerũt cum ipſo,

CA-

T poſt dies ſex.] Lucas dicens ferè dies octo, nò cõ trariatur huic textui: quia ſolos intermedios dies cõ
E putauit Matthæus: Lucas autẽ etiam extremos dies: hinc verborum, inde trãſfigurationis conſtat enim quòd octo exiſtentibus diebus computando extremos, tantùm ſex ſunt intermedij. ¶ Et curam ordinis rei geſtæ habuit Euangeliſta ſpecialem: quia prælibatio quædam regni Chriſti fuit hæc tranſfiguratio: & in hac cœpit adimpleri promiſſio, ſunt quidam de hic ſtantibus: pro quanto ſimilitudo quædam ipſius IESV glorioſi monſtrata eſt. [Aſſumpſit.] pro, aſſumit, [Ieſus Petrum ac Iacobum, & Ioãnem fratrem eius: & duxit] pro, ſub ducit, [illos in monte excelſum ſeorſum.] Nullus Euãgeliſta explicat quis mons fuerit. ſed quòd ad orandum aſcenderit, & orando tranſformatus eſt. [Et tranſfiguratus eſt ante eos.] Nõ mutatione lineamentorum, ſed qualitate gloriæ. erat enim & apparebat etiam tunc Ieſus eiuſdem non mutatæ figuræ, ſed mutatæ qualitatis. [Et reſplenduit.] pro, ſplenduit, [facies eius ſicut ſol.] Declarat tranſfigurationem. Si cõſideremus quòd tranſfiguratio hæc facta eſt in teſtimonium glorioſi aduentus Chriſti, conſentaneum apparebit, quòd ſplendor hic ex gloria interna, animæ Chriſti coæua ab initio creationis ſuæ, diuina diſpenſatione emanauit: & non ab extra aduenit, vt ſplendor faciei Moyſi, nam ſic eadẽ videtur gloria corporis, quæ poſt reſurrectionem erit, quanuis non eodẽ modo: quia tunc erit tanquam connaturalis corpori, in tranſfiguratione autem tanquam paſſio tranſitoria. [Veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix.] pro, lux, ſeu lumen. Vt ſplendorem non ſpiritualem, ſed corporeum intelligamus, candor veſtimentorum ex ſplendore corporis conſurgens teſtatur. [Et ecce apparuerunt] pro, viſi ſunt, [illis Moyſes & Helias.] vt in ipſis teſtimonia legis & prophetarum de Ieſu apoſtoli cernerent. [Cum eo loquentes.] Vocali, non intellectuali, aut imaginario ſermone. Loquebantur autem (vt Lucas refert) de paſſione & morte Ieſu Chriſti. [Reſpondens autem Petrus, dixit ad Ieſum: Domine bonum eſt nos hic eſſe. ſi vis, faciamus hic tria tabernacula: tibi vnum, Moyſi vnum, & Heliæ vnum.] Reſpondet Petrus non loquẽti ſecum, ſed diceſſui Moyſi & Heliæ. Quum enim Moyſes & Helias diſcedere vellent (vt ex Luca patet) Petrus obuiare volens diſceſſui, & ſiſtere illos cupiẽs ibi cum Ieſu, dixit bonum eſt nos: &c. Nec mirum: quia neſciens quid diceret, loquebatur. [Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obũbrauit eos. Et ecce vox de nube dicens, Hic

cens,Hic eſt filius meꝰ dilectus,in quo bene complacui,ipſum audite.]In baptiſmo paterna vox non dixit ipſum audite:ſed modō hoc addidit propter myſterium.tunc enim regeneratio,modō doctrina ſignificatur. Et propterea tunc ſatis fuit teſtificari quòd eſt filius modò oportuit teſtificari etiam quòd eſt doctor audiendus à mundo,præſertim de futuris in alia vita: quæ Ieſus prædicabat, propter quæ tranſfiguratio iſta patrata eſt.[Et audientes diſcipuli,ceciderūt in faciem ſuam, & timuerunt valde. Et acceſſit Ieſus, & tetigit eos:dixitque eis,Surgite & nolite timere: Leuantes autem oculos ſuos,neminē viderūt niſi ſolū Ieſū.Et deſcēdentibꝰ illis de mōte ꝓcepit Ieſus, dicēs:nemini dixeritis viſionē donec filiꝰ hominis a mortuis reſurgat.Et interrogauerunt eum diſcipuli,dicētes.] Petrus,Iacobus,& Ioannes viſo Helia cum Ieſu,mouent in deſcenſu montis quæſtionē de aduētu Helię.[Quid ergo ſcribæ dicūt.] Piſcatores autem neſcientes legem & prophetas, niſi ex auditu à doctoribus legis,qui Scribæ vocantur. [Quod Heliā oporteat primum venire?]Ante Meſię aduentum ex Malachiæ vlt ca.audierāt iſti contraria.nam à Scribis intellexerant,quòd Helias præcederet aduentum Meſię:ab ipſo verò Helia & Moyſe audierant Ieſu Meſiæ paſſionem & mortem imminere. & viderant Heliam receſſiſſe.vnde perceperant quòd non eſſet Helias tunc venturus. Et propterea quęrunt quomodo hęc verificantur [At ille reſpondens ait illis.]Solutio quęſtionis ſubditur:diſtinguens de Helia in propria perſona,& de Helia in ſpiritu & virtute.& quòd ille venturus eſt: iſte iam venit incognitus & occiſus. [Helias quidem.]in propria perſona.de quo loquuntur Scribæ.[Venturus eſt.]Deeſt.[prius.] vt Malachias prophetauit ante aduentum meum ad iudicium mū di.[Reſtituet omnia.] Iſrael in prædam abducta ab Antichriſto. quia tunc omnis Iſrael,ſaluabitur. Reddet omnes fidei veri Meſiæ reſtituet omnia Iſrael in regnum cœlorum reducendo omnes illos. [Dico autem vobis.] tanquam ſpiritualis ſenſus capacibus. [Quia Helias.] In ſpiritu & virtute:vt angelus Gabriel dixerat.[iam venit.]& teſtimonium perhibuit de me.[Et nō cognouerunt eū.] Ne diſcipuli intelligerēt dominum dicere, quòd Helias tunc,quū apparuit in tranſfiguratione,ſubiungit. Et non cognouerunt, Iudæi, eum:vt patet tum ex eo quòd dixerunt dæmonium habet:tum ex eo quòd dixerunt ſe neſcire vnde fuerit baptiſmus eius ,e cœlo an ex hominibus.[Sed fecerunt in eo.],pro,ei, [quęcunq; voluerūt.]Nō dicit & dixerūt(quòd ex euangelio cō ſtaret) ſed fecerunt:quòd ex euangelij hiſtoria non habetur, niſi

quia

quia primates Galilęę conuiuæ in natali Herodis, concauſæ deſcribuntur decollationis Ioannis. dum ſcribitur, quòd etiam propter ſimul diſcumbentes iuſſit Herodes caput Ioannis afferri. Quum enim dominus ſignificet Iudæos dicendo, non cognouerunt, ſed fecerunt, & Herodes ac Herodias nō fuerint Iudæi, ſed proſelyti, oportet aut propter dictam concauſalitatem, aut propter aliam non ſcriptam intelligere Iudæos concurriſſe ad necem Ioannis. [Sic & alius hominis paſſurus eſt.] Ratio quare Ieſus miſcuit quæſtioni de Helia Ioannem inſinuatur: vt ſcilicet diſcipuli intelligerent, quòd nō myſticè, ſed in veritate ipſe eſſet paſſurus mortem, ſicut Ioannes paſſus eſt mortem. tam alieni ſiquidem erant diſcipuli à paſſione Chriſti, vt oportuerit Ieſum toties repetere, & exemplo Ioannis Baptiſtæ ſuadere: vt intelligerent, quòd verè eſſet paſſurus & occidēdus. [Ab eis.] à quibus paſſus eſt Ioannes? Sed pronomē, eis, nō exercet demonſtrationē perſonalem, ſed ſimplicem: hoc eſt, nō demonſtrat eaſdem perſonas, à quibus paſſus eſt Ioannes, ſed eadēm genera perſonarum: paſſurus enim erat à Iudæis, à gentilibus proſelytis. Quanuis etiam ab eodem Herode Ieſus paſſurus erat ignominiam illuſionis. [Tunc intellexerūt diſcipuli, quia de Ioanne Baptiſta dixiſſet eis.] Ecce capacitas ſpiritualis ſenſus in diſcipulis. [Et quum veniſſet.] pro, veniſſent de monte. [ad turbā, acceſſit ad eū homo genib⁹ prouolutus ante eū.] pro, genua flectens ei, [dicēs: Dñe, miſerere filio meo, quia lunatus eſt.] Aegritudinis naturalis nomē eſt: ſed adiunctum habebat hic dęmoniū ſurdum & mutū illum reddentē apud alium euāgeliſtam. [Et male patitur:] nam ſæpe cadit in ignem, & crebro in aquam. Et obtuli eum diſcipulis tuis: & non potuerunt curare eū. Reſpōdens autē Ieſus, ait:]O generatio. Non indignati, ſed arguentis ſunt verba, nō contra homines, ſed cōtra vitia incredulitatis & peruerſitatis perſeuerantia inter tot miracula tanto tempore, quo apud eos prædicabat. [Incredula.] Ecce vitium in intellectus aſſenſu. Et in hoc tangitur ratio quare puer ille nō eſt curatus à diſcipulis, ſcilicet propter modicam fidem diſcipulorum, & patris pueri. In genere tamen increpatio fit, quia commune erat vitium. [Et peruerſa.] pro diſtorta in affectu. [quouſque.] Perſeuerantiā illorum in his malis ſignificat à longo tempore præſentiæ ſuæ. [Ero vobiſcum.] Conferens vobis beneficiū præſentiæ meę: prædicando, exempla præbendo, & miracula faciendo tanquam in vanum. [Vſquequo patiar vos.] Eādem perſeuerantiam in vitijs exaggerat, ex eo quòd inferunt Ieſu paſſionem vitia illorū tandiu

perſeuerātia

perſeuerantia. Ac ſi apertè diceret: quando finietur tempus tolerandi vos in iſtis vitijs? quaſi dicat, tempus iam eſſe deceret mutationis veſtræ. [Afferte huc illum ad me.] Ne putaretur increpatione diuertere curam difficilem, non obſtante incredulitate & peruerſitate impartitur beneficium ſanitatis. [Et increpauit Ieſus illum.] dæmonẽ, arguentis officium exercens. [Et exijt ab eo dęmoniũ: & curatus eſt puer ex illa hora. Tũc.] nõ ibi, ſed poſtquàm venit in domũ. [Acceſſerũt diſcipuli ad Ieſum ſecreto.] pro, ſeorſũ, & dixerũt: Quare nos nõ potuim⁹ eijcere illum.] pro, illud? [Dicit illis Ieſus] Propter incredulitatẽ veſtram.] nõ propter defectũ poteſtatis à me vobis traditæ ſuper dæmonia. poteſtas illa non deficit, ſed fides veſtra deficit quæ neceſſaria eſt ad vſum poteſtatis ſuper dęmonia. [Amen quippe dico vobis: ſi habueritis fidẽ ſicut granũ ſinapis.] hoc eſt, fidẽ magnam in virtute: multã enim efficaciam ad ſenſum habet ſinapis granum. [Dicetis monti tranſi hinc.] Deeſt illuc, [& tranſibit: & nihil impoſſibile erit vobis. Hoc autẽ genus.] Inſtruxit apoſtolos quòd ad vſum poteſtatis faciẽdi miracula, neceſſaria eſt perfecta fiducia facturi miraculũ: modo inſtruit oportere quandoque cõcurrere orationẽ & ieiuniũ, quia opus ipſum hæc exigit. Non dicit hoc genus ægritudinis. ſed dicendo. [Non eijcitur.] pro, egreditur, ſeu in nullo poteſt exire (vt Marcus habet) ſignificat quòd demonſtrat genus dęmonij, reddentis hominẽ ſurdum & mutum, agentíſque illum ab infantia, & modò in ignem, modò in aquã. Nouit ipſe Ieſus ſolus quare hoc genus dæmonij exigit orationem, & ieiunium ad hoc vt egrediatur: ſed cuius orationem ac ieiunium exigat, non explicatur. Suadet tamen ratio: quòd vexati curãdi requiritur oratio ac ieiunium illo medio tempore quo quieſcit, & non vexatur: quoniam ex parte operis ſignificatur hæc exactio, dicendo, hoc genus non eijcitur, ſeu in nullo poteſt exire. Ita quòd ex parte miniſtrorũ exigitur perfecta fides ex parte verò curandi exigitur oratio cum ieiunio. Et intellige hoc regulariter. quoniam potentia diuina non eſt alligata his regulis, vnde ipſe dominus abſque concurſu orationis & ieiunij curauit illum [Niſi per orationem] qua animus offertur deo. [Et ieiunium.] quo corpus ieiunantis offertur deo. Perpende hinc quanti fiat à deo ieiunium: ex hoc quòd opera ardua ieiunij cõcurſum requiri explicauit. [Cõuerſantibus autem eis in Galilęa: dixit illis Ieſus: Filius hoĩs tradendus eſt in manus hoĩm: & occident eũ, & tertia die reſurget.] Repetit Ieſus ſermonem de paſſione, morte, ac reſurrectione ſua. vt crebrò audita imprimantur duris

tur duris ad hæc diſcipulorum animis. [Et contriſtati ſunt vehementer.] Diſcipuli non penetrantes verba Ieſu, cõtriſtabantur dũ crebrò hæc audirent tam triſtia: & non intelligentes ſic futurum in veritate, timebãt interrogare explanationem: ita quòd inde crebrior ſermo de paſsione, hinc non intelligentia cum timore, triſtitiam cauſabant magnam. [Et cum veniſſent Capharnaũ; acceſſerunt, qui didrachmam] pro, didrachma. Drachma ponderis nomen eſt, ſcilicet octaua pars vnciæ. vnde per didrachmum, duplex drachma ſignificatur. [Accipiebant] Publicani. [Ad Petrum.] Reuerebantur Ieſum prædicatorem tanti nominis: & nihilominus volebant cenſum à Ieſu: & ideo conſulto adeunt Petrum, familiarem Ieſu, priorémque alijs diſcipulis. [Et dixerũt ei, Magiſter veſter nõ ſoluit.] præſentis temporis. [didrachmã] pro, didrachma? [Ait, Etiam.] Affirmantis eſt illius quod Publicani dixerant. ſ. quòd Ieſus non ſoluit didrachma. [Et quum intraſſet in domum, præuenit eum Ieſu, dicens.] Hinc apparet Petrum concluſiſſe cum Publicanis, quòd ſuggereret domi Ieſu de cenſu ſoluendo. nã niſi Petrus fuiſſet allocuturus domi Ieſum de cenſu, non diceret Euangeliſta, quòd veniens domum præuenit Petrũ. [Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum.] pro, tributa. quod ſubiectæ terræ, quæ tributariæ ſunt effectæ, ſoluũt. Quod Põpeius dicitur primus inſtituiſſe in Iudæa [vel cenſum.] quod quilibet pro ſuo capite ſoluit. Quod Auguſtus primò dicitur impoſuiſſe eiſdem. vtrunque ſoluere, ſubiectionis non negociationis, aut rerum erat [A filijs ſuis, an ab alienis? Et ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Ieſus: ergo liberi ſũt filij.] regis in quolibet regnó. Ex eo ꝙ reges nõ ſunt ſoliti a proprijs filijs accipere tributũ aut cenſuũ, ſed ab alijs, infert Ieſus in genere, ergo liberi ſunt filij. ita quòd ex differentia dicta à Petro, infert Ieſus libertatem filiorum: ad ſubintelligendum vlteriorem concluſionem, ergo liber ſum ego. Appellatione ſiquidem regis, non ſolus proximus Rex (puta Herodes) ſed ſupremus potiùs (puta Cæſar) intelligitur. Ita quòd ex eo quòd liberi ſunt filij regis, abſque vlla contradictione habetur, ꝙ filij ſupremi regis ſunt liberi: ac per hoc ego qui ſum naturalis filius æterni regis qui vniuerſum regit, ſum liber. Noluit autem inferre, ergo liber ſum ego: ſed in genere, ergo liberi ſunt filij: quia ſatis erat rationem libertatis ſuæ monſtraſſe conſiſtere in filiatione regis. [Vt autem non ſcandalizemus eos] Non dixit, vt autem non ſcandalizem, ſed ſcandalizemus: quia Petrus erat mediator. & ſi per Petrum negaſſet cenſum, non ſolus, ſed cum Petro ſcandalizaſſet

dalizaſſet eos. ¶ Rurſus non dicit, vt autē non ſcādalizentur, ſed dicit, vt autem non ſcandalizemus eos: ad ſignificādum, quòd de ſcandalo actiuo vitando loquitur. Vbi perpende differentiam. Superiùs Phariſæos ſcandalizatos, dimittendos cenſuit. quia nō datum, ſed acceptum fuerat ſcandalum. hîc curat ne ſcandalizemus: quia ſcandalum actiuum imminebat negando cenſum. Ieſus enim non adhuc cognoſcebatur filius dei, adhuc non habebatur liber, quāuis eſſet. & proptera ſi negatio cenſus fuiſſet, actiui ſcandali rationem habuiſſet. Hæc nanque conditionalis eſt vera, quanuis impoſsibile fuerit, quòd Ieſus ſcandalizaſſet aliquem. [Vade ad mare, & mitte hamum: & eum piſcem qui primus aſcenderit, tolle: & aperto ore eius, inuenies ſtaterē.] Crediderim ego ſtateré a pondere quidem denominatum quatuor drachmarum (hoc eſt ſemiuncię) ſed ſpeciem fuiſſe nummiſmatis. Quod ex eo conijcio, quòd Ieſus præcipit illum dandum Publicanis. Si enim pondus argenti non monetati fuiſſet non dixiſſet, da illum: ſed vende, aut permuta illum. [Illum ſumens, da eis pro me & te.] Hinc pręter beneficentiam ſingularem exhibitam Petro non petenti, notandum eſt quòd Ieſus quanuis loculos communes habuerit penes Iudā, noluit communibus vti ad proprium, perſonaléque debitum perſoluendum: exemplum præbens prælatis, vt communibus eccleſię bonis non vtantur ad propria, ſed ad communia.

CAPVT XVIII.

In illa hora.] Occaſionem æmulationis cuiuſdam acceperāt diſcipuli de primatu vidēdo tres tantùm diſcipulos ductos à Ieſu in mōtem, audiendo tot promiſsiones factas à Ieſu Petro, tibi dabo claues, &c & demum videndo, quòd Ieſus pro ſe & Petro tantùm ſoluit cenſum [Acceſſerūt diſcipuli ad Ieſum, dicētes.] Tacet Matthęus diſputationem diſcipulorum de primatu, tacet quòd interrogati à Ieſu qua de re diſputaſſent, tacuerunt præ verecundia: & tranſit ad vltimò geſta [Quiſputas] pro, quiſnam, [maior.] pro, maximus, [eſt in regno cœlorū?] Diſcipuli hinc erubeſcentes loqui de primatu inter ſe, inde ſtimulante paſsione, mutāt ſeu honeſtant quęſtionē & non quærūt, quis eſt maximus inter nos, ſed in regno cœlorum, & in ſtatu viæ, & in ſtatu patriæ. [Et aduocans Ieſus paruulū, ſtatuit in medio eorum.] Rudibus diſcipulis reſpōdet, nō ſolis verbis, ſed exemplo ſenſibili ante oculos corū propoſito. [Et dixit Amē dico vobis, niſi cōuerſi fueritis] Reſpōdet dominus cordibus eorum, percutiens enim eos his verbis, ſignificat illis ſe

illis se intelligere vnde prouenit hæc quæstio: scilicet ex passione animi circa primatum, eo attestante ipsos non esse perfectè conuersos ad regnum dei, sed adhuc aliquid auersionis ab illo habere. Quantum enim homo habet tumoris quantum habet superbiæ, tantum habet auersionis à regno cœlorum. Necessitas itaque inducitur dicendo, nisi &c. [Et efficiamini sicut paruuli] nõ sensu sed malitia: hoc est sine malitia, siue superbia [Non intrabitis in regnum cœlorum.] Ecce ad quid necessarium est effici similes paruulis Manifeste excluditur à regno cœlorum quisquis non efficitur sicut paruulus, alienus à malitia & superbia &c. Superbis enim deus resistit [Quicunque ergo] Prius docuit discipulos humilitatem necessariam ad regnum cœlorum: modò respõdendo ad quæsitum docet humiliratem meritoriam maioritatis. [Humiliauerit se] Non verba, non gestus, non honores, non laudes, non signa sua, sed se. proprium enim humilitatis superbiæque obiectum est ipsemet. Superbus magnificat seu exaltat se: humilis paruificat seu humiliat se. [Sicut paruulus iste] Exemplum est vt intelligant internam animi humilitatem ex quantitate paruuli, & ex qualitate animi in ætate non ambiente, non contraria regno cœlorum, vt hinc intelligamus humilitatem cõmendari, & præferri ex parte contrarij: hoc est ad remouendam superbiam, contrariam & ingressui, & profectui in regno cœlorum. [Hic maior.] pro, maximus, [est in regno cœlorum] Secundum correspondentiam debetur humilitati maioritas sicut luctui consolatio, & paupertati regnum. [Et qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me suscipit.] Tertiam viri humilis dignitatem aperit, quòd personam ipsius Iesu Christi agit apud suscipientes ipsum virum humilem in nomine Christi. [Qui autem scãdalizauerit] Quarta humilium dignitas ex pœna scandalizantis eos, pensanda describitur. Non dicit fecerit scandalizari, sed scandalizauerit: quia quamuis ille non scandalizetur, nõn ruat, tu tamen qui scandalum das, scandalizas, & crimen scandalizantis non euadis. [Vnum.] Non exigitur ad hanc pœnam vt scandalizes populum aut multos: sed si vnum tantùm scandalizaueris, locus est pœnæ. [De pusillis istis qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.] Piscatoribus & iuxta mare conuersatis discipulis pœnã à subuersione violenta describit: vt intelligant peius morte violenta & inuasibili malum paratum scandalizanti vnum paruulũ Christi. [Væ mundo à scandalis.] Magnum mundi malum inue-

miri ex ſcandalis adiungit: vt ex magnitudine mali perpendamus iuſtam eſſe pœnam prædictam. ex magnitudine ſiquidem nocumenti penſantur peccata contra proximum: quale eſt ſcandalum. [Neceſſe eſt enim.] Inter loquendum de ſcandalo occaſione humilium, inſerit vtilis doctor doctrinam de ſcandalo quo ad tria. Et primò declarat neceſsitatem ſcandalorum. Neceſſe eſt, non neceſsitate coactiua aut cauſarum neceſſariarum, ſed neceſsitate moralis curſus. [Vt veniant ſcandala.] ſicut neceſſe eſt neceſsitate naturalis curſus, vt ſint ægritudines & claudi & cæci &c proni ſunt enim ſenſus hominum ad malum morale. [Veruntamen væ homini illi per quem ſcandalum venit.] Inexcuſabilitas ſcandalizantium ſecũdo ſubditur: apperiendo nõ quia neceſſe eſt in genere fieri ſcandala ideo excuſantur ſinguli ſcandalizantes: quia non eſt neceſſe, vt tu ſcandalizes, ſed ſua voluntate ſcandalizat quicunque ſcandalizat & propterea væ homini illi per quem ſcandalum venit. ¶Hanc Ieſu Chriſti doctrinam habeto ante mentis oculos tu qui fundas excuſationem tuam ſuper hoc, quòd omnino malũ opus illud ſit & oportet fieri: quia væ tibi qui facis illud. [Si manus tua, vel pes tuus ſcandalizat te, abſcide eũ, & proijce abs te, bonũ eſt tibi ad vitã ingredi debilẽ.] ꝓ, maneũ, [vel claudũ, quã duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. Et ſi oculus tuus ſcandalizat te, erue eũ & proijce abs te. Bonũ eſt tibi cum vno oculo in vitã intrare, quã duos oculos habentẽ mitti in gehennam ignis.] Tertiò cautela eorũ quibus inferũtur ſcãdala, ſubinfertur: conſiſtens in hoc, ꝙ ſi aliquid eſt tibi occaſio peccandi, quanuis illud ſit tibi ſicut altera manus, alter oculus aut alter pes, ſepara illud â te. ¶Vbi aduerte, quòd non proprius, ſed metaphoricus eſt ſermo iſte dominicus. nan non docet naturalia mẽbra abſcĩdere: ſed ea quę ſunt nobis neceſſaria ſeu vtilia, vt mẽbra naturalia. ¶Ideo autem membra gemina (manus, pedes & oculos) in metaphoram attulit, & non caput nec ambas manus ambôſque pedes ſeu oculos euellendos cenſuit: vt ſignificaret, quòd poſsibiles ac tollerabiles abdicationes præcipit. Si enĩ quod ſcandalizat te non potes â te ſeparare (vel quia caput tuum eſt: vel quia non membrum tuum eſt, vt in poteſtate tua ſit ſeparatio: vel quia vtraque manu carere oporteret) non inducitur tibi à domino abſciſio. Sed nec perplexus relinqueris: ſed ſupereſt remedium attende tibi & caue ne ſcandalizans te, habeat effectum in te: caue ne tu conſentias ruinæ tuæ altero ſtimulante. [Videte ne contemnatis vnum ex his puſillis.] Non ſolùm prohibet ſcanda-

lizare

ſizare paruulos ſuos, ſed deſpicere. Verunque enim crimen facile in humiles exercet humanum genus. nam & offendicula ponere ad ruinam humilium ſeu abiectorum hominum, pro nihilo habetur: & deſpicere humiles ſeu abiectos morale eſt. Et propterea ſapientiſsimus magiſter, volens ſuos diſcipulos eſſe pauperes & humiles, præcepit vniuerſis videte ne contemnatis etiam vnum ex iſtis. [Dico enim vobis quia angeli eorum in cœlis, ſemper vident faciem patris mei qui in cœlis eſt,] Quinta dignitas humilium apponitur ex angelico miniſterio prompto pro ipſis. Quia angeli eorum, iuxta proprietatem vocabuli dicitur quia nuncij eorum. angeli enim Græce nuncij Latine dicuntur. Et ſignificatur, quòd humilium nuncij promouentes cauſas illorum apud deũ, ſunt ſemper præſentialiter videntes faciem dei. ita, quòd nec egent, vt eant ad deum aut ingreſſum ad colloquendum deo petant: nec diſtrahuntur auiditate redeundi ad videndum deum: ſed talis tantæque fœliciratis ſunt, vt ſemper videant faciem dei, & ſimul ſint angeli eorum: hoc eſt humilium nuncij apud deum ad promouendas illorum cauſas, quòd contemnuntur, quòd opprimuntur & cætera. ¶ Cum hac tamen proprietate verborum poteſt etiam exponi, quòd angeli eorum cuſtodes: quia iidem angeli ſunt eorum cuſtodes & ſunt eorum angeli. Qui & ſunt dei angeli: ſed dei ſunt angeli famulando. humilium autem ſunt angeli ex charitate patrocinando ¶ Et bene nota, quòd non dicit angeli ſinguli eorum, ſed dicit angeli eorum. Ex hoc enim textu non habetur ſingulos homines aut etiam ſingulos puſillos credentes in Chriſtum (de quibus loquitur textus ad literam) habere ſingulos angelos. ſed ſolum eos habere angelos beatos, ad cuius verificationem non exigitur ſingulos ſingulorum eſſe angelos: ſed ſufficit multos eſſe angelos eorum, hoc eſt multitudinis eorum. [Venit enim filius hominis ſaluare quod perierat.] Sexta dignitas humilium ex aduentu Chriſti propter eorũ ſalutẽ apponitur: vt magnificiamus humiles nó ſolùm ex angelico patrocinio, ſed ex ipſius Ieſu Chriſti ſtudio circa eorum ſalutem. [Quid vobis videtur? Si fuerint alicui centũ oues, & errauerit vna ex eis, nõne relinquit nonaginta nouẽ in deſerto, & vadit quærere eam quę errauit?] Apponit ad hoc paraboli claram [Et ſi contigerit, vt inueniat eã, amẽ dico vobis quia gaudebit ſup ea magis.] actuali lætitia non habituali. Certum eſt enim, quòd plus gaudij in habitu habet de nonaginta nouem, quàm de vna. Sed plus actualis

lætitiæ habet de illa vna : quia ſpecialis ratio actualiter gaudendi de illa occurrit(ſcilicet inuentio perditæ)quæ non occurrit de nonagintanouem. [Quam ſuper nonagintanouem quæ non errauerunt.Sic.]Ecce ad quid eſt inducta parabola [Non eſt voluntas ante patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.] Prius dixerat venit filius hominis : modo dicit, voluntas ante patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. vt officium Ieſu Chriſti hominis, & voluntatem diuinam erga ſalutem humiliũ intelligamus. [Vt pereat.]Prius dixerat ſaluare quod perierat : modo dicit, non eſt voluntas, vt pereat.quia priùs loquitur de interitu peccati.modò de interitu æternæ mortis ſeu damnationis.priùs deſcripſit quod perierat quãtum eſt ex ſuo peccato: modò ne pereat ſimpliciter relictus ſuo errori.[Vnus de puſillis iſtis.] Concluditur ſermo in ſalute ſingulorum puſillorũ, hoc eſt humilium, quia ipſi omnes, & ſoli ſunt electi : ad quos ſaluandos efficaciter venit Chriſtus, quos deus vult non perire. [Si autem.]Hactenus humiles commendauit multipliciter, modò extendit doctrinam reſpectu fratrum peccantium : vt qualiter ad confratres errantes nos gerere debeamus, ſciamus. Poſtquam enim docuit te non peccare in fratrem tuum, ſuperbiendo, ſcandalizando, deſpiciendo modò docet qualiter te geras ſi frater peccauerit in te. [Peccauerit in te.] ad differentiam peccati in alium, nam peccatum contra te, tuum eſt condonare, tuum eſt accuſare. [Frater tuus.] ad differentiam ethnicorum, quorum correctio non ſperatur. Et rurſus ad differentiam patris tui, contra quem non eſt fas ad vlteriora,quæ ſequuntur procedere [Vade.]non expectes,vt veniat ad petendum veniam à te,aut vt priùs ipſe veniat ad te,aut vt obuiet tibi,ſed tu vade [Et corripe eum.] Non ſufficit vt parcas ei, vt benigno oculo,placata lingua ac bonis factis,tractes eum . ſed iniungitur tibi, vt cures ſalutem illius, qui te offendit,correctionis fraternæ verba adhibendo. ¶Aduerte quòd mandatum hoc eſt affirmatiuum, obligans pro loco & tempore. Et propterea tunc intelligitur exequendum,quando creditur opus eſſe ad ſalutem fratris. [Inter te & ipſum ſolum.] vt vtilis ſit correctio, vt ex modo monendi percipiat,qui offendit charitatem monentis. Si enim coram alijs incipis monere, exiſtimabit qui corrigitur, quòd tuo ſtudeas honori aut illius confuſioni, aut quòd vindictam ſic exerceas : ſed vbi inter te & ipſum ſolùm verba ſalutis eius ſola funduntur, ſoli charitati rationabiliter attribuitur monitio. [Si te audierit]pœnitendo. Non oportet ad hoc,vt vadas monitum,certum te eſſe quòd tru-

ctuoſa

ſuoſa erit monitio dubius enim ſignificaris dicẽdo ſi te audierit. [Lucratus eris.] pro, es, [fratrem tuum.] Ecce fructus ſeparatus ſi niſque intentus per hoc præceptum. Nec dicit ſaluus erit frater tuus, ſed lucratus es fratrem tuum vt fratris ſalutem tuum lucrum eſtimes ac non ſecus quàm tuum lucrum inquiras, & de illo gaudeas: [Si autem te nõ audierit, adhibe tecum adhuc vnũ vel duos.] Hinc apparet, quòd nõ arctatur ſermo iſte dominicus (ſi peccauerit in te frater, & cætera) ad peccata ſecreta: quoniam ſecretis peccatis non correctis non poſſunt adhiberi teſtes correctionis. Et rurſus in ſecretis non eſt ad vlteriora procedendum contra impœnitentem. Nam non dicitur, ſi recidiuarit adhibe tecum, ſed, ſi te non audierit adhibe tecum: vt intelligamus quòd abſque recidiuo contra impœnitentem monitum priùs ſecreto, procedendum mandat ad vlteriora. [Vt in ore duorum vel trium teſtium ſtet] pro, conſiſtat, [omne verbum] Hinc apparet, quòd ad bonum publicum tranſitur. Ex quo non potuiſti ſolus prodeſſe fratri, adhibe tecum teſtes ad hoc, vt profis communi bono: ſi non vales curare fratrem, ſerua ne lædatur publica ſalus. Teſtes enim quanuis directè ſint propter iudicium publicum, dominus tamen ordinat, vt vtaris teſtibus ad vtrunque bonum ſcilicet & ad tentandum, ſi forte profint ad ſalutem fratris: & ſi non profuerint, ad procedendum coram eccleſiæ iudicio, pro communi, pro fratris, & aliorum bono. [Quid ſi non audierit eos.] Hinc clarè conſtat teſtes ad correctionis actum iudicij. [Dic eccleſiæ.] Nec ratio nec vſus ſuadet congregandam eſſe eccleſiam ad corrigẽdum fratrem impœnitentem ſolius peccati in me commiſſi. ſed ratio quàm veriſtiſſimus mos habet, vt dicatur capiti eccleſiæ. Ac per hoc appellatione eccleſiæ hoc in loco non ſolùm eccleſia (non acephala) ſed etiam prælatus eccleſiæ, qui ordinarius iudex eſt fratris impœnitentis, intelligitur. [Dic.] Iudicialiter denunciando, ſeu accuſando & procedendo [Si autem eccleſiam non audierit.] Vtrique, fratris ſcilicet & communi bono fit ſatis, ſi eccleſiam audierit reſipiendo ac pœnitendo: ſi autem nec eccleſiam audierit ad pœnitentiam, (quia tam trina correctio facta eſt) prima à te ſolo, ſecunda à teſtibus tecum, tertia ab eccleſia & nulla profuit, nulla reſtat tibi via procurandi ſalutem fratris obſtinati. Et propterea, [Sit tibi ſicut.] Non habebis eum amplius vt fratrẽ. ſed de reliquo ſit tibi ſicut [Ethnicus.] hoc eſt, gentilis: qui inter credentes in deum non computantur. [Et publicanus] infamis hominum genus apud fideles. ¶ Recole hunc ordinem procedẽ-

dédi i ecclesia dei sub affirmatiua lege statutum: & propterea non ligare, nisi quum oportet ad salutem fratris & commune bonum. ¶ Libenter viderem seruari hanc definitam à Iesu CHRISTO pœnam non audientium ecclesiam: quòd scilicet sufficeret eos haberi vt ethnicos, hoc est vt ipsi quidem ex vi excommunicationis haberentur, vt ethnici & publicani: & non inuoluerentur innocentes alij loquentes cum eis, qui nullum peccatum incurrunt loquentes & comedentes cum ethnicis. [Amen dico vobis: quæcunq; alligaueritis super terram, erunt ligata &.] Huperfluit &. [In cœlo.] & quęcunq; solueritis sup terrã, erunt soluta &.] superfluit & [In cœlo.] Quã potestatẽ soluẽdi ac ligandi promiserat Petro, hanc eandem omnibus discipulis communicat. Et propterea expone vt supra in capite decimosexto, vt non solùm timeatur sententia Petri, sed quilibet sui prælati suæque ecclesiæ sententiam timeat. [Iterum dico vobis.] Promiserat Petro, declarauerat ecclesiæ cuiusque potestatem iudiciariam: declarat modò accumulando dona ecclesiæ, potestatem impetrandi à deo omnia. Ac si aperte diceret, dixi vobis potestatem vestram circa iudicia: iterum dico non eandem, sed aliam vestram communem potestatem. [Quia si duo ex vobis.] proculdubio discipulis meis, fidelibus meis. Non dixit si omnes ne de vniuersali ecclesia tantùm intelligeretur. non dixit, si multi: ne ad magnarum ecclesiarum gratiam sermo restrictus videatur. Sed dixit, si duo: vt etiam minimi numeri fidelium quanta sit vis explicetur. [Consenserint super terram] Nam frustra apposuit super terram: sed quemadmodum declarando potestatem iudicialem apposuit super terram, ad declarandum materiam ligandam aut soluendam esse illa, quæ sunt super terram: ita declarando potestatem impetrandi apponit super terram, ad declarandum materiam consensus esse illa, quæ sunt super terram. Differentia tamen est in modo. quia superius tenetur restrictiuè, hîc accumulatiuè. nã sensus est: Si consenserint etiam super terram hoc est, si eundem sensum habuerit non solum circa ea, quæ sunt in cœlis & in inferno, & breuiter circa credenda, sed etiam in ijs, quæ sunt super terram: hoc est, circa agenda, sustinenda, patienda, & huiusmodi occurrentia in terra. Ita quòd plenitudo concordiæ significatur per plurium consensum super terram. [De omni re.] nulla excipitur. [quancunqne petierint] Hîc apparet, quòd de virtute petitoriæ precatiõis est sermo. [Fiet.] Non dicit facient. quia non de potestate factiua miraculorum, sed impetratiua tractat [Illis.] Non contra aut præter illos.

vt intelligas non promitti exauditionem, niſi ſecundùm voluntatem petentium, quam haberent ſi cuncta noſſent quæ deus nouit. Bonus enim eſt dominus, negans quòd volumus & petimus, vt tribuat quod mallemus ſi omnia videremus quæ deus videt. [A patre meo qui in cœlis eſt.] Ecce a quo petunt. Et dixit hæc, vt vim propriam communis orationis doceret conſiſtere in plena cõ cordia orantium: & hinc diſcerent quàm grata ſit deo concordia fidelium: atque ſcirent duorum petentiũ vnanimitati conceſſum etiam quicquid exemptum eſt ab eccleſiæ iudicio [Vbi enim ſunt duo vel tres congregati in nomine meo.] Ratio tantæ efficaciæ in vnanimitate orantium, redditur præſentia ipſius IESV in medio talium. Ac ſi aperte diceret, quia ego ſum præbens tantam efficaciam petitioni talium: ita quòd ipſi iam non ipſi petunt, ſed ego in ipſis peto. Et non dicit vbi ſunt duo vel tres congregati, ſeu vnanimes, ſed apponit in nomine meo: ad differentiam concordiæ mundanæ, ſeu etiam humanæ amicitiæ: quæ licet ſit laudabilis, non tamen gaudet hoc priuilegio diuinæ prçſentiæ. Non ſunt enim in Ieſu CHRISTI nomine vnanimes, quibus aliud viuere eſt quàm Chriſtus. [Ibi ſum in medio eorum.] Non dicit ero: quia neſcit futurum deus, qui æternitate ſua ſemper adeſt omnibus: Sum autem non communi modo per eſſentiam, præſentiã, & potentiam: ſed ſpecialis aſſiſtentiæ gratia, operans intus in eis, & extra pro eis: Neque enim minus efficit præſens in medio congregatorum in nomine ſuo quàm effecerit prçſens in carne cum diſcipulis: de quibus dicit Ioannis decimoſeptimo, quum eſſem cum eis ſeruabam eos in nomine tuo, quos dediſti mihi ego cuſtodiui. [Tunc accedens Petrus ad eum, dixit, Domine, quoties peccabit in me frater meus & dimittam ei? vſque ſepties?] Occaſione ſumpta ex verbis domini ſi peccauerit in te frater tuus, mouetur Petrus ad interrogandum. [Dixit illi Ieſus, Non dico tibi vſque ſepties: ſed vſque ſeptuagies ſepties.] Numerus finitus ponitur pro infinito, [Ideo aſſimilatum eſt.] Ne putaretur quòd perfectionis non neceſſitatis eſt remittere fratri peccanti in te, ſubiungit Ieſus parabolam ad declarandum neceſſarium ad ſalutem eſſe, remittere offenſam fratri qui peccauit in te. [Regnum cœlorum.] quod in præſenti inchoatur vita fidçlium, & in futuro conſummatur ſeculo, [Homini regi.] Non intelligo cœlorum regnum aſſimilari homini regi ſoli, ſed homini regi exigenti rationes à ſeruis ſuis, & cætera: hoc eſt negocio ſeu officio, in quo homo Rex voluit rationem ponere, & reliqua

huic enim negocio ſeu officio aſſimilatur regnum cœlorum in ſimilibus actionibus. Meminit autem regis, ad ſignificandum quòd in parabolam affert non patrẽfamiliâs aut iudicem, aut quemlibet dominum, ſed regem, ſupremam inter homines habentem poteſtatem. [Qui voluit rationem ponere] pro, cõferre, [cum ſeruis ſuis. Et quum cœpiſſet rationem ponere.] pro, conferre, [oblatus eſt ei vnus qui debebat ei decem milia talẽta.] Tota parabola clara eſt. [Quũ autem nõ haberet vnde redderet, iuſſit eũ venũdari, & vxorẽ eius, & filios, & omnia quæ habebat, & reddi.] Si miraris præceptum regium vt crudele, recole quòd antiquo tempore rigor iuſtitiæ admittebat venditiones hominum fieri pro ſoluendis debitis: vt patet quarti Regum quarto. [Procidens autem ſeruus ille rogabat.] pro, adorabat. [eum, dicens: patientiã.] Deeſt domine. Legendũ eſt, [domine patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Miſertus autem dominus ſerui illius, dimiſit eum: & debitũ] pro, mutuũ. [dimiſit ei. Egreſſus autem ſeruus ille, inuenit vnũ de conſeruis ſuis, qui debebat ei centũ denarios, & tenens ſuffocabat eũ, dicens, Redde q̃ debes Et procidens conſeruus ei⁹, rogabat.] pro, obſecrabat, [eũ, dicẽs, Patiẽtiam habe in me, & omnia reddã tibi. ille autẽ noluit, ſed abijt, & miſit eum in carcerem donec redderet debitum. Videntes autẽ conſerui eius quæ fiebant, cõtriſtati ſunt valde: & venerũt & narrauerunt domino ſuo omnia quæ facta fuerant. Tunc vocauit eũ dominus ſuus: & ait illi, Serue nequã] pro, male, [omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me. nõne ergo oportuit, & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? Et iratus dominus eius tradidit eũ tortoribus, quoaduſque redderet vniuerſum debitum.] Deſunt duæ dictiones, illud ſibi. Quæſtio occurrit de hac ſententia: quia nõ videtur lata ab homine rege ſecundùm humanam iuſtitiam. Nam in materia debitarum pecuniarum (in qua conſtat parabolam proponi) non tenetur ex debito legali, ſed ex debito honeſtatis ille cui donatur quod debet fiſco ſeu regi, donare ſuis debitoribus pecunias ſibi ab alijs debitas vt patet. Qua ergo humana iuſtitia rex iſte iudicat, quod oportuit iſtum facere, ſicut factum fuit ei: nec ſolum iudicat, ſed damnat, & repetit vniuerſum debitum? ¶ Solutio eſt, quòd duo rex effecerit. Primum miſertus eſt ſerui illius dimiſitque eum: alterum & omne debitum remiſit ei. Non iudicauit autem oportuiſſe ſeruum illum donaſſe debitum conſeruo, ſed miſereri. nam non dicit, oportuit te donare conſeruo tuo debitum ſicut & ego donaui tibi: ſed dicit, oportuit te miſereri cõſerui tui ſicut & ego

cui misertus sum. Ac si aperte diceret: etsi nolebas imitari me in liberalitate, oportuit tamen me imitari in misericordia, saltem expectando supplicantem pro dilatione temporis. Tenebatur autem ad misericordiam seruus ille, quamuis non ex debito legali, tamen ex debito morali, duplici ratione. Primò ex ipsa impotentia debitoris ad soluendum tunc. Secundò ex beneficio simili (immò longe maiori) in simili materia & supplicatione sibi, tunc præstito à communi domino. Ita quòd non de consilio & honestate, sed de debito (morali tamen) tenebatur ad misericordiam: nam sicut honestas moralis non admittit hominem impotentem soluere debitum pecuniarium, vexari in persona & libertate, ita nō admittit vexari in eisdem impotentem pro tunc, supplicitèr rogantem dilationem cum promissione soluendi omnia: iste autem & vexabat in persona, suffocando tenens, & in libertate, mittendo in carcerem. Rursus in nonnullam iniuriam communis domini redundat tractare sic conseruum statim post acceptum tantum beneficium: tanquam pro nihilo æstimetur exemplum domini: & etiam pro nihilo æstimetur conserui seruitus respectu eiusdem communis domini. Quod autem statim describatur casus iste, significatur ex illo verbo, egressus autem seruus ille inuenit vnum de conseruis suis, & cætera. Hoc enim significat, quòd egressus à facie regis occurrit debitor vel quòd egressus quæsiuit, & sic inuenit debitorem. Quod peius fuisset tanquam egressus fuerit ad quærendum debitorem & cætera. ¶ Quanuis autem inferiores iudices quorum est legalia debita iudicare, non damnent talem inhumanitatem & ingratitudinem, Rex tamen (in quo plenitudo residet potestatis non alligatæ legibus) potest huiusmodi inhumanitatis ingratitudinis ac contemptus crimen cognoscere ac punire. propter quòd parabola inducta est de homine rege: & non de inferiore aliquo domino. Et quoniam arbitraria erat pœna, arbitratus est Rex, vt vniuersum debitum pristinum soluat, & insuper torqueatur interim. Hæc est parabola. [Sic & pater meus cœlestis faciet vobis.] Sensus per parabolam interius aperitur, non per singulas partes, sed quo ad tria, scilicet modū faciendi, dicendo sic: & quo ad personā regis, pater meus cœlestis & quo ad personas serui & conserui, si nō remiseritis vnusquisque fratri suo. ¶ Vide singula non aliquis, sed vnusquisque discipulus est seruus debitor decem milium talentorum deo & similiter quilibet frater est conseruus cui remittere oportet centum denarios. Ita quòd tanta est differentia inter debita nostra deo, & debita nostra homi-

nibus

minibus, quanta eſt diſtantia inter decem millia talentorum & cẽ tum denarios. Quilibet igitur deſcribitur debitor deo tantorum, vt non poſſit ſatiſfacere, & poſſit cogi ad vẽdendum omnia ſua & ſeipſum: hoc eſt nihil eſt eius exemptum ab hoc debito, ſi iuſtitiæ rigor exerceatur, & tamen conſequens ſola humili ſupplicatione & intentione ſatiſfaciendi ampliſſimam pluſquam petierit veniam à deo. at ſi fratri petenti à nobis veniam non remittimus offenſam in nos, efficimur ſerui nequam & tradimur in morte. tunc enim cœleſtis pater iudicium exercet, tradens dęmonibus tortoribus ad perſoluendum vniuerſum debitum quod debebamus deo. [Si non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris.] Deeſt. delicta eorum. Non vult ſimulatam remiſſionem, ſed ex intimo corde, qui cordium ſcrutator, & iudex eſt deus. ¶ Quæſtio occurrit hîc, quomodo ſine pœnitentia ſunt dona dei, vt Apoſtolus dicit ad Roma. 11. & debita ſemel donata à deo, poſtea repetuntur. ¶ Solutio eſt, quòd repetuntur non vt fuerant prius debita: ſed vt modo effecta ſunt materia ingratitudinis tam inhumanæ. ingrata ſiquidem hæc inhumanitas tanto magis penſanda eſt, quanto maius fuit beneficium donationis tantorum debitorum. ¶ Altera occurrit quæſtio, quomodo verificatur, quòd ſic faciet pater cœleſtis torquendo quoadusq; reddat: quum torqueat poſt mortem in æternũ ſine termino aliquo. ¶ Solutio eſt, quòd torquendus quouſque reddat, ſi nunquam reddit, nunquam euadit tormenta. Tales ſunt damnati in inferno. qui ideò nunquam deſinunt torqueri, quia nunquam reddunt, nunquam pœnitet eos offenſæ diuinæ, nunquam ſatiſfaciunt. perſeuerant enim in voluntate impœnitente obſtinata in malo.

CAPVT XIX.

ET factũ eſt quũ conſummaſſet Ieſus ſermones iſtos, migrauit à Galilæa, & venit] in fines Iudææ trans Iordanẽ.

E Hæc migratio videtur illa cuius meminit Ioan. c. 10. deſcribendo ſpecialiter locum trans Iordanem, vbi Ioãnes baptizauerat. [Et ſecutæ ſunt eũ turbæ multæ: & curauit eos ibi. Et acceſſerunt ad eũ Phariſæi tentantes eum, & dicentes.] Non diſcendi, ſed accuſandi cauſa interrogant: ſi fortè contra legẽ aut populi libertatem in diuortijs aliquid dixerit. [Si licet homini dimittere vxorem ſuã quacunque ex cauſa?] hoc eſt, quòd q̃libet cauſa ſit ſufficiẽs ad hoc, vt licitè poſſit quis dimittere vxorẽ. Erat tũc ſicut vſq; hodie eſt iter theologos q̃ſtio tractata in quarto ſenſu de cauſa libelli repudij: an quælibet cauſa reddens vxorem exoſam

exoſam viro ſufficeret ad licitè dimittendum vxorem. Moyſes enim Deutero.24. vtitur verbis generalibus dicendo ſi non inuenit gratiam in oculis viri. Et propterea Phariſæi in quæſtione hac tentant Ieſum. [Qui reſpondens ait eis, Non legiſtis.] Reuocat Phariſæos ad ſacram ſcripturam, vt intelligant diuinam ſententiam in lege ſcripta, qui quæſtionem de lege mouent: nec audiant ipſum Ieſum reſpõdentem, ſed legem ipſam. [Quia qui fecit hominem.] Superfluit hominem [ab initio, maſculum & fœminã fecit eos.] Lege in principio Geneſis creationẽ rerum: & quum non inueneris in productione piſciũ, auium & iumentorum mentionem fieri de maſculo & fœmina, ſed in ſola productione hominis dici maſculum & fœminam, fecit eos, percipies myſterium quòd Ieſus hic declarauit. ſ. quòd ideo ſcriptũ eſt in ſolo homine maſculũ & fœminam creauit eos quia per hoc ſignificatur deum inſtituiſſe cõiugium, quod in ſolo homine locũ habet. Inchoat itaque Ieſus reſponſionem ab hoc ſcripto in lege. ſ. quòd deus inſtituit cõiugiũ. ad hoc enim ſignificandum explicauit Moyſes, quòd maſculum & fœminã fecit eos. [Et dixit] In Geneſi legimus, quòd Adã dixit ſequentia verba ſed Ieſus ſciens diuino motu Adam illa dixiſſe, attribuit illa deo. verba enim quæ diuinitus Adam protulit, abſque vlla ambiguitate conſtat verba dei eſſe. [Propter hoc.] coniugium. [dimittet homo patrem & matrẽ.] Nõ ſolũ inſtituit deus coniugium, ſed inſtituit perſonas habiles ad coniugium, eximendo à coniugio patrem & matrẽ. Contra ius diuinum atque naturæ eſt, vt homo iungatur coniugio cum patre aut matre. & propterea dicitur quòd dimittet homo, à coniugio patrẽ filius, & matrẽ filius. [Et adhærebit] non mulieri, ſed [vxori.] non cuiuſcũque, ſed [ſuæ.] per hoc ſignificans omnes alias perſonas eſſe habiles vt ſint coniuges. Ex eo enim quòd ſolos patrẽ & matrẽ excluſit, reliquos (.ſ. fratres & ſorores, nepotes, & neptes, &c.) liberos ſignificauit, vt ſint viri & vxores. [Et erunt duo in carne vna.] ꝙ, in carne vnã. Inſtitutiõi cõiugij & idonearũ perſonarũ, adiungit ipſum cõiugium. Cõſiſtit idonearũ ꝑſonarũ cõiugiũ in hoc, ꝙ duo ſũt in carne vna. antè ſiquidẽ q̃ ſint vna caro, nõ eſt ꝑfectũ coniugiũ. Nõ loquimur nũc de ſacramẽto eccleſiæ. ſed de cõiugio abſolutè, de quo loquit̃ text⁹. ¶ Et põdera ꝙ hęc verba dei cõcludentis cõiugij naturã ex ipſi⁹ dei inſtitutiõe, nõ ex humana adinuẽtiõe. propterea cũ verba hęc Ieſus attribuit deo. Eſt itaq; cõcluſio diuina, & erũt duo ĩ carne vna. ¶ Nec eſt op⁹ vagãdo quęrere ſenſũ horũ verborũ: qm̃ in ꝓmptu eſt clar⁹. ſ. ꝙ duo erũt in carne vna vnitate communi.

cõmunitatis. Sicut enim ponentes res ſuas in communi, ſunt duo ſeu multi ī re vna communi illis: ita maris & fœminæ (excluſis patre & matre) coniugium in hoc conſiſtit, quòd ponunt carnes ſuas in communi inter ſe, ita quòd ſunt duo in carne vna communi vtrique, vt patet. ¶ Et ſi aduerteris quòd non dicit, erunt, ad horam, neque ad tempus, ſed ſimpliciter & abſolute erunt in carne vna: percipiens non conuenire commixtioni meretricę adulterinæ aut concubinariæ, eſſe duos in carne vna, ;; quia inter eos non eſt communitas carnis ſimpliciter & abſolutè, ſed ſecũdùm quid, ſcilicet ad horam, ad tempus. Propter communitatem enim ſecundũ quid & de facto, dixit apoſtolus. 1 ad Corinth 6. Qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur cum ea. eſt enim de facto ſecundùm quid verum illos eſſe duos in carne vna. & non ſimpliciter & abſolutè, vt patet. [Itaque.] Hactenus retulit Ieſus verba legis in principio Geneſis ſcripta: modò exponit verba dei vltimò inducta.

[Iam.] ex quo iuxta diuinam inſtitutionem iunguntur in carne vna. [Non ſunt duo.] ſecundùm carnem. Ita quòd qui priùs erant duo, qui priùs erant diſtincti ſecundùm proprias carnes: iam deſinunt eſſe duo; iam deſinunt eſſe diuiſi ſecundũ carnem. [Sed vna caro.] Non dixit, ſed vnus: non dixit, ſed vnus ſpiritus, aut vnus animus, ſed vna caro: vt intelligamus coniugium non tollere diuerſitatem perſonarum, non conſiſtere in communitate animæ aut ſpiritus (ſed cuilibet coniugum proprius reſtat ſpiritus, propriúſque animus: ſed in communitate carnis. Neutrius enim caro remanet propria, ſed communis vtrique reddita eſt & propterea non duo ſecundùm carnem, ſed vna caro ſunt. ¶ Significantiùs autem dixit, ſunt, ad differentiam communicantium in rebus. Qui enim ſuas res communes habent, non ſunt ſecundùm aliquid ſui indiuiſi: ſed exteriorem rem habent indiuiſam. Qui verò carnes proprias habent communes. non hîc aut nunc, ſed abſolute quia caro pars altera eſſentialis eſt hominis cõpoſiti ex anima & carne, ideo per verbũ ſubſtantiuum ſignificãtur indiuiſi. dicẽdo, nõ ſũt duo, ſed vna caro: Ex hoc enim quod adiũgitur, ſed vna caro, ſignificatur ꝙ nõ ſunt duo ſecundũ carnem, quę eſt altera pars ſubſtantialis eorũ. ¶ Nec prætereas, ꝙ niſi dominus Ieſus declaraſſet verba Geneſis intelligi de carne coniugum, Intellexiſſemus de carne prolis ſcriptũ ad literã: & erunt duo in carne vna, generanda. [Quod ergo deus cõiunxit, hõ nõ ſeparet.] Declaratis verbis dei in lege ſcriptis (vnde habetur deum duos, ſcilicet cõiuges, feciſſe carnẽ vnam) infert concluſionẽ reſponſiuam ad quæſtionẽ

Phariſęo-

Phariſeorũ,dicẽdo,quod ergo. Nõ dicit, quos: ſed, quod: ſcilicet coniugium,deus, nõ homo,coniunxit,inſtituendo cõmunitatem corporum in duabus perſonis idoneis,homo non ſeparet. Ac per hoc directè reſpondetur queſtioni, ſi licet homini dimittere vxorem. conſiſtit enim reſponſio in negatiua: quia ex eo quòd deus coniunxit coniugium,homo nõ tantæ temeritatis eſſe debet,vt ſeparet coniunctum à deo. ¶ Aduerte hîc,quòd dominus Ieſus inſeparabilitatem coniugij probat ex inſtitutione diuina ab initio mundi; ſecluſa ratione ſacramenti eccleſiaſtici. Oportebit enim hæc recolere in expoſitione epiſtolæ Pauli ad Corinthios. Si infidelis diſcedit,diſcedat,&c. [Dicunt illi.] Noua ac inopinata, & ſecundum legem reſponſione audita, Phariſæi ad ſe conuertunt. [Quid ergo Moyſes mãdauit dari libellum repudij & dimittere?] Legem legi obijciunt. Si deus inſtituit coniugium inſeparabile ab homine,quo pacto Moyſes ſtatuit legem de libello repudij? Deutero 24. [Et ait illi:quoniã Moyſes.] Legiſlator. [ad duritiam cordis veſtri.] nõ ſpõte:ſed corde veſtro nõ credẽte,ſed exiſtẽte duro ad diuinã legẽ recipiẽdam Duritia hæc ex hoc ipſo, quòd nõ niſi duritia appellatur, intelligitur Iudæorũ firmatus animus in hoc, quòd volebant ſicut aliarum nationum mariti habere facultatem dimittendi vxores;nam conſtat etiã Romanos maritos hac facultate vſos. [Permiſit vobis.] nõ mandauit. [dimittere vxores veſtras.] Moyſes dimiſſionẽ vxoris permiſit:ſed libellũ repudij dari mandauit, ſi dimitterent vxores. [Ab initio autem non fuit ſic.] Ratio reddtur declaratiua,quòd Moyſes permiſit. quia ab initiõ inſtitutũ coniugij non fuit ſic,non fuit libellus repudij,non fuit dimiſſio vxoris,non fuit ſic ſeparabile coniugium, ſed inſeparabile ab homine: vt declaratum eſt ex verbis dei ab initio inſtitutionis coniugij. Ex eo enim quòd ab initio inſtituti coniugij à deo, fuit inſtitutum non ſic ſeparabile,ſed inſeparabile,conſequẽs eſt, vt iſta nouitas declinatio quædam à lege primęua ſit. ac ſi per hoc permiſſio ¶ Inter theologos occaſione horum verborum,quæſtio indeciſa propter opinionum diuerſitatem eſt,an in lege veteri diuortium cum libello repudij fuerit licitum. Crediderim ego, nec omnino licitum, nec moraliter illicitum fuiſſe. Quòd enim non fuerit toraliter licitum ex parte virorum,& textus iſte ſignificat(dicẽs eſſe permiſſionem factam vobis,hoc eſt maritis,ob duritiam cordis. permiſſio enim malorum eſt) & pœna definita maritis dimittentibus vxores, Deutero.24.ſcilicet non poſſe eaſdem viduas, aut repudiatas iterum ducere in vxores, inſinuat. Quòd

verò

verò non fuerit mortale peccatum, colligitur tum ex modo legis. Sic enim data est lex ista dimittẽdi vxorẽ, & libellum dandi sicut aliæ leges, vt patet ibi. Tum ex eo quòd Malach. 2. dicitur. Quum odio habueris, dimitte, dicit dominus deus Israel. nefas enim apparet attribuere deo dicere, dimitte vxorem, si crimen esset. Tum ex eo quòd licitum erat vxori dimissæ nubere alteri vt patet ibidem in Deutero. ¶ Sed maior quæstio insurgit. Si quod deus coniunxit, homo non potest separare. quomodo diuortium illud legale soluebat coniugium? Solutio est, quòd lex ista diuortij quanuis permissiua: non humanã, sed diuina erat facta authoritate: vt verba Malachiæ propheræ, & contextus Deuteronomij testantur. Ostendit ergo dominus coniugium ex diuina institutione coniunctum, nõ nisi cum obliquitate aliqua separatum esse in diuina lege veteri. [Dico autem vobis.] Promulgat iterum nouã legem, quam coram discipulis promulgauerat in monte. [Quicunque dimiserit.] totaliter. De tali enim dimissione erat sermo, nam vxorem dimittere absque additione aliqua, significat non dimittere secundum quid (puta quo ad thorum) sed simpliciter & absolutè: quod est dimittere totaliter. cõstatque de dimissione absolutè motam esse quæstionem à Pharisæis, & loqui Moysen. [Vxorem suã nisi ob fornicationẽ, & aliam duxerit.] in vxorẽ. [mœchatur.] Textus iste clarè constituit mœchum facientẽ hæc duo, scilicet dimittere vxorem non fornicariam, & aliam ducere. Et in promptu ratio mœchiæ est quia durat coniugium cum prima dimissa. Quid autem sit de dimittente vxorẽ fornicariam, & aliam ducente, textus iste nihil dicit. ¶ At si vrgens obieceris verba Iesu non esse superflua, & propter exceptionem fornicationis aliquid significare diuersum ab alijs causis fateor sic esse. Et si instes, illud diuersum nihil aliud esse, nisi quod propter fornicationẽ dimittes vxorem, & aliam ducens, non mœchatur. Respondeo sic sonare textum secundum planum literæ sensum: sed quoniam non audeo opponere me contra torrẽtem doctorum, & iudiciorum ecclesiasticorum, ideo dixi textum nihil disponere de dimittente fornicariam. Intelligo igitur ex hac domini Iesu Christi lege, licitum esse Christiano dimittere vxorem ob fornicationem carnalem ipsius vxoris, & posse ducere aliam vxorem: salua semper ecclesiæ diffinitione. Quæ hactenus non apparet, nam decretales pontificiæ de hac materia, non sunt diffinitiuæ fidei, sed iudiciales facti. Profitẽtur autem ipsimet pontifices (vt patet in cap. quãto. de diuor. & in cap licet. de spon. duorum.) Romanos Põtifices

aliquando

aliquando in his iudicijs matrimonium errasse. ¶Nec ex his intelligas vxorem quoque posse dimittere virum fornicantem. quoniam Iesus qui est verus deus, non hoc concessit. nec est par ratio: vt patet. Nec etiam in veteri lege vxor poterat repudiare virū. ¶Nec ego sum primus, qui intellexi euangelij textum: quoniam ante annos mille beatus Ambrosius sic intelligens, idē docuit primæ ad Corinth. 7. ¶Aduerte quòd hinc Innocētius tertius extra de diuor cap. gaudemus accipit, quòd nō licet habere plures vxores. Nā si liceret habere plures vxores, qui dimissa non fornicaria acciperet aliā, nō mœcharet, sed cōiugio cū secunda vteretur: in textu aūt dicitur quòd mœchatur. Et nisi Marcus apposuisset in eā, scrupulo careret argumentū Innocētij. [Et qui dimissam.] nō fornicariā. nulla enim alia dimissa nominata est. [Duxerit in vxorē. mœchatur.] quia durat dimissæ coniugium cū illo qui dimisit eā. [Dicunt ei discipuli eius: Si ita est causa hominis cū vxore, nō expedit nubere.] pro, nuptias inire. Discipuli audientes nouam de matrimonio doctrinam. timent nuptias. [Qui dixit illis, Non omnes capiunt verbum istud.] In carne prēter carnē viuere non est commune [Sed quibus datum est.] Non dicit, sed qui voluerint: quoniam non est volentis neque curētis, sed miserentis dei. à quo datur donum virginitatis seruandæ: virginitatis enim custodia, intelligitur in abstinentia à nuptijs. [Sūt enim eunuchi qui de matris vtero sic nati sunt: & sunt eunuchi qui facti sūt ab hominib⁹.] Tria eunuchorū genera clarè describūtur, vt declaret sententiā dictam. nā eunuchi à natura, imò à naturæ defectu nati priuati officio genitaliū. & similiter eunuchi à violentia extrinseca, non sunt de quibus loquitur Iesus, sed tertij [Et sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt.] non membrorum abscisione, sed abdicatione officij generandi, seu potius voto virginitatis. castratio enim significat, non solum abdicationē vsus, sed etiam potestatis, & propterea insinuat votum, quo homo se priuat potestate vtendi seipso ad officium generandi. [Propter regnum cœlorum.] In hoc consistit vis & ratio perfectionis. non enim placet deo negatio naturalis officij nuptiarum, nisi quum ordinatur ad regnum cœlorum expeditiùs assequendum. Innupti enim cogitant quæ domini sunt & soliciti integro studio sunt, quomodo placeant deo. quod non possunt alligati cōiugijs: quia oportet eos cogitare quomodo placeant coniugi, & soliciti sunt de mundanis, &c. [Qui potest capere, capiat.] Non præcipio hanc tantam perfectionem, sed vnumquenque in sua libertate relinquo. Non dicit, qui vult: sed, qui potest: quia

est quæ est si vales, & non sentis te tantæ constantiæ vt possis capere tantæ perfectionis munus, non es de numero eorum qui possunt capere. [Tũc oblati sunt ei paruuli, vt manꝰ eis imponeret & orare. Discipuli aũt increpabant eos. Iesus vero ait eis. Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire. Taliũ est enim regnũ cælorũ.] Nõ dicit, ipsorũ, sed taliũ ad significandum regnum cœlorum esse qualitatis existentis in paruulis scilicet innocentiæ (nihil enim inquinatum intrabit in regnum cœlorum) vel qualitatis significatæ per paruulos hoc est humilitatis: iuxta superius dicta, nisi efficiamini sicut paruuli. Ac si apertè diceret, quia regnũ cælorũ est talium hoc est innocentum, quales sunt paruuli & rursus talium hoc est humilium animo, sicut isti sunt parui corpore. [Et quum imposuisset eis manus, abijt inde. Et ecce vnus.] adolescens vt infra patet. [accedẽs ait illi: Magister bone, quid boni faciã vt habeã vitã æternam? Qui dixit ei quid me interrogas de bono.] pro, quid me dicis bonũ? [vnus est bonus, deus.] pro, nullus bonus, nisi vnus, deus. Intellige omniquaque: omnis enim creatura res admixtionẽ habet mali, naturę vel moris. Et dixit hoc ad docẽdũ exemplo suo, ꝙ quum laudamur, aut doctores aliorũ recognoscimur, retorquere debemus proprias laudes in diuinã laudem, & reuocare ad memoriam nostrũ, & laudãtium cõmunem defectũ. Sic enim & nobis ac laudantibus prosumus humilitate, & deũ honoramus: in quo, & à quo est omne bonum. [Si autem vis ad vitã ingredi, serua mandata.] Dicit illi. [Quæ? Iesus autem dixit, Non homicidiũ facies: nõ adulterabis: non facies furtum: non falsum testimoniũ dices: honora patrem tuum & matrem & diliges proximum tuũ sicut teipsum. Dicit illi adolescens, Omnia hęc custodiui à iuuentute mea: quid adhuc mihi deest? Ait illi Iesus, Si vis perfectus esse.] Nota differentiam volentis ad vitã ingredi, & volentis perfectionem. Volenti vitã dictũ est, serua mandata, ad quę lex diuina te obligauit. volenti perfectionem dicitur vende omnia, &c. hoc est serua consilia paupertatis, misericordiæ, & sequelæ mei. ¶ Vide singula. Non dicit, si perfectus es, sed si vis esse pefectus, si intendis perfectionem vitę assequi. [Vade, & vende omnia.] Iuperfluit omnia [quę habes, & da pauperibus.] Non dicit, renuncia omnibus quę possides, sed vende, & da pauperibus: vt simul vtrãque virtutem ingerat, scilicet paupertatis voluntariæ, abdicãdo à se omnia: & misericordiæ, dando illa pauperibus. [Et habebis.] Interiecta est hæc particula. nam locus eius est vltimus. sed ideo Euangelista interposuit eam, vt præmium proprium effusarum

rerum

rerum pauperibus ſignificaret. [Et habebis theſaurũ in cœlo,] ex venditione & erogatione rerum tuarum pauperibus. Vltra hoc quòd inchoas perfectionis iter, ſcito te reponere theſaurum in cœlis loco theſauri terreſtris. [Et veni] expeditus atque ſolutus à curis ſeculi huius. [Sequere me.] euangelizantem regnum dei, ſequere vita, moribus & officijs: in hac enim ſequela perfectionem aſſequeris. Ac ſi apertius dixiſſet: in vendendo omnia & dando ea pauperibus, repones tibi theſaurum in cœlo: in imitatione verò mei implebitur deſiderium quo vis perfectus eſſe. ¶ Attende prudens lector, quòd nullum inducitur à Ieſu votum volenti perfectionem vitæ aſſequi: quia non in vinculis votorum, ſed in operibus conſiſtit perfectionis aſſecutio. Laudabilia ſunt vota religionis, ſed non illorum profeſsione, ſed operibus quibus imitamur Ieſum Chriſtum acquiritur perfectio. Infinitus eſt hodie numerus eorum qui acquirunt perfectionis ſtatum, profitendo religionis vota: ſed rari ſunt, qui volunt eſſe perfecti imitando Ieſum factis humilitatis, patientiæ, manſuetudinis, charitatis &c. [Quum audiſſet autem adoleſcens verbum, abijt triſtis, erat enim habens multas poſſeſsiones. Ieſus autem dixit diſcipulis ſuis, Amen dico vobis quia diues difficile intrabit in regnum cœlorum.] Nõ quia diuitiæ ſecundùm ſe impedimenta ſint ad regnum cœlorum (quũ dentur à deo ad hoc, quòd ſint adminicula ad regnum cœlorum) ſed affectus hominis minus ordinatus ad diuitias habitas, qui valde frequens eſt, difficilem reddit additum diuitis ad regnũ cœlorũ. Propterea enim ſcriptũ eſt: diuitiæ ſi affluãt, nolite cor appone re. [Et iterũ dico vobis.] Stupentibus diſcipulis (vt Marcus ſuppler) de difficili ſalute diuitũ, addidit Ieſus ſententiã maioris difficultatis. [Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quã diuitem intrare in regnũ cœlorũ.] pro, in regnum dei. Si foramen acus ſecundũ proprietatem nominũ intelligitur, non maior difficultas, ſed impoſsibilitas ſignificaretur. quia enim impoſsibile eſt camelũ tranſire per foramen acus ſenſus eſſet: facilius eſt fieri: à poſsibile quàm diuitem intrare in regnũ cœlorũ. Si autem verum eſt, hoc in loco foramen acus eſſe nomen propriũ portæ (ita quòd quædam porta anguſta nominata foramen acus ſignificetur) explicatur magnitudo difficultatis. valde enim difficilis debebat eſſe tranſitus cameli per illam portam. Et ſi iſte eſt ſenſus, dixit hoc quia valde difficile eſt hominem diuitẽ non confidere in diuitijs, non ſuperbire: iuxta illud, Beatus diues qui poſt aurũ non abijt & ſubditur, quis eſt hic & laudabimus eũ? Eccleſiaſtici 3. ¶ Apparet

autem ex duobus hunc esse sensum literalem. Primo ex eo, quòd Iesus nō dicit possibilius, sed facilius, facilitas enim modū executionis significat, & præsupponit posse fieri ac per hoc nō nisi vsurpatiuè dicitur de impossibili. Secundo ex eo quòd inepte accommodatur transitus cameli foramini acus, quæ est instrumentum sutorium. debuisset enim dici, facilius est funem transire foramē acus. Vnde ex eo quòd transitum cameli per foramen acus affert pro difficiliore, signū est, quòd porta vel angustus locus vulgari nomine appellatus, foramen acus significetur. nō enim est fas sentire, quòd Iesus ineptas struxerit similitudines. [Auditis autē his, discipuli mirabātur valde dicētes. Quis ergo poterit saluus esse?] Intulerunt hoc discipuli, cōputātes sub periculo diuitū nō solùm qui sunt diuites, sed etiā qui quærunt & qui appetunt esse diuites: quoniā eadē est eorū dānatio. Illi enim sunt diuites in re, isti sunt diuites in studio & in animo. Et propterea omnes sub diuitū appellatione comprehendi intelligentes discipuli, admirātes inferūt, Quis ergo poterit saluus fieri? Quasi si dicāt, rarus aut nullus. Sciebāt enī omnes fere hoīnes cōprehēdi nomine diuitū, in re vel in spe seu affectu. [Aspiciens aūt Iesus, dixit illis, Apud homines hoc impossibile est.] Hoc (s. sal⁹ multitudinis hominū) ab effectu inordinato diuitiarū est īpossibile apud hoīes, cōsideratis solis humanis viribus. [Apud deū autē.] Relata autē humanæ multitudinis salus ad diuinā gratiā. [Omnia possibilia sunt.] nō solùm saluare diuites in studio & in effectu, sed etiā diuites in re, & cōfidentes in diuitijs, possibile ē: quoniā diuina gratia tollit ab illis omnē inordinatū affectū & vsum. [Tūc respōdēs Petrus, dixit ei.] Dixerat Iesus adolescenti duo. Primū relinquenda omnia non quomodolibet, sed dando pauperibus & apposuit præmiū, Habebis thesaurū in cœlo Secūdū, sequere me, nō appositio prçmio. Occasione hinc accepta Petrus respondet his domini verbis: respondet autem interrogatoriè. [Ecce nos reliquimus omnia.] Nō vēdidim⁹ dedimúsq3 pauperibus, sed reliquimus omnia vt sequeremur te. [Et secuti sum⁹ te.] Ac si aperte dicat. ecce ℔ nos nō fecimus totū quod exigis ab adolescente si vult esse perfectus (quia nō vendidimus nostra ad dandū pauperibus) sed fecimus duo. s. reliquimus omnia propter te, & secuti sumus te. [Quid ergo erit nobis?] Adolescenti dixisti habebis thesaurū in cœlo, & ℔ perfectionē assequetur: nobis autē quid erit præmij? [Iesus autē dixit illis, Amen dico vobis, quod vos.] Directe respondet quęrentibus, quid erit nobis. [Qui secuti estis me.] Non dicit, qui reliquistis omnia: non-

strana

ſtrans per hoc non exigi relinquere omnia niſi propter ſequelam ipſius. Ac ſi aperte diceret: non conſiſtit aſſecutio perfectionis in relinquendo omnia, ſiue dando illa pauperibus ſiue non dando pauperibus: ſed in hoc, quòd ſequimini me. ¶ Et eſt ſermo de ſequela quo ad fidem, vitam ac mores. Et per hoc excluditur Iudas: de quo ipſe dominus teſtatur, vnus ex vobis diabolus eſt non ſequebatur enim Ieſum animo ſed corpore. [In regeneratione.] nõ per baptiſmũ, ſed per reſurrectionẽ. Illa enim erit verè regeneratio hominũ eorundẽ ſecũdum ſuamet copora, quę ante mortẽ habuerant: ita quòd ſicut modò generantur homines in eſſe naturali, ita tunc regenerabũtur in eſſe naturali. Baptiſmus autẽ eſt ſpiritualis tãtũ regeneratio animę. [Quũ ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ.] Glorioſũ regiumq; ſtatũ ſuũ futurũ deſcribit. [Sedebitis & vos.] Ecce pmium dignitatis & honoris, glorioſa ſeſſio. eritis participes glorię meę, intantũ q; me ſedente in maieſtate vos nõ ſtabitis, ſed vos quoq; ſedebitis. [Super ſedes duodecim.] Explicatio eſt dignitatis. nõ ſedebitis cõfuſè, aut ĩ cõmuni multis ſedili, ſed ſinguli ſuper ſingulas ſedes. Duodenarius enĩ numerus ad diſtinctionẽ, ſingularũ ſimul & cõprehenſionẽ vniuerſarũ inductꝰ eſt, propter numerũ Apoſtolorũ & tribuũ Iſrael. nõ q; præciſè duodecĩ tantũ ſint futuri aſſeſſores. [Iudicãtes.] Dignitati adſũgit officiũ: vt & in dignitate ſedendi & in officio iudicis aſsimilentur Chriſto. Ita q; non ſolũ cõparatiuè iudicabitis (vt Niniuitæ & regina Auſtri) ſed etiã tãquãm aſſeſſores regis. [Duodecĩ tribꝰ Iſrael.] Ad eumulũ honoris ſpectat eſſe iudicẽ populi proprij, pſertim totius, & propterea non vnius, ſed omniũ tribuũ Iſrael, Apoſtoli Iſraelitę promittũtur futuri iudices: vt ex hoc intelligam⁹, quòd multo magis erũt iudices omniũ aliarũ nationũ. [Et omnis qui reliquerit domũ, vel fratres aut ſorores, aut patrẽ aut matrẽ, aut vxorẽ aut filios, aut agros.] Petrꝰ petierat q̃d erit nobis ex duplici capite. ſ. quia reliquimus omnia, & quia ſecuti ſumus te, Ieſꝰ primũ reſpondit ratione præcipui capitis. ſ. ſequelæ ſuæ: modo reſpõdet ratione alteriꝰ capitis. ſ. dimiſsionis omniũ propter ipſum. [Propter nomen meũ.] Ratio meritoriæ dimiſsionis conſiſtit in hoc, quòd propter nomen dei fiat dimiſsio: hoc eſt quòd neceſſaria, aut expediens ad honorem dei fiat dimiſsio, non ſtulta, non irrationabilis, non contra aut præter charitatem dei aut proximi. [Centuplum.] pro, centupla, [accipiet.] Etiam in hac vita verificandum ſupplet Marcus. & propterea bonum ſpirituale centuplum ad bonũ temporale dimiſſum, promittitur in hac vita Centuplum

tuplum aũt ex parte rerum: quia minimũ ſpirituale pluſquàm centuplum (vtpote incõparabiliter excedens) eſt ad maximũ bonum temporale. Et non dixit ſpirituale bonum accipiet, ſed centupla, ad explicandũ maximũ exceſſum ſpiritualis boni ſupra temporale: ne paruifaceremus bona ſpiritus promiſſa in prẽmium hic, ſed æſtimaremus illa vt centupla reſpectu temporaliũ bonorũ quorũcunque. [Et vitã ẽternã poſsidebit Multi aũt erunt primi nouiſsimi, & nouiſsimi primi.] Dixerat cẽtupla accipiet: ac per hoc ſonuerat, quòd plus relinquens plus eſſet acceptarus. & ſic melior eſſet conditio diuitũ, vt vniuerſaliter relinquentium plura quàm relinquẽtiũ pauca vel fere nulla, quia pauca vel nulla habent: de quorũ numero erat Petrus cũ multis alijs Apoſtolis. Ideò ad obuiandũ huic intelligẽtiæ, ſubiungit, quòd multi nouiſsimi in hac vita: quo ad res, honores, & reliqua temporalia, erũt primi in alia vita: & econuerſo multi primi hîc in honoribus, rebus & reliquis temporalibus, erunt nouiſsimi in alia vita: quia non cenſum, ſed affectũ, non quantum, ſed ex quanto offertur penſat deus.

CAPVT XX.

Imile enim eſt regnũ cœlorũ.] Cõcluſerat Ieſus reſpõſionẽ Petro datã in ſententia illa, erũt nouiſsimi primi & primi nouiſsimi. Cuius duę ſunt rationes: altera ex parte noſtri, quã nos exponẽdo explicauim⁹: altera ex parte diuinę gratiæ. & hanc Ieſus intendit per hãc parabolã explicare. [Appellatione regni cœlorũ intellige ipſum in vtroque ſtatu: viæ ſcilicet & termini. nam operari ſpectat ad regnum cœlorũ in hac via: merces verò ad idem in termino [Homini patrifamiliâs.] Intellige aſsimilari cœlorũ regnũ nõ ſoli patrifamiliâs, ſed negocio parabolæ huius, qua patertamiliâs exijt primo mane, & reliqua. Paterfamiliâs perſonam dei tenet, qui licet dominus ſit omniũ, reſpectu tamen electorũ patrẽfamiliâs ſe exhibet: quoniã ſunt domeſtici dei. [Qui exijt.] Exire deũ, eſt operari ad extra. [Primo mane.] à principio cõgrui tẽporis ad operãdũ. [Cõducere] Ecce operatio ſpecificatur, quã in genere ſignificauit exire. Conducere autem dei eſt ſub ſpe præmij inducere homines [Operarios.] paratos ad operandũ. [In vineã ſuã.] hoc eſt eccleſiam ſuã, aſsimilatã pluries in ſacra ſcriptura vineæ. [Cõuentione aũt facta cum operarijs.] Non ſolũ ſpem præmij, ſed certũ prẽmiũ promiſſũ à deo & acceptatũ ab operarijs ſignificat cõuẽtio hęc. [Ex denario diurno.] pro, in die, [miſit eos in vineã ſuã.] Quantũ ad parabolã denarius diurnus dicitur denarius vnus valens

lens decẽ numos, dãdus pro opera totius diei Quantũ ad ſenſum verò intentũ, eſt certus beatitudinis gradus, qui ſecundũ iuſtitiæ diuinæ rationẽ debetur labori totius diei [Et egreſſus circa horã tertiam.] Iſti quinque exitus patrisfamilias ad mittendum operarios, ſolicitudinem diuinã diuerſis tẽporibus cõgruis ad conuertendũ homines ſignificat. Potuiſſet cõponi parabola, deſcribẽdo patrẽfamiliãs cõtinue manentẽ in foro ad cõducendũ operarios: ſed non deſcribitur continuus, ſed certis horis, omnib⁹ tamen quibus ſolicito cuiq3 homini paterfamiliãs cõgruere poteſt, ſ. primo mane, hora tertia, ſexta, nona, & ad cumulum ſolicitudinis etiã vndecima, quũ nõ ſupereſſet niſi vna operandi hora. Significatur enim per hoc, quòd non cõtinue ſed frequẽtiſſime (tamẽ ſecũdũ ſapiẽtiæ ſuæ diſpoſitionẽ) de⁹ cõuertit efficaci notiã 3 cõueſiõe ad operãdũ in veritate charitatis cõmuniter. eſt enim deus agens nõ naturale, ſed à propoſito. [Nec ſententia hęc aduerſatur illi, ĩ quacũque hora ingemuerit peccator &c. quoniã cũ hoc quòd de⁹ omni hora conuertat ſingulos peccatores ad gemendũ, ſtat quòd certis tẽporibus tantũ, tãquàm publicus cõductor & excitator hominũ cõmuniter prouideat & cõuertat homines. pura prouidẽdo de bonis paſtoribus vna ætate, alia ętate de ſanctis exẽplaribus, alia de nouis religionib⁹ ad vtilitatẽ populorũ: & ſic de aliis eiuſmodi mediis [Vidit alios ſtãtes in foro ocioſos.] Quantũ ad parabolã, tã locus cõgruus, quàm diſpoſitio cõgrua explicatur. nã ĩ loco negociorũ publicorũ, & nõ occupati, ſed vacãtes deſcribũtur. ſi enim iam eſſent occupati, non conducerentur ad operandum in vinea. Quantũ ad ſenſum verò intentũ, ſignificatur quòd deus cõuertit quos videt nõ reſiſtere, nõ ponere obicẽ cõuerſiõi. [Et dixit illis, ite & vos in vineã meã, & quod iuſtũ fuerit dabo vobis. Illi aũt abierũt. Iterũ aũt exijt circa ſextã & nonã horã, & fecit ſimiliter. Circa vndecimã vero exijt, & ĩuenit alios ſtãtes.] deeſt, ocioſos: [& dicit illis, Quid hic ſtatis tota die ocioſi?] Deſcribit̃ iterrogatio cauſæ tanti ocij: vt ex reſpõſione operariorũ ſciatur cauſam ocij eſſe caruiſſe cõductore. [Vnde intelligim⁹ hos quoque eſſe de numero eorũ qui non ponũt obicem diuinæ gratiæ conuertenti. [Dicunt ei, quia nemo nos cõduxit. Dixit illis, Ite & vos in vineã meã.] deeſt & quicqd fuerit iuſtũ accipietis. [Quũ ſero autẽ factũ eſſet.] In fine diei, mercedis tẽpus deſcribitur: vt non maneat opus mercenarij apud patrẽfamiliãs vſque mane. Et ſignificatur tẽpus mercedis reddendæ: quod ſingulis eſt in morte, vniuerſis autẽ in fine mundi. [Dicit dñs vineæ procuratori ſuo, Voca operarios, & redde

illis mercedem.]Iesus Christus est hic procurator redditurus vni uersis mercedem in fine mundi. [Incipiens a nouissimis, vsq3 ad primos.]De industria hunc ordinem disponit paterfamiliâs apud parabolã: vt hinc oriatur occasio disputandi de iustitia & gratia. Et significatur per hunc ordinem pręponi gratiã iustitiæ in conspectu dei: nã gratia in nouissimis, iustitia in primis exercebatur. [Quũ veniſſẽt ergo qui circa vndecimã horã venerant, acceperũt singulos denarios.]pro, singuli denariũ. Hoc est tãtũ pręmij, quãtum deberur totilabori vnius diei. Vbi manifestè liquet gratia patrisfamiliâs dans nouissimis supra condignum: significans deum sic facientem ex sua gratia, Si exemplum quæris facti, habes latronem nouissima hora vocatum: & cum hoc dicitur illi, hodie mecum eris in paradiso. Quod enim alij sancti tot laboribus acquirunt, ipse statim ex ampliſſima gratia consecutus est. [Venientes autem & primi.]Non explicantur qui tertia, sexta, & nona conducti fuerant, sed nouissimi: & primi quia duæ tantum rationes retribuẽdi s. gratia & iustitia. quarũ altera. s. gratia, in nouissimis (& cõsequenter in reliquis qui non toto die laborarunt) relucet: iustitia autem in primis ¶Arbitrati sunt quòd plus essent accepturi. Quãtum ad parabolã simpliciter & absolute existimauerunt, quòd plus essent accepturi. Sed quãtũ ad significatũ nõ simpliciter, & absolute hoc arbitrati sunt quia nulli electi falluntur tunc (scilicet tempore mercedis) in æstimatione suæ mercedis. Sed secundũ quid: hoc est secundùm rationem inferiorem, qua de gratia dei iudicatur secundũ labores nostros. conferẽdo enim diuinam gratiam labori, recte arbitrati sunt quòd plus essent accepturi. Sed secũdùm rationẽ superioré, quę supremam causam gratiæ (diuinum. s. beneplacitũ) cõsiderat, aliter est arbitrandũ quia licet ei facere quod vult, & cui vult &c. Et hoc tantùm est iudicare simpliciter & absolute. [Acceperunt autẽ & ipsi singulos denarios.]pro, singuli denariũ Eandem præmij mẽsuram quam alij acceperant acceperunt primi. Sed illi ex gratia, isti ex iustitia: quia laborauerunt tota die, & conuentum fuerat de denario. Ita quòd soli primi describuntur exempti à gratia, & secundùm puram iustitiã mercedem accepisse. ¶Sed tũc insurgit quæstio, quo pacto significantur isti in numero electorũ ac sanctorum: quùm vita æterna non iustitia, sed gratia dei habeatur. Iuxta illud, Gratia dei vita æterna. Soluit hoc Apostolus, dicens, Gratia dei sum id quod sum &, Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui: in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quã reddet mihi dominus in illa die iustus iudex,

Intellige itaque ex diuina gratia vocatos & missos etiam primos ad operandum in vinea: ex iustitia autem redditam esse mercedem promissã. ¶Sed adhuc restat dubium. quo pacto verificetur, quòd deus præmiat omnes supra condignum, si istos primos præmiat secundum puram iustitiam. Solutio est, quòd id quod promittit deus velut iustam mercedem, est supra condignum nostri operis: non enim sunt condignę passiones huius temporis ad superuenturam gloriam. Ita quod significatur per denarium est supra condignũ totius operæ diurnæ quia tamen promissum est vt merces totius diurni laboris, significatur vt iusta merces reddita primis, & ex gratia data alijs [Et accipiẽtes murmurabant aduersus patrẽfamilias.] Sicut Saluatoris oratio, pater transeat à me calix iste, explicat naturalẽ appetitũ fugientẽ mortem, ita murmur sanctorum istorũ explicat velleitatem amplioris gloriæ secundum rationem inferiorem insurgentẽ. [Dicentes, Hi nouissimi vna hora fecerũt, & pares illos nobis fecisti, qui portauim⁹ põdus diei & æstus] ,p, æstum. Non sunt inuidiæ verba, sed rationis inferioris, detestantis parẽ mercedem longe imparibus laboribus: sicut detestatur mortẽ iustorũ. Ita quòd electi isti non absolute murmurant, nõ absolute detestantur pares sibi factos in præmio, impares in labore: sed secundum rationem inferiorem loquuntur, & velleitatem secũdum illam explicant, quo ad sensum significatum. secũdum parabolam enim absolute murmurant & inuident paribus. [At ille respondẽs vni eorũ dixit, Amice, nõ facio tibi iniuriam. Nõnne ex denario cõuenisti mecũ? tolle quod tuũ est & vade. Volo autẽ huic nouissimo dare sicut & tibi Aut]pro, an, non [licet mihi quod volo facere.] Deest in rebus meis? Verũ dicit in materia de qua est sermo hoc est ingratuitis sec⁹ est in debitis. [An oculus tuus nequã] pro, malus, [est quia ego bon⁹ sum?] Non asserit oculum istius esse malum: sed causas vndique excludendo murmuris & querelæ, quum prius ex parte conuentionis, deinde ex parte propriæ libertatis ĩ gratuitis. Tertio ex relatione suæ gratię, qua vsus est ad nouissimos ad oculos eius, conuincit eum an (quod absit) oculꝰ mentis tuæ efficitur male videns ex obiecto bono, quia ego bonus sũ nouissimis largiendo. Et dixit hæc paterfamiliãs: quia si murmur ex conuentione non seruata, aut ex illicito facto occasionem habuisset, rationabile esset sed si ex iniqua visione boni, damnabile esset. Significatur autem per hæc deum ita seruare iustitiam retribuendo multis, vt multis alijs gratiose retribuat sine priorũ offensa: quam ex his capitibus excludi describitur. [Hoc.] hoc mo-

do, ſcilicet aliquibus exhibendo gratiam, & aliquibus ſeruando iu ſtitiam. [Erunt.] in futura vita. [Nouiſſimi.] in labore, & vniuerſaliter in exhibitione tẽporaliũ. [Primi.] in prẽmio. [Et] econuerſo. [Primi nouiſſimi.] Optime quadrat concluſio reſpõſioni dꝛ ꝙ Petro: quòd non beatior erit qui plura reliquit, ſed quem gratia dei priorem conſtituet. Compoſita ſiquidem eſt hęc parabola ad aperiendum quòd gratia dei, abſque iuſtitiæ præiudicio non datur ſecundum opera, labores, temporalia bona, & ſimilia, ſed ſecundũ diuinam voluntatem: vt nec Apoſtolos qui minima reliquerunt, nec illos qui modicum habent ſpatium aut modum operãdi, poſt habemus: nec illos qui multum laborant, qui multa largiuntur, prę ponamus in gratia dei. [Multi enim ſunt vocati, pauci vero electi.] Non miremini ſic diſpõi differentiam electorum, quia ſic quoque diſponitur differentia inter vocatos & electos. Subauditur repetendum aduerbiũ, ſic. Et eſt ſenſus, quia ſic multi ſunt vocati, pauci verò electi: hoc eſt, quia ſic (ſ. gratia & iuſtitia interuenientibus fit vt multi ſint vocati, & pauci electi, ad vitã æternam. [Cogor ad repetẽdum aduerbium, ſic, ex coniunctione cauſali, enim. cæterus ſiquidem ſubiungit, multi enim ſunt, &c. Nec video quo pacto hec ſententia reddit rationem prioris ſentẽtię (vt cauſalis cõiũctio denotat) niſi repetendo aduerbium, ſic, vt expoſuimus: quoniam omnes operarij electi deſcribũtur ex accepto denario ab omnibus, & ex paritate mercedis omniũ. & propterea inter illos locũ nõn habet differentia vocatorum & electorum. Cõſtat autẽ ſic gratuite & iuſtè fieri, vt multi ſint vocati, & pauci electi. nam ī electis gratia, in vocatis iuſtitia ſeruatur & ſeruabitur. [Et aſcendẽs Ieſus Hieroſolymam, aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecretò.] ꝓ ſeorſum. [ab alijs.] Et deeſt, in via. Seorſum explicat Apoſtolis ſpeciem paſſionis & mortis: quia alij ſufferre non poſſent tãtam ignominiam audire ſine ſcandalo. [Et ait illis, Ecce] In prẽſenti tempore. [Aſcendimus] Situs viæ ſignificatur aſcenditur enim à Galilæa in Hieruſalem. [Hieroſolymã.] Locũ futuræ paſſiõis & mortis ſignificat. [Et filius hominis tradetur principibus ſacerdotũ & ſcribis.] Repetit Ieſus ea quę ſunt futuræ paſſionis & mortis ſuæ, non ſolùm vt crebra repetitione firmet animos diſcipulorũ ne ſcãdalizentur: ſed vt ſciant ꝙ voluntarie vadit ad paſſionem & mortẽ, explicat illis, quòd modò vado ad mortẽ, dicendo, ecce aſcendimus: & ſimiliter vt cognoſcant quòd voluntariè non ſolùm paſſionem, ſed ſpeciem paſſionis ſubit, prædicit ſpecies, vbi prius in genere tantùm dixerat. Et quidem ſuperius in cap. 17. dixerat traditionem

ditionem in genere, dicendo, filius hominis tradendus est in manus hominũ: modò explicat quòd tradetur principibus sacerdotũ & Scribis, tacendo à quo tradetur. Reseruauit vsque ad vltimã cœnã reuelationem discipuli à quo tradendus erat principibus: quia nec adhuc Iudas qui hæc audiebat, proposuerat ipsum tradere. [Et cõdemnabũt eum morte] Hoc superiùs non dixerat & impletum est quãdo Cãiphas & omnes cum eo dixerũt, reus est mortis. [Et tradet eũ gentibus.] Ordinatè prædicit passionẽ suã sicut fuit res gesta: nam pontifices & seniores non potentes exequi sententiã suam de morte Iesu, tradiderunt eũ Gentibus: curiæ. s. gentilitũ, in qua præsidebat Pilatus. [Ad illudendũ, & flagellandũ, & crucifigendũ.] Superiùs dixerat in genere, quòd erat passurus & occidendus: modò in specie explicat species passionũ. s. illusionem & flagellationem, & speciem mortis. s. in cruce. ¶ [Vbi aduerte quòd tertiũ horum (scilicet crucifixio) fuit petita à Iudæis: duo aũt, prima (scilicet illusio & flagellatio) fuerũt effectus subsecuti nõ procurati à Iudæis: & propterea præpositio ad illudendum & flagellandũ, denotat cõsecutionem effectus, non intentionem tradentiũ principum & Scribarũ, intendentium peiora illusione & flagellatione [Et tertia die resurget.] Quanuis ignominiosa & acerba futura sit tam passio quàm mors, constantes estote, non longa spe, sed breuissima expectatione: quia tertia die resurget à mortuis. [Tunc] audita tã propinqua resurrectione Christi. [Accessit ad eum mater filiorum zebedæi cũ filijs suis.] instructa & inducta à filijs Iacobo & Ioanne, qui hãc tam propinquam resurrectionem audierãt [Adorans & petens aliquid ab eo.] Mulier prius genuflexa supplicat in genere petens vnã gratiã [Qui dixit ei, quid vis?] vt ipsamet explicet petitionem suã in speciali. [Ait illi, Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dextrã tuã, & vnus ad sinistrã.] pro, vn⁹ à dextris tuis, & vn⁹ à sinistris, [in regno tuo.] Putauerũt filij cum matre Iesum post resurrectionem ilico regnaturum, nescientes, quòd hoc differendũ est vsque ad secundũ aduentũ: tũc enim & non ante, sensibile regnum Christi erit in vniuerso mundo. & ideo petit ea quæ sunt regni. ¶ [Sed occurrit quæstio qua ratione petunt sedere in regno Christi à dextris & sinistris eius: quum iam Iesu promiserit illis hoc in præcedenti cap. dicendo: quum sederit filius hominis in maiestate sua sedebitis & vos super sedes duodecim &c. Solutio est, quòd per dexteram & sinistrã significant primas sedes hinc & inde. & hoc denotat pronomen tui, Non volebant esse ad dexterã Petri, nec ad sinistrã Andreæ, sed ad dexteram & sini-

& siniſtrã ipſius Ieſu Chriſti. Primas itaque ſedes inter duodecim prius promiſſas petũt, nec volũt alter ſub altero ſedere, ſed vn⁹ ad dexterã, & alter ad ſiniſtrã Chriſti: vt ex vtroque latere ſint primi. [Reſpondẽs' aũt Ieſus dixit, Neſcitis quid petatis.] Ex hoc ꝙ Ieſus reſpõdet Iacobo & Ioãni filijs Salomę matris petentis, patet ꝙ filij petebãt ꝓ os matris. Nõ dicit ambitioſe petitis, reſeruãs reprehẽſionẽ ambitionis poſt indignationẽ aliorum, vt communis defectus affectus cõmuniter reprehendatur. ſed defectũ intellectus corrigit, dicendo neſcitis. Sed non dicit quid petitis, ſed quid petatis. reprehenduntur enim quòd ignorãt quid petendum eſt, ſupple acquirendum poſt reſurrectionẽ meã. Et verè neſciebant quid appetendũ petendũmque ſibi eſſet poſt Chriſti reſurrectionẽ: quia errabãt tũ in tempore regni, putãtes regnũ Chriſti ſenſibile ſecuturum ſtatim reſurrectionẽ Chriſti. tum in modo regnandi: quia conſequẽter putabãt ſe ſic viuẽtes ſenſibiliter regnaturos cũ Chriſto. Si ſciuiſſent regnũ Chriſti tanto tẽpore differendũ poſt reſurrectionẽ, & ſe poſt Chriſti reſurrectionẽ oportere per paſſiones & mortes ꝓprias tranſire ad regnũ Chriſti, ſciuiſſent quid ſibi petẽdum eſſet acquirendũ in reſurrectione Chriſti. ſ. gratia ſpirituſſancti ad roborãdũ cõfitẽdi & prędicãdi regnũ Chriſti [Poteſtis bibere calicẽ.] pro, poculũ. Rationẽ quare neſciunt quid petãt, inſinuat eſſe, quia neſciũt quid ſibi imminear poſt Chriſti reſurrectionẽ. Ac ſi aperte diceret: ideo neſcitis quid petatis in mea reſurrectione, quia putatis vos peruẽturos ad regnũ meũ ſic viuẽtes, quũ ego ſurgã à mortuis, ſed lõge aliter eſt: quia modus perueniendi ad regnũ meũ eſt per paſſionẽ & mortẽ. & propterea examinate vires veſtras ſi poteſtis bibere calicẽ paſſionis & occiſiõis. [Quẽ ego bibiturus ſũ.] pro, quod ego bibo, Verũ deſunt hęc: Et baptiſmo quo ego baptizor baptizari? [Dicũt ei, poſſum⁹.] Inexperti, ſaĩæquiores ſe exhibent. nã fugerũt & ipſi, quũ Ieſus captus eſt à Iudæis. [Ait illis, Calicẽ,] pro, poculum, [quidẽ meũ bibetis.] Deſunt hęc. & baptiſmo quo ego baptizor baptizabimini. quanuis nõ mecũ, tãdẽ tamẽ firmati virtute ex alto. Et de Iacobo cõſtat. quia calicem occiſionis bibit, occiſus ab Herode gladio. De Ioanne autem conſtat, quod bibit calicem paſſionis. nam & flagellatus cum alijs fuit ĩ Actibus Apoſtolorum: & à Proconſule. Epheſi tempore Domitiani inferuentis olei dolium miſſus. & in exilium actus ad inſulam Patmos. Calicem verò occiſionis ſolo ſpiritu bibit [Sedere aũtẽ ad dexterã meam, vel ſiniſtram.] pro, à dextris mei & ſiniſtris mei. & ſi nõ poſt reſurrectionem meam vt putatis, ſed quum aduenerit regnũ

meum⁹

meum [Non eſt meum dare vobis.]Superfluit,vobis.Intellige ſe cũdũ præſentem meum ſtatũ: non veni nunc ad diſtribuendas ſedes regni.[Sed quibus paratum eſt a patre meo.]Sed ſcitote ab æterno à patre meo diſtributas eſſe primas ſedes: vnde non ſitis de his ſolliciti tanquam vacantibus,[Et audiẽtes decem.]reſponſionẽ Ieſu, qua & reprehendit Iacobum & Ioannẽ, & nõ exaudiuit eos. [Indignati ſunt.] Nõ prius indignati ſunt,quàm audirẽt reſponſionem domini & vt carnales adhuc non ſunt compaſſi ignoranter petentibus.ſed indignati ſunt,ægrè ferentes, quod illi duo voluerint omnibus præferri [De duobus fratribus.]Non inſurgunt contra mulierem quę petijt,ſed contra filios ambientes primas ſedes:quia non ægrè ferunt peccatum aut ignorantiam,ſed poſtponi.[Ieſus autem vocauit eos ad ſe,& ait.] Vocauit eos decem (alij enim duo erant prope ipſum)vt omnes ſimul propius,familiarius ac magis benignè reprehendat: duos quidem ambitionis, decem autem indignationis. Vna tamen & eadem ratione: quia vna erat radix peccati omnibus,ſcilicet appetitus primatus.nã illi duo manifeſtè petierunt primas ſedes: & iſti decem indignati ſunt, quòd omnes ipſi poſtpoſiti ſint ab illis duobus ex eodem ſiquidem more prouenit velle primatum, & nolle poſtponi. Et propterea Ieſus eandem medicinam exhibet omnibus,dicendo.[Scitis.] vtpote rẽ notoriam.[Quia principes gentium dominãtur eorum.] pro,eis. Non purus dominandi actus, ſed finis ſignificatur.Eſt enim ſenſus,quòd principes gẽtium ordinant principatum ſuum ad dominandum.[Et qui maiores.]pro.magni,[ſunt.]in.mũdo.[poteſtatem exercent in eos.]pro,in eas Similiter nõ pur⁹ vſus poteſtatis, ſed finis ſignificatur.Et eſt ſenſus,quod qui magni ſunt,ordinant celſitudinem ſuam ad vſum poteſtatis: hoc eſt ad præcipiendum, ad compellendum, & huiuſmodi quæ ſunt poteſtatis.Ambo hæc notoria ſunt omnibus [Nõ ſic erit inter vos.] Ordinat Ieſus principatum & maioritatẽ in eccleſia ſua definiendo & ſtatuendo.non ſic erit inter vos,principatus veſter nõ erit ad dominandũ & præcipiendũ,cogendũ;&c.[Sed quicũque.]non aliquis ſic, & aliquis non.[Voluerit inter vos maior.] pro,magnus.[fieri.] Non dicit facere ſeipſum:quia nullus debet aſſumere ſibi honorẽ. Sed ſi vult ab ijs,ad quos ſpectat,fieri magnus ſecundum gradum celſiorem. [Sit.]pro,erit,[veſter miniſter.]Magnitudo mũdi eſt ad exercendũ poteſtatẽ,magnitudo veſtra erit ad exercẽdũ miniſterium.[Et qui voluerit prim⁹ eſſe.]primatu fũgi [erit.]iã prim⁹ [veſter ſeruus.] Principatus gentiũ eſt ad dominandum:principatus veſter

erit ad

erit ad ſeruiendum. ¶Aduerte hîc, quòd quanuis litera prima facie præ ſe ferat viam ad magnitudinem & primatum (dicendo, qui voluerit fieri, qui voluerit eſſe) ſecundùm tamen veritatem ſignificat terminũ: hoc eſt, qualitatem primatus, & celſitudinis eccleſiaſticæ, vt expoſuimus. Et habetur ſenſus ex ambobus extremis: nam primùm propoſuit principes gentium, & qui magni ſunt, non qui quærunt principes & magni fieri & ſimiliter poſt ſubiunget, ſicut filius hominis non venit miniſtrari, & cętera. Ex eo enim quòd vtrobique inducit, vt præmiſſas actiones eorum qui ſunt, & non quærentium aut volentium fieri aut eſſe, conſequens eſt, vt intenta concluſio intelligatur, etiam de ipſo primatu & de ipſa celſitudine, de ipſis primis, de ipſis magnis. Intendit enim dominus ad literam declarare differentiam inter principes mundi, & principes eccleſiaſticos. ad hoc ſiquidem directè tendunt vtrinque inducta. ¶Vtitur autem tali loquendi modo, ad curandum ægritudinem animi apoſtolorum, qui volebant primatum: monſtrando illis quid ſit illud quod volunt volendo primatum: quòd ſcilicet volũt miniſtrandi ac ſeruiendi, non præcipiendi ac dominandi officiũ. Ac ſi apertiùs dixiſſet: quicunque voluerit fieri, aut eſſe magnus, & primus inter vos, ſciat quòd erit veſter miniſter & ſeruus. [Sicut filius hominis.] Tum vt intelligant modum miniſterij & ſeruitutis, tum vt ab exemplo ipſius Ieſu diſcant quid ſit principantis in eccleſia officium, proponit propria officia [Non venit miniſtrari] hoc eſt, vt ei miniſtretur. ¶Nota, quòd non dicit, ſicut filius hominis refutat ſibi miniſtrari: quia nõ ſolùm Martha miniſtrauit illi, ſed mulieres mulæ miniſtrabant Ieſu de facultatibus ſuis: vt patet Luc. 8. Sed dicit, non venit, vt ſibi miniſtretur, ſicut domini & principes mundi ad hoc ſunt domini, vt illis miniſtretur. Intentionem itaque aduentus ſui in carne, manifeſtat eſſe non ad hoc vt ſibi miniſtretur, quamuis miniſteria exhibita recipiat. [Sed miniſtrare.] Hinc apparet, quòd de miniſterio in ſpiritualibus ſtatuit magnates eccleſiaſticos miniſtrare: ſicut ipſe Ieſus venit vt miniſtraret ſpiritualia, corporali exercitio & fatigatione interueniente, prædicando diſcurrendo per ciuitates & caſtella. Non eſt enim ęquum (explicauit poſtea Petrus apoſtolus) nos relinquere verbum dei & miniſtrare menſis [Et dare animam ſuam.] Hoc eſt vitam ſuam. Eccleſiæ prælatis ſtatuit, vt miniſtrarent & ſeruirent, & quantum ad miniſterium propoſuerat ſeipſum exemplum: modò proponit ſeipſum exemplum quantum ad ſeruitutem. Et quia ſeruus quicquid eſt domini eſt: maximam ſuam ſeruitutem

ſeruitutem ſignificat, ex hoc quòd venit ad dandum vitam ſuam. [Et dixit hoc: vt ſicut qualitatem miniſterij ſtatuti prælati declarauerat ab exemplo miniſterij ſui: ita qualitatem ſeruitutis ſtatutæ prælatis declararet ab exemplo ſeruitutis ſuæ: ſcilicet vſque ad exponendum vitam propriam pro multitudine cui præſunt [Redemptionem.] Aptiſſimè pro libertate noſtra ſe ſeruum vſque ad mortem includiue declarat [Pro multis.] Quantum ad ſufficientiam multitudo hæc comprehendit multitudinem humani generis: quantũ verò ad libertatis fructum comprehendit multitudinem electorum. [Et egredientibus illis ab Hiericho, ſecuta eſt eũ turba multa. Et ecce duo cæci ſedẽtes ſecus viã, audierũt.] ab interrogatis quidnã eſſet in hoc ſtrepitu turbę tranſeuntis. [Quia Ieſus tranſiret & clamauerũt, dicentes: Miſerere noſtri domine fili Dauid.] Meſiam vocãt à genere Dauidis: quia vulgatũ erat apud Hebręos, Meſiam fore filiũ Dauidis. [Turba autem increpauit eos, vt tacerent.] Non petebant iſti mendici aliquid in ſpecie, ſed in genere tantùm: miſerere noſtri. & propterea putabatur, quod peterent eleemoſynam à Ieſu. & ideo tanquam importuni increpantur, & dicitur eis vt taceant: vel quia ſciebant Ieſum pauperẽ, vel quia indignũ putabant, vt talis propheta vexaretur clamore mendicorũ. [At illi magis clamabant, dicẽtes: Miſerere noſtri domine fili Dauid. Et ſtetit Ieſus, & vocauit eos.] Sciẽs Ieſus quòd nõ pro eleemoſyna, ſed pro viſu clamabant, ſtetit vocans illos: & ſic cæci illi copiam haberent alloquendi Ieſum. [Et ait. Quid vultis vt faciam vobis?] Quã uis Ieſus ſciret omnia, quia tamen ipſi cæci nõ explicauerant in ſpecie petitionem ſuam, interrogabat illos: vt ſpecificent quid petunt, vt profiteantur quam habent de ipſo fidem. [Dicunt illi: Domine, vt aperiantur oculi noſtri.] Nõ petimus argẽtũ, ſed viſum. In qua petitiõe profitẽtur ſe credere, quòd Ieſus poſſet facere miraculum. [Miſertus autem eorum Ieſus] Signum aliquod compaſſionis monſtrauit. & propterea deſcribitur miſertus. [Tetigit oculos eorum.] Non ſolo iuſſu, ſed tactu interueniente ſanat, ad confirmandam profeſſionem cæcorum. Sicut quia pluries clamauerant, miſerere, miſert' eſt eis: ita quia profeſſi fuerant potentiam miraculorum in filio Dauidis, vtitur tactu carnis ex genere Dauidis: monſtrando per hoc humanitatem ſuam eſſe organum deitatis facientis miracula. [Et confeſtim viderunt.] pro, viſum receperunt oculi illorum. [& ſecuti ſunt eum.] Hinc apparet, nõ ſolùm corporeũ, ſed internum, lumen illos recepiſſe.

CAP.

CAPVT XXI.

ET quum appropinquassent Hierosolymis,& venissent Bethphage ad mõtẽ Oliueti] Bethphage viculus dicit iuxta montem Oliueti. [Tunc Iesus misit duos discipulos,dicens eis.Ite in castellum.] Incertum est nomẽ proprium huius castelli.quia nullus Euangelista explicat illud oppidulum. [Quod contra vos est.] hoc est quod è regione ad vos situm est.Multis enim existentibus ibi oppidulis seu vicis,descripsit Iesus castellum seu oppidulum illud à situ respectu eorum:monstrando illud è directo contra facies eorum. & propterea non nominauit illud [Et statim inuenietis] hoc est,ingredientes castellum non discurretis quærentes, sed statim inuenietis: vt alij supplent Euangelistæ [Asinam alligatam] non communem,sed habentem dominũ:vt Lucas explicat. [Et pullum cũ ea.soluite & adducite mihi.Et si quis vobis aliquid dixerit,dicite] pro,dicetis, [quia dominus his opus habet:& confestim dimittet eos.]asinam scilicet & pullum.Preuidebat Iesus obstaculũ futurũ. & propterea remedium dat, prædicendo efficaciam,authoritatis suæ quàm primũ audita fuerit: vt securi exequerentur iussa. [Hoc autem totum factum est,vt adimpleretur quod dictum est]Ne putares subleuandi laboris in itinere, aut attentandę alicuius nouitatis causa misisse Iesum pro asina & pullo,curauit Euangelista rationem interserere facti,vt Iesus impleret scripturas prophetarũ. [Per prophetam.] Zachariam,cap.9. [dicentẽ:Dicite filiæ Sion.] Matthæus nõ solicitus de verbis prophetæ, Vbi Zacharias dicit, Exulta filia Sion,iubila filia Hierusalem,dicit,Dicite filiæ Sion.Ille inuitat filias Sion nobiliores, & filias Hierusalem ad gaudium: iste exponit inuitationem illam esse acclamationem turbarum dicentium filiæ Sion:hoc est,ciuitati Hierosolymitanæ.ecce rex,&c. Appellatur Hierusalẽ filia Sion, quia protegitur ab arce Sion tanquam filia à matre.[Ecce rex tuus.]hoc est,Messias ille quem expectas. [Venit tibi] ad tuam salutem. [Mansuetus.] In Zacharia dicitur pauper veruntamen verum est vtrunque.quia & mansuetus & pauper venit. [Et sedens super asinam,] nõ elephantẽ, non camelum,nõ equum,non mulam sed asinam [Et pullum. vt ex his manifestis indicijs tanto tempore antè prędictis,nullus relinqueretur excusationi Hierosolymitarũ locus. [Filium subiugalis.] non indomitæ asinæ. [Euntes autẽ discipuli fecerũt sicut præcepit illis Iesus Et adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos.]asinam & pullum. Vnde habetur, quòd sicut propheta prædixerat

dixerat Meſiam venturum in Hieruſalem ſuper vtrunque animal (aſinam & pullum) ita Euangeliſta narrat impletum. Succeſsiuè enim vectus eſt ſuper vtrunque: ſed an priùs ſuper pullum quàm aſinam, an econuerſò, neſcitur. [Veſtimenta ſua: & eũ deſuper.] pro, ſuper illa, ſcilicet veſtimenta. [ſedere fecerũt.] Facere hoc ad ſeſsionem terminatum corporale officium diſcipulorum ad locãdum Ieſum ſuper animal ſignificat: more miniſtrorum adiuuantium aliquem ad equitandum. [Plurima autem turba ſtrauerũt veſtimenta ſua in via. Alij autẽ cędebãt ramos de arboribus, & ſternebant in via. Turbæ aũt quæ præcedebãt, & quæ ſequebãtur, clamabãt dicentes.] Collige quatuor officia. Primum diſcipulorum, propria pallia ſuper aſinam, & pullum ſternentium. Secundum turbæ multæ ſternentis pallia propria in via, honore regio viam calcandam præparantis. Quod fuit valde mirabile nunquam Dauidi triumphanti, aut Salomoni talis honor exhibitus eſt. Et tanto mirabilius, quòd ex improuiſo factum eſt, deo inſtigante turbam ad hoc. ¶Tertium eſt aliorum cædentium ramos de arboribus & ſternentium ſimiliter in via, Iſti fortè non habebant pallia, & ſupplebant ramis arborum. ¶Quartũ, laudis nouæ, & priùs inauditæ, atque maximæ. Et hoc commune fuit præcedentibus & ſequentibus, & etiam pueris in templo. ¶In quibus omnibus vide concurſum turbarum, vide gaudium & exultationem: & perpende teſtimonia Meſiæ, non ſolùm in aduentu ſuper aſinam & pullum, ſed in modo veniendi: cum honore ſcilicet plus quàm regio, cum honore regis diuini, & cum profeſsione turbarũ clara & publica quòd eſt Meſias. [Oſanna.] Corruptum hoc (ſcilicet Oſanna apud Latinos, & hos anna apud Græcos) poteſt dupliciter intelligi. Et ideo ambiguus reſtat ſermo, ſed nõ ſenſus. In pſalmi. 118. apud Hebræos verſu vigeſimoquarto inuenitur bis anna & bis inuenitur na, & vtrunque eſt eiuſdem ſignificati. & eſt aduerbium obſecrandi (loco cuius dicimus obſecro aduerbialiter) & aduerbium temporis præſentis, loco cuius dicimus nunc. Et in eodem verſu ſemel inuenitur Hoſihah: hoc eſt, ſaluifica. & imperatiuum hoſihah non iungitur ibidem cum anna, ſed cum na. ita quod legitur ho ſihah na: hoc eſt, ſaluifica obſecro, ſeu nunc.
¶Crediderim ego Matthæum ſcripſiſſe hoſihah na, & non hoſihah anna: ſed à Græcis ac Latinis ſcriptoribus & prolationibus corruptionem tantã factam, vt Græci duabus dictionibus hos anna, & Latini vna oſanna dicant. quod in Hebræa linga neſcitur. Ratio credulitatis meæ eſt, tum quia propinquior eſt corruptionibus his

bus his hoſihahna,q̃ hoſihah anna: tum quia ex pſalmo illo ſumptum appareret totum hoc. Benedictus qui venit in nomine domini hoſihah na, vbi non inuenitur hoſihah anna. [Filio Dauid.] Explicabant ipſum eſſe illum filiũ Dauidis, qui expectabatur, ſcilicet Meſiam ex genere Dauidis. [Benedictus qui venit in nomine domini.] in laude, honore, gloria, fama, non propria, ſed domini. Ego, inquit, veni in nomine patris mei: ali⁹ veniet in nomine ſuo. [Oſanna.] Repetunt deſiderium ac ſupplicationem ſaluti s. [In excelſis] Profitentur, à ſpiritu ſancto acti aduentum Meſiæ ſalutiferum, non in infimis (qualia ſunt mundana omnia) ſed in excelſis: qualia ſunt ſola ſpiritualia ac cœleſtia [Et quia intraſſet Hieroſolymam.] Inceperat ſiquidem magnitudo laudis circa principium deſcenſus montis Oliueti verſus Hieruſalem. [Commota eſt vniuerſa ciuitas.] Augebatur turba laudantium, volauit fama per ciuitatem · excitantur vniuerſorum animi ob hanc nouitatem. [Dicens, Quis eſt hic?] Tempus hoc diffinitum erat à deo eſſe tẽpus laudis communis in Hieruſalem. Et propterea commotionem vniuerſæ ciuitatis ſecundùm motum admirationis intelligendam eſſe explicat Euangeliſta narrando verba eorum admiratiua, quis eſt hic, tanto dignus honore. Videntes enim tantum concurſum, audientes tot, taleſque laudũ voces, admiratiuê interrogant, quis eſt hic, cui talia exhibentur. [Populi autem.] pro, turbæ autem. comitantes Ieſum [Dicebant, Hic eſt Ieſus.] Nomine proprio reſpondent, quærentibus, quis eſt. [Propheta.] Et rationem aſsignãt tanti concurſus: quia ſcilicet propheta dei eſt & deſcribunt ſimul, quis eſt, ſcilicet Ieſus ille qui eſt propheta, prædicator faciens tot miracula [A Naſareth Galilææ.] A patria quoque deſcribunt: vt admirantes omnes vtriuſque ſexus intelligant, quis eſt hic. [Et intrauit Ieſus in templum dei.] Non iuit ad plateam aut arcem, ſed ad templum dei determinat celebrem aduentum. Templi autẽ nomine intellige atria templi: in quæ licebat Iudæis non ſacerdotibus ingredi, in quibus morabantur orantes deũ. in ipſum enim templum non erat fas ingredi niſi ſacerdotibus. [Et eijciebat.] Secundò nunc eijcit quia non ſe correxerunt eiecti iterum biennio ante. [Omnes vendentes & ementes.] Pari pœna inſequitur vendentes & æmentes & abſque exceptione. [In templo.] hoc eſt, in atrijs templi, vt dictũ eſt. Locus vbi venditur & emitur, in cauſa deſcribitur. [Et menſas.] Non ſolùm contra homines vendentes & ementes ſed & contra inanimatas res præparatas ibidem ad ſeruitium negociatorum, vindictam exercet. [Numulariorum] qui reſide-

qui residebant ibi ad cõmutationes numorum, lucrando, vt fieri solet in cambijs. numularij enim negociatores sunt numorum, vendendo & emendo numos. Et erat hic locus illis cõmodus quia empturi animalia pro sacrificijs, & vniuersaliter venientes in Hierusalem deuotionis causa, ibant ad templum: & egentes commutatione numorum, inueniebant ibidem residentes numularios. Sicut videmus Romæ in gradibus sancti Petri: & similiter ementes & vendentes etiam in intimo atrio ante fores beati Petri (ita quòd extra in parietibus ipsius ecclesiæ appenderentur venalia) vidit mundus totus absque eiectore: [Et cathedras vendentium columbas.] Meminit specialiter sedium in quibus residebant vendentes columbas: vt à summo negocio numulariorum vsque ad minimũ negocium vendentium columbas (quę erant minimæ res tunc ibidem venales) describat etiam in ipsas insensibiles res vindicasse. [Euertit.] Non dedignatur manibus proprijs Iesus hæc euertere. Euertit autem vt monstraret non esse redeundum ad huiusmodi illic negocia exercenda. [Et dixit eis, Scriptũ est.] Esa. 56. [Domus mea domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illã speluncam latronum.] Prima vice reprehenderat illos honesto vocabulo, increpando negociationem: illic modò acriùs arguit induratos, producendo in lucem, quòd non solùm negociationis, sed rapinæ domum effecerunt domum dei. Quemadmodum enim spelunca occultat latrones ad spoliandum transeuntes, ita sub specie commoditatis exhibendæ diuino cultui in domo dei, palliantur isti oppressores peregrinorum. nam hinc apparet, quòd aggrauando precia expilabant peregrinos, quos oportebat ab illis emere & cum illis commutare: alioquin non assimilarentur latronibus. [Et accesserũt ad eum cæci & claudi in templo: & sanauit eos.] vt etiam miraculorum testimonio tunc fidem honorantium confirmaret, & aduersantes confutaret. [Videntes autem principes sacerdotũ & scribæ mirabilia, quæ fecit, & pueros clamãtes in templo, & dicentes, Osanna filio Dauid, indignati sunt] Principes sacerdotum & doctores legis non solùm abstinent à laudãdo Iesum visis etiam miraculis, sed indignantur, impotentes occultare venenum internum. [Et dixerunt ei, audis quid isti dicunt?] Interrogãt Iesum si audit, vt crimẽ aut lęsę maiestatis aut vsurpãtis Messię nomen in ipsum Iesum retorqueant, tãquàm ipse se acclamari Messiã procuret. [Iesus autem dixit eis: vtique. Nunquam legistis, quia ex ore infantium & lactentiũ perfecisti laudem] Prudens & confutatiua responsio: monstrando causam puerilis dicti non

esse hominem aliquem procurantem aut excitantem, sed deum implentem antiquas prophetias sic. Ex his enim scriptis in psalmo octauo verbis confutati sunt sacerdotes & doctores: & firmata est fides credentium audiendo etiam testimonia prophetarum in vocibus puerorum impleri. [Et relictis illis abijt foras extra ciuitatem in Bethaniam.] castellum quasi stadijs quindecim distans á Hierusalem [Ibique mansit.] pro, diuersatus est. Significatur enim, quòd velut hospitatus est ibi. Significauit nanque per hoc euangelista, quòd post tantum honorem in Hierusalem, diuersorium non habuit in Hierusalem · proculdubio quia noluit. & hoc vt omnis calumniandi occasio tolleretur pontificibus. Cõpleto siquidem mysterio solennis aduentus, redijt Iesus ad solitum ambulandi modum cum discipulis suis, ad solitum prædicandi officium ad solita hospitia. Et vltra hoc noluit tunc hospitari in Hierusalem, ne redderet hospitem suspectum: tanquàm cõscium tantæ nouitatis, qua Iesus acclamatus est rex. [Mane autem.] die sequenti: quę tunc fuit vigesima prima dies Martij more Romano octauo nãque Kalendas Aprilis crucifixus est: & quinto die ante venit Iesus super asinam in Hierusalem. [Reuertens in ciuitatem esurijt.] in veritate: vtpote tantæ sobrietatis, vt etiam mane esuriret. Et signum esurientis monstrauit propter mysterium. nam totum hoc factum circa ficum res gesta fuit nõ propter rem ipsam, sed in figuram. Ita quòd sicut parabolas verbis, ita gestis istis composuit figuram desituræ synagogæ Iudæorum secundũ diuinũ cultũ. [Et vidēs fici arborem vnam secus viã.] pro, in via, [venit ad eã.] Sciebat quòd non erat tempus ficuum: sed venit, cõponens figurã actu veniendi. [Et nihil inuenit in ea nisi folia tantũ. Et ait illi: nunquam.] pro, non vltra, [ex te fructus nascatur in sempiternũ. Et aresacta est cõtinuo ficulnea.] Maledictio ista manifestat, & figurã componebat. Arbor enim non dabat occasionẽ maledictioni (quia non erat tẽpus fructus) sed figurata synagoga per arborem, merebatur maledictionem. ¶ Ad literam gesta hæc significant desiderium Iesu Christi pascendi se salute Hebræi populi in cultu diuino seruientis deo, & aduentum ipsius ad percipiendos fructus bonorum operũ in ipso: sed quia inuenit populũ colentem deum folijs tantùm hoc est exterioribus tantùm verbis & oblationibus (populus enim hic labijs me honorat, cor autẽ eorum longe est á me) ideo maledicit illi, ita quòd non ad tempus sed in ęternum non proferat fructum. Nunquàm enim fructificaturus est iudaicus cultus: qui statim vt maledictus est ab ipso,

aruit,

aruit. est enim illius maledicere malum facere. Quod secundum rem fuit in Iesu Christi morte ac resurrectione adimpletum: quia ex tunc legalia mortua fuerunt. quanuis secundum apparentiam vsque ad Hierosolymitanũ excidium tolerata fuerint [Et videntes discipuli mirati sunt, dicentes, quomodo cõtinuo aruit? Respõdens autem Iesus, ait eis, Amen dico vobis, si habueritis fidem & non hæsitaueritis.] pro, diiudicaueritis. hoc est, non discreueritis inter facile & difficile opus apud deum: tanquàm confidentes, quòd opus facile faciet & non faciet difficile [Non solum de ficulnea] pro, id quod accidit ficui, [facietis: sed & si monti huic dixeritis, tolle & iacta te] pro, tollere & iactare, [in mare.] Passiua imperatiua sunt tollere & iactare. Et consonat executioni. [Fiet.] Non dicit & faciet: quia non intendit dicere, quòd mons tollet se & mittet se in mare, sed quòd tolletur & mittetur in mare: [Et omnia.] nulla exceptione facta. [Quæcunque petieritis.] Non velleitate, non conditionaliter, sed simpliciter & absolute. [In oratione.] in mentis ad deum eleuatione, in qua nullus absolute petit nisi ad quod absolute petẽdum spiritussanctus mouet. [Credentes.] Ne modica fides obicem ponat aut impediat. [Accipietis. Et quum venisset in templum, accesserunt ad eum docentem principes sacerdotum & seniores populi, dicentes: in qua potestate hæc facis? & quis tibi dedit hanc potestatem?] Non dicunt in qua potestate hæc dicis, doces, aut prædicas, sed facis: quia de authoritate faciendi non docendi quærunt. Duo autem operum genera fecit Iesus in templo. Alterum miraculorum: quoniam tunc curauit in templo cæcos & claudos. alterum electionis vendentium & ementium, euersionis mensarum & cætera. Tertium quoque factum tunc fuit, quòd sedens super asinam venit cum tanto comitatu, concursu, & honore in templum. ¶ Sed quum non tũc incœperit Iesus miracula facere, sicut nec tunc incœperat docere populum, sed continuè miracula fecerit, minus quadrat, quòd de auctoritate faciendi miracula inquirant. & tanto minus consonat, quanto quærunt, quis dedit tibi hanc authoritatem? Vnde relinquitur, quòd ad literam quærunt qua authoritate eijcis vendentes & ementes, euertis mensas & sedes veras ferri vasa per templum? qua authoritate commoues totum populum ad huiusmodi concursus gratia honorandi te tanto fastu. ¶ Consonant huic sensui personæ interrogantium scilicet principes sacerdotum & seniores populi: tanquàm ad ipsos spectet & cura templi & cura ne huiusmodi nouitates fiant in

ciuitate. Consonant verba, quis dedit tibi hanc potestatem? Cesar, Pilatus, magistratus, Pontifex &c. Consonat euitatio responsionis: quòd scilicet Iesus noluit dicere qua authoritate hęc faceret. quum constet, quòd apperuit qua potestate faciebat miracula, quando dicebant in Beelzebub eijci dęmonia. [Respondens aũt Iesus, dixit eis: interrogabo vos & ego vnum sermonem: quem si dixeritis mihi, & ego vobis dicam in qua potestate hæc facio. Baptismus Ioannis vnde erat: è cœlo an ex hominib⁹? At illi cogitabãt, inter se dicentes, Si dixerimus è cœlo, dicet nobis, quare ergo non credidistis illi? si aũt dixerimus ex hominibus, timemus turbã.] Siue inter se, siue intra se, siue secũ, siue apud se legas, vna cõmunis respõsio prę se fert collationẽ habitã inter illos de responsione danda, significari per illa verba inter se dicentes. Quod confirmatur ex numero plurali si dixerimus: conferentium enim hic sermo est. [Omnes enim habebãt.] pro, habent. [Ioannẽ sicut prophetam.] Continuatio est collationis sacerdotum, considerando quid sentit populus de Ioanne. [Et respondentes Iesu, dixerũt. nescimus. Ait illis & ipse. nec ego dico vobis in qua potestate hęc facio.] Noluit Iesus dicere se Messiã, ad explicandum qua authoritate hęc facit: quia non erat adhuc tempus mortis eius, vsque ad vltimum enim diem hoc reseruauit: quia sciebat illos dicturos Blasphemauit, reꝰ est mortis. [Quid autem vobis videtur? Homo quidã habebat duos filios: & accedens ad primũ dixit, fili vade hodie operari in vineã meam.] pro, in vinea mea: [ille autem respõdens ait, nolo: postea aũt pœnitentia motus, abijt. Accedens aũt ad alterũ, dixit similiter. at ille respõdens ait, eo domine.] siue abeo domine, vel secundũ alios ego domine, imperfecto sermone. Significatur præsto sum, promptus sum ad parendum. [Et non iuit. Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Et dicunt ei, primus. Dicit illis Iesus, Amen dico vobis.] Parabola horum duorũ filiorũ clara est in se. Sensum autem illius literalem ipse Iesus manifestat, applicãdo personam primi filij Publicanis & meretricibus: vtpote manifestè professione suæ vitæ repugnantibus deo patri, sicut ille dixit patri nolo, & postea pœnitentibus, sicut ille pœnitentia ductus iuit ad operandum in vinea patris. personam verò secundi filij sacerdotibus, scribis ac senioribus: vtpote officiorum suorum professione exhibentibus se promptos ad opera dei, sicut ille dixit, ego seu eo domine, sed facto nihil exequentibus, sicut ille non iuit ad operandum in vinea. Et hic sensus literalis non solùm verificatur in genere, sed in specie de ipsis tunc, ad quos loqueba-

loquebatur. [Quia Publicani & meretrices præcedent.] pro, præcedũt. ad præsentes enim applicat parabolam. [Vos in regno dei. Venit enim ad vos Ioannes.] Non dicit veni ego (vt nõ seipsum illis exosum proponat) sed venit Ioannes, vt baptismum pœnitentiæ Ioannis, de quo mouerat quæstionem, approbaret, sanctúmque monstraret: quod illi dixerant se nescire. [In via iustitiæ.] tam exercitata quàm prædicata. [Et non credidistis ei. Publicani autem & meretrices crediderunt ei. vos autem videntes, nec pœnitentiam habuistis postea vt crederetis ei.] Peiores concludit illos quàm parabola pinxerat: dum eos etiam post visam pœnitentiam Publicanorum & meretricum, obstinatos dicit. [Aliam parabolam audite.] Præcedenti parabola sacerdotum ac primatum impœnitentiã ac pertinaciam, hac verò eorundem ex crimine committendo cõtra ipsum Iesum perditionem describit [Homo erat paterfamiliâs, qui plantauit vineam, & sepem circundidit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis: & peregrè profectus est. Quũ autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus eius. Et agricolæ apprehensis seruis eius: alium ceciderunt, alium occiderunt, alium vero lapidauerunt. Iterũ misit alios seruos plures prioribus: & fecerunt illis similiter: Nouissime autem misit ad eos filium suum.] Parabola est clara. sensus verò intent° est. Homo paterfamiliâs est deus. Vinea est domus Israel, teste Esaia capite quarto, plantata in terra promissionis iuxta illud vineam de AEgypto trãstulisti, eiecisti gentes & plantasti eam. Seps, turris & torcular sicut omnia, quę oportet & expedit habere vineam optimam significant. ita omnia opportuna & spectantia ad bonum populi Israel, significant data à deo: munitiões scilicet ab extraneis tam spirituales quàm corporales, & securam habitationem velut in turri, & necessaria quęque instrumenta ad omnia, velut torcular respectu vineæ. Agricolæ, primates sunt. peregrinatio subtractio est gratuiti auxilij seruãtis illos à malo. Tempus fructuum, tempus bonorum operum diuersis æratibus populi est. Serui missi, prophetæ sunt. Tres factorum iniuriæ (scilicet cędere, lapidare, & occidere,) vniuersæ sunt iniuriæ illatæ sanctis dei à Iudæis. Missio filij est missio Messiæ, nouissimè facta. quia post ipsum non expectatur vlterius propheta, sed ipse est legis & prophetarum finis [Dicens verebuntur forte filium meum.] Aduerbium, forte, non est de textu. Non significatur quod erit, sed quod esse debet ex conditione personæ quæ mittitur. [Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra se.]

hoc est colloquendo inter seipsos in secreto consilio.[Hic est hæres,] Audita suscitatione Lazari Pontifices & Pharisæi collecto concilio dixerunt: quid facimus, quia hic homo signa multa facit.si dimittimus eum sic,omnes,credent in eum. Quod hîc sub parabola dicunt,hic est hæres,ibi sub proprietate verborum dicunt, omnes credent in eum. esse enim vineæ Israel hæredem, est omnes Israelitas credere in ipsum [Venite.]Colloquium manifeste apparet inter se,in concilio enim illo Caiphas inuitauit alios.[Occidamus eum.]ab illo nanque die definierunt occidere Iesum.[Et habebimus.]pro,occupemus,[hæreditatem eius.]gentem scilicet & locum primum venient Romani & tollent locum nostrum & gentē.Quod parabola sub lucri specie scribit,res gesta sub euitatione dāni implet.idē est enim non perdere vineam & habere illam [Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt.] Totum hoc ad literam est impletum,dum IESVS comprehensus à principibus sacerdotum eiectus est à domo Israel, tanquàm seductor in manus gentilium,& per eorum manus occiderūt illum.

[Quum ergo venerit dominus vineæ:quid faciet agricolis illis? Aiunt illi.] aliqui auditores recti iudicij. [malos male perdet: & vineam suam locabit alijs agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis. Dixit illis IESVS, Nunquam legistis.] Saltat Matthæus,omittens quæ Lucas refert in scripturis,psalmo centesimo decimo octauo apud Hebræos. [Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.] Plus subiungit quàm parabola pateretur. parabola enim vsque ad vindictam duxit.sed hac additione suppletur, quòd occisio filij non priuauit filium hæreditate. hoc enim significat adiuncta prophetia de Messia sub metaphora lapidis. Lapis nanque CHRISTVS est,qui reprobatus ab ædificantibus, à primatibus, sacerdotibus, Pharisæis,senioribus,(qui velut constructores viuæ fabricę erant inter Iudęos)factus est,per resurrectionem à mortuis, in caput,in summum locum anguli,iungendo vtrunque populum Iudæum & gentilem in vnum.vt rei probauit euentus. [A domino.]non ab homine,non à cœlo [Factum est istud:& est mirabile in oculis nostris.Ideo.] Propter vestrum hoc crimen & mei exaltationem futuram. [Dico vobis, quia auferetur à vobis regnum dei.]Impletum est hoc ad literam excidio Hierosolymitano subsecuto hoc per Romanos,quantū ad cultum diuinum: quantum autē ad virtutem cultus, qua sortiebatur rationem regni dei, impletum est morte CHRISTI. nam ex tunc cessauit in veritate esse regnum

dei

dei vetus cultus. [Et dabitur genti.] per baptiſmi regenerationem genitæ: vt res ſubſecuta teſtatur. ¶ Vbi aduerte, quòd inter hanc parabolę de vinea concluſionem, & parabolam ipſam interpoſuit Ieſus ſermonem de lapide reprobato ab hominibus & exaltato à deo, vt ordinem venturæ hiſtorię texeret: monſtrando, quòd ipſe quidem eſſet occidendus reprobatus ab ipſis, ſed à deo exaltandus, & ſic ab ipſis auferendum regnum dei, & dandum nouę genti. [Facienti fructus eius. Et qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringetur. ſuper quem vero ceciderit conteret eum.] Duo genera caſus deſcribit. Alterum cadentium ſuper lapidem: tanquam excelſo loco ruendo, vel impingendo ſuper lapidem. Alterum ſuper quos lapis iſte cadat: tanquàm ruens vel demiſſus excelſo loco. In primo caſu confractio, in ſecundo contritio deſcribitur: ad ſignificandum, quòd quanto id quod conteritur ſeu contritum eſt deterioris eſt conditionis, quàm illud quod confringitur ſeu confractum eſt, tanto maius malum imminet ſecundis quàm primis. Rurſus in primo caſu homines concurrunt actiuè & paſſiuè. ad eorum ſiquidem actionem pertinet, qui ceciderit ſuper lapidem iſtum: nullus nanque cadit ſuper Chriſtum niſi peccando, ad paſſionem verò ſpectat confringentur. pœna nanque eſt confractio: caſus verò culpa. In ſecundo autem homines concurrunt tantùm paſſiue, & lapis actiue. & ſignificat caſus lapidis actionem punitiuam. ¶ Et ſignificatur per hęc, differentia inter pœnam quam incurrit homo peccans in Chriſtum ex ſua culpa, & pœnam quam infert ipſe Chriſtus iratus: quòd illa eſt velut cõfractio, hoc eſt, curabilis: iſta autem eſt velut contritio, hoc eſt, incurabilis. Et verè ſic eſt: quoniam quantumcunque homo peccet, curari poteſt, niſi deus iratus ſubtrahit gratiam, induret cor, & cætera. Et hic ſenſus directe monſtrat pœnam Iudęorum irreparabilem: quoniam ipſe lapis cadet ſuper illos, quo ad ſpiritualia ſubtrahendo gratiam, quo ad temporalia mittendo Romanos ad excidium. [Et quum audiſſent principes ſacerdotum & Phariſęi parabolas eius, cognouerunt quod de ipſis diceret. Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas: quoniam ſicut prophetam eum habebant.]

CAPVT XXII.

T respondens Iesus.] Cogitationi sacerdotum & Scribarum, affectantium ipsum capere. [Dixit iterũ in para-
E bolis eis: dicens.] Primæ parabolæ de vinea & lapide, descripserant primates puniendos eiectione & perditione: hæc parabola non solùm eos, sed populum puniendum simul cum ciuitate, & speciem pœnæ incendio & exercitu describit: declarando surrogandos esse bonos & malos, non impunè tamen mali ibi erunt. [Simile est regnum cœlorum.] Secundum præsentem statum vsque ad præsentis status terminum inclusiuè. nam ad terminum præsentis status spectat damnatio hominis sine veste nuptiali. [Homini regi.] Nõ solùm homini regi, sed toti negocio recitando, quod incipit ab homine rege, assimilari intellige regnum cœlorum. Parabola clara est. Et intendit per hominẽ regem deum: qui rex est vniuersi. [Qui fecit nuptias filio suo.] Nuptiæ filij dei, mysterium est incarnationis. tunc deus fecit nuptias filio suo, quum verbum caro factum est ad habitandum in nobis: hoc est, ad copulandum sibi eiusdem iam naturæ sponsam ecclesiam fidelium hominum. IESV CHRISTI namque sponsam esse ecclesiam, Paulus sæpe testatur ad Ephesios & Corinthios vnde nuptiæ istę durant vsque ad consummationem seculi. [Et misit seruos suos.] Primò Magos, deinde Ioãnem Baptistam, postea Apostolos, inter quos computa Iesum, homo, quatenus seruus dei & propheta habebatur. [Vocare inuitatos.] Proculdubio Iudæos iam per prophetas inuitatos. Magi enim facto vocauerunt inuitatos, vbi est, &c. Ioannes Baptista, ipse Iesus & discipuli missi per castella, &c. vocauerunt inuitatos Iudęos tantùm. [Ad nuptias.] Regni cœlorum. [Et volebant venire.] Pauci enim credere voluerunt in Iesum, prędicantibus Ioanne, Iesu & discipulis. [Iterum.] Post resurrectionem. Misit alios seruos. Verè alios actos ex dono spiritussancti, [Dicens, Dicite inuitatis Iudęis.] Discipuli enim Christi post pentecosten Iudęis prędicauerunt. [Ecce prandium meum paraui: tauri mei & altilia occisa sunt, & omnia parata, venite ad nuptias. [Primò missi serui:] solũmodò vocauerũt Iudęos ad nuptias. Secundò autem missi, habent in mandatis non solùm vocare Iudæos: sed explicare illis quòd omnia sunt parata: quia discipuli edocti à spiritusancto sunt prædicare Iudæis Messiam venisse, crucifixum mortuum resurrexisse. & breuiter omnia quæ pro salute eorum facienda erant, parata esse: nihil superesse, nisi vt ipsi veniant fide ad ecclesiam Iesu Christi. ¶ Si singulorum significationes exiguntur, quod tamen non oportet, prandium paratum

ecclesia

ecclesia in Christi fide & sacramentis est. Tauri & altilia mactata, vtriusque testamenti patres in cibum harum nuptiarum, hoc est fidei Christianæ, sunt: prophetæ scilicet & Ioannes Baptista, ipsáque mors Iesu. huic (inquiunt Apostoli prædicantes) omnes prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere credentes in nomine eius. [Illi autem neglexerunt & abierunt, alius in villam suam, alius vero ad negociationē suam.] Negligentes Iudæi venire ad fidem Christi, in duas secantur partes, scilicet euntium in villam, hoc est agrum suum ad colendum illum, & euntium ad negociandum. In quibus vniuersę negligentiæ causæ comprehenduntur. nam aut occupatione velut necessaria, quæ per culturā agri significatur, aut in occupatione non necessaria, sed lucri causa, negligamus. Tertia autem causa, scilicet vacare delectabilibus, non parit negligentiam, sed reddit impotentem ad veniendum. & ideo non computatur inter causas negligentiæ. [Reliqui vero tenuerunt seruos eius.] Iudæorum multi velut affecti & occupati suis neglexerūt credere in Christum post pētecostē: sed aliqui primates inter illos, excanduerunt contra Christi discipulos, & ad literam tenuerūt Apostolos & contumelijs affecerunt, communiter quando ibant à conspectu concilij gaudentes quoniam digni fuerant pro nomine Iesu contumeliam pati. [Et contumelijs affectos occiderunt.] Stephanum, Iacobum fratrē Ioannis, & Iacobū fratrē domini. [Rex autē.] deus. [quum audisset.] Tēpus vindictæ scribitur ob crimen in Christum inchoatū dum Christus per seipsum prædicaret, & consummatum ob crimina in ipsum prædicantes postea Apostolos. Totum enim hoc tempus fuit tempus visitationis eius, quod non cognouit Hierusalem. [Iratus est.] Iustitiam vindicatiuā exercuit. [Et missis exercitibus suis.] Romanorū exercitus vocat exercitus dei, quia deus dirigebat illos ad vindictam Iudęorum. [Perdidit homicidas illos.] Hierosolymitanos, sacerdotes, scribas, & cętera. [Et ciuitatē illorū.] Hierusalem [succendit.] Igne enī quo ad templum combusta est. [Tunc.] Explosis Iudęis. [Ait seruis suis, Nuptię quidem paratæ sunt: sed qui inuitati erant,] Iudęi scilicet, quibus dicūt Apostoli: vobis oportebat primū prędicari regnū dei, sed quia īdignos vos iudicatis ęternę vitę, ecce conuertimur ad gentes. [Non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarū.] Loca cōgrua ad vocādum transeuntes. [Et quoscūque.] pro, quotquot [inueneritis, vocate ad nuptias.] Ad literam significatur vocatio gentium nō prius inuitatarum ad regnū dei, facta per Christi discipulos. Et describūtur vocari

cari in vijs,& non in ciuitate aliqua: vt significetur vocatio omnium absque delectu.viæ enim communes sunt transeuntibus cuiuscunque nationis.[Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuenerunt,malos & bonos.]Hoc est absque delectu nulli enim volenti baptizari, siue verè,siue fictè accedat, negatur baptismus.[Et impletæ sunt nuptiæ discumbentium.]Ecce quandiu durat vocatio,quousque impletæ sint nuptię discumbentibus. Quod non erit vsque ad consũmationem sæculi,quanuis singulis ætatibus humanis impleantur nuptiæ secundùm definitam à deo plenitudinem illius temporis. [Intrauit autem rex,vt videret discumbentes.]Hactenus de solicitudine regis ad vocandum parabola tractauit,persequendo illam vsque ad finem mundi:modò de cura regis circa ingressos ad nuptias incipit tractare. Ita quòd non intendit dicere, neque dicit quòd postquam impletæ sunt nuptiæ intrauit rex sed intendit & dicit,quòd post vocationem & ingressum vocatorum intrauit rex. Intrat deus iudicio, qui foris manet tolerando intrat autem discutiendo & iudicando singulos, quum morte visitat, & iudicio suo discutit merita cuiusque morientis. [Et vidit ibi hominem.]Subtilis descriptio in tãta multitudine describitur. quia enim ita oẽs de⁹ videt, vt singulorum singulatim curam habeat,ideo vnus describitur visus homo. [Non vestitum veste nuptiali.]hoc est charitate,quæ sola diuidit inter filios regni & perditionis: vt Apostolus declarauit primæ ad Corinthios decimotertio.[Et ait illi,Amice.]officio conuiuæ propter fidei professionem. [Quomodo huc intrasti,non habens vestem nuptialem?] Indigne enim conuiuam se exhibuit, irreuerentiam exhibendo nuptiali conuiuio absque condigna veste. ¶Nota prudens lector duo.Primum quòd non contumelioſe increpat:nõ dicit indigne, præsumptuose,imprudens, sed amice:non quomodo ausus es, sed quomodo huc intrasti,proponendo interrogatiue factum simplex vt ipse,seipsum damnet. ad erudiendum nos, vt etiã in notorio facto non iudicemus inauditum, & examinemus absque contumelia,absque conuicio, cum dilectione hominum & odio vitiorum.¶Secundũ est,quid si cũ veste sordida vidisset conuiuam,quando solam negationem vestis condignę animaduertit. [At ille obmutuit.] Coram diuino iudicio nulla est exceptio. ipsa nanque veritas palã accusat cõuincit cõfundit [Tunc.]Nõ expectato vniuersali iudicio.[Dixit rex ministris,ligatis manibus & pedibus eius.]Pœna inferni,prima est obstinatio in malo: ligatis manibus,ne possit operari ad bonum morale,& pedibus ne possit affectum

fectum habere ad bonũ morale. [Mittite eũ.]pro tollite eũ,[& iacite eum in tenebras exteriores.] Intellectus etiam priuatus lumine,non naturali interno,sed gratuito ac externo, quo ab extra illuminari posset Describitur cum materialibus tenebris loci inferni. [Ibi erit fletus,& stridor dentium.]Pœnis damni apponuntur pœnæ sensus.in oculis quidem fletus: in vniuersis autem mẽbris rigor tantus, vt ad dentium stridorem perueniat. Et metaphorico hoc sermone describuntur omnes pœnæ sensus, tanto propinquiùs,quanto ad fidem resurrectionis corporum corporales pœnæ spectant. [Multi autem]pro,enim,[sunt vocati: pauci verò electi.]Hæc conclusio aperit, quod nec inuitati omnes, hoc est Iudæi,recusarunt,quanuis ferè omnes.nec carens veste nuptiali fuit vnus, sed sub illo multitudo descripta est fidelium, qui indignos Christiano conuiuio seipsos exhibent. [Tunc abeuntes Pharisęi consilium inierunt vt caperent]pro,illaquearent,[eum in sermone]Illaquearent autem non in vinculis ligando, sed laqueo quæstionis comprehendendo:sicut aues aut animalia incidũt in laqos venatoris.[Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis.] Vt testes no n suspecti adessent cognoscebant enim seipsos forè suspectos testes contra,Iesumquia inimicabãtur ei.[Dicẽtes:Magister, scimus quia verax es,& viã dei in veritate doces, & nõ est tibi cura de aliquo:non enim respicis personã hominum.]Vniuersa hæc laus ex adulatoria officina,ad prouocandum Iesum ne timeat prę ferre deum Cæsari,procedit [Dic ergo nobis quid tibi videtur.licet censum dari Cæsari,an non?] Non quærunt an debeant dare, sed an licitum sit in foro conscientiæ dare.hæc enim interrogatio, & Iesu Xpi responsio significat, quod in dubiũ vertebatur apud Iudęos,an liceret soluere censum Cæsari.Et vt Iosephus ait libro decimooctauo antiqui.Iudas Gaulonites introduxit hanc quæstionẽ tempore natiuitatis Christi sub Octauio Augusto.Et erat ratio dubij: quia populus dicatus deo, non debebat profiteri se subditum homini infideli. solutio enim census erat professio subiectionis personalis Intendebant ergo Pharisæi reddere Iesum minùs gratum populo,si diceret licere dari censum Cæsari, tanquam non zelantem quæ dei sunt.vel tradere eum curiæ Pilati,si diceret non licere:tanquam auertentem populum à Cæsare.[Cognita autem Iesus nequitia.]pro malicia,[eorum,ait.Quid me tentatis hypocritæ?]Illi laudant:Iesus laudãtes vituperat, manifestando quod simulant ac tentant,si fortè aliquid dissonum responsum daret.[Ostẽdite mihi numisma census.At illi obtulerũt ei denariũ.Et ait illis Ie-

lis Ieſus. Cuius eſt imago hec & ſuperſcriptio Dicunt ei cæſaris. Tũc
v ait illis Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari.] Illata iſta concluſio eſt ex principatu Cæſaris ſuper ipſos, quem imago cum ſcriptione in nummo cõteſtatur. principum enim eſt proprium numiſma conficere in patria ſibi ſubdita. Ex eo itaque quod profitemini in denario principem veſtrum eſſe Cæſarem, cõſequens eſſe oportet, vt reddatis, quæ ſunt (hoc eſt iura) Cæſaris Cæſari. [Et quæ ſunt dei deo.] Hinc apparet quod prætextu dei fiebat illa quæſtio, tanquàm crederet in dedecus dei dare cenſum Cęſari propter hoc enim excludendum Ieſus addidit, & quæ ſunt dei, hoc eſt iura dei, deo. Et docuit per hoc, quod ſoluere tributa, cenſus, vectigalia & quæcunque huiuſmodi principibus infidelibus, non contrariatur ad reddendum, quæ ſunt dei deo: ſed vtrunque poteſt ſimul fieri. Vnde & ipſe Ieſus ſoluit pro ſe & Petro. & Paul⁹ docet, cui tributũ tributum. &c. [Et audientes mirati ſunt.] De tam irreprehenſibili ſimul & ſatiſfactoria reſponſione, Fecit enim ſatis & iuribus Cæſaris & iuribus dei. [Et relicto eo abierunt, in illo die acceſſerunt ad eum Sadducæi] Nomen eſt ſectæ. Apud Iudæos enim tres erant ſectæ, ſcilicet Phariſæorum, Sadducæorum & Eſſeorum. De quibus Ioſephus libro decimooctauo anti. [Qui dicunt non eſſe reſurrectionem: & interrogauerunt eum, dicentes, Magiſter, Moyſes dixit, ſi quis mortuus fuerit non habens filium, vt ducat frater eius vxorem illius, & ſuſcitet ſemẽ fratri ſuo. Erant autẽ apud nos ſeptem fratres: & primus vxore ducta defunctus eſt: & non habens ſemen, reliquit vxorem ſuam fratri ſuo: ſimiliter ſecundus & tertiꝰ vſque ad ſeptimum, nouiſſime autem omnium & mulier defuncta eſt. In reſurrectione ergo cuius erit de ſeptem vxor? omnes enim habuerunt eam. Reſpondens autem Ieſus ait illis, Erratis.] Abſque cõtumelia aperit illis dogma eorum eſſe errorem ex ignorantia. Erratis inquit à veritate, docendo non fore reſurrectionem mortuorum. [Neſcientes.] Ecce cauſa erroris. [Scripturas.] Tum interpretari, tum diſcernere. Sadducæi enim non admittebant ſcripturas ſacras niſi Moyſi. & in hoc neſciebant ſcripturas diſcernere: quoniam etiam ſcripturæ prophetarum reputandæ erant inter admittendas. propterea enim dicitur eis, neſcientes ſcripturas: hoc eſt quæ ſunt ſcripturæ ſacræ admittendæ. Rurſus non intelligebant ipſas Moyſi ſcripturas. & in hoc errabant neſcientes interpretari ſenſum ſcripturarum Moyſi [Neque virtutem dei.] Sadducæi (vt illorum hæc quæſtio quam reputabant, inſolubilem manifeſtat) non ſciebant alium viuendi mo-

dum

dum,nisi quem in hoc mundo videbant inter homines: scilicet comedẽdo,bibendo,generando,&c. & non sciebant virtutem dei potentem corpora humana transmutare in gloriam impassibilitatis sine cibo & potu,& reliquis huiusmodi. Et propterea dicitur illis,nescientes virtutẽ dei. [In resurrectione enim neque nubẽt, neque nubẽtur.] pro,neque ducunt vxores,neque nubũt. Dixerat duas radices erroris, scilicet ignorantiam virtutis dei & scripturarum. Vtranque prosequitur,& primò virtutem dei: manifestando alium viuendi modum in resurrectione,scilicet absque coniugijs,absque actibus venereis. [Sed erunt.] pro,sunt,[sicut angeli dei.] Nõ solùm erunt absque venereis,sed absq; partis vegetatiuę & sensitiuæ passionibus & indigentijs hoc enim totum significat sicut angeli dei: non comedentes,non bibentes, nulli ægritudini aut passioni subiecti. Et rursus erunt sicut angeli dei fœlices in cõtemplatione dei. ¶Sadducæi non solùm negant resurrectionem, sed etiam angelos & spiritus. vt patet Act.23. Et propterea Iesus respondendo quæstioni eorum meminit angelorum: & soluit illorum quęstionem inexcogitato ab illis modo. [In cælo.] ad differentiam angelorum damnatorum,qui vocantur dæmones. describit siquidem resurrectionem mortuorum in statu beato. hoc enim sufficiebat quæstioni Sadduceorum,qui omnino resurrectionem negabant. [De resurrectione autem mortuorum.] Cõtra quam directè tendebat argumentum Sadducæorum. [Non legistis quod dictũ est.] Deest vobis.[a deo dicẽte vobis.]Superfluit, vobis.Exodi.3.Prosequitur alteram radicem,scilicet scripturarum ignorãtiam: & affert textum ex scripturis Moysi,quas Sadducæi recipiunt. [Ego sum deus Abrahã,deus Isaac,& deus Iacob.] Nõ dicit,ego fui: vt intelligas quòd nõ loquitur de tẽpore,quo Abraham,Isaac, & Iacob viuebant in hac mortali vita: sed de presenti tempore quo alloquitur Moysen post tot annos à morte Abrahę, Isaac & Iacob [Non est deus.] Bis legatur deus.ita quòd legẽdum est. [Nõ est deus,deus mortuorum,sed viuentiũ.] Nõ dicit, non est dominus,quia est dominus & viuentium & mortuorum: sed dicit,nõ est deus mortuorum,quia esse deum alicuius,seu aliquorum est coli, haberi,æstimarique deũ ab illo, seu illis.constat autem mortuorum quatenus mortui sunt nullum esse deum: quia sunt mortui corpore, sine sensu, sine intellectu,sine æstimatione Et propterea Iesus ex hac authoritate cõuincit Sadducæos,quòd Abrahæ,Isaac & Iacob viuerent spiritus,quando deus scilicet tempore Moysi,dicit hæc verba Ego sum deus Abraham,Isaac & Iacob:

cob. appellans eorum animas ipſorum nominibus, more ſcripturæ & eccleſiæ ſancte Petre ora pro nobis per ſynedochen partem, animam ſcilicet pro toto ponendo: quia anima eſt quodammodo totum quod eſt homo: vtpote non ſolùm præcipua eſſentiæ pars, ſed ratio omnis vitæ & operum hominis. ¶Sed occurrit dubium: quia ex hác authoritate quanuis conuincantur Sadducæi, quòd animę Abrahę, Iſaac & Iacob ſint immortales, vtpote viuentes longè poſt mortem Abrahæ, Iſaac & Iacob nõ tamen apparet quomodo hinc habeatur reſurrectio mortuorum ad quam tamen comprobandam Ieſus inducit hanc ſcripturam, dicendo de reſurrectione autem mortuorum nõ legiſtis, &c. ¶Ad hoc dicitur primò, quòd hęc authoritas affertur ad hominem ſcilicet Sadducęũ: quia radix negandi reſurrectionem apud Sadducæos, erat interitus animæ ſimul cum corpore: vnde euellendo hãc radicem conuincit ipſos de reſurrectione. ¶Secundò, quòd licet immortalitas animæ non cõuincat philoſophos, quòd futura ſit reſurrectio mortuorum: conuincit tamen cultores dei expectantes cœleſtis patriæ beatitudinem perfectam: quia non eſſent perfectæ beatæ animæ, niſi vnitæ corporibus bearentur. maneret enim pars ſeparata ſemper à ſuo toto: vnde in Apocaly. Acceptis ſingulis ſtolis clamant expectando corpora ſua. Et propter hanc rationem ſcriptura iſta continet, non ſolùm animas mortuorum viuentes, ſed animas colentes deum, dicendo: ego ſum deus Abraham, &c. vt ex ipſo cultu, reſurrectionis fides, quæ ex vita animarũ initium habet, cõpleatur. [Et audientes turbæ, mirabantur] pro, ſtupebãt, [de doctrina eius. Phariſęi aũt audientes, quod ſilentiũ impoſuiſſet.] pro, os obturaſſet, [Sadducęis.] Hinc apparet quàm fructuoſa fuerit domini Ieſu reſpõſio data Sadducęis argumentum enim quod garrula voce tãquàm inſolubile iactabãt, excluſum vidētes, non ſunt conuerſi ad veritatis lumen, ſed confuſi ſiluerunt, neſcientes quid replicarent. [Conuenerunt in vnum & interrogauit eũ vnus ex eis legis doctor] pro, legalis. hoc eſt exercitat' in ijs quæ ſunt legis. [Tentans eũ. Magiſter, quod eſt mandatum magnũ in lege?] Explorare intendebat, quod mandatum cenſebat Ieſus eſſe pręcipuum in lege Moyſi. [Ait illi Ieſus, Diliges.] Reſpondet ex ipſa lege Deutero. 6. Pręceptum charitatis, quæ eſt ſuprema omnium virtutũ, antepoſuit. Diliges. hîc eſt actus præceptus, nõ reſpectu cuiuſcunque obiecti, ſed [Dominum deum tuum.] Ecce obiectum ſummũ [Ex.] pro, in, [toto.] Nõ in parte. [Tuo corde.] hoc eſt volũtate. cuius proprius actus elicitus eſt diligere. ¶Totalitas

aũtem

autem dupliciter poteſt exponi, vel poſitiuè, quòd omnis vis voluntatis apponatur ad diligendum deum. Et ſic non præcipitur exequendum viatori: quia impoſsibile eſt, ſed implebitur in patria cœleſti. Vel negatiuè: hoc eſt ſic, dilige deum, vt nihil in tuo corde ſit contrariũ dilectioni dei. Si enim diligeres hinc deum, & inde aliquid contrarium deo (puta conſulere dæmones) non obedires præcepto huic: quia non diligeres in toto corde, ſed in parte. Et ſimiliter intellige totalitatem in ſequentibus. [Et in tota tua anima.] hoc eſt vita animali: quæ complectitur partem ſenſitiuam & vegetatiuam. Diligere autem in anima (hoc eſt in animali vita) eſt opera omnia ad animalem vitam ſpectantia dilectioni dei ſubiicere, ad dilectionem dei ordinare, in omnibus huiuſmodi operibus dilectioni dei obſequi, non ſufficit enim vt voluntate diligamus deum: ſed oportet in ſenſualibus delectationibus nihil admittere contrarium dilectioni dei. [Et in tota tua mente.] hoc eſt intellectu. Diligere autem deum intellectu, eſt intellectum à dilectione dei motum, ſeu imperatum aſſentire ijs quæ ſunt fidei, & nihil contrarium diuinæ dilectioni admittere in intellectu. [Hoc eſt maximum.] pro, magnum, [& primum mandatum.] Eſt enim primum in intentione legiſlatoris, quia hoc præcipuè intendit: & magnum quãtitate virtutis in genere mandatorũ, vtpote excedens reliqua, & virtualiter cõtinens reliqua. [Secundum autem.] non æquale, ſed poſterius ac minus. [Simile eſt huic.] Dilectio enim ſimilis eſt dilectioni. [Diliges.] Ecce actus præceptus, ſimilis actui primo præcepto. [Proximũ tuũ.] natura rationali, capaci beatitudinis & miſeriæ. [Sicut.] vel vt, [teipſum.] Non dicit, quantũ teipſum: quia quadrat ordini naturæ, moris ac charitatis (de qua ſcriptũ eſt, ordinauit in me charitatem) vt plus diligam me, quàm proximũ. Sed dicit, ſicut: hoc eſt eo modo quo diligis teipſum. ¶ Aduerte prudens lector, quod ſicut in præcepto primo præcipiuntur duo (ſcilicet diligere deũ, & modus diligendi in toto corde, &c.) ita in hoc ſecundo præcipiũtur duo, ſcilicet diligere proximum, & modus diligendi ſicut te ipſum. Quo fit vt in hoc ſecundo contineantur quatuor: quorũ duo præcipiuntur & duo præſupponuntur. Dicendo nanque, dilige proximum ſic duo præcipiuntur: & definiendo vt teipſum, duo ſupponuntur, ſicut licet diligere teipſum ſic. nam proximum diligere ſic, præcipitur ad exemplum dilectionis propriæ & modi eius. ¶ Et hinc ſequitur primo, quòd præceptũ hoc ſecundum non eſt de dilectione charitatis. Ex eo enim quòd præceptum hoc præſupponit dile-

ctionem

ctionem propriam: & constat, quòd potest impleri sine charitate (vt patet apud seruantes omnia præcepta secundæ tabulæ sine charitate) consequens est, quòd non præsupponit dilectionē propriam ex charitate, nec præcipit dilectionem proximi ex charitate. Rursus dilectio proximi præcipitur hîc ab exēplo dilexionis propriæ, certæ & indubitatę: nisi enim præsupponeret tui ipsius certam & indubitatam dilectionem, non diceret: dilige proximum sicut teipsum. constat autem quòd dilectio propria ex charitate, non est certa & indubia. non ergo est de illa sermo. Et confirmatur: quia si præciperetur hoc præcepto, dilectio proximi ex charitate dicendum fuisset, diliges proximum tuum propter deū, & non sicut teipsum. Et si dilectio propria ex charitate supponeretur, dicendum fuisset, sicut debes teipsum diligere, & non de facto, sicut teipsum: alioquin quicunque non diligit seipsum ex charitate, exemptus esset ab hoc secundo præcepto: quod est ridiculum. ¶Sequitur secundò, quòd dilectio naturalis, qua scilicet naturali inclinatione quilibet inclinatur ad diligendum seipsum, præsupponitur dicendo, sicut teipsum: & præcipitur similis dilectio proximi. ¶Manifestatur hoc tripliciter. Primò ex hoc quòd non præcipitur dilectio suiipsius, sed supponitur. Tria enim tantùm quum sint diligibilia amore amicitiæ: hoc est, vt quibus volumus bonū, scilicet ego deus & proximus: ideo de dilectione dei & proximi dantur præcepta, & de dilectione propria non datur præceptum: quia ego naturaliter amo me, nec egeo virtute aliqua in voluntate ad volendum mihi bonum, sed ad diligendum deū: & similiter ad diligendum proximum virtute egeo & præcepto: quia nec ad volendum quæ dei, nec ad volendum quæ proximi sunt, sufficientem habeo à natura inclinationem. opus est enim ad diligendum deum charitate, & ad diligendum proximum iustitia. ¶Secundò ex eo quòd præceptum de dilectione charitatis, sufficienter vnico præcepto continetur. Præcipiendo enim quòd diligatur deus sic, vt nec in corde, nec in mente, nec in anima, nec in viribus admittatur aliquod contrarium deo: implicitè diligi nō solum meipsum & proximum propter deum, sed omnia quomodolibet referenda in deum dilectum, quoniam quæcunque & quoscunque diligere propter deum, non est aliud quàm diligere deum: sicut diligere alia, & alios propter meipsum, non est nisi diligere meipsum. At si præcipienda fuisset alio præcepto dilectio proximi ex charitate, pari aut maiori ratione præcipiendum explicitè fuisset, dilige teipsum propter deum: quum hoc magis vrgeat, &

magnam

magnam habeat difficultatem ¶Tertio ex eo quòd(vt iam aliqualiter dictum est) dilectio non gratuita sed quam debeo proximo, secluſa charitate ſufficienter impletur ſeruando præcepta iuſtitiæ & partium eius,puta: honorando parentes,non occidendo, non rapiendo, non adulterando : & breuiter ius ſuum vnicuique reddendo, & quæcunque volumus, vt faciant nobis alij, hæc eadem illis faciendo. Hæc autem ſecundæ tabulæ,comprehenſa ſub vno præcepto dilectionis proximi ſunt. ſicut omnia primæ tabulæ comprehenſa ſunt ſub præcepto dilectionis dei. Vt ſic omnia quadrent. Eſt igitur literalis ſenſus vſus præcepti, diliges proximum tuum ſicut teipſum. Volito bonum naturalium moralium exteriorúmque rerum, honoris,famæ,pecuniarum,agrorum &c. proximo tuo, natura rationali : ſicut hoc eſt, illo modo quo vis tibi ipſi bonum ¶Si quæris,quis eſt ille modus ? reſpondeo amice,amicabiliter. Præcipitur enim vt diligas proximum propter bonum ipſius proximi,& non propter tuam vtilitatem, ſicut diligis teipſum propter teipſum. Diligere enim proximum propter teipſum,non eſt diligere proximum,ſed eſt diligere teipſum. Eſt enim dilectio concupiſcentiæ non amicitiæ. Dicendo itaque ſicut teipſum,præcipit vt amore amicitię diligas proximum, at inſtar amoris quo diligis teipſum. Amicabilia enim,quæ ſunt ad alios, veniunt ex amicabilibus ad ſeipſum. [In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet & prophetæ.] pro,tota lex pendet & prophetæ pendent. Patet nanque,quòd omnia ſtatuta in lege & quæcunque tradunt prophetæ, ordinantur, vel ad diligendum deum ex charitate,in quo claudũtur omnia,quæ ſunt fidei,ſpei, religionis & morum, vel ad diligendum proximum. & in hoc claudũtur quæ ſunt iuſtitiæ, obſeruantiæ, veritatis amicitiæ, miſericordiæ,& ſimilium. [Congregatis autem Phariſæis,interrogauit eos Ieſus dicens,quid vobis videtur de Chriſto,cuius filius eſt? Dicũt ei,Dauid. Ait illis, Quomodo ergo Dauid in ſpiritu vocat eũ dominũ,dicens,Dixit dominus domino meo,ſede à dextris meis:donec ponã inimicos tuos ſcabellũ pedũ tuorũ.Si ergo Dauid vocat eũ dominũ,quomodo filiꝰ eius eſt?] Vera ſolutio quæſtionis eſt quòd Meſias habet vtrãque conditionem.ſ. quòd eſt filius Dauidis,& quòd eſt dominus Dauidis,ſed filius eſt ſecundũ quod homo,dominus ſecundũ quod deus. Phariſęi autem ignorabãt Meſiam conſtare ex duabus naturis, diuina ſcilicet & humana, in vna perſona [Et.] propterea [nemo poterat ei reſpõdere verbũ.]Quia carebant potentia reſpondendi, quæ eſt ſcientia illius

ſcripturæ. [Neque auſus fuit quiſquã ex illa die eum amplius interrogare.] Ecce Phariſęi ſimiles redditi ſunt Sadducæis: quorum occluſum fuerat os.

CAPVT XXIII.

Vnc Ieſus locutꝰ eſt ad turbas & ad diſcipulos ſuos, dicens, Super cathedram Moyſi:] Super ſedem docendi & iudicandi in lege dei, ſuper quam Moyſes primus ſedit, & propterea ab ipſo nominatur. [Sederunt.] Authoritatem habuerunt, pręſidentes vt iudices. [Scribæ.] Doctores legis diuinę. [Et Phariſæi.] Diuiſi à cõmuni populo tanquam religioſiores. Non de omnibus itaque Scribis & Phariſęis, ſed de ſedentibus ſuper ſedẽ Moyſi tractat. [Nec dicit ſederunt ſacerdotes aut pontifices, propter reuerentiam ordinis ſacerdotalis. Lege euangelium: nunquam inuenies Ieſum nominaſſe ſacerdotes aut pontifices arguendo aut reprehendendo, ſed Scribas & Phariſæos, profeſſores ſcientiæ & morum, inſtruendo prędicatores, vt non prędicent contra ſacerdotes aut põtifices in ſpecie, propter reuerentiam ordinis. [Omnia ergo quæcunque.] Ex cathedra Moyſi, non aliunde. [Dixerint vobis ſeruare.] Hoc infinitum deficit latinis codicibus: vt Græci teſtantur. Alia dicunt ſcienda alia credenda, alia ſeruanda. ſeruare autem cõmune eſt prędceptis negatiuis & affirmatiuis [Seruate.] Parendo præceptis negatiuis. [Et facite.] Parendo prędceptis affirmatiuis [Secundum opera vero eorum nolite facere.] Obedite dictis, ſed nolite imitari facta eorum. [Dicunt enim.] Ecce ratio obediẽtiæ: quia dicunt, quę ſunt legis diuinę, quę ſunt ſanctimonię, quæ ſunt bonorum morum. [Et non faciunt.] Ecce ratio non imitandi facta. Et hoc niſi eſſet peccatum, nequaquam inter alia illorum peccata numeraretur à domino Ieſu, nec ſolùm numeratur, ſed primo loco nominatur. Turpe enim eſt doctori quum culpa redarguit ipſum: & qui prædicas non furandum furaris, qui prædicas non mœchandum mœcharis inquit Apoſtolus. monſtrum eſt in moralibus dicere & non facere, vita contraria doctrinæ. Et quia magis mouent exempla quàm verba inde eſt, quòd infructuoſe præſunt ij, quorum vita non præeſt, ſed authoritas, vel doctrina. Nunquam mundum conuertiſſent ad Chriſti fidem apoſtoli ac eorum proximi ſucceſſores, ſi dixiſſent & non feciſſent. nunquam eccleſię tot fuiſſent donatę temporalibus bonis, ſi patres priſci quorum temporibus fuerunt data, dixiſſent & non feciſſent alligant autem.] De contentis in lege Moyſi dixit, dicunt

eunt & non faciunt: de adiunctis ſtatutis ſeu ordinationibus, quas ſcilicet ipſi ſedentes ſuper cathedram Moyſi addunt: modò dicit quòd ligant non vnum aut duo, ſed multitudo ſignificatur vinculo ligationis. [Onera.] Præcepta oneroſa. [Grauia.] non leuia ſecũdum ſeipſa. [Et importabilia] hoc eſt vix portabilia. Si enim eſſent omnino importabilia, non dixiſſet, quęcunque dixerint vobis facite. [Et imponunt in humeros hominum: digito autem ſuo nolunt ea mouere.] Cogunt homines ad humeros ſupponendos illis oneribus, ad quę ferenda nec etiam digitũ ipſi volunt applicare: vt vel ſic aliqualiter eſſent inter ferentes onera. ¶ Et deſcripſit per hoc ſecundum peccatum iſtorum eximentium ſeipſos ab oneribus, quæ imponunt alijs, & explicauit grauitatem fere intollerabilem onerum: vt diſcipuli & turbę diſcerent etiam in iſtis obedire ſedentibus ſuper cathedram Moyſi. niſi enim hęc explicaſſet ſtatim quum dixiſſet omnia, quę dixerint facite, crederes fortè te non teneri ad obediendum in huiuſmodi grauibus & difficilibus ad exequendum, quę prelati mandant. ¶ Vtinam hęc verba domini Ieſu, in ſedentibus ſuper cathedram Moyſi finem habuiſſent: vtinam hodie non verificarentur. Tot iam onera ſunt ſuper vtriuſque teſtamenti honeſtiſsima præcepta, impoſita ſuper humeros hominum, vt Chriſtiani facilè ſe ſeruire Chriſto credant, ſi tot laqueis non ſubiicerentur: & confeſſores fœlices ſe arbitrarẽtur, ſi de ſolis diuinis præceptis ſolleiti eſſe deberent. Cum his tamen omnibus parendũ eſt Ieſu dicenti, omnia quę dixerint ſeruare ſeruate & facite. Et ipſi quidẽ ſedentes ſuper cathedram Ieſu Chriſti, damnationem ſuam cognoſcant multiplicando onera: & tu Lutherane damnationem tuam abiiciendo illa. [Omnia vero opera ſua faciunt vt videantur ab hominibus.] Tertium peccatum iſtorum eſt inanis gloria, quam ipſe Ieſus videns corda ſciebat regnare in animis eorum, ita vt omnia opera ſua ordinarent ad gloriam humanam. Quod eſt peſsimum: vtpote intentionem maculans etiam in bonis ex ſuo genere operibus. [Dilatant enim.] pro, autem, [phylacteria ſua-] Declarat in multis exterioribus actibus bonis aut non malis, apponi à Scribis & Phariſęis circunſtantias malas ſuperbię ſeu inanis glorię. Et incipit ab obſeruantijs legalibus. Mandatum erat Deutero. 6. ligabis verba mea quaſi ſignum in manu tua: erũntque & mouebuntur inter oculos tuos. Hoc mandatum Phariſęi iuxta ſonum literę ſeruare volentes, præcepta legis (ſcilicet diliges dominũ deum tuum &c. & dominus deus tuus vnus eſt. hęc enim duo ibi præcipiuntur)

tur)ſcripta ligabant, vt dicitur in manu ſeu brachio,& vt alij dicunt etiam in fronte : vt inter oculos haberentur. Et hæ ſchedulæ appellantur phylacteria Græco vocabulo. phylacterium enim ſonat conſeruatorium : quia ad conſeruandum memoriam legis erant.phariſæi itaque phylacterijs communibus non contenti, dilatabant ea,faciendo illa latiora,vt magis apparerent.[Et magnificant fimbrias.] deeſt veſtimentorum ſuorum . Sicut phylacterijs latioribus , ita fimbrijs maioribus vtebantur. Erant autem fimbriæ, hyacintinæ vittæ poſitæ in quatuor angulis palliorum, mandatæ à lege Nume. decimoquinto , ad recordationem mandatorum omnium. Ita quòd phylacterium erat pro memoria ſpecialiter mandati de vnius dei dilectione ex toto corde &c fimbriæ autem pro generali memoria mandatorum dei vt textus ipſi ſonant. [Amant autem primos recubitus in cœnis : & primas cathedras in ſynagogis:& ſalutatiões in foro]pro,foris [& vocari ab hominibus Rabbi]Quartum peccatum Phariſęorum eſt, non vti primis locis,ſed amare prima loca in conuiuijs.& ſimiliter nõ vti primis cathedris,non ſalutari in foro non vocari Rabbi peccatum eſt, ſed amare hæc: amor enim primorum locorum ad præſidendum cæteris , affectus eſt qui ſuperbiæ eſt:amor autem ſalutationum & nominis Rabbi, affectus eſt inanis gloriæ. [Vos autem nolite vocari Rabbi.] Quanuis textus Græcus careat, nolite vocari,ſed habeat, ne vocemini(& bis habet Rabbi · ita quòd ſonat ne vocemini Rabbi Rabbi) quia tamen vocari non eſt in poteſtate noſtra , ſed vocantium, ſenſus præcepti eſt, nolite vocari. Non enim prohibetur mihi aliena actio , ſed propria : ac per hoc non vocari, ſed affectus vt vocer,affectus ad gloriã nominis.¶[Et dicit Rabbi Rabbi,ad explicandum affectum ſingularioris honoris in duplicato nomine . ſicut hodie duplicamus domino domino,ſcribentes magnis prælatis Quia vocari Rabbi ſeu quouis alio titulo,non eſt actus vocati,ſed vocãtis:ideo dominus Ieſus nõ prohibet vocari,ſed velle vocari,dicendo ne vocemini,ſicut non reprehenderat Scribas & Phariſęos quòd vocarentur,ſed quòd amarent vocari Rabbi.[Vnus eſt enim magiſter veſter.]Ratio quare affectus ad nomen Rabbi prohibetur eſt,quia vnus eſt doctor noſter qui eſt Chriſtus. Vis iſtius rationis intelligatur ſi cõſiſtere in cõmunitate(ſ quia ſolus Chriſtus eſt magiſter veſter,hoc eſt,cõmunis omnibus:reliqui enim ſunt doctores particulares)& inſtãtiã habet:quia apoſtoli erãt doctores communes vniuerſi orbis & nõ habetur neruus rationis quia hinc nõ ſequitur q̃ particulares

docto-

doctores non debeãt velle nominari doctores. nullum enim præiudiciũ fit vniuersali doctori, si particulares quoque appellãtur doctores Sed. si vis rationis intelligatur consistere in hoc, quòd solus Christus est doctor noster authoritate (reliqui enim sunt doctores ministerialiter tantũ) & intellectũ simul fuerit, quòd volẽs vocari Rabbi affectat honorem ac gloriam doctoris pro seipso, habetur neruus rationis. nã affectans seipsum honorari vt doctorem, non exhibet seipsum doctorem vt ministrum alterius (minister enim quærit honorem ac gloriã illius cuius est minister) ac per hoc exhibet se vt doctorem authoritatiuè. quod manifeste præiudicat Christo, qui solus est doctor noster authoritatiuè. Et vt vno verbo dicatur, quia affectus nominis transfert Rabbi ministrum in quasi Rabbi authoritate, ideo iniuria fit Christo, qui solus est authoritatiuè Rabbi. Hæc est vis rationis huius & sequentium duarum similium ¶ Et hanc esse vim harum rationum testatur ipse Iesus, subiungendo post has rationes statim ista duo capita. Alterum de ministerio, Qui maior est vestrum erit minister vester Alterum de affectu proprię exaltationis, Qui se exaltat humiliabitur. Super hæc enim duo fundantur hæ rationes: vt patet ex dictis,

¶ Vbi intellige amantes vocari Rabbi, pater, magister, non exintentione velle sibi vsurpare nomen, honorem aut gloriam Christi vel dei seu (quod idem est) doctoris patris aut magistri authoritatiue (non enim oportet ipsis tantam superbiam imponere) sed facto interni affectus ad honorem & gloriam propriam ex nomine doctoris patris aut magistri, non referendo honorem & gloriam in illum cuius sunt ministri, vsurpant sibi honorem & gloriam doctoris patris seu magistri authoritate: afficitur enim ad honorẽ huiusmodi tanquam non sit minister iuxta illud, Quid gloriaris quasi non acceperis? Qui enim gloriatur, affectum habet ad gloriam quasi non acceperit, quamuis hoc non habeat in intellectu aut in intentione ¶ Aduerte hîc quòd in Latinis codicibus deficit hæc clausula, qui est CHRISTVS. In Græco enim habetur: vnus est enim magister vester qui est Christus. Et sumitur magister pro doctore seu magistro in docendo: quia Rabbi doctorem seu magistrum officio docendi significat. [Omnes autem vos fratres estis,] Particula ista non cum præcedente. sed cum sequente, quæ de patre vnico tractat, iungenda est ita: quòd hinc incipit mandatum aliud simile primo. Occasione siquidem oblata ex prohibitione affectus ad nomen Rabbi, extendit similem prohibitionem ad nomen patris: inchoans ab hoc, quòd omnes vos

fratres eſtis, quanuis multi veſtrûm multos hic habeant filios. Et verè omnes ſumus fratres, pro quanto ſumus filij vnius communis patris qui deus eſt. ſumus omnes fratres (ſecundũ animam rationalẽ quæ præcipua eſt pars noſtri) quam non dat carnalis pater, ſed ſolus deus omnibus. ſumus omnes fratres ſecundum vitam gratiæ, quam ſola trinitas dat. [Et patrem nolite vocare.] pro, ne voceti s, [vobis.] Circa nomen Rabbi & magiſtri inhibet vocari, quatenus pendet ex noſtro affectu. circa nomen verò patris vetat vocare. Ita quòd ipſa differentia monſtrat illic interuenire peccatum ex parte vocati: hic verò etiam ex parte vocantis. Et verè ſic eſt. nam vocantes doctores & gubernatores, Rabbi & magiſter, non peccant: vocantes autem patrem hominum ſecundùm animam (tam in eſſe naturali quàm gratuito) aliquem alium à deo, peccant. [Super terram.] Ad excludendum etiam Chriſtum ſecundum quòd homo (qui tunc erat ſuper terram) ratione humanæ naturæ. [Vnus eſt enim pater veſter qui in cœlis eſt.] Non dicit vt in alijs duobus, qui Chriſtus eſt, ſed qui in cœlis eſt: quia eſſe hominum ſecundum animas in eſſe naturæ & in eſſe gratiæ patrem per creationem, non conuenit CHRISTO homini, ſed ſoli deo. creatione ſiquidem fit tam anima rationalis quàm gratia. ¶ Cum his tamen ſtat, quòd licite vocamus patres ſecundum carnem illos, qui nos genuerunt: & patres ſecundum curam ſpiritualem prælatos: & ſic de ſimilibus. [Nec vocemini,] Quia vocari (vt iam dictum eſt) non eſt in poteſtate noſtra, intellige prohibitionem cadere non ſuper vocari abſolute. ſed pro quanto proficiſcitur à voluntate vocatorũ. Perinde acſi dixiſſet, nec velitis vocari. affectus enim nominis vetatur. [Magiſtri.] Inter Rabbi & magiſtrum hoc ĩtereſt, quòd omnis Rabbi eſt magiſter, ſed nõ ecõuerſo. Rabbi enim ſecundum officiũ docendi magiſter eſt: ſed magiſter etiã dicitur magiſter equitũ, magiſter domus &c. Vnde magiſtratꝰ dicũtur qui præſunt reipublicę. In hoc textu magiſter nomẽ eſt, moderatoris in moribus: ita q; prius doctoris reſpectu partis intellectiuę, modo moderatoris reſpectu partis affectiuę nomẽ vſurpari prohibet: nomen vero patris dãtis eſſe ſpirituale, cõmunicari prohibet cuicũque creaturæ. [Qui magiſter veſter vnus eſt Chriſtꝰ.] Repetit ſimilem rationem quã attulit de nomine Rabbi. vnde eodem modo hanc intellige quo & illam. Et verè ſolus Chriſtus eſt authoritatiue non ſolùm doctor noſter, ſed etiam magiſter morum noſtrorum. reliqui enim homines miniſtri eius ſunt ad docendũ & moderandũ, ſi verè docent & moderãtur, aut fures

ſunt

sunt & latrones si aliud docent, si alios mores inducunt. Totus siquidem sermo iste est de doctrina fidei & moribus, & vita spiritꝰ: & non de doctrina geometriæ, de patribꝰ carnalibus, & huiusmodi. [Qui maior est vestrum.] gradu seu officio docendi aut moderandi [Erit minister vester.] exhibebit se ad ministrandum vobis: cognoscendo se in veritate accepisse maioritatem ad ministrãdum vobis doctrinam, bonos mores, & vniuersaliter quæ sunt spiritus. Et subiunxit hoc ad declarandum status officiáque maiorũ in sua ecclesia: vt hinc intelligamus rationem præceptorum, ne vocemini Rabbi & magistri. [Qui autem se exaltauerit.] Superbus acutissime describitur per proprium obiectum, dicendo se: nam obiectum superbi non est honor aut gloria, sed ipsemet: & per propriam actionem circa obiectum, dicendo exaltauerit. Affectus, studium officiúmque superbi totum tendit ad exaltandum seipsum: [Humiliabitur.] tandem à deo. [Et qui se humiliauerit exaltabitur.] Similiter intellige de obiecto & actione humilis, vt humilitas sit nomen virtutis contrariæ vitio superbiæ. ¶ Si non intelligis quomodo actus virtutis sit humiliare se, distingue te secundum quod tuus es, inde secundum quòd dei es: & discernendo inter te tuum & te dei, videbis congruere virtuti vt deijcias te tuum, non autem te dei. nam humiliare te dei, est deijcere quæ dei sunt in te siue naturalia siue gratuita bona: humiliare autem te tuum, est deijcere quæ aliunde quàm à deo in te sunt. Affectus itaq; ad se secundum quòd quisq; suus est, per pronomen, se, significatur in humilitate & superbia. Nec hanc virtutem nec hoc vitiũ inuenis in Aristotele, sed in euangelio: quia euangelica, quia CHRISTIANA virtus est, nõ humana: moralis tamen est. ¶ Et subiunxit hoc tum ad declarandum damnabilem affectum Scribarum & Pharisæorum in suprascriptis, ex pœna à deo disposita exaltantibus se: tum ad declarandum laudabilem affectum obsequentium in nolendo vocari Rabbi, &c. ex præmio repositio ijs qui seipsos humiliant [Væ autem vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ.] ad differentiam Scribarum & Pharisæorum non hypocritarum. Hęc enim adiectione explicat, quòd non omnes Scribas & Pharisæos alloquitur non omnes reprehendit. sed illos tantũ qui erãt hypocritę. Erãt eñ inter illos multi boni: vt Nicodemus & Simõ leprosus. [Qui] ꝑ quia. Rationẽ reddit. [Clauditis regnũ cœlorũ ante hoies.] Ego aperio regnũ cœlorũ, patefaciẽdo doctrĩa & exẽplo ea quę credẽda, quę sperãda, quę amãda in illo sunt: vos illud claudits, docẽtes nõ esse credẽdũ in me, qui sum ostiũ regni cœlorũ.

[Vos enim non intratis.] Vos non creditis mihi, hoc enim esset intrare per fidem. [Nec introeuntes.] hoc est volentes introire, venientes ad prædicationem meam. [Sinitis intrare.] loquendo contra me, statuendo quòd extra synagogam fiat qui fatetur me Christum. [Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: qui.] pro, quia, [comeditis domos viduarum.] Auaritiam sub hypocrisi arguit. [Orationes longas orantes.] In Græco habetur, prætextu lõgum orantes. Et clare significatur orationes longas fieri nõ affectu multum orandi, sed prætextu: hoc est monstrando multum orare, vt viduæ confidant in vobis tanquam in viris spiritualibus & sanctis, & recurrant ad vos in suis necessitatibus, vt deponant apud vos pecunias & similia. & sic exhauriatis opes earum. [Propter hoc amplius.] pro, abundantius, [accipietis iudicium.] Duplex iniquitas (simulatæ scilicet religionis & iniqui quęst°) duplicem exigit pœnam. [Vę vobis Scribæ & Pharisęi hypocritæ: qui.] pro, quia, [circumitis mare & aridam vt faciatis vnũ proselytum.] Appellabatur proselytus qui ex gentibus transibat ad ritum Iudæorum suscipiens circunciſionem, & cætera. [Et quum fuerit fact°. facitis eũ.] vestra culpa, ex mala vita vestra. [Filium gehennæ duplo.] Deest. magis, [quã vos.] quia vos rei estis malæ vitæ: illos autem vestro exemplo facitis male viuentes, & præter hoc rei sunt idololatriæ quam cõmiserant. ingratitudo enim recepti doni fidei, ob malã vitam constituit eum debitorem omnium præteritorum. Et nihilominus facile accidere poterat vt proselyti cõuersantes cum magistris suis malæ vitæ, fierent duplo peiores: quia nec erant Iudæi nec Gentiles, sicut modò marani multi, nec Iudæi nec Christiani sunt. ¶ Si autem verum est, quòd textus Græcus sonat vtrosque esse dupliciter reos, sed ꝓselytos magis, verificatur ex eo ꝙ Scribę & Pharisæi hypocritæ, erant rei & infidelitatis in Christũ & malæ vitæ. & eiusdẽ duplicis iniquitatis reos faciebãt proselytos, & magis reos propter prædictas causas. [Væ vobis duces.] Ex eo quòd inter ista octo væ in solo isto tacentur Scribę & Pharisæi, & ad duces dicitur, vę vobis, insinuatur quòd ad sacerdotes seu Pontifices dirigitur sermo iste. Quos pro reuerentia ordinis sacerdotalis non nominat sacerdotes aut Pontifices, sed communis illis & alijs officij nomine duces aliorum, ad vitam sanctam, ad obseruationem legis, & cætera. [Cæci.] Ignorantia affectata seu crasse & supina significatur. [Qui.] pro, quia, [dicitis: quicũq; iurauerit per tẽplũ, nihil est.] iuramẽtũ est nullum. [Quicunque autem iurauerit in auro templi, debitor est.] seruandi iuramenti. Ratio quę fefellit

istos, debuit esse differentia propinqui & distantis. Putauerunt quòd templum non esset sanctum, nisi in superficie quæ aurata erat: & similiter altare non esse sanctum, sed oblationem. Ita quòd substantia templi apud istos erat materia remota sanctitatis. & similiter altare tanquam vas longe distans ab oblatione quæ est sancta. vtpote quę deo offertur [Stulti & cęci. quid enim maius est, aurum an templum] Narrato errore ducum, confutat rationibus duabus illum. Altera sumitur ex maioritate templi supra aurum, & altaris supra munus [Quod sanctificat aurum.] Probatio maioritatis est, quia templum sanctificat aurum & non econuerso. Quum enim non omne aurum sanctum sit, sed illud quod ad ornamentum est templi, consequens est vt ex templo sanctitatem cõtrahat aurum templum enim ipsum siue cum auro, siue sine auro sanctum est: Et simile est de altari & dono. nam altare siue cum dono, siue sine dono sanctũ est: quia altare dei est. donũ aũt sanctificatur ex altari: quia nó poterat nisi in altari offerri. [Et quicũq; iurauerit in altari, nihil est quicũq; autẽ iurauerit in dono, quod est super illud, debet. Ceci, quid eñ maius est, donũ an altare, quod sanctificat donũ? Qui ergo iurat in altari, iurat in eo, & in oĩb⁹ quę super illud sunt.] Duo dicebant isti duces. Primum præferebant aurum in templo & oblationẽ altari in sanctitate & contra hoc militauit prima ratio. Secũdum, quòd iuramentum per altare aut per templum erat nullum, & contra hoc tendit hæc ratio, procedens circa altare ex inclusione: quia in iuramento per altare, clauditur iurare per oblationẽ, quæ sup illud offertur. Et in prõptu est ratio veritatis huius. Et repetitur Stulti & cęci quid maius est. quia iurãs in altari, iurat in illo secũdũ quòd altaris officiũ habet. cõstat aũt altaris officiũ esse q̃ offerãt super ipsum deo sacrificia &c. Iurans igitur in altari, iurat in oĩbus quę sunt super altare quatenus altare est: ac per hoc in oblationibus super altare. [Et quicũque iurauerit in templo, iurat in illo, & in eo qui habitat in ipso] Prosequitur adplicando rationẽ ad templũ. quia iurare per tẽplum includit iurare per deum. Et similiter in prõptu claritas est. quia templum vt templum est habitaculum dei, est domus dei. [Et qui iurat in cælo.] Vel ad clariorem doctrinã affertur hoc simile, vel errabant quoq; in hoc quòd putabant iuramẽtũ per cœlum no esse iuramentum: quod hic confutatur. [Iurat in throno dei, & in eo qui sedet seper eum.] Aduerte in verbis domini explicari tria cœlum. thronum dei, & deum sedentem in eo ad docẽdum nos, quòd nõ solum iurare per templum dei, per altare dei, & similia quę im-

mediatam

mediatam habent relationem dei, est verè iurare, sed etiam iurare per creaturas quæ per medium dicuntur dei. Cœlum enim secundum seipsum res naturalis est: sed vt induit rationem sedis diuinæ, ingreditur ordinem diuinorum : & ratione huius intelligitur assumi in iuramentum. ¶Et ratio quare dominus Iesus interpretanda sic docet iuramenta fundatur super naturam iuramenti. Iurare nanque est inuocare in testem deum ac per hoc quicunque iurat, conuincitur ex hoc quòd iurat quòd deum inuocat in testem: ac per hoc per quãcunque rem iurat, vtitur illa re vt diuina est, vt dei est, vt deus in illa, seu per illam, seu ex illa, seu cum illa, &c. testis sit. Et propterea iurare per creaturas est obligatorium. Et hoc ignorabant duces isti cæci [Væ vobis Scribæ & pharisæi hypocritæ: qui]pro, quia, [decimatis mentham & anethum & cyminum.] decimam soluitis horum minimorum. [Et reliquistis quæ grauiora sunt legis:] Ecce peccatum in magnis .[Iudicium]In ijs quæ sunt debita alteri. [Et misericordiam.]In ijs quę sunt necessaria licet nõ debita pauperibus, & vniuersaliter indigẽtibus. [Et fidem.]hoc est veritatem seu veracitatem in verbis, in promissis, in factis. hanc enim virtutem directe, & primo reliquũt hypocrytæ. hypocrisis enim vitium est virtuti huic contrarium. [Hæc oportuit facere.]misericordiam, iudicium, & fidem. [Et illa non omittere.]decimare mentham, anethum & cyminum. Et dixit hæc, ne putares Iesum reprehendisse obseruationem minimorum. Non vituperat seruantes minima, sed simulantes se obseruatores legis seruando minima. Et cõuincitur simulatio: quia si studio seruandæ legis seruarẽt minima, multo magis seruarent maiora, quorum transgressio eneruat legem. [Duces Cæci.] Scribas & Pharisęos hypocritas, appellat duces aliorum: illos doctrina, istos professione sanctimoniæ: cęcos verò in opere proprio, non euitando incurrere in tam manifestam peruersitatem. [Excolantes culicem.]Metaphoricus est sermo àpotu sumpto. Culicem excolare, est vinum in quo aparet culex colare per linteum. ita quòd culex cum omni sua immunditia extra restet in linteo, vt sic vinum mundum bibatur. Vbi summa diligentia describitur ad euitandam minimam immunditiam in potu. consueuimus enim si quando culicem in cyatho videmus, contenti esse simplici extractione eiusdẽ: sed hic describitur colatio adhibita. [Camelum autem glutiẽtes.] Nihil commune est camelo & glutitioni: nulláque consonantia respondet excolationi culicis, glutitio cameli. Propter quæ crediderim ego tam Græcum quàm Latinum textum corruptum habe-

xi in

ei in nomine proprio iſtius animalis. Contextus metaphoræ exigit, vt animal aliquod magnum ſignificetur quod deglutiri bibendo poteſt: alioquin non quadrat metaphora. Sonat enim parabola hæc quòd bibẽdo hinc euitatis tãta diligentia minimã culicis ĩmunditiam, ita quòd excolatis eum, inde autem glutitis (procul dubio bibendo) animal magnum immundum: puta muſcam magnam, quam vulgariter dicimus muſconem: Si diceretur œſtrum apud Græcos, aſilum apud nos, ſenſum clarum haberemus, quanuis aſilus non currat ad vinum aut aquam, ſed infeſtus ſit bobus. ¶Certiores autem eſſe poſſumus quòd hic eſt literalis ſenſus quẽ diximus, ex eo quòd ſic & non aliter quadrant omnia. & directe ſignificatur peruerſitas Scribarum & Phariſæorum in ſeruando minima & contemnendo grauiora, ſicut euitantes in potu culicis minimam immunditiam tanta diligentia, & glutiendo in potu aſilum aut veſpam, aut muſconem ſi dici licet. [Væ vobis ſcribæ & Phariſæi hypocritæ: qui.] pro, quia, [mundatis quod foris eſt calicis & paropſidis: intus autẽ pleni eſtis] pro, plena ſunt, [rapina & immunditia.] pro, iniuſtitia. Corruptum eſſe textum teſtatur textus Græcus, teſtatur & ipſe contextus ſermonis. nam ſubiungendo, munda prius quod intus eſt calicis & paropſidis vt fiat & id quod foris eſt mundum, clare manifeſtat quod prius dixerat, quòd plena ſunt calix & paropſis rapina & iuſtitia. Eſt ergo ſenſus literalis, quòd phariſæi mundabant vaſa potus & ciborum, ſed contenta in vaſis veriſque erant immunda. vtpote male acquiſita, ſcilicet ex rapina. Et propterea dicitur quod mundent quod eſt intus: hoc eſt, contenta in vaſis. Et intendit ad literam, quòd cibus & potus Phariſæorum erat ex rapina, & tamen quaſi viri mundi nõ comedebant, neque bibebant niſi in vaſis mundis. ¶Et per calicem intellige omne poculum: & per paropſidem omne catinum cibi. Græca eſt enim dictio. Latinè patina ſeu catinũ dicitur. [Phariſæe cæce, munda prius quod intus eſt calicis & paropſidis: vt fiat & quod foris eſt mũdum. Vę vobis Scribę & Phariſęi hypocritæ: qui.] pro, quia, ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis: quæ á foris.] pro, foris, [parent.] pro, apparẽt, [hoĩbus ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſsibus mortuorũ, & omni ſpurcitia. Sic & vos á foris.] pro, foris, [quidẽ paretis.] pro, apparetis, [hominibus iuſti: intus autẽ pleni eſtis hypocriſi & iniquitate. Væ vobis ſcribę & Phariſęi hypocritę qui] p, quia, [ædificatis ſepulchra prophetarũ, & ornatis monumenta iuſtorũ: & dicitis, ſi fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, non eſſemus.] pro, non fuiſſe

mus

mus,[ſocij eorum in ſanguine prophetarum: Itaq; teſtimonio eſtis vobiſmetipſis : quia filij eſtis eorum qui prophetas occiderũt.] Aduerte quod ædificare & ornare ſepulchra prophetarum, ſi conſideratur vt fit affectu religionis, actus eſt laudabilis,nec eſt teſtificatio mali ſed ſi conſideratur vt eſt conſummatio operis circa mortuos,ſic eſt actus conſummatorius occiſionis priùs enim occidunt,deinde ſepeliunt. Ex eo itaque quòd patres occiderunt, & ipſi ſepeliunt,conſummant facto(quanuis non intentiõe) opus paternum . Ita quòd teſtimonio eſtis & verbo (dicendo quòd patres noſtri interfecerunt) & facto ſepulturæ,conſummando opus paternum,quòd eſtis filij homicidarum. ¶Et merebantur Phariſæi hanc retortionem ſuorum operum in malum:quia non religioſo animo,ſed ex hypocriſi ędificabant,& ornabant ſepulchra prophetarum,vt monſtrarent ſe horrere crimina patrum ſuorum contra prophetas:& tamen perſequebantur Ieſum caput omniũ prophetarum [Et vos implete menſuram patrum veſtrorum.] Deus olim dixit Abrahæ, nondum ſunt completæ iniquitates Amorrhęorum,ſic modò Ieſus dicit implendas eſſe iniquitates patrum. Sub menſura nanque iniquitatum Iudæorum,quę iam inceperant in patribus, comprehendebatur occiſio CHRISTI,& perſecutio diſcipulorum eius.& propterea Scribis & Phariſæis dicitur.implete menſuram patrum veſtrorum. ¶Nec imperando, ſed permittendo futura,dicit,implete:ſecundùm conſuetum loquẽdi modum,quo dicimus perſecutoribus noſtris facite totum quod concepiſtis. [Serpentes.] Morſu.[genimina] ſeu germina,progenies [viperarum.]ex parentibus venenoſis geniti, vndique venenum habentes.Et dixit hoc,monſtrãs ipſos mendaciter dixiſſe: ſi fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, non fuiſſemus ſocij eorum in ſanguine prophetarum. [Quomodo fugietis à iudicio gehennæ?] Quanuis habeatis hîc modos fugiendi iudicia hominum: nullus tamen erit vobis modus fugiendi à iudicio gehennæ:hoc eſt pœnę infernalis.[Ideo dico vobis.]Superfluũt hę duę dictiones.ad conuincendum vos eſſe ſimiles patribus,qui occiderunt prophetas. [Ecce.] Demonſtrat tempus inſtans, ſcilicet ſuæ reſurrectionis. [Ego.]in cœlis reſidens.[Mitto.]in pentecoſte. [Ad vos.]Iudęos.Extendit ſermonem ad omnes,qui hactenus allocutꝰ eſt Scribas & phariſęos.[Prophetas.] Act.12. erãt in eccleſia Antiochię prophetę.[Et ſapientes]circa diuina.[Et Scribas]doctos in lege: apoſtolos .ſ.& diſcipulos meos. [Et ex illis occidetis & crucifigetis:& ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris:& perſequ-

ming

mini de ciuitate in ciuitatem. Vt.] causam meritoriã denotat.
[Veniat super vos omnis sanguis iustus.] hoc est pœna debita pro effusione omnis sanguinis iusti. Non magna, sed maxima est pœna ista, cõtinens in se pœnas cuiusque occisoris cuiuscunque iusti. ¶Nõ significatur q̃ isti dabũt pœnas pro Cain, & pro alijs homicidis (nõ enim bis punit deus) sed q̃ luent pœnã æquiualentem pœnis omniũ homicidarũ, non quorũcunque, sed iustorũ. Et significatur per hoc enormitas grauissima criminis Iudæorũ. Et verè sic fuit: quia patres fecerũt in homines, isti in Christũ, deũ & hominem. Vnde ipse dixit: Saule Saule, quid me persequeris? [Qui effusus est super terrã à sanguine Abel iusti, vsq; ad sanguinem Zacharię filij Barachię.] Hęc particula dupliciter potest apponi præcedenti, vel restrictiuè: vt scilicet non loquatur Iesus de effuso sanguine iusto omni simpliciter & absolutè, sed vsque ad certum tempus, scilicet à principio mundi (quo occisus est Abel à fratre suo Cain) vsque ad tempus Ioas Regis Iuda: quo occisus est Zacharias filius Ioiadæ, qui nuncupatur Barachias (hoc est benedictus domini) propter eius sanctitatem: vel erat binomius. ita quòd vocabatur Ioiada & Barachias sicut pater Dauidis vocabat Iesse & Isai. Hic sensus nullam habet contradictionem, sed quæstionem quare vsque ad illud tempus tãtùm, & non amplius: quũ postea fuerit occisus tam Esaias, quàm Hieremias à Iudæis. ¶Alter sensus est, vt apponatur explicatiuè: vt scilicet declaret omnem iustum sanguinem effusum ab his duobus, scilicet Abel & Zacharia. Sed tunc etiam insurgit quæstio, quare ab his duobus explicatur omnis sanguis iustus: Ad hoc dicitur, quod hi duo inducti sunt tanquã extremi inter iustos occisos, quos sacra scriptura veteris testamenti nominat. Extremos autem non secundum iustitiam aut sanctitatem, sed dignitatem. Alter enim est summum extremũ, scilicet Zacharias Pontifex, vtpote filius Ioiadæ pontificis. alter est infimum extremum, scilicet Abel pastor ouium. ¶Vel (quod potiùs crediderim) ideo hi soli inducuntur: quia in his tantũ scriptura petitionem vindictæ explicat. In Abel: ecce sanguis fratris tui clamat ad me de terra. In Zacharia: videat dominus, & requirat. 2. Paralip. 24. Quia enim de vindicta sanguinis iusti Iesus loquebatur, par fuit vt illorum iustorũ sanguinem commemoraret, quorum vindicta petita traditur in sacra scriptura: vt ex his duabus vtrionibus petitis intelligantur similiter petitæ vindictæ coram deo omnium aliorum iustorum: ac per hoc rationabiliter dictum sit; vt veniat super vos omnis sanguis iustus, tanquã petens

vindictam

vindictam, à sanguine Abel iusti, cuius sanguis clamauit ad deum, vsque ad sanguinem Zacharię, qui moriens dixit, videat dominꝰ & requirat. [Quem occidistis.] lapidando ad imperiũ Regis Ioas. [inter templum & altare.] In atrio templi erat altare holocaustorum. ita quòd inter templum & altare holocaustorum erat spatium quoddam in quo erat lauatorium. Latitudo illius spatij significatur dicendo, inter templum & altare. [Amen dico vobis, venient hæc omnia.] mala pœnę, debita pro vniuerso iustorum sanguine effuso. [super generationem istam.] Infra quadraginta siquidem annos mala hęc superuenerũt. Quę fuerũt tanta, vt incredibilia videantur: præter obdurationis perseuerantis pœnam, quę est maior omnibus quas passi sunt, & patientur miserijs: vt non immeritò dictum sit venturum super eos omnem sanguinem iustum, &c. [Hierusalem Hierusalem.] stringit sermonem, alloquendo nominatim ciuitatem Hierosolymitanam. Conduplicat autem nomen, exaggerando cõditionem ciuitatis, tot dignitatibus, gratijs & beneficijs donatæ. [Quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt.] Non dicit, occidisti & lapidasti, tanquã perfecerit iam sua crimina. sed occidis & lapidas, perseuerans in criminibus istis. verè enim perseuerauit occidendo Christum, lapidando Stephanum, deinde Iacobum. [Quotiens volui.] voluntate signi: præcipiendo, mouendo, visitando per prophetas, & demum per meipsum. Hæc enim omnia signa sunt congregare volentis. [Cõgregare filios tuos, quemadmodũ gallina cõgregat pullos sub alas.] hoc est congregare non qualitercũque, sed sub protectione mea habiturus vos materno affectu, more gallinæ respectu pullorum. [Et noluisti.] pro, noluistis congregari sub me. Deus licet non habeat nisi vnam voluntatem, & vnum velle quod est substantia eius: velle tamen diuinum relatum ad præcepta, monita, consilia, prohibitiones & similia appellatur à theologis volũtas signi: contra quam volumus quotiens peccamus, nõ obediendo præceptis dei. Et de hoc velle est sermo, quum dicitur, quotiẽs volui, & noluistis. Relatum verò ad illa quæ ab æterno disposuit executioni mãdari, vocatur voluntas beneplaciti. De qua scriptũ est. Omnia quęcũque voluit fecit, & volũtati eius quis resistit, &c. ¶ Aduerte hîc, quòd Iesus dicendo quotiens volui, mõstrat se esse deum, vtpote qui totiens tempore præteritorum propherarum voluit congregare filios Hierusalem. [Ecce.] Demonstrantis est pœnam destructionis. [Relinquetur.] pro, relinquitur. Demonstrat siquidem tanquam præsentem destructionem Hierusalem,

infra

infra quadragesimum annum subsecutam : quum propter breuitatem temporis, tum propter causam destructionis præsentem. nam infra illam hebdomadam crucifixerunt Christum : propter quod meruerunt, quòd relinqueretur ciuitas deserta. [Vobis domus vestra deserta Dico enim vobis, non me videbitis amodo.] Tempus demonstrat non sermonis illius, sed mortis suæ imminẽtis. [Donec dicatis. Benedictus qui venit in nomine domini.] hoc est vsque ad meum aduentum glorioſum, quando conuersi ad veritatem, credentes in me, dicetis, confitendo me verum Messiam: benedictus qui venit, &c.

CAPVT XXIIII.

Egressus Iesus de templo ibat: & accesserũt discipuli eius vt ostenderent ei ædificationes templi.] Quia audierant. Ecce relinquetur domus deserta, monstrare volunt Iesu ædificium templi, prouocaturi ad misericordiam. vel vt clarè intelligant, si desertio hæc erit cum destructione templi. [Ipse autẽ respondens.] pro, Iesus autẽ Superfluit, respondens. [Dixit illis: videtis.] Deest nõne. Legendum est. [Nõne videtis hæc omnia. Amen dico vobis: nõ relinquetur hic lapis super lapidẽ qui nõ destruatur.] Totalis destructio tẽplĩ clarè prædicitur. [Sedente autẽ eo super montẽ Oliueti, accesserũt ad eũ discipuli eius secreto.] pro, seorsum, [dicentes: Dic nobis.] Nota peti tria. [quando hęc erunt.] quæ dixisti de ciuitate & tẽplo. Petũt dici sibi tẽpus desolationis Hierusalẽ & tẽpli. [Et quod signum aduentus tui.] Ecce secũdum, quo petunt scire signũ aduentus Christi ad iudicium. [Et consummationis seculi?] Tertiũ quod petunt sibi dici, est signum consummationis mundi huius. [Et respondens Iesus] ad singula quęsita sigillatim. [Dixit eis: vĩdete.] Inchoat respõdendo ad tertium quęsitum, scilicet, de signo consummationis mundi. Et circa duo monet esse cautos. [Ne quis vos seducat.] Ecce primum, spectans ad partem hominis intellectiuam. [Multi enim venient in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus.] Periculum seductionis explicat ex multitudine Antichristorum: significans ad literam, quòd nõ vnus tãtùm, sed multi Antichristi futuri essent ante consummationẽ mundi. [Et multos seducent.] Non vanè vsurpabunt nomen Christi, sed cum effectu deceptionis multorum : tanto ergo magis videte, ne vos sitis in numero eorum qui seducentur. [Audituri enim estis prælia & opiniones pręliorum.] pro, bella & rumores bellorum, Ordo præposterus sententia enim incipit ibi. [Videte ne turbemini.] Ēt est

secundum

ſecundū cauendum, ſpectans ad partem hominis affectatā nam. Et monet vt ſtudium adhibeant ne turbentur, timore audiendo prælia, quæ committuntur, & rumores prælioꝝ futurorum [Oportet enim.] Deeſt omnia, [hæc fieri.] ex neceſſitate humanorum appetituum. [Sed nondū eſt finis.] hęc nō ſunt ſigna cōſummationis mūdi. [Cōſurget enim gens cōtra gentē, & regnum in regnum.] Ne aliqua pauca prēlia intelligerent, extendit ſermonem ad gentes & regna diuerſa. [Et erunt peſtilentiæ, & fames, & terræmotus per loca.] Malis quę ſibi inuicem homines inferunt, adiungit mala prouenientia non ab homine. vt intelligant, nec etiā iſta mala futura eſſe ſigna conſummationis mundi. Vnde & ſubdit. [Hæc autem omnia.] ſcilicet bellum, fames, peſtis, terrę motus & ſimilia. [Initia ſunt dolorum.] non termini. [Tunc.] inter hęc tempora tot viciſſitudinibus malorū ſubiecta. [Tradent vos.] diſcipulos meos [in tribulationē, & occident vos & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meū.] Non dicit omnibus hominibus, ſed omnibus gentibus. Hoc neſcio adimpletum adhuc: ſed non dubito implendum ¶ Et intendit per hæc Ieſus cumulare rationes vtriuſque monitionis. Prius enim ex cōmunibus, & modò ex proprijs malis futuris, monet ne ſeducantur, ne turbentur. [Et tunc ſcandalizabuntur multi, & inuicem tradent & odio habebunt inuicem.] Auget rationem cauendi, ex multiplici ratione ruinę futurę multis Chriſtianis. Primò, ratio eſt ſcandalum: nam multi quaſi impingent in varias occaſiones peccandi, & prēcipuè in exempla aliorum. Et ſcandalizabuntur. hoc eſt, impingendo cadent. [Et multi pſeudoprophetæ ſurgent, & ſeducent multos.] Superius dixerat multos Antichriſtos: modò adiungit multos pſeudoprophetas. Et eſt ſecunda ratio ruinæ per viam ſeductionis. ſub quibus omnes hæreſum doctores, cum reliquis ſimulata ſanctitate ſeductoribus, cōprehēdi poſſunt. [Et quoniam abundabit iniquitas.] Tertia ratio ruinæ eſt abundantia iniquitatis, tum multitudine ac magnitudine, tum prævalendo afflictiones ac oppreſſiones varias inferendo. Et ſic per viam timoris & laſſitudinis. [Refrigeſcet charitas multorū.] Charitas ſignificat vel amorem ipſum, vel formam amandi, quæ virtus theologalis eſt infuſa. Frigere poteſt charitas, hoc eſt amor erga deum, & erga proximos propter deum: ſed charitas quæ eſt amoris huius forma, nō compatitur ſe frigere, ſi eſt (nam operatur magna ſi eſt) ſed hāc ipſam charitatem frigefieri eſt ipſam deſinere, eſt animum charitatem habentem oppreſſionibus ſeu timoribus ſuccumbere, & charitatem perdere

tem perdere, non ex quibuſque, ſed ex abundanti iniquitate, excellentibus cauſis. Et ſignificatur iſte modus perdendi charitatem per frigere: quia licet infuſa charitas perdatur, acquiſita tamen vſu charitas (quæ eſt ipſe amor) frigeſcit: dum non ex intentione, ſed paſsione deficit ab integro amore dei. reſtat enim animus amans deum, ſed frigide: quia non ex toto corde. [Qui autem perſeuerauerit vſque in finẽ, hic ſaluus erit.] Hęc aduerſatiua particula, mõſtrat frigus charitatis inferre priuationem ſalutis. Et intendit, quòd inter tot mala aliqui ruent ſcandalo, aliqui ſeductione, aliqui victi ab afflictionibus ſeu timoribus: & ſolus perſeuerans vſque in finem vitæ proprię (non ob ſcandala, non ob ſeductiones, non ob paſsiones deſiſtens) erit ſaluus, vt bene videant ne ſeducantur, ne turbentur. [Et prędicabitur hoc euangelium] Hoc eſt vltimũ ſignum conſummationis mundi. [Regni.] ſupple cœlorum. Non eſt euangelium Chriſti euangelium ſeruitutis, pœnarum, tormentorum, aut virtutum abſolute, ſed regni, non terreni, ſed cœlorũ. reliqua enim ad hoc vt regnemus cum Chriſto, bene annũciantur. [In vniuerſo orbe.] nõ in parte. [in teſtimoniũ.] ad teſtimonium perhibendum de regno cœlorum, reuelato & aperto per Ieſum Chriſtũ. [Omnibus.] non aliquibus [Gentibus.] ita quòd ſic prędicabitur in vniuerſo orbe, vt nulla gens exempta relinquatur à teſtificatione regni cælorum per Chriſtũ facta &c. Et intendit per hoc, quòd non ſola fama perueniet ad omnes gentes de euãgelio Chriſti, ſed quòd ſic prędicabitur, vt perueniat ad omnes gentes teſtimonium euãgelicũ: ita vt ſint inexcuſabiles ſi noluerint credere. ¶ [Hanc prędicationem neſcio adimpletam, ſed non dubito adimplendam. AEtate noſtra audimus multas nationes ignotas patribus noſtris, inueniri à nauigatione Hiſpana. nauigatur ſiquidem ſub polo antarctico eleuato ſupra quadraginta gradus. Quod prioribus ſeculis non fuit auditum: quibus ſub æquinoctiali habitatio vix comperta fuit. [Et tunc.] omnibus prædictis adimpletis & non ante. [Veniet conſummatio.] Non dicit conſummatio huius vel illius, ſed abſolute conſummatio: quia de conſummatione mundi huius loquitur, directe concludens reſponſionem ad quæſitum diſcipulorum, dic nobis quod ſignum conſummationis ſeculi. ¶ [Si omnia hęc domini dicta colliges, hauries dominum pinxiſſe tempus vſque ad conſummationem mundi habiturum mala quidem communia præliorum &c. pro initijs æterni mali, non pro ſignis conſummationis: mala verò propria propter nomen eius, pro meritis ęternę ſalutis: & multos

Antichriſtos, multos pſeudo prophetas, multorum ſeductionem, ſcandalum, frigentem charitatem, odium Chriſtianorum pro meritis æterni mali: prædicationem autem euangelij apud omnes gentes, pro ſigno infallibili conſummationis mundi ex diffinitione diuina. Sic vt diſcipuli diſcerent ſigna neceſſario precedentia conſummationem ſeculi: & non ſigna monſtrantia conſummationē mundi quaſi in ianuis, ſeu ad certū tempus poſt ſigna hęc. [Quū ergo.] Quia reſpondet principali quęſito de tempore deſtructionis Hieruſalē & tēpli, ideò nota illationis vtitur, quia non inferuntur dicenda ex dictis: ſed quòd accedit ad reſpondendum ad præcipuē quæſitum, ſcilicet quando hæc erunt? [Videritis.] Multi enī illius ętatis vixerunt vſque ad tēpus deſolationis: & videre potuerunt hęc. [Abominationē deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele propheta.] Danielis 9 ſcribitur. & erit in templo abominatio deſolationis: & vſque ad conſummationē & finem perſeuerabit deſolatio. ¶ Nota prudens lector, q̄ Ieſus afferens hanc Danielis prophetiam, adiunxit, qui legit intelligat: proculdubio ad reddendum nos cautos ne fallamur in ſenſu prophetię huius & conſequenter in verbis ipſius Ieſu. Videbat ſiquidem multos abominationis nomine intelligere aut intellecturos ſimulachrum aliquod futurū in templo: ſicut fuerat tempore Antiochi, vt dicitur 1. Macca 1. quod author illius libri interpretatus eſt idolum deſolationis, applicando propheriam Danielis ad illud. Et præueniens monet, qui legit intelligat. ¶ Nullus melior interpres Luca euangeliſta eſt: qui exercitum Romanorum docuit intelligendum nomine abominationis deſolationis. Et verē ipſa Danielis verba, hoc ſignificant: nam non dicit, erit abominatio in templo: ſed pecificauit abominationem, adiungendo deſolationis. Aeſi aperte diceret: non dico erit abominatio, hoc eſt abominandum ſimulachrum, ſed erit abominatio deſolationis. Significando, quòd non terræ motu, nō diluuio, non cœleſti igne deſolatio templi erit, ſed ex abominabilibus idololatrię vt rei probauit euentus. ¶ Lucam autem euangeliſtam hunc docuiſſe ſenſum, apparet. 21. cap. ex eo quòd eadem verba ſubiuncta hīc & ibi (ſcilicet, tunc qui in Iudæa ſunt fugiant ad montes, & reliqua) monſtrant hæc apud Matthæum verba de abominatione deſolationis, intelligi ad literam de deſtructione Hieruſalem: ac per hoc præcedentia apud Lucam verba (ſcilicet, quum videritis circundari ab exercitu Hieruſalē) explicatiua eſſe verborum Ieſu apud Matthæum, quum videritis abominationem deſolationis. ¶ Et conuincitur quodāmodò hic ſenſus ex ſubiun-

ctis,

ctis, tunc qui in Iudæa sunt fugiant &c. Tempus nanque fugiendi fuit ad literam tempus illius exercitus: & nullum legitur temp⁹ simulachri successisse quo fuerit fugiendū. [Stãtẽ in loco sancto: qui legit intelligat.] Vere stetit in loco sancto Roman⁹ exercitus: qui non cecidit, sed perseuerauit desolãdo & sanctam ciuitatem & sanctum templum. [Tunc] quando appropinquabit ciuitati Hierosolymitanæ hæc abominatio exercitus circa ciuitatem sanctã [qui in Iudæa.] in sorte tribus Iudæ. illa enim pars circa Hierusalem affligetur. [Sunt, fugiant ad montes & qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua.] Non dicit nõ descendat, sed nõ descendat ad tollendum res suas domesticas, sed ad fugiendum dimissis omnibus [Et qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam.] pro, vestimenta, seu palia sua. [Væ autem prægnantibus.] non valentibus fugere propter onus ventris. [Et nutrientibus.] pro, lactantib⁹ quę nequeunt dimittere infantulos suos & expedite fugere. Propterea enim tam prægnantibus quàm lactantibus dixit væ: quia non possunt expedite fugere, sicut in tecto vel agro occupati, qui possunt relinquere res domesticas & vestimenta. [In illis diebus. Orate autem.] Impedimenta rerum monuit relinquenda, impedimenta filiorum compatiendo prædixit: impedimenta temporum oratione tollenda docet. [Vt non fiat fuga vestra in hyeme.] incommoda ad iter fugæ. [Vel sabbato.] in quo non licet iter longum agere. ¶Nec per hoc intelligas peccatum fuisse, si sabbato longum peregissent iter fugiendo (quoniam necessitatis articulus excusasset à peccato toto) sed intellige animos eorum ratione sabbati turbandos. hinc timore ne forte violetur sabbatum, inde causa fugæ impellente. animo enim fluctuante si causa fugiendi sit tanta, vt non sit habenda ratio sabbati, impeditur homo ab expedite fugere. ¶Et dixit tot de fuga, ad significandum quòd sola fuga prouidendum cuique tũc erit. [Erit enim.] Particula hæc non est pars responsionis ad primum quæsitum de tempore desolationis templi, sed est principiũ responsionis ad secundum quæsitum, scilicet quod signum aduentus tui Et cõtinuatur cum dictis ad quæsitum de consummatione seculi. Ita quòd coniunctio, enim, rationem reddit non dictorum circa destructionẽ Hierusalem & templi, sed dictorum circa consummationem mundi ex aduentu glorioso Iesu. Et per modũ interpositionis intelligendus est Matthæus, interponens signa destructionis templi inter ea, quæ sunt consummationis seculi, & ea quæ sunt aduentus Iesu glorioſi: vt finita interpositione continuet

tinet enim. ¶Hanc ſiquidem particulam non tractare de tribulatione Hieruſalem, apparet tum ex eo quòd non conſtat tribulationem Hieruſalem fuiſſe maiorem omnibus præteritis ab initio mundi: vel rectius loquendo fuiſſe talem, qualis non fuit ab initio mundi &c. textus enim non dicit quanta non fuit, ſed qualis non fuit. ¶Tum ex eo, quòd non conſtat nullam poſt futuram talem. Sed hic eſt ſcrupulus: quia interpres Latinus tranſtulit, neque fiet: Græcus autem textus habet neque fiat, ita quòd optatiue dicitur per modum abominantis, neque fiat deinceps talis tribulatio & ſic in idē redit qualitas. De tribulatione itaque futura tēpore Antichriſti eſt ſermo. credimus enim illam futuram maiorem in quantitate & qualitate, quàm fuerit Hieroſolymitana. ¶Tū præcipuè quia textus clare loquitur de ſalute omnis carnis, & non alicuius carnis. ſ. exiſtentis in Hieruſalem. Et hęc ratio meum cogit intellectū. ¶Tū quia textus dicit breuiandos dies illos propter electos ſimpliciter & abſolutè. & non dicit propter electos hos vel illos: aut in tali loco, puta in Hieruſalem. Tum quia inferius nulla alia tribulatione deſcripta ſubiungitur, ſtatim autem poſt tribulationem illorū dierū ſol obſcurabitur, cum reliquis clarè ſpectantibus ad aduentum Chriſti glorioſum. vt intelligamus tribulationem, quę hîc deſcribitur eſſe illam, poſt quam ſtatim ſol obſcurabitur &c. Ex his itaque apparet particulam hanc ad literam tractare de tribulatione futura ante aduentum Chriſti ad iudicium: & Matthęū tacuiſſe, quam Lucas explicauit tribulationem Hieruſalem magnā. [Tunc.] inter ſigna aduentus mei. [Tribulatio magna, qualis nō fuit ab initio mūdi vſque modo.] Non dicit quāta nō fuit: quia tāta, immo maior fuit in diluuio vniuerſali. [Neque fiet.] pro, fiat futuro tempore. [Et niſi breuiati.] numero. [fuiſſent dies illi, nō fierent.] pro, eſſet. ſeu fuiſſet. [ſalua] à morte corporis. [omnis caro.] humana omnis homo. Iuxta moré ſcripturę, omnis caro fœnū & rurſus, videbit omnis caro ſalutare dei. Dicē do omnis caro, ipſis nominibus ſignificat, ꝙ de ſalute corporis loquitur · & quòd de periculo cōmuni hominibus bonis & malis loquitur. Nam ſi de ſalute animę eſſet ſermo, non periclitaretur omnis caro, quanuis multitudo malorū ſit magna valde. ¶Vnde etiam apparet, quòd tribulatio hęc nō erit ab hominibus. nā ſi ab hominibus iniquis inferretur, nō periclitaretur ex illius duratione omnis caro. Ex eo igitur, quòd niſi trūcati fuiſſent quo ad numerum dies illi, non ſeruata eſſet omnis caro (hoc eſt nulla caro ſeruata eſſet) apparet quód diuinum erit flagellum ac vniuerſale

illa

illa futura tunc tribulatio. ¶ Et hinc habes: quòd non oporter restringere omnem carnem ad hominem quia nihil prohibet intelligi absolute vt sonat litera omnem carnem. vt significetur plaga communis etiã omnibus animalibus [Sed propter electos breuiabũtur dies illi.] Benignus deus mauult erga promiscuam multitudinem propter electos clementia vti, quàm solos electos à plaga illa seruare: quod facillimè posset. [Tũc si quis vobis dixerit.] Prędicta tanta talique tribulatione vniuersali ante suũ aduentum, prædicit modo modũ aduentus sui penes differentiã occulte, vel manifeste quantum ad locum. Et prius excludit incertitudinem loci. [Ecce hic] in hoc loco [est Christus, aut illic, nolite credere, Surgent enim Pseudochristi & pseudoprophetę, & dabunt signa magna & prodigia.] quæ diabolica potestate fieri possunt. Quæ secũdum veritatem non excedunt facultatem naturalium agentium, nisi pro quanto dæmon & mouere potest aliqua, quæ naturalia agentia non mouent, vel ad mixtionem vel ad locũ. & celerius agere, aut ad cõtraria statim, aut applicando, ad effectus ad quos natura nunquàm applicaret, & huiusmodi. Et propterea apparebũt mirabilia, & existimabuntur vera miracula. Facile enim est tantæ multitudini dæmonum liberæ in suo posse (quod modò ligatum est) sanare ægros etiã quos incurabiles appellamus quasi subito, & curare vulnera incurabilia à nobis quasi subito mouendo quæ intus sunt in corpore & vtendo intus secretis viribus naturalium corporum, tanquam atomorum, quæ non percipimus & sic de similibus. [Ita vt in errorem inducantur, si fieri potest.] seu possit· [etiam electi.] Recole conditionalem esse veram tam antecedẽte quàm consequente existente impossibili: vt si leo volat habet alas. Vnde cum hoc quòd non potest fieri vt electi ducantur in errorem, verissime dicitur, si fieri posset ducerentur in errorem electi. Dixit enim hoc ad significãdum magnitudinem fallacię comitantis magna signa & prodigia, quæ tunc fient. non ab vno, sed à multis pseudochristis & pseudoprophetis. [Ecce prædixi vobis, Si ergo dixerint vobis: ecce in deserto est, nolite exire.] Quod in genere dixerat, ecce hic aut illic, mõ in specie dicit in deserto, loco remoto à communi habitatione: vt Ioannes Baptista. [Ecce in penetralibus.] loco secreto seu occulto. [Nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriẽte, & paret.] pro apparet, [vsque in occidentem, ita erit aduentus filij hominis.] Exclusis locis incertis, declarat locum manifestum: prædicendo aduentum fore manifestum ab oriente in occidentem, in aere coram omnibus, ad similitudi-

litudinem fulguris coruſcãtis à parte orientali in partem occidẽtalem. ¶Suſpicor ego minus bene interpretatum hunc textum, & debere legi, ſicut enim fulgor. Ita quòd ſimilitudo affertur de fulgore ſolis apparente mane ab oriente in occidentem: & non de fulgure. nuſquam enim fulgur apparuit extenſum ab oriente in occidentem, ſed per modicum aëris ſpatium coruſcans deſinit. vt ad ſenſum videmus. [Vbicunque enim fuerit corpus.] pro, cadauer, [illuc congregabuntur & aquilę.] Ne putares aduentum eius in aëre eſſe phantaſma aliquod, adiungere curauit quòd ad ſe in aëre conuenient ſancti homines velut aquilæ conuolant ad cadauer comedendum. ¶Ex qua ſimilitudine duo intelligimus quæ ad literã erunt vera. Alterum eſt, quòd ſancti concurrent ad Chriſtum, non ambulando ſuper terram, ſed velut volando in aëre: quia vt dicitur 1. ad Theſſalonicẽ. 2 nos qui viuimus in aduentu domini, rapiemur obuiam Chriſto in aëra. Alterum eſt, quòd auidi velut ad olfactum cibum congregabuntur ad Chriſtum qui ſolus præſtat quicquid cibo & potu haberi poteſt. [Statim autem poſt tribulationem dierum illorum:] Redit ad ſigna præcedentia aduentum ſuum. Vbi clarè videre potes tribulationem dierum illorum nõ aliam repeti quàm paulò ſuperius deſcriptam, & niſi breuiati eſſẽt dies illi, & cætera. [Sol obſcurabitur.] Non intelligo per interpoſitionem lunę vt conſueuit, ſed miraculoſa obſcuratione. [Et luna non dabit lumen ſuum.] Hinc ſignificatur, quòd luna habens lumen ſuum non dabit illud. vt intelligamus, quòd non loquitur de eclypſi, ſed de miraculo: quia in eclypſi luna priuatur lumine, luna non habet lumen: hîc autem non dicitur luna non habebit, ſed non dabit lumen ſuum. [Et ſtellæ cadent de cælo.] Contextus cum ſole & luna, cogit ad intelligendum de veris ſtellis quæ ſunt in cœlo: ſed caſum earum intelligo eſſe caſum à lucendo. ita quòd ſicut ſol obſcurabitur, & luna non illuminabit, ita & ſtellæ non lucebũt nobis. Et hoc metaphoricè vocatur cadere de cœlo. ex eo enim quòd ſemotis nubibus ſtellæ non videbuntur, videbuntur nõ eſſe amplius in cœlo. quod eſt ſecundum fulgere ſuum cadere de cœlo, [Et virtutes cœlorum mouebuntur.] Per virtutes cœlorum intelligo vires ſeu poteſtates corporum cœleſtium: quia non dicitur virtutes, ſed virtutes cœlorum. Mutabuntur enim potentiæ actiuæ cœleſtium corporum à ſolitis actionibus. hoc ſiquidem cognatum eſt mutationibus dictis circa ſolem, lunam & ſtellas, quæ à ſolitis actionibus impedientur. [Et tunc apparebit.] pro, parebit, ſignum filij hominis in cœlo.] Teſtatur eccleſia

obſta ſignum crucis eſſe ſignum filij hominis, cantando, hoc ſignū crucis erit in cœlo, quū dominus ad iudicandū venerit. Teſtatur idē vniuerſa religio Chriſtiana: vtens ſigno crucis in omnibus tanquam ſigno proprio, IESV CHRISTI. Et aptè vexillum crucis præcedet Ieſum in humana natura venientem. tanquam in quo vicit mundum & diabolum, moriendo, &c. [Et tūc plangent omnes tribus terræ.] Non pœnitendo nec timendo, ſed triſtes reddiri. quia certi iam ſunt expectantes propriam damnationem tunc. [Et videbunt filium hominis venientem in nubib⁹ cœli.] Non occultantibus ipſum, ſed velut obſequium præbentibus [Cum virtute,] pro, poteſtate, [multa, & maieſtate,] pro, gloria [Et mittet angelos ſuos.] Si ordo actionum erit ſecundùm ordinem hunc, ſcilicet quod filius hominis veniens cum gloria, mittet angelos ſuos ad congregandum electos, non parum durabit ſolemnitas CHRISTI apparentis glorioſe mundo, in aëre. [Cum tuba & voce magna.] pro, in tuba vocis magnæ Vel in tubę voce magna. Ita quòd non ſignificantur duo ſoni, alter tubæ & alter vocis, ſed vnicus vel vocis magnæ quaſi tubæ, vel tubæ magnę vocis ¶ Exodi decimonono, & vicęſimo ſcribitur, quòd deſcēdente deo in montem Sinai, clangor buccinę vehementer perſtrepebat, & ſonitus buccinæ paulatim creſcebat in maius, & audiebaī ab omni populo. Multò ergo magis adueniēte corporaliter Chriſto homine ad homines vniuerſos, qui ſunt, erunt & qui fuerunt, interueniet ſenſibilis ſonus ſimilis ſono tubæ: non perſtrepentis, vt olim ad terrorem, ſed velut vocantis, vel interueniet formata ac dearticulata vox ſenſibilis magna quaſi tubæ. Primum tamen apparet verius, ex eo quod non ſubditur quid dicet illa vox. nam ſi vox ſignificaretur, explicandum fuiſſet quid diceret. Sed ſi ſignificatur tuba vocans, non oportet aliud apponere: quoniam clare intelligitur tuba vocans ad congregationem electorum. [Et congregabunt electos eius à quatuor ventis.] Nominat quatuor mundi partes, orientem & occidentem, ſeptentrionalem & auſtralem, à quatuor principalibus ventis comprehendens in illis medios [A ſummis cœlorum vſque ad terminos] pro, ſumma eorū. Ita quod textus eſt, à ſummis cœlorum vſque ad ſumma cœlorum· ſeu ab extremis vſque ad extrema. Significātur enim per hęc, ambo hemiſphæria, quorum neutrum eſt altero ſuperius aut inferius, ſed ambo ſumma, ambo ſuprema, ābo extrema Et intēdit per hoc explicare qđ cōgregabūtur electi non ſolū ab hac ſupficie orbis terrarū, quā inhabitamus, ſed etiā ab extremis vſq3 ad extremā cœlo-

rum ad comprehendendum loca omnia vbicunque possunt inueniri animæ seu corpora electorum: multi siquidem electi, secundū animam sunt in cœlis: multi tunc anima & corpore erunt in terra viuentes: multorum animæ fortè in purgatorijs locis: multorum corpora sub aquis, multorum sub terra, & cętera cœli enim ipsi & omnia intermedia comprehendūtur hac extensione, a summis cœlorum vsque ad summa cœlorum. ¶Ita quod vbi priùs omnia loca descripserat à quatuor ventis, ne intelligeres loca tantùm subiecta ventis, declarauit intelligenda esse omnia loca tam cœlestia quàm quæ infra cœlos inueniuntur, adiungendo à summis cœlorum vsque ad summa cœlorum. [Ab arbore fici discite parabolam.] pro, similitudinem. [Quum iam ramus eius tener fuerit & folia nata, scitis quia prope est æstas.] Prędictis signis & modo aduentus sui, declarat relationem signorum ad aduentum, tam secundum rem quàm secundum effectum in hominib⁹. Et relationem signorum præuenientem aduentum suum glorioſum secundùm rem, declarat esse sicut gemmantium arborum fici & similiū ad æstatem: hoc est, relationem propinquitatis. hanc enim relationem clare explicat textus. [Ita & vos quum videritis hęc fieri, scitote, quia propè est in ianuis.] subaudi regnum dei, seu aduęctum CHRISTI glorioſum. [Amen dico vobis, quia non prętereibit generatio hæc.] Tum electorum, tum hominum. Prętereiret siquidem generati o electorum ante ista signa, si completo numero electorum adhuc differrentur signa, adhuc differretur aduent⁹ Christi remanente generatione reproborū sola. Rursus prętereiret hæc vnica hominum generatio inchoata à tempore diluuij, si completo numero hominum generationis huius differrentur hæc omnia, instituta alia generatione post conflagrationem orbis: vt tempore Noę inchoauit alia generatio post diluuium aquęum, vt possent hęretici fingere. Absoluit, itaque nos à timore dilationis aduentus sui vltra completum numerum electorum secundum generationem istam, tam in esse naturæ, quàm in esse gratiæ per euangelium & baptismum. Et opportunè adiecit hoc: ne vagaremur per multas æstates, & redeuntes singulis annis gemmantes arbores. [Donec omnia.] Deest, hęc. [fiāt.] Et demonstratur per pronomen, hęc, ram signa præcedentia quàm simultanea, & aduentus ipse glorioſus. [Cœlum & terra transibunt.] Non secundùm substantiam, sed secundùm statum. nam à statu motus, generationis & huiusmodi, transibunt ad statum quietis & glorię. [Verba.] Non secundum vocalem prolationem, qua irreuocabile verbum

desinit

desinit prolatum, sed secundum res dictas. [Autem mea nō præteribunt] sed perpetua immutabilitate perseuerabunt. Hic sensus directè, & è regione respondet ad cœlum & terra transibunt, considerando res ipsas. Et addidit hoc ne relinqueret locum suspicandi quod regnum suum glorioſum ad quod tunc congregabit electos, alicui mutabilitati subiectum foret. ¶ Possunt & alterum gignere sensum secundum similitudinem proportionalem, & significare quòd cœlum & terra transibunt à statu suo: verba autem mea non transibunt à statu seu proportionaliter. Status enim verborum prædicentiū futura, & veracitas: & transirent seu præterirent si veracitatem perderent, si non adimplerentur vt significant. Et addidit hoc ad declarandum, quòd omnino & infallibiliter fient & erunt hæc omnia vt dicit. ¶ Et hic est sensus literalis: tum quia transitus verborum prædicentium futura est hic: tum quia promissorio sermoni magis quadrat immobilis veracitas verborum. [De die autē illa & hora nemo scit.] Dixerat signa præcedentia suum aduentum, præmonstrare illum proximum sicut arbores emittentes frondes monstrant propinquam æstatem. ne autem errares intelligendo hanc similitudinem, non solùm quantum ad propinquitatem, sed etiam quātum ad certitudinem temporis & intelligeres quod sicut à tempore quo arbores gemmant & frondescunt vsque ad æstatem scitur spatium temporis determinati, puta trium mensium, ita ab istis signis vsque ad diem aduentus Christi sciri posset certum tempus, ideo hanc opinionem excludit. [Neq; angeli cælorū.] Notitia naturali. [Nisi pater meus solus.] Ex Marco clare apparet, quòd dictio exclusiua in hoc textu excludit à filio, non secundum diuinitatem, sed secundum humanitatem. Et est sermo de notitia naturali. Solus enim deus nouit ex sua naturali notitia tempora, & momenta quæ posuit in sua potestate. nullus siquidem naturali notitia nouit consiliū dei, nisi spiritus dei. ¶ Cum hac tamen veritate stat, quòd Iesus etiam secundum quòd homo sciat notitia supernaturali diem illum. Nec est dubitandum quòd sciat illum & sciuerit illum ab instanti quo conceptus est materno vtero: quoniam fuit perfectè beatus secundum partem superiorem animæ, & vidit in diuina essentia omnia singula quæ sunt, erunt & fuerunt. An etiam aliquibus superioribus angelis hæc notitia communicata sit, nescimus: hoc certum est, quòd naturali notitia nesciunt diem illum. [Sicut autem in diebus.] pro, dies, [Noe.] Et est dies nominatiuus pluralis. [Ita erit & aduentus filij hominis. Sicut enim erāt in dieb' ante diluuiū comedentes

dentes & bibentes,nubentes.]pro,ducẽtes [vxores,& nuptui tradentes vsque ad eum diem quo intrauit Noe in arcam] Declarat quem fructum facient præuisa signa declarando quod non facient communiter fructum,sed erit tunc sicut fuit in diebus Noe: tum quo ad officia comedendo, bibendo,nubendo & alia huiusmodi faciendo tum quo ad impœnitentiam [Et non cognouerũt donec venit diluuiũ & tulit omnes:ita erit & aduentus filij hominis]in hoc consistit tota vis:quia sicut tũc nõ cognouerũt,quãuis Noe pararet arcã pro diluuio,ita non cognoscet mũdus aduẽtum Christi imminentẽ ,quantis signa præcedentia viderint. Culpa itaq; nolentium credere signis insinuatur. [Tunc duo erunt in agro vnus assumetur.] pro,assumitur,[& vnus relinquetur.]pro, relinquitur [Duę molentes in mola:vna assumetur]pro,assumit, [& vna relinquetur.]pro,relinquitur.[Duo in lecto vnus assumetur,& alter relinquetur.] Superfluit,duo in lecto.vnus assumetur, & alter relinquetur. In his duabus combinationibus significatur gratia diuinæ electionis futuræ tempore aduentus Christi,cũ multis mysterijs Gratia siquidem diuinę electionis exprimitur,in hoc quòd vtriusque cõbinationis alter eligitur ad regnum Christi alter relinquitur sibiipsi ¶[Mysteria autem sunt multavalde Neutra combinatio meminit bonorum aut malorum , sed indifferentiam moraliter. vt non meritis electio,nec demeritis relictio sed gratiæ diuinæ que libertati totum ascribatur.Diuersæ conditionis homines significantur(& molentes,artificialibus operibus vacantes, & agrum colentes,rustici omnes) vt non paucos ex vna familia vt tẽpore Noe,saluandos intelligas,sed multos ex diuerso hominũ genere. Vtriusque sexus meminit vt hinc intelligamus fœmineum sexum in regno Christi mansurum. Ideo enim duarum molentium vnam assumendam describit. [Vigilate ergo : quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit]Dixerat de die autem illa & hora,& cætera. & prosecutus est ea quæ spectant ad incertitudinem diei modò prosequitur spectãtia ad incertitudinem horæ. [Illud autẽ scitote quoniã si sciret paterfamilias qua hora fur veniurus esset,vigilaret vtique & nõ sineret perfodi domũ suã.] pro quòd si sciuisset paterfamiliâs qua hora fur venturus fuisset,vigilasset vtique,& nõ sciuisset,& cætera. Adiungit parabolam de patrefamiliâs ¶[ed quorsum hæc parabola?videtur enim dissonare proposito.nam excusatoria apparet patrisfamiliâs,& consequenter nostri vtpote qui nescimus qua hora filius hominis veniet Respondetur quòd parabola hæc affertur ad manifestandum duo.s.

pericu-

periculum noſtrum ex ignota hora, & neceſſitatem continuę vigiliæ. Periculum quidem, quia ſi ſciremus horam, vigilaremus illa hora ſicut paterfamiliâs ſi ſciuiſſet horam, & cætera non incurriſſet damnum. Neceſſitas proinde continuæ vigiliæ, neceſſaria illatione concluditur dicendo: [Ideo & vos eſtote parati.] Non infert, vigilate continuè (ne intolerabile quid præcipere videatur) ſed eſtote parati ad ſignificandum cõtinuam vigilantiam fore, eſſe paratum. [Quia neſcitis.] pro, non putaris. Et legendum eſt. [Quia qua hora non putatis, filius hominis venturus eſt. Quiſ puras.] Præcedenti ſimilitudine omnes ad vigilandum continuè, monuit iſta monet prælatos in ſpecie. Vnde & deſcribit prælati conditiones Et quia rari ſunt tales: ideo inchoat dicendo, quiſputas? ſignificando raritatem talis eſt. [Eſt fidelis.] Ecce vna conditio fides, veracitas vt non fallat. [ſeruus.] Alia conditio ſubiectio ad dominum ſuum: vt non recalcitret, non eleuetur, & cæte. [Et prudens] Tertia conditio vt non fallatur, &cæ [Quem conſtituit dominus.] Quarta conditio non aſſumat ſibiipſi gradum honoris, ſed conſtitutus ſit à domino [Super.] Ecce gradus. [Familiam ſuam.] domini, non ſerui prælati: vt charorum domino, famulorum curam commiſſam intelligamus [Vt det.] Ecce officium, ecce finis prælati. [Illis] non ſibiipſi. [cibum] cuique neceſſarium, non flagellum. [In tempore iuxta diuerſitatem temporum (æſtatis & hyemis, veſpere & mane) quantum ad parabolam. Sed quantum ad intentum ſenſum, dare cibum illis in tempore, eſt paſcere animas temporibus, quibus oportet: vt nullo vnquam tempore quando opus eſt, omittat prælatus dare cibum indigentibus animabus. [Beatus ille ſeruus.] Explicat beatitudinem talis prælati: vt magnitudinem meriti apud deum intelligamus [Quem quum venerit dominus eius, inuenerit ſic facie-ẽ] Nõ dicit, inuenerit vigilãtem (quod cõmune debet eſſe omnibus) ſed ſic, cũ ſeruitute fide prudentia dantem illis cibum in tempore, perſeuerãdo vſquequo venerit dominus, quãtũcunque ex iprouiſo, quãtumcuque tardet. [Amen dico vobis, qm̃ ſuper omnia bona ſua cõſtituet eũ.] Ecce ſpecialis gradus beatitudinis reſpõdens officio: vt qui ſuper diſpenſando cibo familiæ bene ſe geſſit, conſtituatur ſuper omnes res quaſcunque habet dominus Non dicit, ſuper omnes ſuos, ſed ſuper omnes res ſuas, vt intelligas non hyperbolicè, ſed dictũ & illud promitti quòd multis poteſt conferri ſimul, qbus vna omnino eſt voluntas immutabilis [Si autẽ dixerit, malꝰ ille ſeruꝰ in corde ſuo.] Vitia malorũ prælatorum ſubdũtur.

[Moram

[Moram facit dominus meus venire.]Ratio peccandi tarditas diuini iudicij assignatur. Et verè æstimatur tardum iudicium, ex eo quòd non nisi post hanc vitam apparet. [Et cœperit] percutere conseruos suos.]Peccata contra proximos,hoc vno comprehenduntur [Manducet autem & bibat cum ebriosis.] Peccata contra seipsum in temperate viuendo,per hoc describuntur.[Veniet dominus serui illius in die qua non sperat] pro,expectat,[& hora qua ignorat::& diuidet.]pro, dissecabit.id est,in partes duas secabit.[Eum.]Significauit mortem per diuisionem seu sectionem,ad differentiam mortis hominum à morte aliorum animaliũ. Mors enim hominum est separatio partium remanentium, spiritus scili cet immortalis & materiæ: mors verò aliorum est etiam animę extinctio.¶Et hinc apparet,quòd transtulit sermonem Iesus ab aduentu suo ad iudicium vniuersale,ad aduentum spiritualiter quotidie per iudicium singulare in morte cuiuslibet. tum quia eiusdẽ sunt rationis quantum ad incertitudinem diei & horæ, & quantũ ad periculum nostrum: tum quia qualis in hoc singulari iudicio quisque iudicabitur,talis in vniuersali iudicio comparebit. [Partemq3 eius.]Cogita ea quæ in mũdo sunt diuidi,& vnicuique portionẽ sibi debitam dari. & intelliges partem mali prælati definitã esse in quod in æternum habebit supplicium. [Ponet cum hypocritis.]Ideo cum hypocrytis mali prælati deputantur:quia verè hipocritæ sunt, statum profitentes sanctum, & facta exercentes iniqua.dum prætextu sancti status velari impunitate saltem voluntiniquitates suas.[Illis erit fletus & stridor dentium.]Pœna inferni describitur,superius exposita.

CAPVT XXV.

TVnc.]tempore aduentus ad iudicium vniuersale, & etiam ad iudicia singularia vtriusque enim iam meminit. [Simile erit regnum cœlorum.]hoc hîc inchoatur, & in futuro statu consummatur. [Decem virginibus.] Decem virgines, vniuersi fide integra Christi fideles sunt.[Quę accipientes lampades suas] sua studia exteriorum operum bonorum ex suo genere:vt ieiunare,eleemosynas facere,audire missas,& similia.[Exierunt obuiã sponso & spõsę.]In textu Græco non habetur,& sponsæ. Professio cõnatus ad eũdem in cœlestem patriam,significatur per ire obuiam sponso Iesu Christo. ¶Vnde habes,quòd parabola ista ad literam tractat, nõ de omnibus Christianis(nam multorum extrinseca opera manifestè sunt mala)sed de illis tantùm,qui profitẽtur se studere factis ad

etis ad continuum progreſſum verſus patriam cœleſtem: horum enim lampades exteriorum operum, lucentes apparent. ¶Et ideò deſcribuntur euntes obuiam, non iudici, ſed ſponſo: ad ſignificãdũ quòd vniuerſi iſti profitétur ſe ex amore procedere ad Ieſum, tanquam ad amicè & honorabiliter ſuſcipiendum ſpõſum. [Quinque autem ex eis erant fatuę, & quinquè prudentes.] Terribilis ſententia: qua media tantùm pars fidelium, quorum lucens tam bona opera, quàm ſtudia ad obuiandum ſponſo prudens ac per hoc ſaluãda deſcribitur. [Sed quinque fatuę.] Vera inter iſtas differentia comprobatur: quia prudentes prouiderunt de medijs opportunis ad finem: fatuæ autem (& hinc fatuæ) non curauerũt prouidere de neceſſarijs medijs ad finem. [Acceptis lampadibus, non ſumpſerunt oleũ ſecum.] hoc eſt, ſumpſerunt oleum in lãpadibus tantùm, & non ſumpſerunt oleũ ſecum: hoc eſt, in vaſis ſuis vltra illud quod erat in lampadibus. prudentes autem vltra oleum in lampadibus, acceperunt in vaſis ſuis. Iſtæ enim cogitauerunt id quod euenit ſcilicet quòd oleum lampadum non ſufficeret. illæ autem confiſæ ſunt in oleum lampadum tanquam ſufficiens. Et ſignificatur per oleum teſtimonium bonitatis ſeu charitatis. In hoc differunt operantes bona opera, quòd aliqui habent teſtimonium ſuæ bonitatis foris tantùm in ipſis operibus bonis. intus enim non ſentiunt ſe diligere deum in toto corde, ſe pœnitere peccatorum, quia ſunt offenſæ dei, ſe diligere proximum propter deum. Alij autem operantur ſic bona, vt & ipſa opera lucentia teſtimonium foris reddant boni animi, & intus in conſcientia propria ipſe ſpirituſſanctus teſtificetur ſpiritui eorum quòd filij dei ſunt. ſentiunt enim in corde toto ſe diligere deum, pœnitere propter deum, diligere proximum & ſeipſum propter deum: & breuiter deum eſſe ſibi rationem amandi, ſperandi, timendi, gaudendi, triſtandi, & breuiter operandi intus & extra. hoc eſt enim oleũ in vaſis proprijs. [Prudentes verò acceperunt oleum in vaſis ſuis cũ lampadibus. Moram autem faciente ſponſo.] Mora ſponſi totũ tempus vitę huius eſt cõceſſum ad progreſſum & pœnitentiã. [Dormitauerunt omnes, & dormierunt.] Hinc apparet, quòd nõ ſponte dormierunt, ſed dormitando incurrerunt dormitionem expectantes ſponſum. ¶Significantur enim per hoc duo. Alterum eſt, quòd in hac vita inter hæc bona opera obrepunt multæ paſſiones & incurruntur multæ negligentiæ, & vniuerſaliter peccata infirmitatis humanæ: quæ per dormitationem & dormitionem ſignificantur, tanquam quodammodò inuoluntaria. Alterum eſt,

quòd

quòd per hęc peccata non eſt mutatus ſtatus expectantibus: quia talia ſunt, quòd non mutant ſtatum non enim ſunt peccata mortalia in eodem nanque ſtatu ſunt ſurgentes à ſomno, in quo erant quùm incœperũt dormire [Media autem nocte.] quando minus creditur, quando quietis tempus putatur. [Clamor] vel ſignum nuncians iudicium vniuerſale, vel ægritudo, vel caſus mortalis in iudicijs particularibus [Factus eſt: Ecce ſponſus] Ieſus Chriſtus. [Venit] ad iudicium vniuerſale vel particulare [Exite] de corpore, vel de mundo hoc [Obuiam ei.] amice ac honorabiliter ſuſcipite illum. [Tunc ſurrexerunt.] à ſomno negligentiarum conſiderando ſeipſas. [Omnes virgines illæ & ornauerunt lampades ſuas.] diſpoſuerunt opera ſua bona, præſentanda diuino occurſui tanquam meritoria. [Fatuæ autem ſapientibus dixerunt. Date nobis de oleo veſtro, quia lampades noſtrę extinguntur] Quantum ad parabolam in lampadibus vſque ad mediam noctem accenſis conſumptum eſt oleum, quod in eis erat. & propterea fatuæ non habentes reconditum in vaſis ſuis oleum, dicunt ꝙ lampades noſtræ extinguntur, & petunt oleum à prudentibus: & ille reſpondẽt rationabiliter, &c. ¶ Quantum verò ad intentum ſenſum: audito aduentu iudicis, illi qui internum non habent teſtimonium ſuæ bonitatis, ſed extra tantùm (quia ſcilicet bona opera fecerunt) recurrunt ad conſueta ſibi teſtimonia, hoc eſt exteriora cõſiderantes enim in extremo vitæ ſuæ opera propria extingui coram examine ſummi iudicis, recurrunt ad ſanctorum virorũ teſtimonia, nõnne bonus ego fui, ieiunando, eleemoſynas dando, miſſas audiendo, ſingulis annis confitendo & communicando: nõnne ego vixi ſicut alij reputati boni? & ſimilia. Et iſte recurſus, ſiue fiat diſcurrendo ſecum, ſiue alloquendo ad literam viros ſanctos, ſeu cõferendo cum alijs, parui refert. [Reſponderunt:] Deeſt autẽ, [prudentes dicẽtes, Ne forte.] pro, nequãdo, [nõ ſufficiat nobis & vobis.] Nullus eſt in hac vita, qui ſufficiens teſtimonium dare poſsit alienę bonitatis & propterea viri ſancti reſpondent, quòd teſtimonium proprium vix ſufficit ſibiipſis, & propterea negant teſtificari. [Ite potius] Conſilium ſanctorum, quod in extremo datur pœnitentibus, quando iam clamor factus eſt, ecce ſponſus venit, eſt vt prouideant ſibi de oleo, eundo ad emendum. [Ad vendẽtes.] doctores confeſſoreſque, qui non poſſunt donare, ſed vendere oleum teſtimonij. nam quaſi vendere eſt exigere veram pœnitentiam pro precio olei. [Et emite vobis] precium veræ pœnitentiæ internæ, amoris interni appendite. [Dum autem irent

emere]

emere] Velleitas verę charitatis, ſeu veræ pœnitentiæ ſignificatur, potius quàm vera voluntas [Venit ſponſus.] Hinc apparet quòd omnia geſta & dicta hactenus in hac parabola, ſpectant ad præſentem vitam, nam aduentus ſpiritualis ſponſi eſt in morte ſingulorum: aduentus autem corporalis ad iudicium, erit completo tempore pœnitendi Ita quòd tempus aduentus illius erit, ſicut mors quantum ad terminum viæ. nam ſi viui tunc poſſent pœnitere, omnes verè ad pœnitentiam redirent. [Et quæ paratæ erãt, intrauerunt cum eo ad nuptias.] cœleſtis patriæ [Et clauſa eſt ianua.] Clauſura ianuæ, definitio eſt negandæ gratiæ ¶Mirum apparet, q̃ exiſtentibus adhuc in hac vita virginibus claudatur ianua cœleſtis regni, firmetur negatio ingreſſus: vbi eſt il a promiſſio, In quacunque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatũ eius non recordabor. Sed ceſſat admiratio, intelligendo quòd clauſio ianuæ non eſt negatio veniæ pœnitentibus in veritate ſed eſt negatio gratuiti auxilij diuini ad verè pœnitendum: quia etiã hac animaduerſione inquit Auguſtinus, percutitur peccator vt moriens obliuiſcatur ſui, qui dum viueret, oblitus eſt creatoris ſui Fũdatúrque hoc in dictis Apoſtoli ad Hebræos. 12. monentis ab exemplo Eſau, Scitote quoniam poſtea non inuenit locum pœnitentiæ, quanquam cum lachrymis quæſiuiſſet illam. ¶Quando autem & cum quibus deus vtatur hac iuſtitia, neſcitur. Hoc vnum hinc habetur, quòd pœnitentia dilata vſque ad extremum, quum auditur, ecce ſponſus venit, non eſt ſecura: imò deſcribitur non vera pœnitentia. ¶At ſi obieceris non eſſe in textu iſto ſermonem de pœnitentia aduerte quòd ad rem loquor. nam ſi ſecundum textum iſtum homini ſulto bonis operibus exterioribus nõ datur locus inueniendi oleum internum, multo minus dabitur homini carenti oleo intus & extra. ¶Noli tamen ſpem veniæ cuicunque & quandocunque negare: memor quòd latro iam in cruce audierat, ecce non ſponſus, ſed iudex venit (vtpote in extremis conſtitutus) & tamen dicendo: Memento mei domine, &c. veniam pleniſsimam conſecutus eſt. [Nouiſsimè] pro, deinde: ſeu poſtea [vero veniũt & reliquę virgines.] Clauſa ianua veniunt adhuc in vita hac exiſtẽtes reliquę virgines. Nõ dicit, quòd veniunt cum oleo in vaſis ſuis: quia cum oleo in lampadibus tantùm veniunt, cum ſolis bonis operibus exterioribus quę coram deo extinguntur, coram hominibus lucent. [Dicentes Domine domine, aperi nobis.] Adorãt ac ſupplicãt (ſed abſque interpo ſpiritusſancti oleo) pro ingreſſu ad cœleſtes nuptias. [At

ille reſpon-

ille reſpõdens ait, Amẽ dico vobis, neſcio vos.] notitia amicitiæ: quæ enim non eſt amicitia, non poteſt ſciri. [Vigilate itaque, quia neſcitis diẽ neq; horã.] Concluſio parabolę, quare ideo quinque virgines excluſæ ſunt: quia hora qua venit ſponſus, nõ erant paratæ. & ideo quinque admiſſæ, quia hora aduentus ſponſi erant paratæ. Oportet ergo ſemper eſſe paratos, ex quo neſcimus quando veniet. ¶ Vbi ſcito in Græcis codicibus adiungi. [In qua filius hominis veniet.] Quod in Latinis non habetur, ſed ſubintelligitur. [Sicut enim homo.] Præcedẽs parabola diſcreuit inter iuſtos apud nos: hęc parabola diſcernit inter vtiles & inutiles Chriſto. [Peregrè proficiſcens] Saluator noſter ſuam carnem cœlo inferens, ad peregrina loca iuit: quia carnis locus eſt, nõ cœlum, ſed terra. [Vocauit] per fidem. Seruos ſuos: & tradidit illis bona ſua] res ſuas ad negociãdum. Dona ſiquidẽ omnia dedit, non ad habẽdum aut fruendum hîc, ſed negociandum. [Et vni.] Per tres iſtos intendit omnes comprendere, ternario perfectionis numero. [Dedit quinque talenta, alij autem duo, alij vero vnum] Per talenta quinque, duo & vnum, diſparitatem omnem donorum comprehendit. ſimiliter ternario numero diſparitatis donorum. [Vnicuique ſecũdum propriam virtutẽ] pro, facultatem. Ratio diſparis doni redditur diſparitas virtũ. vnicuiq; enim dedit ſecundum proprias vires: hoc eſt proportionaliter ad proprias vires. Diſponit ſiquidem Ieſus in eccleſia ſua ſuauiter omnia neminem onerat ſupra vires, nulli negat donum cõgruum eius viribus. [Et profectus eſt ſtatim] Ordinata eccleſia, ſtatim aſcendit in cœlum. Abijt autem qui quinq; talenta acceperat, & operatus eſt in eis: & lucratus eſt alia quinque. Similiter qui duo acceperat, lucratus eſt alia duo. Qui autẽ vnũ acceperat, abiens fodit in terra: & abſcõdit pecuniã domini ſui] Iſte nõ ſimpliciter abſcondit, ſed fodit & abſcondit. Abſcondere enim eſt abſtinere ab vſu: fodere verò terram ad abſcondendum, eſt ex puſillanimitate non vti. nam ſicut animi magni eſt tendere ad ardua, ita puſilli eſt tendere ad infima. puſillus eñ cogitationibus & affectibus, quaſi foſſa ſit occultatoria doni dei exiſtentis in ipſo. [Poſt multum vero temporis.] Ab aſcenſione vſque ad ſecundum aduentum differt rationẽ exigere ab omnibus. [Venit.] præſentis eſt tẽporis. [Dominus ſeruorum illorũ, & poſuit.] p, ponit, [rationẽ cũ eis. Et accedẽs qui quinq; talenta acceperat, obtulit alia quinq; talẽta, dicẽs: Domine quinq; talẽta tradidiſti michi, ecce alia quinq; ſuperlucratus ſum. Ait illi dñs ei⁹ Euge ſerue bone.] in ſtudioſa negociatiõe [Et fidelis.] integra

tegra relatione omnium ad me. [Quia super pauca.] temporalis vitę. [Fuisti fidelis, supra multa.] æternæ vitę. [Te constituã intra in gaudiũ domini tui. Accesit autem & qui duo talẽta acceperat, & ait, Domine duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo superlucratus sum. Ait illi dominꝰ eius, euge serue bone & fidelis: quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam. intra in gaudiũ domini tui.] Tam magnũ est gaudiũ cœlestis patrię de deo, vt nõ possit concludi in homine. & ideò homo intrat in gaudium illud incomprehensibile: & non intrat gaudium illud in hominem, velut cõprehensum ab homine. ¶ Par autem pręmium redditur ambobus lucra referentibus, quia meritum fuit æquale. nam quantũ studuit alter negociando in quinque, tantum alter studuit negociando in duobus. vterque enim secundum vires suas duplicauit sibi data. [Accedens autem, & qui vnũ talentũ acceperat, ait, domine scio quia homo durus es.] Non solùm se iustificare intendit, sed rationem suæ iustificationis in domini crimen retorquet. Et intendit dicere, quòd tu in exigẽdo rationem gestorum negociorum non vis perdere, sed solùm lucrari. & si lucrum non affertur, rollis res eorum, qui negociati sunt, afferendo cauillationes: hoc propter hoc, & hoc propter illud. & ita metis etiam agros pauperis negociatoris, vt lucrum habeas in tantum. [Metis vbi nõ semi nasti.] Tanquam ibi feminaueris, tanquam debitum tibi. [Et congregas vbi non sparsisti.] Tanquam ibi sparseris tanquam debitũ tibi. ¶ Nec est quęrendum quomodo hæc proprie verificentur de deo: quum falsæ ęstimationes sint. Considerandũ tamen est, quod pusillanimibus istæ phantasiæ de deo occurrunt. scilicet quòd exactè rigorem iustitiæ requiret de negociationibus, hoc est de cura animarum, de audientia confessionum, & huiusmodi, quæ ad lucra spiritualia exercentur, & quòd tot occurrunt in huiusmodi pericula perdendi, vt tutum sit non subire has negociationes. ¶ Et si accurratius perspectum fuerit, verba hæc de deo licet falsa sint prout sonant, vera tamen inueniuntur, sed male applicata. nam deus homo durus hoc est inexorabilis, dicitur: pro quanto nullum malum dimittit impunitum. & metit vbi non seminauit pro quanto metit gloriam suam ex vitijs, quæ non seminauit in animis nostris. & similiter congregat gloriam suam in peccatis, quæ non sparsit ordinando tum vitia, tum peccata nostra in gloriam suam: Ita quod deus in omnibus vult lucrari gloriam suam, siue lucremur, siue perdamus negociando. exigit enim pœnas si perdamus. [Et timens abij.] Ecce pusillanimitas afficiens ani-

mum timore perdendi, & non ſolùm adimens ſpem lucri. [Et abſcondi talentũ tuum in terra.] Foſſa, in infimis me cũ dono tuo continui. [Ecce habes quod tuum eſt.] Talentum mihi datum. Hinc apparet, quòd iſte timens rigorem domini, abſcondit non vtendo, & ſeruauit talentum integrum. immo & timuit perdere talentum: & hoc abſcondit vt ſeruaret illud. ¶ Quantum ad parabolam clarus eſt ſenſus. Sed quomodo verificetur in propoſito, non facilè apparet. nam difficile eſt coniungere hæc duo: ſcilicet quod abſcondatur donum dei, & quòd ſeruetur reddendum deo integrum, ecce habes quod tuum eſt. At ſi perſpectum fuerit quod parabolæ veritati ſufficit ſimilitudo, apparebit vtrunque ſimul. nam velut integrum donum dei ſe ſeruare arbitratur, qui illud à contrarijs actionibus cuſtodit ſeruando præcepta negatiua: nulli ſcilicet iniuriam faciendo, & à reliquis actionibus, quæ præceptis negatiuis inhibentur abſtinendo. Quanuis ſecundum rei veritatem non ſeruetur integrum donum dei, niſi etiam affirmatiua præcepta de vſu donorum dei ſeruentur. quia dono dei contrariatur non ſolùm contraria actio, ſed etiam negatio vſus, quando vbi & ſicut oportet: non ſic autem eſt in argenti talento, quod per non vſum conſtat non minui. Ad ſimilitudinem ergo integri talenti exiſtimat ſeruus puſillanimis ſe ſeruare donum dei, ſi abſtinet ab actionibus malis, quanuis non vtatur donis dei & propterea dicit, ecce quod tuum eſt. [Reſpondens autem dominꝰ eius, dixit ei, Serue male.] in animo: puſillanimitas eſt maius vitium, quàm nimia animoſitas, [Et piger.] ad operandum, ad vtendum donis dei. [Sciebas quia meto vbi non ſemino.] pro, ſeminaui, [& cõgrego vbi non ſparſi.] hoc eſt ſciebas ſeueritatem iuſtitiæ meæ: quòd non ſolùm volo gloriam ex donis meis, ſed etiam ex vitijs & peccatis, quæ non proceſſerunt ex me. [Oportuit ergo.] vere conſequens fuit, quòd debebas conſiderare peccatum omiſsionis, omittendo negociationem doni à me tibi dati. [Te committere pecuniam meam nummularijs.] hoc eſt tuto fere lucro exponere. parum enim aut nihil periculi hic interueniſſet: quia ſolùm periculum decoctionis eſt in huiuſmodi. Et intendit per hoc, quòd ſi non auſus fuit vti dono dei, in actionibus multi periculi: vti tamen debuit illo in actionibus in quibus eſt lucrum cũ paruo periculo. [Et veniens ego recepiſſem vtiq; quod meum eſt cum vſura.] Conſiderando ſubſecutam damnationem iſtius ſerui, quia nec etiam commiſit pecuniam nummularijs ad lucrum vſurarium, dicẽdum eſt, quòd vel loquitur ſecũdum tempus

pus illud quō vſura cum extraneis habebatur licita: ac per hoc quia licito lucro non vacauit, damnatur: vel loquitur conſequenter ad exiſtimationem ipſius ſerui. Acſi apertius diceret, Quia tu exiſtimabas, quòd meterem, quæ non ſeminaui &c. debebas conſequenter exiſtimare, quòd acciperem lucrum vſurę: vt vel ſic lucrum aliquod attuliſſes ex pecunia mea. Et hęc expoſitio quadrat contextui, ex ore proprio damnationem ſerui deſcribenti. Et ſignificatur per hoc, quòd omnino ſeruus debebat vti dono dei, ſaltem alicui fere tuto lucro exponēdo ſocietatē in ſaltem incūbēdo cum alijs, qui certo luero operam dant. hoc enim ſignificat committere pecuniam numularijs: vt opus quod non audet aggredi ſolus, aggrediatur cum ſocio negociatore, ſaltem vſurarie: hoc eſt, cum certo paruo lucro. [Tollite iraque ab eo talentum.] Ecce ſententia tollens donum quo ad gaudium de illo. [Et date ei.] Non quo ad vſum: quia non eſt amplius tempus meriti, ſed quo ad gaudium. Gaudebunt enim iuſti in cœleſti patria non ſolùm de donis dei in ſeipſis, ſed de donis dei collatis alijs: iuxta illud Apocalyp. tertio Tene quod habes: vt nemo accipiat coronā tuam. [Qui habet decem talenta. Omni enim habenti.] Proculdubio dignè. Hinc apparet talentum illud datum non ſoli habenti decem talenta, ſed etiam habenti quatuor. ex hoc enim quòd omni habenti dabitur, ſequitur quòd etiam habenti quatuor talenta dabitur. Et vere ſic eſt: quia ita datur vni, quòd dabitur omnibus. communio enim gaudij de vno & eodem, nihil minuit gaudij à ſingulis. [Dabitur & abundabit, ei autem qui nō habet.] digne. [& quod videtur habere.] pro: & quod habet. Et eſt ſenſus. & quod habet indigne. [Auferetur ab eo.] quo ad gaudium. [Et inutilem ſeruū eijcite in tenebras exteriores, illic erit fletus & ſtridor dentiū.] Altera pœna inferni, ſuperius declarata [Quum aūt venerit filius hominis.] Nulla fit mentio parabolæ, nulla nota ſimilitudinis puta ſicut, hoc in loco habetur. quia nō parabola, ſed hiſtoria gerendę rei prędicitur. [In maieſtate.] pro, gloria, [ſua, & omnes.] deeſt, ſancti, [angeli cū eo. tunc ſedebit ſuper ſedē maieſtatis.] pro, glorię, [ſuę.] An ad literā Chriſtus ſedens corporali ſitu iudicabit, incertū habeo. humani enī forma iudicij id ſuadet. Alioquin ſedes gloriæ, authoritas eſt quiēta regnandi & iudicādi mundū, tūc primū incipiēs quo ad poſſeſsionē ſenſibilē vniuerſi totius. & propterea appellatur ſedes glorię eiº. [Et congregabūtur ante eum omnes gentes: & ſeparabit eos abinuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hædis.] In actu ſegregandi affertur ſimilitudo,

monſtrans facilitatem ſegregandi bonos à malis: ſicut facile paſtor ſegregat oues ſine cornibus, manſuetas, ab hædis, non ab agnis. Separare enim matres à filijs, habet quandam difficultatem: ſed ab hædis, filijs caprarum paruulis, imbellibus, non. [Et ſtatuet oues quidem.] electos & manſuetos, vtiles &c. [A dextris ſuis: hędos autem.] reprobos, fœtidos. [A ſiniſtris. Tũc dicet rex ijs, qui à dextris eius erũt: venite benedicti patri mei poſsidete paratũ vobis regnũ à cõſtitutione mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi mãducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere: hoſpes erã, & collegiſtis me: nudus & operuiſtis me: infirmus, & viſitaſtis me: in carcere erã, & veniſtis ad me. Tũc reſpõdebũt ei iuſti.] Occaſionem reſpondẽdi habebunt ex tanta dignatione, quòd ſibiipſi aſcribit exhibita hęc beneficia. [Dicentes, Domine quãto te vidimus eſurientem, & pauimus te? ſitientem.] Deeſt cõiunctio aut. Legendũ eſt. [Aut ſitientem, & dedimus tibi potũ? quãdo autem te vidimus hoſpitẽ, & collegimus te? aut nudũ, & cooperuim⁹ te? & quando te vidimus infirmũ aut in carcere, & venim⁹ ad te? Et reſpondens rex dicet illis, Amen dico vobis: quandiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Nõ dicit quãdiu feciſtis vni pauperi: quia benefacere homini pauperi, officiũ eſt naturalis miſericordię, cõmune fidelibus & infidelib⁹. ſed benefacere fratri Ieſu Chriſti officiũ eſt Chriſtianę miſericordię, quę in pauperibus Chriſtum conſiderat, & propter Chriſtũ exercet hæc opera. ¶Conſidera quoque, quòd quanuis rex in ſede maieſtatis tantæ, non dedignatur tamen appellare fratres ſuos, pauperculos ſuos. [Tunc dicet rex & ijs qui à ſiniſtris eius erunt, Diſcedite à me maledicti in ignem ęternum.] An ignis inferni corporeus ſit, non eſt certa fidei definitione firmatum. Credimus tamen rationabiliter ipſum eſſe corporeũ: quia ſcriptura vocat ipſum ignem: & propriè intelligere ignem, nullum habet obſtaculum. nullum ſiquidem inconueniens ſequitur ex confeſſo igne corporeo, ſicut ſequuntur inconuenientia ſi approbarentur multæ aliæ pœnæ corporeæ: puta fletus corporalis, & corroſiones corporales, & huiuſmodi. ¶Veruntamen ſi ignis corporeus non eſt, ſupplicium illud appellatum eſt ignis propter vehementiam. Ignis enim inter omnia corpora vehementius cruciat. & quia pœna illa eſt maxima ex ſuo genere, ideo ignis nominata eſt nobis, quibus alterius vitæ pœnæ ignotæ ſunt. [Qui paratus eſt diabolo & angelis eius.] Hinc apparet eundem ignem paratum hominibus reprobis, & angelis reprobis: communęque eſſe ſupplicium vtriſque. Et propterea difficultates inſurgũt quale ſit

le fit ſupplicium illud. ignis enim corporeus non poteſt affligere diabolum & angelos eius: quorum ſubſtantia eſt incorruptibilis. ¶Verùm in theologia ſpeculatiua dicitur, quòd ignis cruciat ſpirituales ſubſtantias non comburẽdo, ſed alligando illas. Eſt enim ignis, vt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ detentiuus ſpiritus damnati ita quòd eſt velut carcer ſpirituũ. Nec ſolo carcere priuatiuo libertatis localis, ſed ademptione liberi vſus tam intellectus, quàm voluntas, quàm etiam ſuæ potentiæ cruciabuntur. detinebitur enim illorum intellectus ad conſiderandum, & voluntas ad deteſtandum ſupplicium illud: ac per hoc ad continuam triſtitiam actualem. Hęc enim omnia intelliguntur appellatione pœnæ ſenſus quæ nomine ignis ſignificatur, etiam ſi non ſit corporeus ignis. Vnde clarè patere poteſt intelligenti & penetranti hęc quòd eſt maxima afflictio: & tanto maior omnibus ſenſibus malis, quãto intellectus eſt velut fons, ſenſus verò omnes ſicut riuuli quo ad cognitionem: & voluntas eſt ſicut fons, appetitus verò ſenſitiui (quorum eſt triſtari, delectari & cætera ſecundum ſenſum) ſunt velut riuuli in appetendo, delectando, triſtando, amando, & reliquis eiuſmodi [Eſurijt enim, & non dediſtis mihi manducare: ſitiui, & non dediſtis mihi potum, hoſpes eram, & non collegiſtis me: nudus, & non operuiſtis me: infirmus, & in carcere eram, & non viſitaſtis me. Tunc reſpondebunt ei & ipſi, dicentes. Domine quando te vidimus eſurientem aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere & non miniſtrauimus tibi?] Aduerte differentiam. Iuſti ſigillatim ſingula repetunt: reprobi autem omnia ſimul inculcant. quia illi quieto animo gaudent recolere ſingula cum ſuis actionibus iſti turbata conſcientia, cum faſtidio repetunt, quæ aduerſus ſe ipſos militare ſentiunt. [Tunc reſpondebit illis, dicens, Amen dico vobis: quandiu non feciſtis vni de minoribus.] pro, minimis, [his.] ſcilicet fratribus meis. [Nec mihi feciſtis. Et ibunt hi in ſupplicium.] Quod priùs vocauit ignem, modò appellat ſupplicium. [Eternum.] Obmuteſcat dogma tradentium deum quandoque miſerturum damnatorum. ¶Siſte prudens lector: & nota in his tribus documentis huius capituli damnari in inferno tria genera omiſſionum. nam in parabola virginũ damnantur imparati ex omiſſione interni teſtimonij: in parabola verò talentorum damnantur puſillanimes ex omiſſo vſu diuinorũ donorũ: hîc autẽ dãnantur omittentes opera miſeri cordiæ Chriſtianę. Quid cũ illis aget æternus iudex qui cõmiſſione malorum operum peccauerunt, ſi illi damnantur qui omiſerũt

bona opera? [Iusti autem in vitam æternam.]

CAPVT XXVI.

ET factum est cũ consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis. Scitis quia post biduum
E pascha fiet.] pro fit, [& filius hominis tradetur.] pro, traditur, [vt crucifigatur.] Et possunt hæc duo simul & separatim intelligi. Simul quidem, explicando vtrunque præsens pro tempore post biduum: quia tunc fit pascha (hoc est immolatio agni paschalis pro memoria exitus de AEgypto) & traditur Iesus vt crucifigatur. Separatim autem, explicando pascha fieri post biduum, seipsum verò tradi nũc: quia Iudas duobus diebus ante pascha (vt insinuat statim euangelista) vendidit CHRISTVM. Agnus nanque paschalis immolatus illo anno fuit die Veneris incipiente tamen in præcedenti vespere. Iudas autem vendidit Iesum die Mercurij & sic duo interceſſerunt dies (scilicet Mercurij & Iouis) ante pascha. Hæc enim verba dicta apparent à Iesu in mane diei Mercurij. [Tunc.] eodem mane. [Congregati sunt principes sacerdotum.] deest, & Scribæ. [& seniores populi in atrium principis sacerdotum qui dicebatur Caiphas. & consilium fecerunt vt Iesum dolo tenerent & occiderent.] Apud Ioannem ab illo die quo communi consilio definitum est, vt occideretur Iesus, eõsultabant deinceps de executiõe. ĩter quę consilia hęc congregatio fuit ad specialem modum exequendi descendens: vt scilicet dolose Iesum caperent. Existimabant enim nimis difficile esse capere illum aperta violentia propter turbam. & propterea intendebant miscere violentiæ fraudes. [Dicebant autem: non in die festo, ne forte.] Superfluit forte. [Tumultus fieret] pro, fiat. verba enim hæc omnia sunt sacerdotum, scribarum & seniorũ. [In populo. Quum aũt Iesus esset.] Commemoratio hęc vnctionis factæ sabbato præcedenti, fit ad insinuandum occasionẽ qua motus est Iudas ad vendẽdum Iesum. [In Bethania.] castello ꝓpe Hierusalem, vbi resuscitauerat Lazarũ. [In domo Simonis.] Hoc fuit sabbato præcedenti in cœna, in qua Lazarus resuscitatus erat vnus ex discumbentibus, & Martha ministrabat: vt patet apud Ioannẽ. [Leprosi.] olim. creditur enim hunc à Iesu curatum fuisse, à lepra, & pluries ĩuitasse Iesũ ad cõuiuiũ. [Accessit ad eũ mulier.] Maria soror Lazari, quę cognominatur Magdalena. [Habẽs alabastrũ.] pyxidẽ ex alabastro. [Vnguenti prętiosi: & effudit.] Tacet Matthęus, q̃ mulier hęc tũc priꝰ vnxit pedes Iesu ex illo vnguẽ-

[to

to.& de reliquo vnguẽto dicit,nõ quòd vnxit,ſed effudit verſando pyxidem [Super caput ipſius recumbentis.] Prima vice quando venit peccatrix,vnxerat pedes tantùm,modo animæquior reddita ex conſecutà venia,ex multis ſignis beneuolentiæ Ieſu erga illam,audet tangere caput Ieſu, [Videntes autẽ diſcipuli indignati ſunt.] Iudas præcipue.vt patet apud Ioannem.[Dicẽtes,vt quid.] pro,ad quid,[perditio hęc?potuit.]pro,poterat [enim iſtud.]Deeſt.vnguentum,[venũdari multo & dari pauperibus.] Vſitato loquendi modo perditum dicunt & vnguẽtum tanti precij,quod poterat eſſe vtile multis pauperibus [Sciens autẽ Ieſus ait illis, Quid moleſti eſtis huic mulieri? opus enim bonum operata eſt in me.] Diſcipuli fremebant in mulierem tanquam operatam opus malũ: vt quę conſumpſerat quaſi deliciando vnum pauperem,quod multis erat tribuendum pauperibus. Et propterea Ieſus excuſat illam, aſſerendo quòd bonum opus operata eſt erga me. [Nam ſemper pauperes habebitis.]pro,habetis,[vobiſcum:me autem non ſemper habebitis.] pro,habetis. Hanc rationem bene pondera· quia hinc docemur,in raris poſſe multo ſumptu vti abſque remorſu cõ ſcientiæ quòd melius fuiſſet dare pauperibus.Et hoc directe dixit contra rationem eorum de vtilitate pauperũ. [Mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus meum,ad ſepeliendum me fecit.]Prius dixit opus fuiſſe bonum . modo dicit intentionem fuiſſe bonam, vtpote religioſam,immo probat fuiſſe opus bonum .nam non ad delitias corporis mei , ſed velut corpori ſepeliendo adhibuit hoc vnguentum.conſtat enim quòd cadaueri non adhibetur vnguentum ad delitias. ¶Et dixit hoc tum ad declarandum tam mulieris quàm ſuum animum,quòd neutrius animus erat ad delitias Sed illa non dubitabat adhibere vnguentum homini diuino , merenti hoc & longe maiora: vtpote verò Meſiæ,alieno ab omni ſenſualitate ſicut corpus ſepeliendum. & ipſe vtebatur hac vnctione ſine omni ſenſualitate,ſicut cadauer quod vngitur vt ſepeliatur.Verba ſigdẽ illa, ad quid perditio hæc,tam aduerſus mulierem quàm aduerſus Ieſum ſuſcipientẽ in corpore proprio talem vnctionẽ procedebant,quanuis nõ auderent fremere in magiſtrum , ſed in illũ. ¶Tum ad declarandum , quòd quemadmodum opus bonum ac conſuetum apud Iudæos eſt adhibere vnguenta precioſa corporibus ſepeliendis, & nullus dicit ad quid perditio hęc &cæ.ita opus bonum fecit hæc mulier,vnguendo me viuum eo officioſo ac religioſo animo,quo me ſepeliendũ vnxiſſet.¶Vt taceamq; fortè mulier hęc, audita proxima Chriſti morte,dubitans quòd nõ poſſet

ſepeliendo corpori officiũ exhibere vnctionis (ſicut de facto euenit) prænenit vngere ipſum viuum velut ſepeliendum [Amẽ dico vobis: vbicunque prædicatum fuerit hoc euangelium, in toto mũdo dicetur & quod hęc fecit in memoriã eius.] Nõ ſat fuit Ieſu declarare, quòd mulieris opus bonum, quòd intentio bona fuit, ſed declarauit quòd tam laudabiliter fecit, vt in toto mundo in memoriam illius commemorandum ſit hoc quod fecit Et quia hoc ecclesia commemorat in laudem Mariæ Magdalenæ, habes hinc aliud argumentum vltra collecta ientaculis noſtris, quòd Maria Magdalena eſt illamet, quæ eſt Maria ſoror Lazari, de qua textus iſte loquitur. [Tunc.] Dixerat euangeliſta quòd quum Ieſus dixit, ſcitis quòd poſt biduum Paſcha fit, tunc congregati ſunt ſacerdotes & Scribæ in atrio Caiphę: & interpoſuit commemorationem vnctionis priùs factæ in Bethania, quia occaſio fuit mouẽdi animum Iudæ. modõ redit ad ſeriem facti, dicendo, tũc: non quãdo hęc vnctio fuit facta, ſed quando congregati ſunt ſacerdotes & Scribæ in atrio Caiphæ. [Abijt vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Scariot.] prò, Iſcariotes. Nomen villę vnde erat oriundus creditur [Ad principes ſacerdotum.] congregatos in atrio Caiphæ. [Et ait illis, Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradã?] Auaritiam euangeliſta ſcribit caſum proditionis, ad redimendum vnguentum precio magiſtri. ſufferre non poterat quòd tanta materia furti ſibi ſubtracta eſſet. ¶ Aduerte hîc, quòd euangeliſta narrat ſubſtantialia prætermittens circunſtantias palliãtes. Sicut enim narrando tentationes Chriſti ſcripſit nudas concluſiones, ſi filius dei es, dic vt lapides iſti panes fiant, &c. Ita modõ ſcribit nudam petitionem, quid vultis mihi dare, &c. Rationi conſentaneum eſt, vt Iudas ſe ſcandalizatum dixerit de Magiſtro ſuo, & quòd hactenus putaueritipſum eſſe ſpiritualem virum, ſed quòd nunc perdidit bonam opinionem de illo: quia vidit ipſum in tanta ſenſualitate quòd vnguento precioſiſſimo muliebribus manibus vſus eſt, non ſolùm in capite, ſed etiam in pedibus. Naturale ſiquidem eſt hominibus, ſub aliquo colore palliare factum iniquitatis proprię: & præcipuè talis ſcilicet offerẽdo proditionem proprij magiſtri. [At illi cõſtituerũt ei trigĩta argẽteos. Et exinde quęrebat opportunitatem vt eũ traderet. Prima autẽ die azymorum.] Præcepto legis Moſaicæ. Exo. 12. ſeptem erant dies azymorum: in quorũ primo immolabatur agnus paſchalis, manducãdus cum azymis panibus, &c. ¶ Ex hoc textu clarè apparet Ieſum celebraſſe Paſcha quartadecima luna, & non tertiadecima: vt quidam Græci fingunt.

primus

primus enim dies azymorum eſt quartadecima luna. [Acceſſerũt diſcipuli ad Ieſũ,dicentes,vbi vis paremus tibi] Ieſus hoſpitauit. Bethaniæ,& non Hieroſolymis:Paſchalis autem agnus immolandus omnino erat in Hieruſalem: quia extra illam non poterat immolari:& propterea diſcipuli quærunt in quo loco,in qua domo intra Hieruſalem vult parari ſibi paſcha. [Comedere paſcha?] hoc eſt paſchalem agnum.Paſcha enim Græca dictio eſt: & ſignificat tranſitum,quem apud Hebræos ſignificat Paſcha. Feſtiuitas ſiquidem Paſchalis celebratur â Iudæis diebus ſeptem in memoriam tranſitus domini ad occidendum primogenitos AEgyptiorum,nocte qua egreſſus eſt populus Iſraël de AEgypto. trãſlatùm que eſt nomen facti memorabilis(ſcilicet illius tranſitus) ad feſtiuitatem illorum dierum ſeptem: & ad agnum qui primo die immolabatur ,& ad azymos panes .nullo enim fermentato pane licebat diebus illis ſeptem vti.Sumitur itaque hîc paſcha pro agno Paſchali.[At Ieſus dixit,Ite in ciuitatem ad quendam]Non nominauit hominem iſtum Ieſus,ſed circunſtantiis quas tacet Matthęº (ſed non marcus & Lucas)deſcripſit. [Et dicite ei Magiſter dicit Tempº meum prope eſt,apud te facio Paſcha cum diſcipulis meis Et fecerũt diſcipuli ſicut conſtituit illis Ieſus,&parauerũt Paſcha. veſpere autem facto diſcumbebat cum duodecim diſcipulis ſuis:& & edẽtibº illis dixit,Amẽ dico vobis,quia vnº veſtrũ me traditurº eſt]Pluries dixerat imperſonaliter,filius hominis traderur,modo deſcendit ad ſpeciẽ,nõ tamẽ ad indiuiduũ,vt nõ cognoſcãt quòd ſponte paſſionẽ addit,quòd omnia prænouit antequã fiant:ne occaſionem habeant perdẽdi fidem quum viderint ipſum pati & mori. [Et contriſtati valde,cęperunt ſinguli dicere,Nunquid ego ſũ domine?At ille reſpondens ait,Qui intingit.]pro,intinxit,[mecũ manum in paropſide.]pro,catino,[hic me tradet.]Dixerat vnus ex duodecim,determinans apoſtolicum ordinem,modo dicit qui intinxit mecum,determinans actionem ſocialem in menſa.¶[Et determinat per hoc,quòd vnus ſedentium prope ipſum Ieſum eſt. Quum enim vnum catinum aceti, in quo intingebantur lactucæ agreſtes,non commune fuerit tredecim comedentibus ſimul, ſed rationi conſentaneum ſit duo aut tria catina fuiſſe (ſingula ſcilicet inter quatuor aut ſex)propterea Ieſus catinum commune ſibi, & quatuor aut ſex aliis, demonſtrat dicendo, qui intinxit mecum,ac per hoc deſcendit ad magis ſpecialia,non tamen ad indiuiduum. ¶[Dixi catinum aceti cum lactucis agreſtibus quia agnus erat aſſus,nec locũ in eo haber intinctio & in lege mãdabatur

tur manducari agnum cum lactucis agrestibus. [Filius quidem hominis vadit sicut scriptum est.] Occurrit tacitę obiectioni, si scis te tradẽdum cur non euitas proditionem? Respondet quia volo implere scripturas [Vę autem homini illi per quem filius hominis tradetur.] pro, traditur. Excludit excusationẽ proditoris implentis scripturas: ne quisquam putaret, quòd sicut ipse Iesus bene facit eundo sicut scriptum est de ipso, ita Iudas excusetur faciendo sicut scriptum est de illo. propterea enim ait, væ homini illi per quẽ traditur. [Bonum erat ei, si natus nõ fuisset homo ille.] quia mortuus in vtero matris incurrisset solam pœnam damni, cum incircuncisis infantibus in limbo: modò autem incurret, etiam pœnã sensus, & talem ac tantam in inferno. [Respondens autem Iudas qui tradidit.] pro. tradebat, [eum, dixit, Nũquid ego sum Rabbi?] Iudas vnus eorum qui prope Iesum sedebant, vnus eorum qui intingebãt in catino prope Iesum, audita restrictione ad sex vel quatuor communicantes in catino Iesu, petit nunquid ego: ne tacendo (& non dicendo sicut alij dixerant, nunquid ego) accusaret seipsum: [Ait illi, Tu dixisti.] Anceps verbum est, nam & affirmanti rem dictam & affirmanti dictionem commune est potest enim intelligi quòd tu dixisti quod est, vel quòd ego non dixi: sed tu dixisti te esse proditorem. [Cęnantibus autem eis.] Tacet hîc Matthęus, quòd demum Iesus submisse declarauit in individuo proditorem Ioanni interroganti submissa voce. ¶ Inter comędendum itaque sacramenta eucharistię celebrantur cum ad tollendum errorem quo eucharistia negaretur non ieiunis, tum ad instruendum temperantiam cœnæ talem debere esse vt sacramentis etiam cœnantes, immò in fine cœnæ (vt alij euangelistę testantur) simus idonei. [Accepit Iesus panem & benedixit.] benedictiõe laudis nõ benedictione consecrationis: vt patet ex eo quòd tam Lucas quàm Paulus primę ad Corinthios vndecimo, loco benedictionis ponit gratiarum actionem (quæ est benedictio laudis) ante fractionem. [Ac fregit: deditque discipulis suis, & ait, Accipite & comedite.] In textu Græco non est copula, & Hinc habetur eucharistiam non esse tribuendam infantibus, quibus non potest dici accipite, comedite. Sicut enim quia dominus dixit, nisi quis natus fuerit denuo ex aqua & spiritu, negatur baptismus infãtibus in materno vtero quia non n potest denuo nasci qui non est natus, ita dicente domino in communione eucharistię accipite comedite, negatur eucharistia illis qui adhuc non possunt accipere, qui adhuc nõ possunt comedere ¶ Aduerte hic quod sicut ecclesia laudabiliter pro reuerentia

ſentia euchariſtię non vtitur euchariſtię cibo niſi ieiuna (excepto extremæ ægritudinis articulo) licet dominus inter cœnandū cōmunicauerit diſcipulos, ita laudabiliter pro reuerentia euchariſtię abſtinet ab iſto modo manducandi, ſcilicet accipite comedite: vt non niſi ſacris manibus tangatur euchariſtia. ¶ Verum ad imitationem Chriſti communicare tali modo in articulo neceſſitatis, non eſſet inconueniens: ſicut etiam non ieiunos (vt dictum eſt) in articulo neceſſitatis communicamus. Eſſet autem neceſſitatis articulus, ſi tempore epidimię non haberetur ſacerdos communicans more eccleſię ſolito, ſed haberetur ſacerdos qui prope offerret euchariſtiam: & locando ſuper præparato loco diceret communicaturis prope expectantibus & adorantibus, accipite comedite poſſent enim reuerenter accipere & comedere: ſicut fecerunt Chriſti diſcipuli, qui acceperunt à Ieſu non manu ad manum ſed ex menſa: quū ſederent multi in tāta diſtantia, vt manus Ieſu manibus eorum nō poſſe iungi. ¶ Crediderim ego quod ſicut vnum calicem cōmunē omnibus tradidit, ita in vna patina panem in duodecim buccellas fractū manibus proprijs tradiderit: & ꝙ hinc eccleſia vſum patinarum apoſtolica traditione acceperit Ita ꝙ ſicut calicem vnus diſcipulus dedit alij, ita patinā cū pane ſancto propinquio res Ieſu, remotioribꝰ ſucceſſiue porrexerūt. [Hoc.] Non dicit hic, id eſt, in hoc loco, ſed dicit hoc: quod eſt pronomē demonſtratiuum ſubſtantię. ¶ Et eſt propriſſimus nō metaphoricus ſermo: vt hęretici interpretantur. Demonſtratur autē per pronomē, hoc, nō panis nec corpꝰ Chriſti, ſed ſubſtantia ſine qualitate. i. non demonſtrando certæ ſpeciei naturam. pronominis enim officiū eſt monſtrare ſubſtantiam ſine qualitate. Eſt itaque ꝓprijſſimus & veriſſimus ſenſus, hoc. i. hęc ſubſtantia, demōſtrādo id ꝙ habebat in manibus. [Eſt.] nō apparet, nō ſignificat, ſed eſt. [Corpus meū] nō corpus panis. Vbi ſcito quod ſermo iſte dominicus eſt non ſolum enunciatiuꝰ veritatis (veriſſimū enī eſt ꝙ hęc ſubſtātia eſt corpus Chriſti) ſed eſt etiā factiuꝰ veritatis ſignificatę. facit enim ꝙ enūciat. Et propterea pronomē, hoc nō demōſtrat panē neque corpus Chriſti, ſed hāc ſubſtantiā. Nā veritati enūciatæ repugnat demonſtratio panis. falſum eſt enim ꝙ panis eſt corpus Chriſti. Efficientię autē repugnat demōſtratio corporis Chriſti: falſum eſt enim ꝙ efficiatur, ꝙ corpus meū eſt corpus meū. nulla, ſiquidē eſt opꝰ efficiētia ad hoc vt corpus meum ſit corpus meum: vt clare patet Sed tam veritati enunciatę, quam efficientię quadrat demonſtratio ſubſtantię, non demonſtrando ſpecialem naturā. quia & verū

eſt

est quòd hæc substantia (non hoc accidens) est corpus meum: & verum est quòd sit, quòd hęc substantia est corpus meum, hoc est enim quod sit per hunc sermonem. ¶Vnde apparet non esse ab ecclesia adinuentam transubstantiationem panis in corpus Christi, vt hęretici fingunt: sed ecclesia à veritate per hæc domini propriè intellecta verba significata, cogitur ad confitendum efficientiã. non enim aliter verificatur nunc & non prius, hoc est corpus meum, nisi quia nũc & non prius factum est vt hoc sit corpus meum. Ex vtroque autem (.s veritate significata & effecta) cogitur ad cõfitendum transubstantiationem panis in corpus Christi, neque enim aliter fieri potuit, q̃ hęc substantia sit corpus Christi, quàm per transubstantiationẽ. nam si transubstantiatio non interuenit, nõ verificatur q̃ hoc demõstratũ quãdo Christus profert pronomẽ hoc (.i. illamet substantia quã pronomẽ demõstrat in sui prolatione) sit corpus Christi: sed illa substantia quæ tunc demonstratur, si qualis est tunc remanet in fine consecrationis, non est corpus Christi, sed est panis: si annihilatur, nec est panis, nec est corpus Christi, sed est nihil. Omnes itaq; hęreses excludũt hęc verba (hoc est corpus meũ) secundũ proprietatẽ sermonis intellecta. At si verbis proprijs, si proprietate sermõis nõ habetur veritas fidei, ruit tota fides trinitatis, ruit vniuersa certitudo sacræ scripturæ. [Et accipiens calicẽ.] Interpres posuit speciẽ pro genere. nã ī Græco nõ habetur calix, sed poculũ. [Gratias egit, & dedit illis, dicẽs, bibite.] Hinc apparet quòd nec sanguis Christi infundẽdus est in os infantũ: qui bibere adhuc nequeũt, sed sugere. [Ex hoc omnes. Hic est enim.] Interpres addit coniunctionẽ, enim. [Sanguis meus noui testamenti.] Quũ testamẽtũ dispositio sit hęreditatis, dicitur sanguis Christi noui testamenti, ad differentiã sanguinis in veteri lege aspersi: Exo. c. 24. Ille enim ad firmãdũ pactũ inter deũ & populũ accepturũ terrã ꝓmissionis fœlicitatẽq; terrenarũ opũ, hic aũt dispositio est hęreditatis & hæredum cœlestis regni. & ꝓptera appellatur nouũ testamẽtũ. Sanguis nãq; Christi est effector noue, antea nõ habitę & quę nunq̃ veterascit, dispositionis hęredũ & hęreditatis regni cœlestis. Soli em̃ illi hęredes sunt cœlestis regni, qui Christi sanguinis ablutione sunt ad illud asciti. [Qui pro multis effundetur.] pro effunditur. Tẽpus siquidẽ passionis eius iã incœperat. sciebat enim quid tunc fiebat à Iuda & Iudæis ad effũdẽdum ei⁹ sanguinem. [In remissionem peccatorum.] pro omnibus quantum ad sufficientiã: sed pro multis tantũ quantũ ad effectam remissionẽ peccatorũ. [Dico autẽ vobis, non bibã amodo de hoc

geni-

genimine vitis vsque in diem illũ, quum illud bibam vobiscũ nouum. [hoc est nouo modo. nã nunc bibo indigens alimentis: tunc autem bibam impassibilis, non indigens cibo aut potu. [In regno patris mei.]Statum immortalitatis etiam corporalis, quem resurgendo adeptus est, vocat regnum patris: quia totaliter in illo regnat deus. nihil est ibi inobedientiæ, nihil passibilitatis, nulla indigentia. Et intendit per hoc quòd non erat amplius bibiturus vinum, donec resurgeret à mortuis, manducaturus & bibiturus tũc cum discipulis: vt rei probauit euentus. [Et hymno dicto.] Interpres impersonaliter transtulit: quòd tamen in Græco attribuitur pluribus, dicendo, quum dixissent laudes. vt intelligamus non solum Iesum, sed discipulos quoque hymnum dixisse. [Exierunt in montem Oliueti. Tunc.] Non demonstrat tempus ambulationis versus montem Oliueti, sed tempus quo adhuc sedebant in cœna, postquam Iudas surrexerat & recesserat: vt ex euangelio Ioannis habetur. nam post hæc dicta dixit Iesus discipulis vndecim: Surgite, eamus hinc. Matthæus itaque compleuit cœnam in gratiarũ actione, inchoans egressum in montem oliuarum: & redit ad dicta perfecta quidem cœna sed adhuc sedentibus Iesu & discipulis. [Dicit illis Iesus: Omnes vos.] Hinc apparet, quòd Iudas nõ erat ibi. ipse enim non fuit scandalũ passus nocte illa, sed fecit scandalum omnibus. [Scandalum patiemini in me.] cespitabitis velut impingendo in me patientem. videndo enim me capi, ligari, &c. timebitis, fugietisque à me sicut ab offendiculo, ne cadatis, ne incidatis in manus capientium me. [In ista nocte. Scriptũ est enim.] Zacharię. 13 [Percutiam pastorem.] Si miraris euãgelistã mutasse verbum prophetę dicentis, percute, scito euãgelistam declarasse hac mutatione prophetam nam clare explicat percutionem pastoris esse actionem dei. quod illic non clare significatur vbi deus alloquitur frameam seu gladium, præcipiendo percute pastorem. In idem siquidem reditur, deum percussurũ esse pastorem, & deũ præcipere gladio Iudæorum vt percutiat pastorem Iesum. ad literam nanque framea seu gladius præsidis percussit Iesum: & cum gladijs venerunt ministri iustitiæ ad capiendum eum. [Et dispergentur oues gregis. Postquam autem resurrexero.] Ne dispersi desperent, & pro eo quòd fugerunt, putent se non redintegrandos ad Iesu Christi gratiam & regnum, promittit post suam resurrectionem se venturum ad illos. [Præcedam vos in Galilęam.] Magna consolatio. antequam vos fugientes redeatis in Galilęam vestram patriam ad vestras domos, ego ibo illuc videndus à vobis.

[Respondens

[Respondens aũt Petrus, ait illi: Ee si omnes scãdalizati fuerint in te, ego nunquã scandalizabor.] Petre, nimis de te presumis, preferendo constantiam tuam ceteris condiscipulis. [Ait illi Iesus: Amẽ dico tibi.] Vobis omnibus communiter dixi, q̃ scandalizabimini: tibi autem qui præfers te ceteris, dico peius futurum. [Quia in hac nocte antequam gallus cantet, negabis me ter] quod lõge peius est, quàm scãdalizari, quàm fugere. [Ait illi Petrus. Etiã si oportuerit me mori tecũ, non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerũt.] Bona ac vera pro tunc animi dispositio communis Petro, & alijs discipulis significatur. [Tunc.] completo sermone domini. [Venit Iesus cũ illis.] Presentis tẽporis est, venit. [In villã.] pro, prædium, [quod dicitur Gethsemane.] Dictio Hebræa est: & nomen proprium loci ad radices montis Oliueti, Hieronymo teste. [Et dixit discipulis suis: Sedete hic, donec vadã illuc.] Locus monstratur distãs, quantũ iactus est lapidis apud Lucam. [Et orem. Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedæi, cœpit cõtristari.] In potestate Iesu significatur fuisse tẽpus & propassionem tristitiæ: quũ narratur quòd non priùs coram omnibus discipulis, sed coram tribus cœpit contristari. Et verè voluntarium fuit in Iesu tristari, sicut & mori. Tristitiam in Iesu intellige veram tristitiam internã tam in voluntate, quàm in appetitu sensitiuo, sed non præuenientem, neque impedientem rationem rectam. Fuit enim verus homo, passibilis non solùm secundum corpus, sed etiam secundum animam quandiu fuit viator. quanuis fuerit etiam simul comprehensor secundũ superiorem animę partem. [Et mœstus esse.] pro, grauiter angi. In Iesu sicut tristitia non impediebat rationẽ, ita econuerso ratio non mitigabat tristitiam: sed (vt in theologia speculatiua docetur) vnicuique viriũ permissum est quod suũ erat, & propterea in Iesu fuit maxima tristitia, propterea scribitur quod grauiter angebatur. ¶ Quod vt plenius intelligas, scito dominum Iesum subijsse [voluntariè nõ solum cruciatum corporalis passionis in flagellis cruce & morte, sed etiam cruciatum internæ propassionis. Voluntariè enim proposuit ante internos oculos, quæ, qualia, quanta, à quibus, qualiter &cę. passurus tunc erat, & quum hæc cogitata & proposita, sint contraria appetitui naturali tam voluntatis humanæ quàm appetitus sensitiui hominis, sequebatur tristitia magna & quædam animi constrictio inter tot præmentia mala, quam vt dictum est, non subleuabat ratio ad deum spectans: sicut in alijs sanctis & martyribus subleuauit. [Tũc ait illis, Tristis est anima mea.] Quod intus sentit, sermone manifestat:

manifestat: vt ipso teste cognoscamus quod vere habuit animam passibilem, quod vtitur animo non stoico sed passibili. [Vsque ad mortem.] Intensiue propter magnitudinem tristitiæ, & extensiue: quia sicut continue vsque ad horam mortis passus est in corpore, ita continue tristatus est in animo. Et hic sensus apparet literalis. Acsi apertius dixisset ex nunc vsque ad mortem meam tristis est anima mea. [Sustinete] pro, manete. [hic & vigilate mecum.] Octo discipulis dixerat sedete: istis tribus tanquam magis familiaribus præcipit vt vigilent secũ, proculdubio orationi vacando. [Et progressus pusillum.] Etiam ab istis se oraturum separat. [Procidit in faciem suam.] Non orat stans nec genu flexo, sed procumbens. [Orans, & dicens Pater mi.] Oratio hęc affectum naturalem hominis (quo nolumus mala pene contraria nobis) cum adiuncto moderamine rationis superioris deo præsentat. [Si possibile est.] Moderamen primum potentiam respicit, nõ absolutam, sed ordinatam. Modus autem conditionalis propter inferiorem rationem adpositus est. Non enim ideo dicit conditionaliter, quia ipse Iesus ignoret si possibile est (ipse enim omnia nouit) sed quia ratio inferior in ipso nescit ordinem definitum à diuina sapientia. Nescit autem quia eius non est scire supremas rationes, sed considerare rationes inferiores: hoc est illas quę secundum res creatas cõgruunt aut dissonant. [Transeat à me calix iste. Veruntamen non sicut ego volo.] Nõ volũtate deliberata, sed velleitate naturalis affectº. [Sed sicut tu vis,] volũtate beneplaciti. Ecce moderamẽ referens totũ in diuinã voluntatẽ. ¶ [Hinc cõtra hęreticos habes duas in Christo volũtates, alterã humanã, nõ sicut ego volo: alterã diuinã cõmunẽ sibi & patri, sed sicut tu vis. [Et venit ad discipulos suos: & inuenit eos dormiẽtes.] Præsentis tẽporis sunt venit & inuenit. [Et dicit Petro. sic nõ potuisti.] ꝑ, potuistis, [vna hora vigilare mecũ? vigilate & orate, vt nõ intretis in tentationẽ. Spiritº quidem prõptº est, caro aũt infirma.] Necessitatẽ orãdi & petẽdi ne intrẽt in tẽtationẽ, aperit ex periculo infirmę carnis hoc est carnalis affectus. Acsi apertius diceret non sufficit vobis quod habeatis spiritum promptum ad vitandũ peccatũ, sed oportet vos orare ne intretis succũbendo in tentationem: quia periculũ est ex parte carnalis affectus, qui nõ est firmus sub spiritu, sed mutatur ad præsentiã obiecti. Quod vtinã quotidie non experiremur, quod & ipsi Apostoli tunc experti sunt, quum præsentes affuerunt lictores curiæ. [Iterum secundo abijt, & orauit dicens, Pater mi si non potest hic calix trãsire.] Deficit præpositio cum pronomine, in Latino

textu

textu debet legi. [Transfire à me nisi bibã illum.] Et est sermo metaphoricus, assimilans passionem, mortemque eius calici amari liquoris. Quem transire à se, est non pati, nõ mori: quem bibere, est pati, est mori. [Fiat voluntas tua. Et venit iterũ, & inuenit eos dormientes: erãt enim oculi eorũ grauati. Et relictis illis, iterũ abijt & orauit tertio, eũdẽ sermonẽ dicẽs. Tũc venit ad discipulos suos, & dixit illis Dormite iam.] ꝓ, posthac seu de cętero, [& requiescite.] Hęc domini verba permissiua esse somni ad tollendam quã patiebantur grauedinem oculorũ, testatur Marcus: subiungens sufficit. [Ecce appropinquabit,] pro, appropinquauit, [hora,] Hęc verba nõ dixit Iesus simul cũ antedictis, dormite iam: sed interuallo somni indulto illis, excitauit eos dicendo, sufficit: quod Matthæus tacuit. Ecce appropinquauit hora, definita ab æterno. [Et filius hominis tradetur] pro, traditur [in manus peccatorũ: Surgite.] Sedẽtes enim potius quàm cubãtes putandi sunt dormisse. [Eamus,] obuiam quęrẽtib⁹ me. [Ecce appropinquabit.] pro, appropinquauit, [qui me tradet.] pro, tradit. [Adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus de duodecim venit: & cũ eo turba multa cũ gladijs & fustib⁹ missi.] Interpres addidit dictionẽ, missi: quę in Gręco nõ habetur. [A principibus sacerdotũ & senioribus populi Qui autẽ tradidit eũ, dedit illis signũ, dicẽs, Quẽcũ q3 osculatus fuero, ipse est, tenete eũ, Et confesti accedẽs ad Iesũ, dixit, Aue rabbi. Et osculat⁹ est eũ] Hinc colligitur maximam à Iesu indultam discipulis cũ ipso familiaritatem. [Dixit illi Iesus: Amice, ad quid venisti.] pro, venis seu ades? Quanuis sciret Iesus ad quid adesset (scilicet ad prodendum ipsum) nõ tamen appellauit eum proditorem, sed amicum ab officio osculi. Et interrogabat ad quid, cuius rei gratia adsit, quid sibi velit aduentus iste amicus, vt nec tanta proditione cõmotum Iesũ intueamur. [Tunc accesserunt, & manus iniecerũt in Iesum: & tenuerunt eum. Et ecce vnus] Petrus, [ex iis qui erant cum Iesu, extẽdens manum, exemit gladium suum: & percutiẽs seruũ principis sacerdotum, amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Iesus, conuerte gladium tuum in locũ suum. Omnes enim qui acceperint gladium gladio peribunt.] Duplicem hæc verba ingerunt quæstionem, Altera est de illorum verificatione: quia non apparet verũ, quòd omnes accipientes gladium, moriantur gladio. Altera est de applicatione ad factum Petri, quia iustæ defensionis causa gladio vtẽs nõ męrebatur audire pœnã homicidarũ. ¶ Solutio primę est, quòd accipere gladiũ, est propria temeritate vsurpare sibi gladii vsum contra hominem, & q; non significatur euentus secuturus dicendo in

do in gladio morientur, sed significatur meritum pœnæ. Ita quòd sensus & veritas est: quòd omnis vsurpans sibi gladij vsum contra hominem, meretur mori gladio, quod caret quęstione. ¶Solutio verò secundę est, quòd quia petrus reprehensione dignus erat (vtpote non expectata magistri responsione, præceps vtens gladio) ideo meruit, vt ad memoriam illius reuocaretur communis lex, olim inter alias leges à Moyse promulgata: Omnes qui gladiũ acceperint, in gladio morientur. Est enim talionis, seu iusti contrapassi. [An putas quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo.] Aduerbium modò, in Græco iungitur cum prima particula orationis, & nõ cũ secunda. Ita quòd legendum est. [An putas quia non possum modo rogare patrem meũ, & exhibebit mihi plus quã duodecim legiones angelorũ?] Significauit per hęc quòd modò (hora ac tempore passionis) nõ minuitur facultas mea, sed quicquid hactenus potui possum: ita quòd non ex impotentia patior. [Quomodo ergo implebũtur scripturę quia.] pro, ϕ, [sic oportet.] Necessitate diuinę diffinitiõis. [Fieri. In illa hora dixit Iesus turbis, Tanquam ad latronem existis cum gladijs & fustibus comprehendere me, quotidie apud vos sedebam docens in templo & nõ me tenuistis.] Intuere Iesum inter Iudę oscula, lictores & discipulos, singulis attendere, singulis prospicere, & nihil omittere suauissimis tum verbis tum factis: vt intelligamꝰ nihil in ipso turbulentum fuisse, sed serenissimum semper seruasse animum, sermonem, gestũ, motum, ac vniuersum suum opus. [Hoc autem totũ factũ est, vt adimplerẽtur scripturę prophetarũ. Tunc discipuli omnes.] nullo excepto. experientia cõprobãte verbum Christi caro autem infirma, præsentibus persecutoribus subducẽs à spiritu [Relicto eo fugerunt. At illi tenentes Iesum, duxerunt ad Caiphã principem sacerdotũ: vbi Scribę & seniores cõuenerant.] Tacet Matthęus intermedia gesta in domo Annæ soceri Caiphę. quę solus Ioannes explicauit. [Petrus autem sequebatur eũ à longe vsque in atrium principis sacerdotum.] Petrus sic fugisse omnibus discipulis fugientibus intelligitur, vt in manus capientiũ non incideret: nõ tamen ad latibula aut ad remota se contulit: sed ita temperauit fugã, vt tutus tanquam homo impertinés sequi posset Iesum, à lõge tamen. [Et ingressus intro, sedebato cũ ministris, vt videret finem. Principes autem sacerdotũ & omne cõcilium quærebant falsum testimonium contra Iesum, vt morti eũ traderent: & non inuenerunt. Et quum multi.] Deest in textu Latino coniunctio, &, & repetitio particulæ, non inuenerunt. Le-

gendum eſt, [Et non inuenerunt.& quum multi falſi teſtes acceſſiſſent non inuenerunt.] Significatur enim, quòd principes quærebant falſum teſtimonium, non qualecunque, ſed ſufficiens ad occidendum Ieſum,& nõ inuenerunt inter ſe tale falſum teſtimonium:& quòd nec accidentibus multis falſis teſtibus inuenerũt tale teſtimoniũ.[Nouiſsimè]pro,poſtea,[autem venerunt duo falſi teſtes:& dixerũt:Hic dixit. Poſſum deſtruere tẽplũ dei,& poſt.] pro,per,[triduũ reædificare.]pro,ædificare,[illud.]Aduerte iſtos falſos appellari & eſſe teſtes,quia verba Ieſu mutauerunt,ita quòd mutatio verborum mutat ſenſum literalem verborum Chriſti nã Ieſus(vt habetur Ioannis.2.) dixerat, ſoluite templum hoc : & iſti referunt,poſſum deſtruere templum dei. Rurſus Ieſus dixerat, & triduo excitabo illud: iſti verò referunt, & per triduum ædificare illud. Magna differentia eſt inter excitare & ædificare, magna differentia eſt inter affirmationem potentiæ deſtructiuæ & pronunciationem ſolutionis efficiendæ ab ipſis Iudęis.Vnde & mutatur ſententia.verba enim Ieſu ſignificant actiones circa naturale templũ:futuram ſcilicet ſolutionem corporis per ſeparationem animæ à corpore (quam effecerunt Iudæi occidentes ipſum) & excitationem à ſomno mortis per reſurrectionem. verba verò iſtorum ſignificant actiones circa ædificium artificialis templi: deſtructionem ſcilicet & ædificationem, vt patet. [Et ſurgens princeps ſacerdotum,ait illi,Nihil reſpondes ad ea,quæ iſti aduerſum te teſtificantur?]Interpres ex duabus orationibus interrogatiuis confecit vnam nam iuxta Græcum altera oratio eſt,nihil reſpondes?altera eſt, quid iſti contra te teſtificantur, ſeu teſtimonium dicunt?Loco quid,poſuit interpres,ad ea quæ. [Ieſus autem tacebat.Et ſurgens princeps ſacerdotum,ait illi,Adiuro te per deũ viuum,vt dicas nobis ſi tu es Chriſtus filius dei.Dixit illi Ieſus,tu dixiſti.]Ex Marco intelligim⁹ verba hęc afferentia ſic eſſe,vt Caiphas dixit.Ita quòd ſenſus eſt tu dixiſti quod eſt.[Veruntamen dico vobis,amodo videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis dei.]interpres appoſuit dei [Et venientẽ in nubibus cœli.] Hoc adiunxit Ieſus ad declarandum põtificibus, ſacerdotibus & ſenioribus myſteriũ occultum vſque hodie Iudæis,de duplici aduentu Meſiæ:altero humili,altero glorioſo.ne fallerentur in ipſi⁹ deiectione, ſubiectione &c. [Tunc princeps ſacerdotum ſcidit veſtimenta ſua.] in ſignum execrationis irrogatæ deo iniuriæ. [Dicens,Blaphemauit:quid adhuc egemus teſtibus?ecce nunc audiſtis blaſphemiam.] In Græco additur pronomen,eius : audiſtis

blaſphemiam

blaſphemiam eius. [Quid vobis videtur? At illi reſpondentes dixerunt, reus eſt mortis.] Qui debebant audita diſtinctione duorum aduentuum Meſiæ interrogare à Ieſu (quem ſciebant multa ſigna feciſſe: & ſpecialiter illuminaſſe cæcum à natiuitate, ac reſuſcitaſſe Lazarum) vnde diſtinctio iſta duorum aduentuum Meſię habetur authentice in prophetis, & ſcrutari veritatem, erumpunt cęci ad damnandum doctorem veritatis. ¶Vbi aduerte Ieſum elegiſſe damnari à pontificibus, doctoribus legis & ſenioribus, non velut tortum aut confeſſum, ſed velut committentem coram ipſis crimen in diuinam maieſtatem: in quo caſu ijdem ſunt iudices & teſtes vt & turpiſsimo modo cum tanta execratione & facti euidentia damnaretur à talibus: & extremam ſubiret infamiam apud Iudæos, ſpectantes ad id quod primates ſentiunt de Meſia: [Tunc expuerunt in faciem eius: & colaphis eum ceciderunt. Alij autem palmas in faciem eius dederunt, dicentes, Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt qui te percuſsit? Petrus verò ſedebat foris in atrio] Ieſus erat intus, hoc eſt in aula: Petrus verò non erat in aula, ſed extra aulam in atrio. [Et acceſsit ad eum vna ancilla, dicens, Et tu cum Ieſu Galilæo eras. At ille negauit coram omnibus, dicens: neſcio quid dicis. Exeunte autem illo ianuam.] pro, egreſſum autem illum in veſtibulum, [Vidit eum alia ancilla.] Interpres addidit ancilla in Latinis codicibus. Locus alter & mulier altera ſignificatur. [Et ait ijs, qui erant ibi: & hic erat cum Ieſu Naſareno. Et iterum negauit cum iuramento, quia non nouit hominem. Et poſt puſillum acceſſerunt qui ſtabant: & dixerunt Petro, vere & tu ex illis es: nam & loquela tua manifeſtum te facit. Tunc cœpit deteſtari & iurare.] Conſidera & treme vir iuſte. Petrus paulo antè ipſo Ieſu atteſtante mundus, ac per hoc in charitate exiſtens, ſacramentis corporis & ſanguinis Chriſti digne communicans, præmonitus de futura hac tentatione, paratus potius mori quàm negare Chriſtum, ad vnius ancillæ vocem illum negauit, & ſucceſsiuè addidit periurium. Quare hoc? quia magna eſt differentia inter charitatis gratiam habitualem & vſum illius: quia non ſumus ſufficientes ex nobis ad vſum charitatis & gratiæ, quam habemus in anima infuſam à deo, ſed egemus ad vtendum illa continuo gratuito dei auxilio. quo quia Petrus caruit tunc (quia deus reliquit Petrum tunc ſibiipſi prædito charitate & gratia habituali) ideò cecidit & perdidit charitatis gratiam. Sic Moyſes, ſic Dauid cecidit. [Quia non nouiſſet.]

pro,non noui.verbum enim Petri recitatur.[Hominem.Et continuo gallus cantauit Et recordatus est Petrus verbi Iesu quod dixerat,]pro,qui dixerat ei. Interpres & relatiuum referens Iesum,mutauit:& omisit pronomen,ei,demonstrans Petrum. [Priusquam gallus cantet,ter me negabis, Et egressus foras,fleuit amare.

CAPVT XXVII.

M Ane autem facto.]Alter est hic conuentus consilij. Primò enim conuenerant in prima parte noctis, qua post cœnam captus est Iesus: & tũc iudicarũt ipsum reum mortis tanquàm blasphemum, & redierunt cõsiliarij ad propria Iesu subiecto irrisionibus, alapis, colaphis & sputis. mane autem facto conuenerunt iterum.[Consilium inierunt.] Non solùm à diuersitate temporis, sed ab inchoatione consilij describitur nouus cõuentus. [Omnes principes sacerdotũ & seniores populi aduersus Iesum,vt eũ morti traderent.] Decreuerãt siquidẽ prius Iesum occidere iudicãtes ipsum reum mortis, sed nõ executionis modum. Executio siquidem non erat in potestate eorũ:quia Romani reseruauerant præsidi causas sanguinis: vt ipsimet Iudæi testantur apud Ioannem.& propterea consilium inierunt de modo exequendi. Erat autem opus consilio: quia præses erat Ethnicus, & paruipendebat causas Iudæorum de transgressionibus legis Moysi. Cogitabant enim Iudæi volentes vt Pilatus occideret Iesum, si petemus à præside mortem Iesu tanquàm blasphemi, non exaudiet nos, paruipendens hæc nostra: & propterea oportet inuenire. modum quo præsidem inducamus ad occidendum Iesum. Hæc fuit ad literam ratio noui huius consilij, vt Iesum morti traderent. ¶Quæ autem fuerit consilij huius conclusio, subsecuta ipsorum primatum facta manifestant. Concluserunt enim imponere Iesu multa crimina, scilicet quòd prohiberet tributũ dari Cæsari,quòd esset seductor populi à Cæsare, &cæ. sed præcipuè reum esse læsæ maiestatis. Quod fundabant super hoc,quòd fecerat Iesus se regem:dicendo se esse Messiam, & veniendo ante quinque dies in Hierusalem cum turba multa acclamante ipsum regem [Et vinctum.] tãquàm notorie dignũ morte.[Adduxerũt eum: & tradiderunt Pontio Pilato præsidi.]Si vera sunt quæ de patria Pilati dicuntur, nomen proprium est hominis illius qui præses erat. ita quòd neutrum est nomen patrium: sed vel(ut sæpe contingit)nominabatur nomine composito, vel alterum(fortè Pilatus) est cognomen. Dicitur enim natione Burgundio, patria Lugdunensis. [Tunc]

quum

quum publicè Iesus vinctus traditus est præsidi vt occideretur. [Videns.] oculis corporeis. [Iudas qui eum tradidit quod damnatus esset.] Iesus ad mortem à principibus sacerdotum & senioribus Iuxta hunc enim loquendi modum dicitur Lucę vltimo, quomodo tradiderunt eum principes nostri in damnationem mortis. [Pœnitentia ductus.] Hinc apparet quòd Iudas putauerat tradere Iesum castigandum à principibus Iudæorum & non occidendum: Et ideo quum vidit, quòd Iesus damnatus esset à principibus ad mortem (videndo eum vinctum tradi præsidi) pœnituit eum facti. [Retulit triginta argenteos.] quos pro proditione illa nocte receperat. [Principibus sacerdotum & senioribus.] à quibus illos receperat. ¶ Si obijcitur quòd principes sacerdotum erãt tũc coram Pilato, ac per hoc non erant in templo, in quo Iudas adiuit illos. Respondetur quòd principes sacerdotum non soli Annas & Caiphas (qui erant supremi) sed etiam alij primates inter sacerdotes appellantur. Ita quòd aliqui primores occupabantur circa procurandam Iesu mortem, & alij primores etiam erant in tẽplo: quum esset primus dies Paschę, sicut alij seniores erant ibi, & alij seniores erant in templo. Vtrique enim vtrobique commemorantur. [Dicens, Peccaui.] Fatetur Iudas peccatum suum, & offert restitutionem precij: ad exonerandum conscientiam suam, & ad excitandum principes & seniores, vt retractent damnationem Iesu. [Tradens sanguinem iustum.] pro, innocentem. Hinc apparet quòd Iudas imposuerat Iesu crimen delitiarum, tradendo ipsum tanquam virum sensualem. Restituendo enim ei famam, reddit rationem proprij peccati, quia Iesus est innocens. [At illi dixerunt quid ad nos? tu videris.] Futurum est actiui verbi. [Et proiectis argenteis in templo, recessit.] Hinc apparet quòd principes recusarunt per prȩcedentem responsionem (quid ad nos? tu videris) recipere à Iuda triginta argenteos, tanquam pro exoneratione ipsius Iudæ & aggrauatione ipsorum principum relatos à Iuda, recusantibus siquidem eis recipere, Iudas proiecit triginta argenteos ibi coram eis, tanquam omnino volens se exonerare. [Et abiens laqueo se suspendit.] Pœnitentia humani animi sine gratia dei: quanto maior est tanto periculosior. absorbet siquidem hominem abundantiori tristitia & desperationem inducit: talem enim fuisse pœnitentiam Iudæ, hic exitus comprobat. Principes autem sacerdotum acceptis argenteis.] Quos ab ipso Iuda recusauerant accipere, postea proiectos acceperunt. [Dixerunt: non licet.] Vere colantes culicem & glutientes asilum. [Eos mittere in

corbonam.]Hebræa dictio est & significat sacrum thesaurum: vt Iosephus cap.8 lib.2.de bello Iudaico testatur, dicens, Erat apud eos sacer thesaurus, quem corbonam dicunt. [Quia preciũ sanguinis est. Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli in sepultura peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille acheldemah, hoc est, ager sanguinis vsque in hodiernum diem.]Interpres Hebræa & Latina lingua protulit, quod Matthęus scripsit Græca. nã superfluunt tres dictiones: acheldemah hoc est. [Tunc impletũ est quod dictum est per Hieremiam prophetam, dicentẽ: & acceperũt triginta argenteos preciũ appreciati, quem appreciauerunt à filijs Israël: & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi dominus.]Quia hæc in Hieremia nostro non habẽtur, si euãgelista scripsit, vt litera sonat, credendum est in Hieremia non apocripho, sed canonico scripta fuisse hæc quæ citantur. quanuis ad nos nõ peruenerit. multa enim prophetarum scripta perdita fuisse, constat ex historia librorum Regum & Parali. Si autem malignitate aut errore aliorum pro Zacharia scriptus est Hieremias (quod credi potest: quia sententia horum verborum in illo inuenitur) habemus verba Zacha. cap. 11. hæc. Et appenderunt mercedẽ meam triginta argenteos: & dixit dominus ad me, proijce illud ad statuariũ decorum precium, quo appreciatus sum ab eis: & tuli triginta argenteos, & proieci illos ad statuarium. Hæc verba occultæ prophetiæ Matthæus exponendo attulit: cogendo omnes actiones, quæ interuenerunt circa præcium quo traditus est Iesus in vnam, & vtendo effectibus actionum pro actionibus. ¶Vide singula. Matthæus loco illorum verborum, & tuli triginta argenteos, & proieci illos in domo domini, exponendo explicat affectum huius proiectionis, dicens, & acceperunt triginta argenteos. Loco illorum verborum, decorum precium quo appreciatus sum ab eis (omissa ironia qua deus vtitur appellando illud precium decorũ) dicitur, precium appreciati quem appreciauerũt à filijs Israël. Loco illorum verborum, ad statuariũ, exponendo dicit, & dederunt eos in agrum figuli, Loco illorũ verborum, & dixit dominus ad me, proijce illud ad statuariũ, abbreuiãdo dicit, sicut constituit mihi dominus. ¶Vbi potes prudens lector perspicere eandem esse sententiam prophetæ, & euangelistæ, sed altero ordine dictam: quoniã apud prophetam postquãm deus narrauit appẽsos pro se esse triginta argenteos, præcipit prophetæ, vt proijciat tam turpe precium in domo domini ad formatorem, ad figulum formatorem vasorum. quod Matthęus exponit ad emendum agrum figuli. &

propheta tulit huiusmodi argenteos, & proiecit in domo domini ad statuarium: hoc est ad dictum effectum, scilicet ad emendū agrum figuli. Et significatur per præceptum domini factum prophetæ, diuina ordinatio de precio illo conuertendo in emptionem agri figuli: per executionem verò subsecutam, aperitur quòd de facto erat adimplendum præceptum. Per hoc autem quòd cui præcipitur, & qui exequitur est persona prophetæ, significatur quòd ministri operum horum (scilicet Iudas qui proiecit, & principes sacerdotum, qui dederunt precium illud pro agro figuli) non ex se, sed diuina acti ordinatione hęc fecerunt: sicut etiam Caiphas prophetauit apud Ioannem. propter hoc enim vtrunque attribuitur prophetæ, scilicet & proijcere argenteos in templo, & intentio ad agrum figuli, quæ non fuit in Iuda, sed in principibus sacerdotum. ¶ Apud euangelistam verò deus explicat primò actionem principum sacerdotum, scilicet quòd acceperunt triginta argenteos, explicando quales commemoratione prioris facti ab eisdem. precium appreciati, Mesię à filijs Israël, principibus sacerdotum senioribus & Iuda, non à Gentilibus Pilato & suis: quem, Messiam, appreciauerunt, precio æstimauerunt prædicti vendendo & emendo. Deinde actionem eorundem alteram, & dederunt eos in agrum figuli. Et demum subiunguntur verba propherę de diuina super his actionibus ordinatione facta ei: hoc est ministris dei in his, reseruata notitia diuinæ ordinationis apud prophetam. [Iesus autem stetit ante præsidem. & interrogauit eum præses, dicens: tu es Rex Iudæorum?] In textu Græco apponitur articulus, significans ille Rex: ad significandum quòd Pilatus interrogabat de illo Rege qui expectabatur à Iudæis: hoc est Messia. Et hinc apparet conclusio consilij Iudæorum, quòd scilicet concluserunt imponere ei crimen lęsæ maiestatis apud Pilatum.

[Dixit illi Iesus: tu dicis.] Tacet Matthæus multa quę Ioannes explicat. Verba hęc (vt superiùs diximus) duplicem habent sensum, scilicet affirmationis dicti vel dictionis. [Et quum accusaretur à principibus sacerdotum & senioribus, nihil respondit.] Prior interrogatio fuerat intus in prætorio, principibus sacerdotum expectantibus extra prætorium ne contaminarentur: hęc autē accusatio fuit extra prætorium, ducto illuc Iesu coram accusatoribus. [Tunc dicit Pilatus, non audis quanta.] pro, quot. seu quàm multa, & breuiter, quanta numero, nō mole. [Audiens te dicunt testimonia? Et non respondit ei ad vllum verbum: ita vt miraretur præses vehementer. Per diem autem solennem consue-

erat præſes populo dimittere vnum vinctum quem voluiſſent, Habebat tunc vnum vinctum inſignem, qui dicebatur Barrabas. [Cõgregatis ergo illis dixit Pilatus: quem]pro, verum, [vultis dimittã vobis, Barrabã an Ieſum qui dicitur Chriſtus? Sciebat em q̃ per inuidiam tradidiſſent eũ.] Hoc dixit euangeliſta ad ſignificandũ, quòd Pilatus ex induſtria propoſuit populo liberationem Ieſu: vt ſcilicet populus peteret liberationem Ieſu, quem primates inuidia acti tradiderant in manus curię [Sedente autem illo pro tribunali, miſit ad eum vxor eius, dicens: Nihil tibi & iuſto illi. multa enim paſſa ſum hodie per viſum]pro, in ſomnis, [propter eum.] afflictio huius mulieris ſomniãdo (ita vt cognoſceret ſe terreri aut pati propter Ieſum) quum non fuerit à ſanctis angelis, qui myſterium redemptionis humanæ non impediebant, à dæmone videtur immiſſa: qui ab initio tentauerat ſcire, ſi Ieſus eſſet filius dei. Aliquãtulum enim timuit tunc. & ideo excitauit per ſomnium vxorẽ Pilati ad liberandum Ieſum. [Vbi nota, quòd nullus nullãve expendit minimum verbum in fauorem Ieſu toto tempore paſſionis, niſi vxor Pilati & ipſe Pilatus. Quorum neuter credebat in Ieſum, ſed ambo erant gentiles. Et neuter incitatus fuit ab aliquo aut aliqua pro Ieſu: ſed vxor à ſomnio, Pilatus ab ipſa iuſtitia & nota inuidia primatum. [Principes autem ſacerdotum & ſeniores perſuaſerunt populis.] pro, turbis, [vt peterent Barrabã: Ieſum vero perderent.] Nõ ſuffecit principibus & ſenioribus ſuadere turbæ, vt liberarent Barrabam ſeditioſum ac homicidam, ſed etiam ſuaſerunt vt peterent & inſtarent pro occiſione Ieſu [Reſpondens aũt præſes, ait illis quẽ.] pro, vtrũ, [vultis vobis de duob⁹ dimitti?] Tacet Matthęus petitionem turbæ cui Pilatus reſpondet. Turba enim prius rogabat fieri ſibi gratiam ſolitam. & obtenta gratia in genere, petebat ĩ indiuiduo vnum. Hac autem vice turbę rogãti pro ſolita gratia, reſpondit Pilatus dando illi optionem Ieſu vel Barrabæ. Turba autem non ſtatim optauit: ſed quum cogitarent vter eſſet optandus, principes & ſeniores ſuaſerunt illis contra Ieſum. Primæ itaque petitioni turbæ differentis opinionem, reſpondit replicando optionem · tanquam ſolicitans optionem. [At illi dixerunt, Barrabam.] Conſidera quòd Ieſus elegit etiam pati hanc ignominiam, quòd optaretur Barrabas latro, ſeditioſus & homicida contempto ipſo: actore vitæ, pacis, & omnium largitore bonorum. [Dixit illis Pilatus. quid igitur faciam de Ieſu qui dicitur Chriſtus?] Pilatus audita optione Barrabæ, vbi vidit quòd p viã optionis non liberaret turba Ieſum, proponit per viam interrogationis

gationis & velut consilii: vt vel sic turbæ liberationem Iesu peterent. [Dicunt omnes.] Tanta erat efficacia persuasionis à principibus & senioribus, vt nullo discrepante omnes contra Iesum verterentur. [Crucifigatur.] Turbæ quæ ad opus misericordiæ, ad liberandum, scilicet vnum à morte, conuenerant coram præside (quæ saltem debebant tractare Iesum sicut alios vinctos, & dicere, fac iustitiam nostrum non est nisi petere gratiam solitam, quia ad hoc tantùm conuenimus) vertuntur ad crudelitatem, ad petendum mortem innocentis, & non solùm mortem, sed crudele ac ignominiosum mortis genus. [Ait illis præses, quid enim malifecit?] Ad retrahendum turbam à tam iniusta petitione, inquirit causam, qua meretur Iesus crucifigi. [At illi magis clamabant.] Loco causæ clamores augent. [Dicentes, crucifigatur, videns autem pilatus quia nihil proficeret.] studium suum in turba ad liberandum Iesum. [Sed magis tumultus fieret.] Tãtus excitatus erat furor in turbis contra Iesum, vt tumultum timeret præses. [Accepta aqua, lauit manus coram populo.] in signũ publicum innocentiæ Iesu, & exonerationis propriæ, & reiectionis culpæ in Iudæos. hæc enim tria explicant verba ipsius exonerationem propriam, [Dicens, innocens ego sum.] innocentiam Christi, dicendo. [A sanguine huius iusti.] reiectionem culpæ in Iudæos, dicendo [vos videritis.] est enim futurum actiui verbi subiunctiui. [Et respondens vniuersus populus, dixit: sanguis eius super nos & super filios nostros.] Præceps furor turbarum super se ac filios suos suscipit damnationem eius quem innocentẽ iudex pronunciat. Et sicut dixerunt ita experiuntur factum subsecutum, quoniam vsque in hodiernum diem dant pœnas sanguinis Christi, dispersi per vniuersum mundum, exosi omnibus. [Tunc dimisit illis Barrabam, Iesũ autem flagellatum.] Matthæus non scribit res gestas ordinate, sed infra significat Iesum ante diffinitionem fuisse flagellis cæsum. Flagellauit Iesum Pilatus, arbitrans ipsum non esse dignum morte, sed flagellis corripiendum, pro eo quòd se fecisset Messiam. [Tradidit eis vt crucifigeretur.] Pronomen, eis, nõ est de textu, Factum hoc monstrat non solùm instabilitatem turbarum (quæ quinto die antè acclamauerant Iesu, benedictus qui venit in nomine domini, & deinceps quotidie concurrebant ad illius prædicationem audiendam in templo) sed monstrat nullis artibus, nullis attractionibus, nullis mediis vsũ fuisse Iesũ ad captandum fauorem hominum tam magnatum quã plebis tot siquidem horis decursis à tẽpore comprehensionis vsq; ad

mortem

mortem inclusiuè, nullus diues aut pauper comparuit in fauorem eius, nullus inter turbas inuentus est, qui non fuerit contrà ipsum. Elegit nãq3 Iesus à turbis vnanimi voto & nullo sibi fauente pati sic: vt cognoscat mundus ex ipso facto, quòd ipse non fuit author sectæ sicut sunt alij homines capita sectarum, vt testimonia diuinitatis eius credibilia redderentur [Tunc.] Non monstratur temp° post condemnationem: sed redit euangelista ad gesta prius. illusio enim hæc facta fuit ante diffinitiuam sententiam. Pilatus siquidem intellectis quæ dicta & gesta sunt à Iesu & sequacibus ipsius circa regni negocium (scilicet quòd dixit se Messiam, & quòd quinto die antè ingressus est super asinam cum turbis acclamantibus ipsum Messiam) & comperto quòd nihil aliud est subsecutũ ex hoc tam in ciuitate quàm extra, & videns quòd nullus pro eo loquitur & alia huiusmodi humilitatis Iesu testimonia, arbitratus est sicut & Herodes, Iesum esse puniendum vt fatuum: vtpote qui tam fatuis medijs aspiraret ad regium titulum. Et propterea derideri illum fecit in habitu regio: vt flagellis castigatus tanquam aliqualiter peccasset, & irrisionibus vituperat° vt fatuus, abstineret à Profitendo se Messiam, & perderet deinceps authoritatem coram turbis: & tam principes sacerdotum & seniores, quàm etiam turbę videndo illum iam castigatum & vituperatum, cessarent à petendo mortem Iesu. Hęc sunt ad literam causæ ex parte Pilati. ¶ Sed intuere tu lector, quòd Pilatus cuius intererat, locupletissimus est testis, quòd Iesus non astutijs mundi huius, non prudentijs hominum ambitiosorum vsus est: sed talibus quæ à sapientibus huius mundi stulta iudicantur. Et elegit similiter hæc Iesus ad tollenda impedimenta credendi in ipsum ab animis hominum: vt testimonia diuinitatis suæ credibilia redderentur. [Milites præsidis suscipientes Iesum in prætorio, congregauerunt ad eum vniuersam cohortem & exuẽtes eum, chlamydem.] pallium militare. [coccineã.] purpuream, [circundederunt ei: & plectentes coronam de spinis imposuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius: & genu flexu ante eum, illudebant ei, dicentes, Aue rex Iudæorum. Et expuentes in eum acceperunt arundinem: & percutiebant caput eius. Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamydem: & induerunt eũ vestimentis eius. & duxerunt eum vt crucifigerent. Exeuntes autẽ, inuenerunt hominẽ Cyrenęum] nomine, Simonẽ, hunc angariauerunt vt tolleret crucẽ eius.] Hinc apparet quòd Iesus nõ poterat cõtinuari portationẽ suæ crucis, & propterea coẽgerũt Simonem illum ad supplendum. erat enim tantæ ignominiæ portare.

tare i illo ſpectaculo crucem,vt nullus inueniretur qui precio hoc onus ſubiret. ¶[Hinc quoque apparet rationi conſentaneum eſſe, quòd Ieſus ſub onere crucis caderet,nimio preſſus onere,vt prædicatur.[Et venerunt in locum qui dicitur Golgotha.]Aiunt Golgotha non Hebraicam,ſed Syrã eſſe dictionẽ.[Quod eſt Caluariæ locus.]In Græco habetur,[Quod eſt interpretatum Caluariæ locus.]quia ibi damnatorum capita iacebãt.Locus ad ſupplicia deputatus ſignificatur: vt etiam hanc ignominiam Ieſus eligeret pati.¶[Et hic eſt alius locus ex quo patet Matthæum non ſcripſiſſe Hebraicè,ſed Grecè. propterea enim dictionem Golgotha vſurpatam ab Hebræis ex Syra lingua,interpretatus eſt Græcè. [Et dederunt ei vinum bibere.] Non conſtat an vinum,an acetum Matthæus ſcripſerit, propter diuerſitatem codicum. [Cum felle mixtum.] O crudelitatem etiam tam afflicto crucifigendo addunt afflictionem potus amari. [Et quum guſtaſſet, noluit bibere.Poſtquam autem crucifixerunt eum.] clauis perforantes manus & pedes. Quanuis etiam funis monſtretur vſque hodie, quo ligatus in cruce fuit Ieſus dum crucifigeretur clauis. [Diuiſerunt ſibi veſtimenta eius,ſortem mittentes. vt impleretur quod dictum eſt per prophetam dicentem,Diuiſeruut ſibi veſtimenta mea,& ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.] Tota hęc citatio prophetici teſtimonij, inſerta dicitur Matthæo: eo quòd non habetur in multis Græcis codicibus.prophetia tamen clara eſt in Pſalmo viceſimoſecundo. [Et ſedentes ſeruabant eum.]In textu Latino deficit aduerbium,ibi.Legendum eſt.[Et ſedentes ſeruabant eum ibi.] Ad ſignificandum quòd non illinc receſſerunt ad procul cuſtodiendũ,ſed manſerunt ibi iuxta crucem.[Et impoſuerunt ſupra caput eius cauſam ipſius ſcriptam,Hic eſt Rex Iudęorum.] Affixerũt ſupremę parti crucis tabellam continentem cauſam damnatiõis ipſius vt omnibus publica authoritate innoteſceret quare crucifixus eſt.Niſi enim ſupra crucem cauſa damnationis fuiſſet ſcripta,quis crederet Chriſtianis quòd Ieſus pro hac cauſa fuiſſet à Pilato dãnatus?cui nã daretur licentia fingendi quodcunq; crimẽ pro cauſa dãnationis Ieſu?quũ etiam cum toto hoc auſi fuerint nonnulli (Maximini Galeri tempore)hęc fingere.[Tũc crucifixi ſunt.]pro, crucifigũtur,[cũ eo duo latrones:vnꝰ à dextris.& vnꝰ à ſiniſtris.] Et hoc ad cumulum ignominiæ Ieſu: vt inter ſceleratos punitus, ſceleratus haberetur ab omnibus.[Prætereuntes autem.] Non ſolum à turbis & miniſtris curiæ, ſed etiam à tranſeuntibus patitur.

tur. quũ tamen mos sit ꝙ transeuntes & spectantes commiserentur crucifixos. [Blasphemabant eũ.] Hinc habes quod iniurię verborum quæ illatę alijs hominibus sunt detractiones, contumeliæ, irrisiones & huiusmodi, quum irrogantur Christo sunt blasphemiæ: quia Iesus erat deus. [Mouentes capita sua, & dicentes: Vah qui destruis tẽplũ dei & in triduo illud reædificas.] pro, ædificas, [salua temetipsum. si filius dei es, descẽde de cruce.] Nõ est in textu Greco interiectio vah: sed cõtinuatur oratio ĩcludẽdo salua teipsum, ita quod verbum principale est ĩperatiuũ salua. Exprobrãdo enim quod possit ædificare templum in triduo, insultant, salua teipsum modò, qui templum dei olim gloriabaris posse destruere & triduo ædificare. [Similiter & principes sacerdotum illudentes cum Scribis & senioribus, dicebant: Alios saluos fecit, seipsum nõ potest saluum facere si Rex Israël est, descẽdat nũc de cruce, & credimus ei.] pro, & credemus in eo. [confidit in deo: liberet eũ nũc, si vult. dixit enim quia filius dei sum.] Tantus erat in primatibus ad Christi necem furor, vt non erubescerent spectaculo crucifixorum interesse, & insultare crucifixo. ipsi volebant interesse vsque ad mortem Iesu, timentes ne aliquod obstaculum obueniret. [Idipsum autem & latrones qui crucifixier ãt cum eo, improperabant,] pro, opprobrabãt, [ei. A sexta autem hora tenebrę factæ sunt super vniuersam terram vsque ad horam nonã.] Quod tenebrę fuerint super terram vniuersam non partem terræ, Euangelista testatur. Modus autem quo factę sunt, incertus est: quia nulla autentica authoritate constat. Nullus apparet mihi modus communis vniuersæ terræ euidẽtius mirabilior, quã sine interposito aliquo corpore subtractos solis radios à tota hemisphærij diurni terra fuisse: ĩ terra enim alterius hemisphærij erit tunc nox, nec oportebat ibi tenebras fieri. [Et circa horam nonã clamauit Iesus voce magna, dicens. Eli Eli lammab hesabthani.] Duæ dictiones Hebræę sunt, altera lammab. i. vt quid seu quare, altera hasabthani, quadrisyllabũ. Et hæc ęquiualet duabus scilicet verbo dereliquisti! & pronomini me. Vbi apparet quòd Latini confundunt duo in vnum a. [Hoc est deus meus deus meus, vt quid dereliquisti me?] Hinc apparet Matthæum non scripsisse euangelium in lingua Hebraica. nam scribẽdo in lingua Hebraica, locum non habet interpretatio (hoc est deus meus) in alia lingua. Si enim totus textus est in Hebraica lingua scriptus, ita hæc particula sicut cæteræ interpretanda alijs linguis relinquebatur. Quo circa interpretatio apposita testatur, quòd totũ textum scripsit alia lingua scilicet Græca, & quod hanc particulam

particulam retulit iuxta linguam Hebræam, vt intelligeremus occasionem erroris putantium quod Eliam vocaret. & subiunxit interpretationem in lingua Græca, in qua totum textum scribebat. ¶ Nec obstat si Hieron. viderit Matthæum in Hebræo, quia sicut liber contra Gent. diui Thom. inuenitur translatus ex Latino in Græcum, ita potest Matthæus fuisse ex Græco in Hebræum translatus. [Quidam autem illic stãtes & audientes, dicebãt, Eliã vocat iste.] Gentiles audientes Eli, ignari Hebræę linguæ, putarunt q̃ vocaret Eliam. [Et continuo currens vn⁹ ex eis, acceptam spongiam impleuit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere.] ad afflictionis cumulum. ¶ Omittit hîc Matthęus vocem Iesu dicentis, sitio, propter quam datum est ei acetum. [Cęteri vero dicebãt, sine videamus an veniat Elias liberãs eũ.] Tã ille qui acetũ dedit, quã isti gentiles erant ignari Hebrææ linguæ [Iesus autẽ iterũ clamãs voce magna, emisit spiritum.] Interpres carens participio actiuo præteriti temporis, dixit clamans. Certum est enim quod implicatio est dicere, clamando emisit spiritum: quia dum clamat quis, viuit. Sed ad sensum in quo dicitur, verificatur, pro quanto terminus clamoris fuit emissio spiritus, & hoc in textu Græco significatur. Tacet Matthæus qui clamãdo dixit, scilicet in manus tuas &c. ¶ Vocem autem magnam emittendo expirauit, vt intelligerent etiam prędsentes ibi quod in potestate eius est miracula facere, quod voluntarie moritur qui tanto assumpto robore expirat, qui paulò antè adhuc non crucifixus portare nequiuit crucem.

¶ Confutantur & hinc hæretici omnes negantes Iesu mortem in cruce. [Et ecce velũ templi scissum est in duas partes, à summo vsque deorsum.] Inter sanctuarium & sanctum sanctorum in tẽplo erat velum, significãs nondum esse propalatam sanctorum viam durante statu illo: vt dicitur ad Heb. 9. Et hoc scissum est non solùm vt pontifices, & sacerdotes stuperent nouo miraculo: sed intelligerent cessare per mortem Christi veterem statum, apertam iam esse sanctorum viam. eodem siquidem die sancti patres ingressi sunt paradisum, in quo fuit cum Iesu etiam latro. [Et terra mota est, & petrę scissæ sunt.] Sol, aër tenebrosus, velum templi, terræmotus, petrarum scissio, testimonium reddunt Iesu Christo.

[Et monumenta aperta sunt.] Nescio si hoc præueniendo narret Euangelista, sicut sequens miraculum. [Et multa corpora sanctorũ quidormierãt surrexerunt.] Hoc proculdubio præueniendo narrat nã isti surrexerunt post quam surrexit Iesus, & non tunc quũ expirauit Iesus. [Et exeuntes de monumentis, post resurrectionem

nem eius.] Hęc particula temporis significatiua, refertur non solùm ad exitum de monumentis sed etiam ad resurrectionem corporum. Ita quod secundum sententiarum ordinem ordinanda est litera sic: & post resurrectionem eius, multa corpora sanctorum &c.[Venerunt in sanctam ciuitatem.]hoc est in Hierusalem. Quæ sancta dicitur, quia electa erat à deo ad cultum diuinũ in ipsa persoluendum.[Et apparuerunt multis.] testimonium reddendo resurrectionis Iesu, & quod ipse est Messias. ¶Scito quod isti sancti surrexerunt à mortuis nõ vt Lazarus (qui iterum mortuus est) sed immortales. Quod patet ex differentia vitæ. nam Lazarus suscitatus est ad officia ac conuersationem vitæ præsentis cum alijs hominibus: & propterea surrexit mortalis. sicut filius viduæ restitutus matri suæ, & similes. isti autem non sunt suscitati ad officia & conuersationem præsentis vitę. Propter quod significantius Matthęus explicauit quod apparuerunt multis. & non quod cõuersati sunt cum multis. Significatur enim per hoc ꝙ surrexerunt ad officia & conuersationem alterius vitæ: sed ad multos mortales venerũt per modũ apparitionis. Hoc siquidem modo ad mortales quãdoque veniũt immortales spiritus & immortales homines, quorum cõuersatio continua nõ est nobiscũ. Vnde & de Iesu Christo post quàm surrexit à mortuis, idem mod⁹ significatur veniendi ad homines: dicendo Act. 1. per dies. 40. apparens eis. [Centurio autem & qui cum eo erant custodientes Iesum viso terręmotu & ijs quę fiebant.] pro, facta fuerãt, [timuerunt valde: dicentes; verè filius dei erat iste. Erant ibi mulieres multę à longè.] Deest. spectantes, [quæ secutę erant Iesum â Galilæa ministrantes ei.] Dubium est an referatur à Galilæa, ad mulieres (significando mulieres Galilæas) an ad sequelam. significando mulieres, quæ tunc fuerant Iesum à Galilæa venientem in Hierusalem secutæ. Hoc secundum est certũ: primum autem non est certũ. immò dissonat à contextu Lucę: qui ait, Stabant noti eius à lõge, & mulieres quę secutæ eum erant à Galilæa. & paulopost: subsecutæ autem mulieres, quæ cum eo venerant de Galilæa. Si nationem mulierum euãgelista intenderet significare, non repeteret infra paucas lineas nationẽ: sed quia sequaces illius itineris vltimi intendũt significare. ideo describũt Matthęus & Lucas eas semper à sequela ex Galilęa. Fuisse siquidem multas earũ Hierosolymitanas, insinuãt Iesu verba: filiæ Hierusalem nolite flere super me. [Inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi.] Non dicit quarum, vt etiam si duro expositori concederetur gregem illum mulierum fuisse Galilæum, non

tum,non intelligatur ſingulas fuiſſe Galilæas : ſed inter illas erat Maria Magdalena,quæ erat Iudæa,non Galilęa [Et Ioſeph.]pro, Ioſe,[mater,& mater, filiorum Zebedæi.] Vnamet mulier intelligitur mater Iacobi minoris (qui dicitur frater domini)& Ioſe ſeu Ioſeph , nomine Maria.Ita quod tres tantùm mulieres nominantur : quanuis tertiæ nomen proprium ſileatur hîc : quod alibi explicatur Salome . [Quum autem ſero.]pro,ſerum, [factum eſſet.]pro fieret.Significatur enim tempus diei tardum:hoc eſt veſpertinum. [Venit quidam homo diues ab Arimathia] Nomen proprium ciuitatis eſt Arimathia.& dicitur quod eſt Ramatha,vnde oriundus fuit Samuel. [Nomine Ioſeph.]Hic in Græco etiam habetur Ioſeph.[Qui & ipſe diſcipul⁹ erat Ieſu.Hic acceſsit ad Pilatum : & petijt corpus Ieſu.] Iuxta humanam rationem iſte Ioſeph, quandiu Ieſus ſub iudice fuit (pontificibus cauſam mortis procurantibus)non fuit auſus opponere ſe torrenti:vbi aũt Ieſum mortuũ cognouit,putauit nõ ſibi imputandũ ad crimen cõtra põtifices,opus humanitatis in mortuũ,& propterea petijt corpus Ieſu. Secundũ autem diuinã definitionem motus eſt nũc animus ei⁹ ad obſequiũ ſepulturę exhibẽdũ Chriſto & non prius,ne impediretur redemptio humani generis, ne hoc impedimentũ ad credendum Chriſti paſsionem voluntariã prębberetur hominibus:qui dixiſſent quod adiuuit ſe cum amicis quantum potuit ne pateretur. [Tunc Pilatus iuſsit reddi corpus.Et accepto corpore,Ioſeph inuoluit illud in ſindone munda : & poſuit illud in monumento ſuo nouo,quod exciderat in petra.] in rupe,in mõte ſaxeo.Hoc enim propẽhoris fuiſſe cõſilij intelligitur(nõ humani ſed diuini)vt immobile eſſet ſepulchrũ Ieſu Chriſti,ad perennẽ etiam ex illo certo loco memoriã Quę perſeuerat glorioſa iuxta Eſa.ca 11. vaticiniũ, & erit ſepulchrũ eius glorioſum.Vere glorioſum perſeuerat etiam ſub poteſtate infidelũ plus quàm ſepulchrũ cuiuſlibet alteri⁹, inter tot deuaſtationes & mutationes in teſtimoniũ diuinitatis Ieſu. [Et aduoluit ſaxũ magnũ ad oſtiũ monumenti & abijt.Erant autẽ ibi Maria Magdalene & altera Maria ſedentes contra ſepulchrũ.] Tres mulieres quas ſpecificauerat,duas tãtùm nominãdo (.ſ Mariã Magdalenam & Mariam matrem Iacobi & Ioſe) deſcribit non amplius ſtantes,ſed ſedentes è regione ſepulchri [Altera autẽ die, quæ eſt poſt paraſceuem , conuenerunt principes ſacerdotum & Phariſæi ad Pilatum, dicentes : Domine recordati ſumus quia ſeductor ille dixit adhuc viuens,poſt tres dies reſurgam.]pro,reſurgo.[iube ergo cuſtodiri.] pro,muniri.hoc eſt tutũ reddi. [ſepulcrum

crum vſque in diem tertium. ne forte veniant diſcipuli eius, & furentur eum, & dicant plebi, ſurrexit à mortuis: & erit nouiſsimus error peior priore.] Hinc apparet odium primatum nõ ſolùm cõtra Ieſum ad mortem, ſed contra fidem in ipſum. hanc enim extinguere conabantur, timentes, ne à diſcipulis propagaretur. [Aiebat illis Pilatus, habetis cuſtodiam.] Incertum aiunt eſſe in Græco, habetis vel habete, & vtrunque poteſt congruere: vt vel indicet habere eos in promptu cuſtodiam, vel præcipiat vt accipiant cuſtodiã. Et eſt hoc in loco cuſtodia nomen ſocietatis militum deputatorũ ad cuſtodiam ciuitatis vel palatij ſeu præſidis. Illa enim ſocietas in promptu erat: & ex illa volebat Pilatus aſſumi milites ad munimẽ ſepulchri. [Ite cuſtodite.] pro, munite, ſigillo & militib⁹ cuſtodiæ. [Sicut ſcitis. Illi autem abeuntes munierunt ſepulchrum, ſignantes.] pro, ſigillantes, [lapidem cũ cuſtodibus.] pro, cuſtodia. Totum hoc diuina prouidentia diſpoſuit ad maius teſtimonium reſurrectionis Ieſu Chriſti.

CAPVT XXVIII.

VEſpere autem ſabbati quæ luceſcit in prima ſabbati] Aduerte prudens lector quod Latinus textus non reddit Græcum. Latinus ſiquidem in tribus diſſonat à Græco. Primùm in dictione veſpere nã græca dictio aduerbiũ eſt: & ſonat vel veſperi aduerbialiter, vel ſero ſeu tarde. Deinde in dictione ſabbati, bis. nam vtrobique eſt pluralis numeri apud Græcum, ſcilicet ſabbatorum. Et demum in dictione prima. nam in Græco habetur vna cũ præpoſitione in. Ita quod textus Græcus ſonat, ſero ſeu veſperi autem ſabbatorum, quod luceſcit in vnam ſabbatorum. Et ſignificatur nox media inter ſeptimum diem & diem ſequentem, ab vtroque extremo: à veſpertino & diluculo, ita tamen quod veſpertino vt terminatur per diluculum. Perinde acſi dictum fuiſſet nocte autem ſabbatorum illuceſcente in vnam ſabbatorum. Omnino enim oportet intelligere horam diluculi. nam apud Marcum veſpere ſabbati occupatæ fuerunt ambæ iſtæ mulieres circa emptionem aromatum: & quum reliqui euangeliſtæ teſtentur veniſſe mulieres ad ſepulchrum mane, ſi hora veſpertina ſabbati veniſſent ad monumentum, inueniſſent ibi cuſtodes & monumentum ſigillatum: & non auſæ fuiſſent venire ſequenti mane ad monumentum cum aromatibus vt vngerent Ieſum. Sciuiſſent nãque quod hoc nõ poſſent efficere, tum propter cuſtodes, tũ propter ſigillum. vtrunque enim ſe neſcire profitentur, tum opere: tum verbis, dicendo, quis

reuoluet

reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? ¶Nominauit autem Matthæus diluculum illud à vespertino seu tardo tempore: vt noctem immediatè sequentem ad diem septimum, ex relatione ad ipsum diem septimum prę cedentem describeret. nox enim illa pars erat sequens non præcedentis diei apud Hebræos, à vespera in vesperam celebrantes sabbata sua. Et cũ hoc quòd erat pars sequentis diei naturalis, vocabatur communiter vespertinum seu tardum tempus diei artificialis præcedentis, vt patet ex eo, quòd ieiunium illius diei in illam horam differebatur. vt igitur relatiue ad diem septimum immediate præcedentem, diluculum illud describeret Matthæus, vsus est tali modo describendi tempus illud. Intentio siquidem Matthæi fuit describere certum diem & certam horam Et hora quidem sic definita est, dicendo quod illuxescit. certus autem dies (hoc est quòd non dies lunæ, nec dies martis, nec dies mercurij, nec dies iouis, aut veneris, aut sabbati, sed dies qui à nobis vocatur dominicus hic fuit) describitur vtrinque ex sabbatis in plurali numero: hoc est, ex septima die. ¶Si dixisset vesperi autem sabbati, genitiuus sabbati non arctaretur ad diem septimum: quia apud Hebręos quilibet dies festus, in quo operari non licet, appellatur sabbatum, quocunque die venerit. Sed dicendo, vesperi autem sabbatorum, significatur determinatè dies septimus quia soli septimi dies erãt semper sabbata. Ita quòd sensus est: vesperi autem sabbatorum, hoc est dierum sabbatorum non quandoque sic & quandoque nõ, sed semper. hæc enim est sola dies septima. ¶Similiter si dixisset quòd luxescit in vnam sabbati, significasset quòd luxescit in vnam diem festiuam: sed vbi repetijt sabbatorum, repetijt diem septimũ, qui semper est dies sabbatorum. Matthęus siquidem imitatus est Moysen, qui illũ diem quem dominicum vocamus, appellauit non diem primum, sed diem vnum, dicendo de die creationis cœli & terrę. factum est vespere & mane dies vnus. propterea enim Matthæus non dixit in primam, sed in vnam, significando diem illam, quæ procedendo ad dies sabbatorum appellatur vna in lege Moysi. Dicendo itaque in vnum sabbatorũ, dixit in diem, quę appellatur vna procedendo ad dies sabbatorum: hoc est ad septimum quẽque diem. ¶Cernis itaque prudens lector, quòd euangelista vtrinque ex die sabbatorum definiuit diem quẽ dominicum appellamus, in ipsius diluculo: vt ex euangelio suo Matthęus certum redderet mũdum quo die Iesus resurrexit. [Venit Maria Magdalene & altera Maria.] Illasmet repetit quas sedentes cõtra sepulchrũ dixerat scilicet

Magdalenam & matrem Iacobi & Ioſe. [Videre.] pro,ad videndum,[ſepulchrum.] Minus dicit & plus ſignificat. nō enim ad curioſitatem explendā vano viſu,ſed ad exhibendā vnctionis officium ſepulcro veniebant. [Et ecce.]tūc cum mulieres appropinquarent ad monumentū [Terræmotus factus eſt magnus.Angelus enim domini deſcendit de cœlo] Ratio ergo terræmotus fuit deſcenſus angeli. [Et accedens reuoluit lapidem.] Deficit ab oſtio. (nam ad oſtiū monumenti aduoluerat ſaxum magnum Ioſeph)ad ſignificandum,quòd non fregit terræmotus lapidem,ſed illum reuoluit angelus ab oſtio:tum vt mulieribus ingreſſum ad monumē tum patefaceret, tum vt cuſtodes oculis cernerent ad quid venit: ac inexcuſabiles redderentur tam ipſi quàm Pontifices, quibus erant relaturi quod viderant.[Et ſedebat ſupra eum.]Quantuncūque reuoluiſſet lapidem, niſi ſediſſet ſupra illum, attributa fuiſſet reuolutio lapidis terræmotui:ſed ſedendo ſupra illū, aufert omnē obliquam interpræcationem: certificans, quòd Ieſu miniſter eſt, & reſurrectionis ipſius monſtrator. [Erat autem aſpectus.] pro, ſpecies.ſeu forma [eius ſicut fulgur.] micans ſplendore igneo. [Et veſtimēta]pro,veſtimentū,[eius.]Deficit in Latino textu albū.ita q; legendum eſt [Veſtimentū eius albū ſicut nix.] Viſibili forma angelus apparuit, qui corporalem reſurrectionem, qui Ieſum in corpore verè ſenſibili reſurrexiſſe teſtabatur. [Præ timore autem eius exterriti]pro,cōmoti.ſeu cōcuſsi.[ſunt cuſtodes:& facti ſunt velut mortui.] Cuſtodes indigni vt viderent angelum,terræmotu ſimul & coruſcatione (nō nubiū,ſed formæ angeli)intus timent,exterius concutiuntur, & tam intus quàm extra exanimes ferè redduntur.[Reſpondens autem angelus.]tū ad corda mulierum trepidantium, tum ad verba inter ſe dicta, quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti.[Dixit mulieribus:nolite timere vos.] Hinc apparet deſcenſum angeli fuiſſe prǣſentibus mulieribus,quæ neſcientes illic adeſſe cuſtodes,veniebant ad monumentum. nulla enim alia ratione angelus appoſuit pronomen, vos, niſi ad differētiā cuſtodū. [Scio enim quod Ieſum qui crucifixus eſt quæritis.] Angelus ad confortandum mulieres,aperit ſe noſſe quid quǣrunt.hinc enim animǣquiores reddebātur.[Non eſt hic. Surrexit enim.]Voluit diuina prouidentia Ieſu reſurrectioni(quæ facta eſt non coram hominibus videntibus cadauer eius reſurgere,ſed ſepulchro clauſo)teſtimonium primum perhiberi ab angelis: vt illi quibus certiſsimè conſtabat, Ieſum reſurrexiſſe annunciarent, & teſtificarentur hominibus. [Sicut dixit.] Affert angelus

gelus verificationem dictorum Iesu, quæ erant nota mulieribus: vt fidem adhibeant tam læto nuncio ac testi. [Venite.] Inuitat ad perficiendum cœptum iter subsiterant enim. [Videte locum.] Etiam vacuitatem sepulchri affert in testimonium. Quod sufficiebat ad comprobandum primum dictum, scilicet non est hic. & credibile reddebat secundùm scilicet, surrexit: quia inuenerant illic custodes ne Iesu corpus inde tolleretur. hinc enim credibile fiebat verbum angeli, surrexit. [Vbi positus erat dominus.] Non dicit dominus vester aut meus, sed dominus absolute. vtpote dominus vniuersorũ. ¶Et hinc habes, quòd diuinitas non fuit separata à corpore Iesu sepulto. Nam quum in loco illo non fuerit positũ, nisi corpus Iesu, si hypostasis illius corporis non fuisset deus, non esset verum verbum hoc angeli, scilicet vbi positus erat dominus. non enim dominus, sed corpus quod fuerat domini, fuisset tunc in illo loco positum. [Et cito euntes.] postquàm videritis locum vacuum. Efficit angelus mulieres nuncias resurrectionis ad discipulos Iesu: vt magis trahat illas ad credendum sibi. [Dicite discipulis eius quia surrexit,] Deficit in Latinis codicibus à mortuis. Legendum est enim, [Quia surrexit à mortuis. Et ecce præcedet.] pro, præcedit, [vos in Galileam.] hoc est antequàm vos eatis in Galileam ipse illuc vadit. Meminit autem specialiter Galilææ: quia illic apparitio fuerat promissa à Iesu, antequàm discipuli dispersi irent ad propria. ¶Collige loca quibus fidem exigit angelus à mulieribus. Miraculis apparitionis suæ, terræmotus, auolutionis saxi ab ostio, extrusionisque custodum, adiunxit confortationẽ earum · & vbi narrauit quid quærerent, à vacuo sepulchro, à propria testificatione, à verificatione verborum Iesu, ab affutura Iesu præsentia in loco promisso (scilicet Galilææ) nititur eas & discipulos per illas inducere ad credendum Iesum resurrexisse. Et cum toto hoc. nec istæ nec illi propterea crediderunt tunc. [Ibi eum videbitis.] Non detinebimini in solo testimonio meo, sed oculis corporeis videbitis eũ illic. ¶Crediderim ego ideò ad Galilæam remitti: quia ibi omnes simul erãt Iesum visuri, alibi autem nunc istis nunc illis erat appariturus. [Ecce prædixi.] pro, dixi, [vobis.] Ego quidem feci officium meũ annunciando vobis. reliquum est vt vos credatis. [Et exierũt cito de monumento.] Paruerant enim verbis angeli inuitantis venite videte locũ. Intellige hoc in loco angelũ finitis verbis omnibus disparuisse, vt mulieres auderent ipso absente venire in monumentũ & vidisse. & existentibus in monumẽto mulieribus mãdatum

tum fuiſſet ab angelo, cito euntes dicite &c. & ſic parentes exie-
runt cito de monumento [Cũ timore & gaudio magno.] Affici-
untur ſimul timore & gaudio, vt timor gaudiũ temperet, & gaudi-
um timẽtes ſubleuet. Perſeuerabat adhuc timor viſi angeli: ãderat
gaudium auditæ reſurrectionis, quanuis nõ plenè creditæ [Cur-
rentes.] Intellige tamen velocem ambulationem, quæ in muliere
(graui) appellatur curſus. [Nũciare diſcipulis eius. Et ecce.] Defi-
ciunt in Latino textu ſex dictiones, ſcilicet, dum autem irent renũ
ciare diſcipulis eius. Legendum eſt. Dum autem irent renunciatũ
diſcipulis eius, & ecce. ¶ Matthęus extrema iungit tacitis medijs.
Primum ſiquidem aduentũ mulierum deſcripſit, quando angelus
auoluit ſaxũ: & tacito reditu earum ad diſcipulos, & aduentu Pe-
tri & Ioannis ad monumentum ac reditu, & apparitione Ieſu in
ſpecie hortulani Mariæ Magdalenę tranſit ad vltimum reditum
mulierum: quo Maria Magdalena etiam verba, quę audierat à Ie-
ſu nunciatura ibat, altera autem quę ab angelis firmata viderat.
Viderunt ſiquidem vltra hunc angelum ſedentem ſuper ſaxum ex-
tra monumentum, alios angelos alloquentes etiam illas & teſti-
ficantes Ieſum reſurrexiſſe: vt Lucas & Marcus ſcribunt. [Ieſus oc
currit illis, dicens: auete.] In propria ſpecie apparuit iſtis, & ſolita
voce ſalutauit eas, & propterea ſtatim cognouerunt eũ eſſe Ieſum
& abſque vlla hęſitatione adorauerunt eum. [Illę autem acceſſe-
runt, & tenuerũt pedes eius.] ad oſculum adorationis, vt loca vul-
nerum, quę in pedibus Ieſu apparebant oſcularentur. ¶ Maria
Magdalena paulò antè fuerat repulſa à contactu Ieſu, quia in am-
plexũ eius ruebat. & propterea modò prudẽtior ac reuerentior ad
contactũ pedum tendit, nec repellitur. Tunc ſtans amplexura ne-
ſciens, quid faceret, repellitur: nunc conſiderans, adoratura pro-
cũbens admittitur. [Et adorauerunt eũ. Tunc ait illis Ieſus, noli-
te timere.] Quanuis Ieſus tam amatus, quanuis adoratus, quanuis
tactu corporali tentus eſſet, nihilominùs quia mortuus fuerat
& apparuit illis, timore affectę ſunt. [Ite, nũciate fratribus meis.]
O confuſionem humanæ ſuperbiæ, Ieſus effectus immortalis, ac-
cepta omni poteſtate in cœlo & in terra, ſeruos ſuos (eóſque piſca
tores) quos olim humilis vocarat amicos, modò appellat fratres:
& nos eleuati ad ſuperiorem gradum, quos priùs habebamus fra-
tres, dedignamur habere amicos. ¶ Vltra morale autem exemplũ,
veritas carnis Ieſu ſignificatur. Ideo enim appellauit diſcipulos
fratres ſuos Ieſus immortalis, vt eiuſdem naturę ſe & illos eſſe te-
ſtaretur. ne crederes cum noua immortalitate & gloria nouam ad-

uenisse naturam [Vt eant in Galilæam: ibi me videbunt. Quę quũ abissent, ecce quidam de custodibus venerunt in ciuitatem.] extra ciuitatem eñ erat monumentum in quo sepultus fuerat Iesus. [Et nunciauerunt principibus sacerdotum.] à quibus fuerãt quasi cõducti ad custodiendum sepulchrũ Iesu. [Omnia quæ facta fuerant Et congregati cũ senioribus, consilio accepto pecuniã copiosam dederũt militibus, dicentes. dicite quia discipuli ei⁹ nocte venerũt, & furati sunt eum, vobis dormientibus. Et si hoc auditũ fuerit à prę̃side]pro, sub prę̃side. Significatur enĩ tribunal prę̃sidis [Nos suadebimus ei: & securos vos faciemus. At illi accepta pecunia fecerũt sicut erãt edocti. Et diuulgatũ est verbum istud apud Iudæos vsque in hodiernum diẽ. Vndecim autem discipuli.] sed non soli: vt sequentia testantur. [Abierũt.] à Hierusalem. [in Galilęã.] Quãdo hoc fuerit nescitur: nisi quantum ad hoc, quòd non fuit infra octo dies. nã post dies octo, discipuli vndecim in Hierusalem, quãdo Thomas vidit & credidit. [In montem vbi constituerat illis Iesus.] Incertum nobis est montis huius nomen. [Et videntes eũ, adorauerũt.] deest, eũ: [quidã autem dubitauerunt.] Hinc apparet cum vndecim alios venisse adhuc dubios, etiam viso Iesu. nam vndecim iam erant certificati in Hierusalem. ¶ Et hîc cõijcitur, quòd hęc apparitio fuerit communis omnibus discipulis Iesu, & non solis vndecim cum septuaginta. Hæc enim apparitio (vt superius dixi) videtur illa maxima, de qua apostol⁹. 1. ad Corin. 15. dicit, quòd visus est plus quingentis fratribus simul, & postea Iacobo, & postea apostolis omnibus. Et signum eius est, quòd ista sola ab angelis, ista sola à Iesu promittitur, ista sola à Matthæo narratur. hæc enim omnia significantur, quòd ista fuit maxima & communis omnibus discipulis: puta Ioseph, Nicodemo & similib⁹, etiam qui non sequebantur Iesum discurrentem ad prædicandum. [Et accedens Iesus]Visus & non creditus appropinquat dubitantibus, vt certos illos reddat. [Locutus est eis.] vt quibus non sat est videre propinquũque habere, allocutio satisfaciat. [Dicens, Data est mihi]tum quo ad statum, tum quo ad modum, nam qui hactenus statũ quo subiectus fui elementorum calori ac frigori, hominum flagellis, clauis crucique assumpsi, modò statum adeptus sum. regni, quo præsum cœlo & terræ. Et similiter qui priùs quatenus homo, potestatem habebã super omnia ex simplici dono diuino, modò etiam ex merito passionis & mortis meæ adeptus sum potestatem super cœlestia & terrestria [Omnis potestas ĩ cœlo & ĩ terra. Eũtes ergo]Interpres apposuit ergo: quod in Græco nõ habetur

Declarato potẽtatu ſuo mittit ad ſalutẽmũdi diſcipulos [Docete.] ea quę ſunt credẽda ſperanda, ac chara ſuper omnia habẽda. Hinc eccleſia pręmittit catechiſmũ baptiſmo. [Omnes gentes.] Oli mãdauerat, in viã gẽtiũ ne eatis, quia nõ erat tẽpus tũc prędicãdi niſi Iſraëlitis: modo mãdat vt omnes (nulla excepta) nationes doceãt: quia tẽpus aduenerat propagãdę ſalutis in vniuerſis gẽtib⁹ [Baptizantes.] Dictio vſurpata à Latinis ex Greco eſt: & ſonat, abluentes. in quo ſacramentum baptiſmi præcipit miniſtrari. Et dicendo abluẽtes, ſubintelligitur aqua, alibi expreſſa. [Eos.] Hinc ſumit ratio, q̃ null⁹ poteſt baptizare ſeipſum. Dicit enim eos, nõ dicit voſmet: ſignificando diuerſitatẽ perſonarũ abluentiũ & abluendarũ. [In nomine] non in nominibus: ad ſignificandum vnitatem dei. [Patris & filij & ſpiritusſancti.] Oportet multos libros implere ad declarandum patrem & filium & ſpiritumſanctum. Habes ſymbolum Athanaſij, habes innumeros theologorum libros. ¶ Tamẽ hîc aduerte, quòd hinc habetur regularis forma baptiſmi, ego te baptizo (ſeu baptizatur iſte) in nomine patris & filij & ſpirituſſancti. Inſtituit autem Ieſus omnes baptizari: vt effect⁹ paſſionis mortis ac reſurrectionis ſuæ, mediante ſacramento baptiſmi, applicaretur ſingulis ſaluandis merito ipſius ſeu Chriſti. Conferrur enim per baptiſmum interior ablutio animæ: ita vt nulla immunditia, nulla macula, nullus reatus ad pœnam aliquam in anima baptizati remaneat, niſi ponat obicem ipſemet. Ita quòd ſi ſtatim migraret ex hac vita, in cœleſtem beatitudinem ex Chriſti merito admitteretur. [Docentes eos ſeruare.] Poſt baptiſmum docendi ſunt operanda. Non ſufficit ſcire credenda, ſperenda & diligenda ex charitate: ſed etiam ſcire quæ ſunt operanda, & à quibus eſt abſtinendum. Hæc enim ſunt quæ ſeruare oportet. [Omnia quęcunq;] non aliqua ſic & aliqua non. [Mandaui,] ergo non mãdabitis vos, non adinuenietis vos. mea enim mandata ſeruare, eſt neceſſarium ad ſalutem: veſtra autem poſſunt eſſe mortifera. [Vobis.] Imponit neceſſitatem mundo credendi Ieſu Chriſti diſcipulis de mandatis Ieſu. Nam non dicit quæcunque ſcripſi, ſed quæcunque mandaui vobis: vt ipſi diſcipuli ſint ſimul doctores & teſtes mandatorum Ieſu Chriſti. ¶ Aduerte hîc, quod aliud eſt deſcribere partes, ex quibus conſtat baptiſm⁹, aliud eſt deſcribere comites baptiſmi. Et intelligo per partes ea quæ neceſſariò concurrunt ad baptiſmum, ita quòd ſine illis non eſt baptiſmus. Dominus hoc in loco deſcribit comites non partes baptiſmi. Et quidem quòd deſcribantur comites, textus ipſe euangelicus teſtatur: aſſo

ciars

cians officio baptizandi duo officia docendi: alterum antecedens baptiſmum, alterum conſequens eundem. Quòd verò non deſcribantur partes, ex eo patet, quòd ſi baptiſmum non ſequitur alter comes (docentes eos ſeruare quæcunque mandaui vobis) nihilominus verus baptiſmus præceſſit & ſimiliter ſi præcipites tam baptizans quàm baptizandus abſque præmiſſa doctrina concordãt, & ſic minus inſtructus baptizatur, verus datur ac ſuſcipitur baptiſmus. Quocirca nullũ ex hoc loco argumẽtũ contra baptiſmũ infantium habetur quandoquidem ſine his comitibus verus datur ac ſuſcipitur baptiſmus. ¶ At ſi quæris quorſum dominus hos comites adiunxerit, in promptu eſt ratio. Tradit ſiquidem dominus eccleſiaſticum baptizandi officium, iunctum duobus alijs eccleſiaſticis officijs: quoniam tradit baptizandi officium relatiue ad perfecte ſuſceptiuos baptiſmi. Conſtat autem illos ſolos perfecte ſuſcipere baptiſmum, qui & propria voluntate, & ſufficienter inſtructi, & parati ſunt ſeruare mandata CHRISTI. Reliqui enim prout deficiunt ab aliqua harum cõditionum, deficiunt quoque à perfecte ſuſceptiuo baptiſmi. Vnde illi qui non ſunt parati ſeruare mandata CHRISTI (ſed perſiſtere in concubinatu aut aliquo alio peccato) quanuis recipiant ſacramentũ, ſi baptizentur, minùs tamen perfecte ſunt ſuſceptiui baptiſmi. & ſimile eſt de defectu aliarum conditionum. Quia igitur dominus tradit officium baptizandi ſecũdum ritum omni ex parte perfectum, ideo tradit ipſum relatiue ad perfecte ſuſcipientes illum. & propterea adiungit dictos duos comites. ¶ Nec ex his inferas duplicẽ baptiſmum (perfectum vel imperfectum) ſed multiplicem diſpoſitionem ſuſcipiẽtiũ baptiſmũ, perfecte. ſ. vel imperfecte. & hoc multipliciter. [Et ecce ego.] Non ita mitto vos vt relinquã vos, vt abſẽs ſim à vobis. [Vobiſcũ.] Nõ exercet pronomẽ demõſtrationẽ pſonalẽ, ſed ſimplicẽ: hoc eſt nõ demõſtrãt illi homines præciſe, ſed demõſtrãtur in pſona omniũ diſcipulorũ Ieſu tam præſentium quàm futurorum, quatenus diſcipuli Ieſu ſunt: vt patet ex eo quòd alloquitur duraturos vſque ad conſummationem ſeculi. Conſtat nanque quòd illi homines qui tunc ibi erant, non vixerunt vſque ad cõſummationẽ ſeculi. [Sũ.] Nõ dicit ero. tũ vt ſignificet ſe eſſe verũ deũ: qui ſemper eſt, nunquam fuit, nunquam erit: tum vt intelligam⁹ ꝓmitti nobis ꝓ hoc nõ præſentiã Ieſu corporalẽ, ſed diuinã. [Oĩb⁹ dieb⁹.] Nullũ excipit diẽ à ſua nobiſcũ præſentia, nullã admittit interpollationẽ. [Vſq; ad cõſummationẽ ſeculi.] Nõ ẽ ergo timẽda extinctio fidei Chriſtianę: ſed ſemꝑ erit ĩ aliquib⁹ veris

Iesu discipulis vsque ad finem mundi. Amen. Laus deo. Caietæ in die sancti Britij anno domini. 1527.

Commentarij Thomæ de Vio Caietani, Cardinalis sancti Xisti in euangelium secundum Matthęum, finis.

Vita sancti Marci, per diuum Hieronymum in lib. de scriptoribus illust.



Arcus discipulus & interpres Petri: iuxta quòd Petrum referentē audierat, rogatus Romæ à fratribus breue scripsit euangelium. Quod quum Petrus audisset, probauit, & ecclesiæ legendum sua authoritate edidit: sicut Clemens in sexto. ypotypóseon libro scribit. Et Papias Hierosolymitanus Episcopus meminit huius Marci. Et Petrus in epistola prima (sub nomine Babylonis figuraliter Romā significās) salutat vos, inquit, quę in Babylone coelecta, & Marcꝰ filius meus, Assumpto itaque euangelio quod ipse confecerat, perrexit Aegyptum, & primus Alexandrię Christum annuncians, cōstituit ecclesiam, tantæ doctrinæ & vitæ continentia, vt omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogeret. Denique Philo disertissimus Iudæorum, videns Alexandrię primam ecclesiam adhuc Iudaizantem, quasi in laudem gentis suę, librum super eorū conuersatione scripsit, & quomodo Lucas narrat Hierosolymę credētes omnia habuisse communia, sic ille quod Alexandrię iub Marco fieri doctore cernebat, memoriæ tradidit. Mortuus est autem. 8. Neronis anno, & sepultus Alexandrię: succedente sibi Aniano.

Diui

Diui Hieronymi(vt nonnulli putant)in euangelium ſecundum Marcum Prefatio.

MArcus euangeliſta dei electus,& Petri in baptiſmate filius,atque in diuino ſermone diſcipulus, ſacerdotiũ in Iſraël agens ſecundum carnem leuita, ad fidem Chriſti conuerſus euangelium in Italia ſcripſit:oſtendens in eo quid & generi ſuo deberet & Chriſto.Nam initium principij in voce prophetice exclamationis inſtituens,ordinem leuiticę electionis oſtendit: vt prędicans prędeſtinatum Ioannem filium Zacharię,in voce angeli annunciantis emiſſum,non ſolum verbum carnem factũ, ſed & corp⁹ domini in omnia per verbum diuinę vocis animatum,in initio euãgelicę prędicationis oſtenderet, vt qui hęc legeret,ſciret cui initium carnis in domino,& Ieſu aduenientis habitaculum caro deberet agnoſcere:atque in ſe verbum vocis,quod in conſonãtibus perdiderat inueniret. Denique perfecti euangelij opus intrans,& à baptiſmo domini prædicare deum inchoans,non laborauit natiuitatem carnis,quam in priorib⁹ viderat dicere:ſed toti⁹ exprimens expoſitionem deſerti,numerum ieiunij,tentationẽ diaboli, congregationem beſtiarum & miniſterium protulit angelorum,inſtituens nos ad intelligendum,ſingula in breui cõpingens, nec authoritatem factæ rei demeret,& perficiendi operis plenitudinem non negaret. ¶Deniq3 amputaſſe ſibi poſt fidem pollicem dicitur,vt ſacerdotio reprobus haberetur:ſed tantùm conſentiens fidei prędeſtinata potuit electio,vt nec ſic in opere verbi perderet, quod prius meruerat in genere.Nam Alexandriæ Epiſcop⁹ fuit, cuius per ſingula opus fuit,ſcire & euangelij in ſe dicta diſponere,& diſciplinam legis in ſe agnoſcere,& diuinam in carne domini intelligere naturam.Quę in nobis primùm requiri oportet.dehinc inquiſita volumus agnoſci,habentes mercedem exhortationis: quoniam qui plantat & qui rigat vnum ſunt,qui autem incrementum pręſtat,deus eſt.

Thomæ

THOMÆ DE

Vio Caietani Cardinalis ſancti Xiſti commentarij, in euangelium ſecundum Marcum.



Inito Matthęo, occurrit Marcus exponendus breuiori ſermone, ne repetantur eadem, quæ in Matthęo dicta ſunt à nobis. ¶ Titulus itaque apud Græcos eſt, Euangelium ſecundũ Marcũ. Qui expoſitus eſt in titulo euãgelij ſecundum Matthæum. Sed tamen aduertendũ, quòd Marcus licet in Italia ſcripſerit euangelium, Grecè tamẽ ſcripſit. propter quod corrigẽdus eſt textus ex Græcis exemplaribus.

CAPVT I.

1 Nitium euangelij.] Aperit intentionem ſuam, vnde intendit incipere euangelicam hiſtoriam atque doctrinam, ſcilicet ab initio euangelij hoc eſt, publicæ annunciationis bonæ. Et hoc ad differentiam aliorum, qui incœperunt aliunde, nam Matthæus incepit à generatione Chriſti: Lucas à natiuitate Ioannis Baptiſtę. Et intendit initium euangelij fuiſſe prædicationem Ioannis Baptiſtæ, quia tunc primùm euangelizatus eſt Ieſus Chriſtus. Nec obſtat quòd prius fuerat à Gabriele archangelo beatę virgini, ab angelis paſtoribus, à Simeone & Anna ijs qui in templo, euangelizatus quoniam priuatę fuerunt huiuſmodi annunciationes, non enim publicè ad populum fiebant. Sed prima euangelizatio publica fuit à Ioanne Baptiſta: & propterea Marcus aſſeruit initium euangelij à prędicatione Ioannis Baptiſtæ [Ieſu.] Specificat de quo euangelio loquitur, apponendo materiam euangelizatam. Simile quid fecit Paulus ad Roma. 1. dicendo, in euangelium dei de filio ſuo qui factus eſt ei, &c. Ieſus igitur nomen proprium eſt. [Chriſti.

[Christi.]Nomen dignitatis est: hoc est Messiæ Hebraicè. Latine autem vncti,in Regem & sacerdotem oleo spirituſſancti & virtutis.[Filij dei] Totam materiam euangelij proponit in his trib⁹ euangelista, Iesu Christi,filij dei.Nam vniuersum euangelium nihil aliud tradit, quàm Iesum Nasarenum esse verum Messiam: in quo verus homo & Rex ille promissus à prophetis redempturus Israël,&c.comprehenditur,& eundem esse filium dei:in quo verus deus explicatur. filius enim eiusdem est naturæ cum patre: ac per hoc filius dei est diuinæ naturæ, est verus deus: sicut filius hominis est verus homo. ¶Aduerte subintelligi verbum substantiuum est.

Icut scriptũ est in Esaia propheta.]pro,sicut scriptũ est in
S prophetis. Magna euangelij authoritas, magnumque fidei Christianæ testimonium adhibetur: dum non noua adinuentio,sed à prophetis longe antè prænunciatum est euangelium quod credimus.Duo autem prophetę afferuntur testes initij à Ioanne Baptista.Alter est Malachias cap.3.[Ecce mitto.]Deest Latinis pronomẽ,ego.nam & in Greco euangelio & in Hebreo ꝓpheta habetur,ecce ego mitto.Et loquitur deus.[Angelum meũ.]Angelus Græce,Latine nuncius,ita quod nomen officij est,non naturæ,quo officium Ioannis Baptistæ significatum est.[Ante faciem tuã.]In ꝓpheta Hebreo habetur pronomẽ,meã,ante faciẽ meam: ita ꝙ mittens testatur se esse deum qui venit.Sed euangelista mutauit pronomen,ad exponendũ ꝙ secundũ naturã humanan Messiæ conueniebat habere numerum præcedentẽ,habere Ioannẽ Baptistã præcursorẽ ante faciem suã:hoc est annũciãtem popnlis vt cognoscant Iesum Christũ filium dei. facie enim propria cognoscitur & discernitur homo ab alijs.ad hoc nanque præuenit Ioannes vt appareret vt innotesceret Iesus propria facie in propria persona.[Qui præparabit viam tuam]Euangelista apposuit pronomen tuam, ad exponendum viam rectam viam dei, esse viam propriã Christi. Et describitur officium Ioannis esse præparare viã Christo:quia ad hoc austeritates vitæ,baptismum & prædicationis officiũ assumpsit,vt in mẽtibus hominum viã ad credendum Christo præpararet.[Ante te.]Non longe à te, sicut alij prophetæ, sed ante,coram,seu à fronte tua. [Vox clamantis in deserto, parate viã domini,rectas facite semitas ei⁹.]Alter propheta, id est Esaias cap.40:affertur. appellãs Ioannem vocem clamãtẽ in deserto, parate viam domini. Quorum expositio Matth. 3. habita, non est repetenda. [Fuit Ioannes.] Monstrat prophetarum dicta adimpleta esse

pleta eſſe in Ioanne Baptiſta. [In deſerto.] Verificat locum prophetarum. [Baptizans.] Verificat præparationem. baptiſm⁹ enim Ioannis præparatorius erat ad Chriſtũ. [Et prædicans] Non ſolũ facto baptiſmi, ſed doctrina prædicationis præparauit viam domini. [Baptiſmum pœnitentiæ.] Prędicatione declarabat Ioannes, qualis eſſet ſuus baptiſmus, & quorſum tendebat. erat enim in ſignum pœnitentię: & ad hoc tendebat vt accipiẽtes ipſum profiterentur ſe pœnitere. [In remiſſionem peccatorum.] Particula hæc non determinat baptiſmum, ſed pœnitentiam. nam non ſignificatur quod Ioannis baptiſmus eſſet baptiſmus in remiſſionem peccatorum (hic enim effectus reſeruabatur baptiſmo Chriſti) ſed quot pœnitentia eſſet in remiſſionem peccatorum. ita quòd qualitas pœnitentiæ explicatur. Nec mirum quòd hoc de pœnitentia dicitur, quum idem ſcriptum ſit de ſalutis ſcientia in cantico Zachariæ, ad dandam ſcientiam ſaluti plebi eius in remiſſionem peccatorum eorum. [Et egrediebatur ad eum omnis Iudææ regio, & Hieroſolymitæ vniuerſi.] Superfluit vniuerſi. [Et baptizabantur] Deeſt Latinis illa dictio, omnes. Et eſt ſenſus, non quod omnes egrediẽtes ad eum audiendum baptizarentur (multi enim non receperunt eius baptiſmum) ſed quòd omnes egredientes ad ſuſcipiẽdum baptiſma, baptizabãtur non à diſcipulis, Ioannis ſed [Ab illo.] Ioanne. [in Iordanis flumine, confitentes peccata ſua.] quæ commiſerant. Confitentes autem non ſpecie, ſed in genere profitẽdo ſe peccaſſe, cõputãdo ſeipſos nõ inter iuſtos, ſed inter peccatores. [Et erat Ioannes veſtitus pilis cameli & zona pellicea circa lũbos ſuos, locuſtas & mel ſylueſtre edebat.] De cibo Ioãnis dictum eſt Matth. 3. [Et prędicabat dicens.] Pręcipua prædicationis materia modò ſubiungitur. [veniet fortior me poſt me] Erat Ioannes fortis in ſuſtinendo aſperitates victus & veſtitus, & in aggrediẽdo correctionem vitiorum, ſed Ieſum fortiorem prænunciat, quia & fortior Ioanne veniebat tum in ſuſtinẽdo iniurias & perſecutiones vſque ad crucem incluſiue, tum in aggrediendo debellatio nẽ mundi, immò & dæmonum. tum in robore operandi miracula quia Ioannes nullum ſignum fecit, Chriſtus autem robur ſuę virtutis monſtrauit innumeris miraculis. tum in penetrando vſque ad intima animarum, quia Ioannes ſuadere tantùm poterat & exterius abluere, Chriſtus autem interius abluturus veniebat animas Hoc enim ideo dixit Ioannes, ne reuerentes ipſum exiſtimarent ipſum eſſe Meſiam, ſed intelligerent ab eo quòd Ieſus eſſet Meſias, qui ſtatim poſt ipſum venturus eſſet. [cuius nõ ſũ dign⁹.]

Dixerat.

Dixerat fortior me, ne hinc intelligeres cõparationem inter ipsum & fortiorem venturum, subiunxit se non esse dignum ad minimum seruitium illi exhibendum: dicendo, [Procumbens soluere corrigiam calceamentorum eius.] Apud Matth. Ioannes dicit, cuius non sum dignus portare calciamentum, apud Mar. longe vili ori officio & actu se indignum dicit. Vtrunque enim dixit Ioannes augendo orationem, sed neuter euangelistarum vtrunque retulit. Poterat Ioannes dicere, cuius non sum dignus osculari vestigia pedum: sed ministerium quod de facto exhiberi Iesu poterat maluit exprimere minister ad baptizandum & parandam viã. Vnde Iesum non nudipedem, sed calciatum pedes intelligimus. Quod etiam habetur ex hoc quòd communem vitam elegit.

[Ego baptizo,] Deest Latinis coniunctio opportuna. Legendum est enim, [Ego quidem baptizaui vos aqua: ille vero baptizabit vos spiritu sancto.] Deest vtrobique Latinis præpositio, in. nam textus Græcus habet, in aqua, in spiritu sancto. Declarat enim per hoc excellẽtem fortitudinem illius, de quo dixit, veniet fortior me declarando vim sui baptismi & vim baptismi Messiæ, manifestat enim per hoc, quòd baptismus suus non penetrat ad animas, sed aquæ tantùm vim habet, quanuis sit signum pœnitentiæ: baptismus autem Christi vim habebit penetratiuam ad abluendum intimas animarum à sordibus & macula peccatorum, quia abluet in spiritu sancto, penetrante spiritus nostros & purgante ac mutante & eleuante illos in amorem dei diuinorumq; omnium. Et significauit per hoc quidem Messiam esse verum deum. nam solius dei est abluere in spiritu sancto. Hanc ablutionem exercuit Christus spiritualiter quidem, quoties remisit peccata, cum visibili autem signo in die pentecostes, dicente ipso ad apostolos quum ascenderet in cœlum. Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto nõ post multos hos dies. Exercet quoque quotidie Christus hanc ablutionem mediante sacramento baptismi in omnibus non ponentibus obicem. [Et factum est in diebus illis, venit Iesus a Nazareth Galilææ.] vbi habitabat & habitauerat continuè [Et baptizatus est a Ioanne in Iordane.] Sicut non dedignatus est circuncidi, ita non dedignatur baptismum pœnitentium suscipere, vt quemadmodum habebat carnem non peccati, sed similem carni peccatrici, ita haberet non pœnitentiam sed similitudinem pœnitentium, exterius, intrinsecus autem sanctificabat tactu carnis suæ aquas, vt idoneæ essent ad sanctificãdũ nos in sacramento baptismi [Et statim ascendẽs de aqua, vidit cæ

los

los apertos.]pro,findi. In Greco enim præsentis est temporis participium : loco cuius puto interpretem posuisse, apertos, nō pro participio præteriti temporis, sed nominaliter. Et ad literam describitur cœlum aperiri, tanquam hinc & inde cedendo vt spiritꝰ in specie columbę descenderet. Et quoniam species columbæ corporea fuit (vt clarè Lucas testatur) consequens est, quòd tā descēsus quàm diuisio cœli fuerit quoque secūdùm corpoream speciē. disponit enim & facit omnia suauiter diuina sapientia. ac per hoc quòd oculis corporeis visa sint hæc, non ab omnibus tamen: quū etiam corpora glorioſa pręsentia nō ab omnibus videantur. Et sicut non colūba, sed similitudo colūbę fuit (vtentibus omnibus euangeliſtis aliquo similitudinis aduerbio) ita non scisio cœlorū, sed similitudo apertionis, & similiter nō descēsus de cœlo, sed similitudo descēsus de cœlis fuit. Nec propterea fallacia aliqua interuenit, nec deceptꝰ est visus: sicut absq; vlla fallacia & deceptione visę sunt linguæ in specie ignis super apoſtolos in die pētecoſtes formata siquidem est in aēre similitudo colūbę cū similitudine descensus ex cœlo aperto: & cū hoc fuit realis descensus illius speciei in aēre ad Iesum. [Et spiritū sanctū.] Superfluit Latinis dictio, sanctū. quāuis nō sit dubiū, quòd de spiritusancto sit sermo. [Tanquā colūbam descendentem & manentem in ipso.] Nō sunt in Græco textu istæ duæ dictiones [In ipso.] pro, super ipsum, seu super se. [Et vox facta est de cœlis.] hoc est à superioribus tanquā de cœlis sonans. [Tu es filius meus.] Hinc apparet totius mysterium trinitatis. nā patri soli conuenit dicere Christo, tu es filiꝰ meus: & soli Christo verè debetur à deo patre, tu es filius meus spiritus autem sanctus in specie columbę apparuit. [Dilectus.] singulariſsima dilectione: vtpote quem constituit hęredem vniuersorum &c. [in te cōplacui.] pro, in quo mihi bene complacui. seu in quo mihi bene complacitum est. Priùs explicauit Christum esse verum deum, dicendo tu es filius meus: deinde immensum gratiarum pelagus in eodem vero homine, dicendo dilectus, & demū explicat opera eiusdem omnia gratiſsima deo, dicendo, in quo mihi bene complacitum est. Opera siquidem Christi omnia & singula fuerunt materia diuinæ complacentiæ, pro quanto fuerunt digna vt delectarent deum, propter quod additur aduerbium, bene, significans modum complacentiæ: non ex parte dei (à quo nullus actus potest non bene exire) sed ex parte rerum quæ possunt bene & male adimplere diuinam voluntatem. nam & Iudas & crucifigentes Christum adimpleuerunt diuinam voluntatem, sed: non be-

ne,

ne. Christus autem in omnibus suis operibus non solùm adimpleuit, sed bene adimpleuit diuinam voluntatem, & propterea ad ipsum, dicitur in quo mihi bene complacitum est [Et statim spiritus expulit.] pro, emittit, [eum in desertum.] Et significatur quòd spiritus sanctus statim post baptismum mouebat animum Iesu tanquam pellens ad eundum in desertum. [Et erat in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.] Hæ tres dictiones nō habentur in Græco. [Et tentabatur à satana.] Tacet Marcus tentationes ipsas. [Eratque cum bestijs.] vt non desertum domesticū, sed vere desertum intelligeremus [Et angeli ministrabant illi.] superata tentatione. [Postquam autem traditus est Ioannes, venit Iesus in Galilæam: prædicans euāgelium regni dei.] Vniuersa materia euāgelij hoc verbo comprehensa est. [Et dicens quoniam impletum est tempus.] In quatuor secatur partes euangelizatio regni dei. Prima est venisse plenitudinem temporis prędicti à lege & prophetis: quo scilicet misit deus filium suum in mundum. [Et appropinquabit. pro, appropinquauit, [regnum dei.] Secunda est appropinquasse regnum cœlorum: ad differentiam veterum, qui annunciabant regnum terrenum: promittentes fœlicitatem regni in terra promissionis. Et per hoc declarat regnum dei esse idem quod regnum cœlorum. Et sicut in prima particula prędicat veritatem legis & prophetarum, ita in hac secunda prædicat spem non terrenæ fœlicitatis, sed regni cœlorum, quòd tunc dicitur appropinquasse, quia venerat introductor hominū in regnū cœlorum. [Pœnitemini.] pro, pœniteat vos. Tertia pars ad malè actæ vitæ pœnitentiū inducit, sine qua vana est spes regni cœlorū: in quod nihil coīquinatū pōt introire. [Et credite euāgelio] Fides quarto loco pdicatur, adhibēda nō solùm veteri testamento, sed nouo. qđ euangeliū appellatur. Cōsidera has quatuor partes: & perspice primā & quartā cōprehendere differentiā veteris & noui testamenti: secundā aūt & tertiā comprehendere differentiā boni & mali. [Et prēteriens.] p, ambulās [aūt, secus mare Galilęę.] Lacū Hebraico more appellat mare. [Vidit Simonē & andreā fratrem eius..] f. Simonis. [mittētes retia in mare, erant enī piscatores. Et dixit eis Iesus, venite post me. & faciā vos fieri piscatores hominū. Et protinus relictis retib⁹.] Deest. suis, [secuti sunt eū. Et progressus inde pusillū, vidit Iacobū Zebedæi & Ioannē fratrē ei⁹: & ipsos cōponentes.] pro, reficientes, seu sarcientes. [retia in naui. Et statī vocauit illos, & relicto patre suo Zebedęo in naui cum mercenarijs, secuti sunt eum. & ingrediuntur Capharnaum. Et statim sabbatis.]

diebus.

diebus cõgruis populo ad audiendum verbum dei. [Ingreſſus in ſynagogam.] locum congruum & deputatum ad doctrinam diuini verbi. [Docebat eos] Pronomen, eos, nõ eſt in Græco. [Et ſtupebant ſuper doctrina eius. Erat enim docens eos quaſi.] pro, tanquam, [poteſtatem habens.] doctrinam confirmando miraculis, [Et nõ ſicut Scribæ.] qui doctrinam miraculis nõ confirmabant: [Et erat in ſynagoga.] Subiungit euangeliſta factum monſtrans, quòd Ieſus docebat vt poteſtatẽ habens. [Homo in ſpiritu immũ do: & exclamauit, dicens. quid nobis & tibi Ieſu Nazarene?] querula vox eſt [Veniſti ante tempus.] vel opinatum vel perditionis noſtræ futuræ quũ claudemur in inferno: vt Matth. 8. expoſuimus. [Perdere nos.] Appellãt dæmones perditionem ſuã, vel perditionem regni ſui in hominibus, vel coactionem ſpiritualem, qua ſentiebant ſe cogi à Chriſto ad exeũdum ab hominibus. [Scio quod ſis.] pro, noui te quis es, Mentitur dæmon, & fingit ſe ſcire ad tentandum vt ſciat prout in deſerto tentauerat. [Sanctus dei.] In Græco habetur articulus, inſinuans acſi diceretur, ille ſanctus dei. Et eſt appoſitiue iũgenda hæc particula præcedẽti. noui te quis es, appoſitiue ille ſanctus dei. ſ. prædictus à lege & prophetis, expectatus à Iudæis. [Et comminatus eſt ei.] pro, increpauit eũ, [Ieſus dicẽs, obmuteſce.] Imponit ſilentiũ dæmoni, refutans teſtimoniũ illius: inſtruens per hoc homines, vt teſtimonia dæmonũ etiã oblata refutent. [Et exi de homine. Et diſcerpens eum ſpiritus immundus & exclamans voce magna: exijt ab eo] Præterita ſunt diſcerpens & exclamans, ſignificantia diſcerpto illo & clamore emiſſo. Per diſcerptionẽ non intellige ſciſsionem alicuius membri (quoniam teſtatur Lucas cap. 4. q; dæmon proiecit hominem illum in medium, & nihil ei nocuit) ſed ſciſsionem virium. ita quòd diſcerptio non membrorum, ſed virium corporalium ſignificatur: quam Lucas ab effectu proiectionis in terram abſque membrorum læſione ſignificauit. Permiſit autem Ieſus hominem illum affligi in modo exeundi: tum vt diſcerneretur ſpiritus immundus à ſpiritu hominis, & cognoſceretur, quòd non homo ille ex ſpiritu proprio, ſed ex dæmone dixerat quæ dixit. tum vt cognoſceretur à quanto malo liberauit eũ. [Et mirati ſunt omnes: ita vt conquirerẽt inter ſe, dicẽtes. Quidnã eſt hoc? quænã doctrina hæc noua? quia in poteſtate ſpiritib⁹ immundis imperat, & obediũt ei.] Hinc apparet quare dictum ſit, quòd erat docens vt poteſtatem habens. Reddunt enim rationem doctrinæ nouæ: ex poteſtate imperatiua dæmonibus, immo etiam dæmonibus. nam in Græco præponitur coniũctio,

&, dicendo

& dicendo, quia in poteſtate & ſpiritibus immundis imperat. Sũmum enim imperij genus apparet imperare dæmonibus: & propterea cum Emphaſi dicunt & ſpiritibus immundis. [Et proceſſit rumor.] pro, fama, [eius ſtatim in omnẽ regionẽ.] pro, i totam circumiacentem regionem, [Galilæę.] Datiui caſus eſt Galilæę. Et hinc apparet, quòd intendit euangeliſta dicere in totam regionem finitimam Galilæę. [Et protinus egredientes de ſynagoga, venerũt in domũ Simonis & Andreæ cum Iacobo & Ioãne. Recumbebat autem ſocrus Simonis febricitãs: & ſtatim dicunt ei de illa. Et accedens eleuauit eã apprehenſa manu eius: & cõtinuo dimiſit eã febris, & miniſtrabat eis.] Quũ ciuitas Simonis fuerit Bethſaida, cura ſocrus in Bethſaida videtur facta [Veſpere autem facto quũ occidiſſet ſol, offerebant ad eũ omnes male habentes, & dæmonia habentes.] Dies ille ſabbatũ ſignificatur: ex eo, quòd poſt ſolis occaſum afferebant ægros, quos in die ſabbati vehere non licebat. [Et erat omnis ciuitas.] id'eſt tota ciuitas, [cõgregata ad ianuã.] domus Petri [Et curauit multos.] Non dicit, nec excludit omnes, [Qui vexabantur.] pro, male habentes, varijs langoribus: & dæmonia multa eijciebat, & non ſinebat ea loqui, quoniam ſciebant eũ.] In multis Græcis exemplaribus adiunguntur duæ dictiones, ſcilicet Chriſtum eſſe. ¶Sed aduerte diligentiſsimè in Græco haberi coniunctionem, quòd. Non ſunt enim hæc verba euangeliſtę reddentis rationem quare nõ ſinebat ea loqui (vt Latinus textus ſonat: ſignificans euangeliſtam affirmare dæmones ſcire eum eſſe Chriſtum) ſed ſunt verba explicantia ſermonem inhibitum, ſermonem non permiſſum dæmonibus. Ita quòd ſenſus eſt: non ſinebat dæmones dicere quòd ſcirent eum eſſe Chriſtum. Dæmones enim iſti dicebant, quòd ſciebant eum eſſe Chriſtum: ſicut etiam clarè dixerat dæmon excluſus ab homine in ſynagoga. Et hos ſermones non permittebat Ieſus, refutans eorum teſtimonia. & nihilominùs mentiendo & perſeuerantes tentando dæmones hoc dicebant. [Et diluculo valde ſurgens, egreſſus abijt in deſertũ locũ: ibique orabat. Et proſecutus eſt.] pro, proſecuti ſunt, [eũ Simon & qui cũ illo erant] Hinc apparet, quòd Ieſus ſummo mane ſolus receſsit è domo in deſertũ ad orandum: exemplũ prędicatoribus prębens rapiendi tempus aliquod ad orandum, ad mentem in deum eleuandam, pręcando quæ ſunt ſalutis &c & poſtea Petrus & alij diſcipuli venerũt ad eum [Et quũ inueniſſent eũ, dixerunt.] pro, dicunt, [ei, quia omnes quęrunt te Et ait illis: eamus in proximos vicos & ciuitates.] p, municipia. Quod tamen nõ pro-

prie reſpondet Græcæ dictioni, ſignificanti potius ruſticana oppida. [Vt & ibi prędicem ad hoc enim veni: Et erat prędicãs in ſynagogis eorũ, & in omni Galilæa & dęmonia eijciens. Et venit ad eũ leproſus, depręcans eũ: & genu flexo dixit, ſi vis potes me mũdare Ieſus autẽ miſertus eius, extendit manũ ſuã & tangens eũ.] vt dominum ſe legis oſtenderet, tactu leproſi nõ in quinatus, ſed mũdãs leprã. Hæc de leproſo declarata ſunt Matthęi octauo. [Ait illi, volo, mundare Et quũ dixiſſet, ſtatim diſceſſit ab eo lepra, & & mũdatus eſt. Et cõminatus eſt ei.] more cõminantis inhibuit. [Statimque eiecit illũ.] inuitum iuſsit abire. [Et dixit ei, vide nemini.] deeſt, quicquam, [dixeris.] Nec vlla pręcepti diſsimulatio interuenit: ſed intimi affect⁹ virtute humilitatis præditi, deſideriũ verum & vrgens ad fugandum quantum ex parte ſua eſt fomenta humanæ gloriæ. huius enim veracis deſiderij verba ſunt, vide ne cui quicquam dixeris. & ideo non obligatoria erant mandata ad peccatum inobediendi, ſed manifeſtabant quid ex intimo corde humili Ieſus deſiderabat. [Sed vade oſtende te principi ſacerdotũ] pro, oſtẽde te ſacerdoti: [& offer pro emundatione tua, quę p̃cepit Moyſes, in teſtimoniũ illis.] vt cognito miraculo moueãtur ad credendũ: & ſi non crediderint reddãtur inexcuſabiles: vtpote accipiendo munus duorum agnorum & ouis (Leuit. 14 præceptũ) profitentes te mundatum, & non credendo negantes me qui curaui, [At ille egreſſus cœpit prædicare.] dęeſt. multum. cœpit enim ille prædicare multũ. [Et diffamare.] pro, diuulgare, [ſermonem.] infamare ſiquidem in malã partẽ ſonat. Non intelligas propterea leproſum hũc reum fuiſſe inobedientię. intellexit enim Ieſum prohibuiſſe ne diceret factum, ad euitandam humanam gloriam: & quòd officij ipſius curati erat publicare diuinum miraculum, & gratum ſe exhibere Ieſu prædicando & extendendo famam ipſius. [Ita vt iam nõ poſſet manifeſte intoire in ciuitatem: ſed foris in deſertis locis eſſe [pro erat [& cõueniebant.] pro, veniebãt, [ad eũ vndique.] Quod verbo ſignificauerat Ieſus (ſcilicet fugere ſe gloriam humanã) facto mõſtrauit. dũ extenſa ſua fama vitabat manifeſtum ingreſſum in ciuitatem, in quam non poterat manifeſte ígredi ſine multa gloria: ſed erat foris in locis deſertis.

CAPVT II

ITerũ intrauit Capharnaũ poſt dies octo.] In Græco nõ habetur octo: nec habetur poſt, ſed per. Et videtur ſignificari, quòd Ieſus intrauit Capharnaum manſurus per dies aliquot. [Et auditum eſt, quod in domo eſſet: & conuenerunt.]

uenerũt.] ℘, & eõgregati sunt.[multi:]ita vt nõ caperẽt neq; ad ianuã]pro,ita vt nõ amplius caperent ne ea quidẽ,quę ad ianuã. Et est sensus, ℘ neque loca domus neque loca circa ianuã caperẽt plures [Et loquebatur eis verbum Et venerũt.] pro,veniunt,[ad eum ferentes paraliticũ,qui quatuor portabatur.Et quũ non possent offerre eũ illi.] pro appropinquare illi,[prę turba.]Significatur quòd portatores paralytici,turba occupante etiam loca ianuę, non poterant appropinquare ad Iesum.[Nudauerunt tectum vbi erat]. Hinc apparet domum illam non habuisse solarium, sed opertam fuisse tegulis. quas aufferẽdo detexerunt tectum. [Et patefacientes.] pro, fodientes. Vnde apparet quòd domus illa sub tegulis habebat nescio quid quod oportuit frangi: quod credideram fuisse lignum.[submiserunt.]pro,submittunt,[grabbatum in quo paralyticus iacebat.]Nõ proijciunt, neque portãt,sed funib⁹ lectulũ in quo iacebat submittunt.hoc enim significari per submissionem patet Actu.27. & submittentes bolidem inuenerunt passus 20. [Quum autem vidisset Iesus fidem illorum.] Magna dei gratia,etiam alienis meritis hominis misereri,& quo ad animam & quo ad corpus. vt hinc discamus. tum magnipendere aliorum suffragia pro nobis ad deum: tum confidenter orare pro alijs. [Ait paralytico,Fili dimittũtur.]pro,dimittantur.Imperatiue enĩ peccatorũ dimissio significatur. [Tibi peccata tua.Erant autem illic quidã de Scribis sedentes,& cogitãtes in cordibus suis, Quid hic sic loquitur.]Duo horrebant Scribæ.& rem scilicet & modum imperatiuũ,& propterea apponunt aduerbium sic.[Blasphemat.] pro, blasphemias. Est enim vnica oratio, quid hic sic loquitur blasphemias? [Quis potest dimittere peccata nisi solus.]pro,vn⁹, [de⁹]?Quo statim cognito Iesus spiritu suo,quia sic cogitarẽt intra se,dicit illis,Quid ista cogitatis in cordibus vestris?quid est facilius,dicere paralytico,Dimittũtur tibi peccata tua:an dicere,Surge tolle grabbatum tuum & ambula? vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata,ait paralytico. Tibi dico surge,tolle grabbatum tuum,& vade in domum tuam Et statim surrexit ille:& sublato grabbato,abijt inde coram omnibus,ita vt mirarentur.] pro,stuperent,omnes,& honorificarent.]pro,glorificarent,[deũ,dicentes,quia nunquã sic vidimus] Hæc de cura leprosi declarata sunt.Matthæi.9.[Et egressus est rursus ad mare: omnisque turba veniebat ad eum: & docebat eos. Et quum præteriret, vidit Leui Alphæi.] scilicet filium. Significatur enim Matthæus alio nomine Leui, filius Alphæi.

sedẽtem ad teloniũ. & ait illi, Sequere me. Et surgens secutꝰ est eũ. Et factũ est quũ accũberet in domo illiꝰ, multi publicani & peccatores simul discũbebãt cũ Iesu & discipulis eius Erant enim multi qui sequebãtur.] pro, secuti sunt, [eũ. Et scribę & Pharisęi videntes quia mãducaret cũ publicanis & peccatoribus, dicebãt discipulis eius, Quare cũ publicanis & peccatoribus mãducat & bibit magister vester? Hoc aũt audito, Iesus ait illis, Nõ necesse habent sani medico, sed qui male habent. Nõ enĩ veni vocare iustos, sed peccatores.] deest ad pœnitentiã. Hæc circa vocationem & conuiuium Matthæi scripta, exposita sunt Matth. 9. [Et erant discipuli Ioãnis & Pharisæi.] pro, Pharisæorum. Hæc tamen correctio non est vsquequaque certa [Ieiunantes: & veniunt.] vtrique nominati scilicet discipuli Ioannis & pharisæi, seu & discipuli Pharisæorum, qui etiam ipsi Pharisęi erant. [Et dicunt illi, Quare discipuli Ioannis & Pharisęorũ ieiunãt?] De seipsis loquũtur tanquam de tertijs personis. [Tui autę discipuli non ieiunãt? Et ait illis Iesus, Nũquid possunt filij nuptiarũ quandiu.] pro, filij Thalami nuptialis in quo, [ĩpósus cũ illis est ieiunare?] Vbi aduerte, quòd loco thalami interpres posuit nuptiarum: & loco in quo, interpres posuit quãdiu. Et significatur nõ solũ thalamus (hoc est nuptiale cubiculũ) sed etiã cõmunitas illius, sponso & festiuantibus nuptias tales enim Hebraico more (quo vtebatur Iesus loquendo) appellantur filij thalami nuptialis. De tempore autem subiungitur. [Quanto tẽpore habent secũ sponsum, non possunt ieiunare. Venient autem dies quũ auferetur ab eis sponsus: & tunc ieiunabunt in illis diebus. Nemo assumentũ.] pro immissurã, [panni rudis.] Hac metaphora significauit interpres pannũ nondũ à fullone curatũ & politum: hoc est omnino nouũ. [Assuit vestimento veteri: alioquin aufert supplemẽtũ.] deest. eius, [nouũ à veteri: & maior] pro, deterior, [scissura fit. Et nemo mittit vinũ nouũ ĩ vtres veteres: alioquin dirũpet vinũ.] deest. nouũ, [vtres: & vinũ effundetur & vtres peribũt sed vinũ nouũ in vtres nouos mitti debet.] Declarata sũt similiter hæc omnia Matth. 9. [Et factum est iterum.] In Græco non est iterum [Quum dominus sabbatis] non pluribus, sed in festiuitate constante ex pluribus sabbatis: erat enim solennitas paschalis. [Ambularet.] pro, transiret, [per sata, & discipuli eius cœperunt progredi] pro, iter agere. Significatur enim, quòd discipuli cœperunt antecedere, vt sic viam qua incederet Iesus inter culmos aperirent. Et dixit hoc euangelista ad significandum, quòd discipuli ante oculos Iesu vellebant spicas: arguentibus Pharisæis coram

ram ipſo hoc fieri dicendo, ecce quid faciunt? Non eſt enim ī Græco, diſcipuli tui, ſed interpres appoſuit. [Et vellere ſpicas Phariſæi autem dicebāt ei, Ecce quid faciunt diſcipuli tui ſabbatis quod non licet? Et ait illis, Nunquid legiſtis quid fecerit Dauid quando neceſſitatem habuit, & eſurijt ipſe & qui cum eo erāt. quomodo introiuit in domum dei ſub Abiathar principe ſacerdotum. Primi Regum vigeſimoprimo hiſtoria hęc narrāt ſub Achimelech, nulla facta mentione Abiathar. Sed non eſt diſſonantia quoniam vterq; ibi erat. nam Abiathar filius erat Achimelech. Appellatur aūt princeps ſacerdotum, non quòd tempore illius facti fuerit princeps ſacerdotum: ſed quia fuit primus princeps ſacerdotum antea enim non erat iſte titulus (ſcilicet princeps ſacerdotum) ſed initium habuit tempore regni Dauidis. Vnde ſicut Matthæus dixit, Ieſſe autem genuit Dauid regem, non quia genitus fuit rex, ſed quia fuit primus rex in genealogia Chriſti: ita Abiathar nominatur princeps ſacerdotum, quia fuit primus princeps ſacerdotum, ordinato & diſtributo ſacerdotio per gradus & vices in ſolenni cultu exhibendo in templo. Hæc enim conſtat tempore Dauīdis diſpoſita eſſe. [Et manducauit panes propoſitionis, quos non licebat manducare niſi ſolis ſacerdotibus. & dedit eis & qui eum eo erant.] pro, & dedit etiam ijs qui cum eo erant. Significatur enim Dauidē non ſolùm comediſſe panes ſacros, ſed etiam dediſſe ijs qui cum eo erant, [Et dicebat eis ſabbatum propter hominem factum eſt.] hoc eſt, ad vtilitatem hominis ſpiritualem. Ad hoc enim vt homo ſanctus fiat mente & animo, ſanctificantur dies & loca, & non econuerſo inanimatorum nanque omnium ſanctitas ad hominis ſanctitatem ordinatur [Et non homo propter ſabbatum Itaque dominus eſt filius hominis etiam ſabbati.] Infert Ieſus ſeipſum filium hominis eſſe dominū ſabbati ex eo, quòd ſabbatum eſt propter hominem, in virtute vniuerſalis domini ſuper omnia, quę ſunt propter hominem ex eo enim, quòd filius hominis eſt dominus omnium, quæ ordinantur ad ſalutem humanam, optime infertur, quòd eſt etiam dominus ſabbati ordinati ad humanam vtilitatem. Et apte cōgruit propoſito: ad ſignificandum, quòd ſabbatum ordinatum ad hominis vtilitatem non debet verti in damnum hominis: verteretur enim in damnum hominis, ſi ob ſabbatum ſeruandum homo priuaretur neceſſario alimento. Reliqua ſpectantia ad factum diſcipulorum vellentium ſpicas expoſita ſunt Matthę 12.

CAPVT III.

T introiuit iterum in synagogam,& erat ibi homo habens manũ aridam:& obseruabant eum si sabbatis curaret.]deest,eum,[vt accusarent illum.Et ait homini habenti manum aridam .surge in mediũ.Et dixit eis, Licet sabbatis benefacere,an male.]deest,facere.Et significatur per benefacere prodesse:& per malefacere| ædere. [Animam saluare an perdere.]pro,occidere?Proponit enim Iesus vtrũ sabbatis liceat prodesse an nocere.& augẽdo orationem,vtrùm liceat sabbatis vitá seruare an occidere.vitam enim nomine animæ significauit.Tacet siquidem Marcus exemplum de oue, quę cecidit in foueam: dictũ tunc à Iesu ad declarandum & benefacere & seruare vitã licitũ esse sabbatis ex exemplo ouis. [At illi tacebant. Et circunspiciens eos cum ira.]Sicut in Christo fuit vera tristitia, ita etiam vera ira.non enim assumpsit animum stoicum, sed vere naturalem.Fuit tamé ira in Christo non passio ratione turbãs,sed propassio,non redundans in alias vires,non impediens nec turbans alias actiones animæ.[Contristatus.]pro, condolens. Ita q̃ duabus propassionibus vsus est Iesus.ita contra vitium,condolentia ad homines.vt intelligas non iratum sęuiendo, sed condolendo:quod perfectæ virtutis est.[Super cæcitate cordis eorum.] nõ mentis,vt cęcitatem affectatam intelligamus:dum hinc non possunt negare fas esse sabbatis extrahere ouem quæ cecidit, inde autem illicitum putant,quòd Iesus restituit homines sanitati sabbatis.Magnitudo enim inuidiæ & odij in Iesum excæcabat eos.[Dicit homini,Extende manum tuam.Et extendit:& restituta est manus illi.]pro,illius sana vt altera.[Exeuntes autem Pharisęi,statim cum Herodianis consilium faciebant aduersus eum,quomodo.] pro,vt[eũ perderẽt.]Magna obstinatio Pharisæorũ significatur: quòd nec conuicti resipiscunt, sed quod per viam accusationis apud ecclesiasticam curiam efficere nequibant, tentant vt per curiæ secularis non iustitiam, sed potentiam & impunem iniquitatem perdere possint Iesum. Hoc enim significat consilium cum Herodianis ad occidendum Iesum. Herodes nanque secularis princeps erat.[Iesus autem cum discipulis suis secessit ad mare.] Quia nondum erat tempus passionis eius,diuertit Iesus à maligni tate illorum.[Et multa turba à Galilæa & Iudæa secuta est eum:& ab Hierosolymis,& ab Idumæa & trans Iordanem,& qui circa Tyrum & Sidonem,multitudo magna,audientes quæ faciebat venerũt ad eũ.] Considera hîc tres ordines.primò cateruam discipulorum, comitantem Iesum. deinde turbam si multam Galilæorum

rum & Iudæorum ſequentem: & demum multitudinem magnam ex diuerſis patrijs venientem. ¶Vbi etiam aduerte multos inter hos veniſſe non Iſraelitas, ſed Idumæos filios Eſau, & Gentiles circa Tyrum & Sidonem, Tyrios & Sidonios. hi enim fortè erãt proſelyti: aut ſicut mulier illa Cananea ad famam miraculorum Ieſu cucurrerunt. ¶Vnde euangeliſta dicit audientes quæ faciebat, & fortè multos eorum curioſitas mouebat ad videndum oculis proprijs fieri miracula, ad comprobãdum ſi vera erãt quæ audierant.

[Et dixit Ieſus diſcipulis ſuis, vt in nauicula ſibi deſeruirent.] pro, vt nauicula inſeruiret ſibi, [propter turbam, ne comprimerẽt eum.] Petijt non ſeruitium diſcipulorum in nauicula, ſed ſeruitiũ nauiculæ: hoc eſt vſum nauiculæ ad ſedendũ in ea in aqua, ne turbæ exiſtentes in terra premerent eum. [Multos enim ſanabat: ita vt irruerent in eum vt illum tangerent quotquot habebant plagas.] pro, flagella. Aegritudines Euãgeliſta appellauit flagella, quia ſunt flagella dei. [Et ſpiritus immundi quum illum videbãt, procidebant ei. & clamabant, dicentes, Tu es filius dei.] Non deſinunt dæmones tentare ad ſciendum ſi Ieſus eſſet filius dei. Propterea enim velut adorantes procidunt & clamant, tu es filius dei. tentant namque ſi poſſent his profeſſionib⁹ & reuerẽtijs, certi aliquid haurire. [Et vehementer comminabatur eis.] pro, increpabat eos, [ne ſe manifeſtum facerent.] Ieſus quoque perſeuerat increpando dæmones & refutando teſtimonia eorum, vt nihil poſſent ex proprijs profeſſionibus dæmones proficere: & mundum doceat repellere teſtimonia dæmonis, quantumcunque cum reuerentia veritatem profiteantur. [Et aſcendens in montem, vocauit ad ſe.] pro, aduocat. Tranſit Marcus ad inſtitutionem Apoſtolorum factam à Ieſu in monte, non ipſis petentibus, ſed à Ieſu vocatis. [Quos voluit ipſe.] Nulla enim ratio meritorum aut prioris ſequelæ, aut cuiuſuis alterius reſpectus, ſed ſolius voluntatis IESV redditur.

[Et venerunt ad eum. Et fecit vt eſſent duodecim.] Certum decreuit numerum iuxta numerum filiorum Iſrael. dicente ipſo domino alibi, *Sedebitis* ſup ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſraël. [Cum illo.] pro: ſecum. velut collaterales ſui. [Et vt mitteret eos prædicare.] pro, ad prædicandum. Ad duo itaque inſtituuntur Apoſtoli: & vt ſint collateralles Ieſu, & vt mittantur ad prædicandum. Ex primo familiaris conuerſatio, familiarius diſcere, ſanctos Ieſu mores familiarius haurire, & vniuerſaliter eorum profectus datur: ex ſecundo verò ad populorum vtilitatem ſpectatur. [Et dedit illis poteſtatem curandi infir-

nitates,& eijciendi dæmonia] In Græco habetur & vt haberent potestatem Ita quòd tota est vna oratio fecit vt essẽt duodecim se cum,& vt mitteret eos ad prædicandum,& vt haberent potestatem curandi. Hoc enim tertium (scilicet potestas faciendi miracula) vt annexum secundo intelligendum : quoniam huiusmodi potèstas ad aliorum vtilitatem datur,& ad confirmationem euangelicę prę dicationis data est Apostolis. [Et imposuit Simoni nomen Petr⁹.] Hic apparet impletum esse nunc,quod prius futurum dixerat Iesus apud Ioannem, tu vocaberis Cephas. clarè enim dicitur hic, quòd imposuit illi nomen Petrus quando instituit Apostolos [Et Iacobum Zebedęi,& Ioannem fratrem Iacobi: & imposuit eis nomina Boanerges: quod est filij tonitrui] Dictio Hebraica est Boanerges , quam euangelista interpretatus est filij tonitrui. Et Ioannes solus filius tonitrui clare patet: quum per ipsum intonuerit mundo, In principio erat verbum & verbum caro factum est,&c. Ambo quoque simul filij tonitrui ideò fuerunt,quia tonitruum diuinæ maiestatis gloriam Christi in transfiguratione videntes audierunt [Et Andream, & Philippum,& Bartholomæum, & Matthęum,& Thomam, & Iacobum Alphæi.] Sicut superius dixit & Iacobum Zebedæi,ita modò dicit & Iacobum Alphęi: ac per hoc distinctionem Iacoborum ex diuersitate patrum significat Sicut etiam Simonem Cananeum distinguit à Simone Petro, [Et Thadæum,& Simonem Cananeum.] Aiunt Cananeum dictum,à Cana Galilæę cognominatum [Et iudam Scariot.] pro, Iscariotem: [qui & tradidit illum] ¶ [Aduerte quòd quanuis non eodem ordine nominentur Apostoli à Marco & Matthęo,apud vtrunque tamẽ primus est Simon Petrus. tanquam nosse vel nescire aliorum ordinem nihil referat,nosse autem oporteat Petrum primum [Et veniunt ad domum,& conuenit iterum turba: ita vt posset neque panem manducare] Præsentis est temporis conuenit: & significatur Iesum quanuis instituris Apostolis, prædicationi vacare: ita vt etiam hora comedendi, cibum prius quàm doctrinam omitteret. [Et quum audissent sui] hoc est illi qui ad Iesum pertinebant: vt agnati. [Exierunt tenere eũ.] pro vt cõprehenderẽt eũ. hoc est vt manuum iniectione tenerent eum & compescerẽt tanquam fatuum. [Dicebant enim quoniam in furorem versus est.] pro. quoniam extra se est,hoc est quoniam mente captus est. Consanguinei Iesu putabant ipsum versũ in amentem,cõferẽdo priorem vitam Iesu cum tam repentina nouitate. Viderant siquidem ipsum [vsque ad annum trigesimũ Mechanicis artibus occupatũ

(vaca-

(vacabat enim arti fabrili: vt inferius euangelista dicet) & sciebāt operam literis, nunquam dediſſe, & propterea audientes quod prædicabat cum concurſu populi, putauerunt ipſum verſum in inſaniam, & velut fatuum garriendo diſcurrere. & ideo proceſſerunt ad comprehendendum eum, ne cum infamia cognationis vagaretur garriendo. ¶ Et hinc prudens lector habes teſtimonium, quòd Ieſus non didicerat ſacras literas à Scribis, ſeu ſacerdotibus, non vacauerat philoſophiæ aut alijs ſcientijs. nam ſi priùs ſtuduiſſet ſcientiis ſeu ſacris literis, non putaſſent ſui, quód verſus eſſet in furorem, conſentaneum ſiquidē cognouiſſent eſſe, vt homo priùs doctus prædicaret quandoque alijs. [Et Scribę qui ab Hieroſolymis deſcenderant.] Nota peſſimos doctores deſcribi ab Hieroſolymis deſcēdiſſe, vtvnde optimi debebāt prodire, inde peſſimi deſcribantur & maior authoritas Hieroſolymitani ſupercilij militaret contra Ieſum. [Dicebant quoniam Beelzebub habet, & quia ī principe dæmoniorum eijcit dæmonia.] Marcus tacet miraculū quod Matthæus & Lucas hîc referunt. [Et conuocatis eis.] ſcilicet Scribis, ad cor eorum locuturus, dixerant enim non in faciem Ieſu ſuperiores blaſphemias. [In parabolis.] Parabolas appellat rationes ſubiunctas ex ſimilitudinibus, tum regni in ſe diuiſi, tum domus in ſe diuiſę, tum fortis direpturi domum. Quæ omnia Matth. 12. expoſita ſunt. [Dicebat illis, Quomodo poteſt Sathanas Sathanam eijcere? Et ſi regnum in ſe diuidatur.] pro, in ſeipſum diuiſū fuerit, [non poteſt regnum illud ſtare, & ſi domus ſuper ſemetipſā diſpertiatur, non poteſt domus illa ſtare. Et ſi Sathanas conſurrexerit in ſemetipſum, diſpertitus eſt &.] Aduerte quòd iſta coniunctio &, tranſpoſita eſt, debet enim præcedere participium diſpertitus eſt legendo, [Et diſpertitus] ſeu diuiſus eſt, [Et non poterit.] pro, nō poteſt ſtare, [ſed finem habet. Nemo poteſt vaſa fortis ingreſſus ī domū.] Deeſt, eius, [diripere, niſi fortem alliget: & tūc domum eius diripiet. Amē dico vobis] Cōfutatis Scribis, grauitatē criminis eorū ſubiūgit. [Quoniā oīa dimittentur filijs hominū peccata & blaſphemię, quibus.] pro, quibuſcunque, [blaſphemauerūt. Qui autē blaſphemauerit in ſpiritumſanctū.] Hoc eſt in deū quatenus ſanctificans eſt ſpiritū humanū, vt diffuſe hæc expoſita ſūt Mat. 12. [Nō habet remiſſionem in ęternum, ſed reus erit.] pro, reus eſt, [æterni delicti.] pro iudicij. ſignificatur enim iudiciū æternę dānationis. [Quoniam dicebant, ſpiritum immundum habet.] Clarificat euāgeliſta, quorſum dominus meminerit blaſphemiæ in ſpiritumſanctum: ſignificans per hoc, phariſæos blaſphemaſſe ſpiritumſanctum

ctum: dicendo quòd Iesus immundum spiritum habet. Et verè sic est. nam per hoc negabant spiritum sanctum in Iesu, negabant sanctificatum spiritum Iesu à deo: quod redundabat in negationem sanctificationis omnis spiritus. nam si spiritus Iesu. cuius omnia opera ac verba erant sancta, non erat sanctificatus à deo, facile potest negari spiritus sanctus in cæteris hominibus quod eneruat vniuersam fidem. [Et veniunt mater eius & fratres, & foris stantes miserunt ad eum, vocantes eum.] Legatio ista vocantium non renuentium ire ad eum, sed impotentium ingredi ad eum impediente turba, intelligenda est tum propter matrem domini, tum propter verba subiuncta, quærunt te quærentes enim eum non substitissent foris extra domum, si potuissent ingredi domum. Vocabant autem eum compatientes illi ob longam inediam. Superius enim dictum est, quòd adeò occupabatur à turbis, vt nec cibum capere posset. [Et sedebat circa eum turba: & dicunt ei, Ecce mater tua & fratres tui foris quærunt te. Et respondens eis, ait, Quæ est mater mea & fratres mei? Et circunspiciens eos qui in circuitu eius sedebant.] pro, & quum circunspexisset in circuitu eos qui circum se sedebant, [Ait, Ecce mater mea & fratres mei. Qui enim fecerit voluntatem dei, hic frater meus, & soror mea, & mater mea est.] Vide Matthęi duodecimo verborum domini rationem.

CAPVT IIII.

Iterum.] In prȩcedenti capitulo retulerat Iesum ne premeretur à turba, nauiculæ officio alia vice vsum.
E & propterea dicit iterum [Cœpit docere ad mare.] pro, iuxta mare. [& cõgregata est ad eum turba multa: ita vt in nauim ascẽdens sederet in mari: & omnis turba circa mare super terram erat, & docebat eos ĩ parabolis multa: & dicebat illis in doctrina sua, audite. Ecce exijt seminans ad seminandum: & dum seminat, aliud cecidit secus viam: & venerũt volucres cœli & comederunt illud. Aliud vero cecidit super petrosa: vbi non habuit terram multam, & statim exortum est: quoniam non habebat altitudinem terræ: & quando exortus est sol, exæstuauit.] pro, exustum est siue æstu perijt. [Et eo quod non habebat radicem, exaruit. Et aliud cecidit in spinas: & ascenderunt spinæ & suffocauerunt illud, & fructum non dedit. Et aliud cecidit in terram bonam, & dabat fructũ ascendentem & crescentem & afferebat vnum tricesimum, & vnum sexagesimum, &

vnum

vnum centeſimum.]pro,& afferebat in triginta,& in ſexaginta & in centum.[Et dicebat,Qui habet aures audiendi audiat. & quum eſſet ſingularis.]pro, ſolitarie ſeu ſolitarius.Significatur enim q̃ quum eſſet ſine turbis.[Interrogauerunt eũ qui cum eo erant duo decim.] Nonnulli codices Græci habent,ij qui circa illum erant cum duodecim.[Parabolam exponere.] Spectantia ad hanc parabolam dicta ſunt Matthæi.13. & propterea corrigimus tantum textum Latinum. [Et dicebat eis,vobis datum eſt noſſe myſterium regni dei:illis autẽ qui foris ſunt.]pro,exteris, [in parabolis omnia fiunt.vt videntes videant & non videant.]pro,& nõ p-ſpiciãt. [& audientes audiant,& non intelligant:nequando cõuertãtur,& dimittant̃ eis peccata.]Aduerte hic quòd hęc verba apud Matthæum clarè inducuntur ex Eſaiæ.6.cap.ſignificantia pertinaciam audientium & videntium: vt ibi expoſitum eſt.apud Marcũ verò aliter ſonant.Et propterea textus iſte intelligendus eſt vtendo coniunctione,vt,non cauſaliter,ſed conſecutiue non enim ad hũc finem Ieſus loquebatur in parabolis vt nõ perſpicerẽt,vt non intelligerent:ſed loquebatur in parabolis , ad quas conſequens erat impleri prophetiam Eſaiæ,dicentis videntes viſuros opera & miracula Chriſti,& non proſpecturos diuinam illius virtutem. & ſimiliter audituros doctrinam & teſtimonia illius,& nõ intellecturos ipſum eſſe Meſſiam. Poteſt nihilominus coniunctio,vt,intelligi cauſaliter:referendo tamen eam non ad rem, ſed ad prophetiam ſubintellectam. Ac ſi aperte dixiſſet ideo in parabolis omnia fiunt exteris , vt impleatur ſcriptura prophetica. Reliqua expoſita ſunt Matthæi.13. [Et ait illis, neſcitis parabolam hanc?& quomodo omnes parabolas cognoſcetis?Qui ſeminat,verbũ ſeminat.Hi autem ſunt qui circa viam,vbi ſeminatur verbum:& quum audierint,confeſtim venit Satanas,& aufert verbum quod ſeminatum eſt in cordibus eorum.& hi ſunt ſimiliter qui ſuper petroſa ſeminantur:qui quum audierint verbum, ſtatim cũ gaudio accipiũt illud & non habent radicem in ſe,ſed temporales ſunt.deinde orta tribulatione & perſecutiõe propter verbum,confeſtim ſcãdalizantur.& alij ſunt qui in ſpinis ſeminãtur,hi ſunt qui verbũ audiũt:& erumnæ.]pro,ſolicitudines,[ſeculi.].Deeſt huius,& deceptio diuitiarũ.& circa reliqua concupiſcentię introeuntes ſuffocant verbum . & ſine fructu efficitur . & hi ſunt qui ſuper terram bonam ſeminati ſunt: & qui audiunt verbum & ſuſcipiunt: fructificant , vnum triceſimum , vnum ſexageſimum, & vnum centeſimum.] pro,& fructificant in triginta, & in ſexaginta,& in centũ.

[Et dicebat illis,Nunquid venit lucerna]pro, incenditur lucerna [vt ſub modio ponatur aut ſub lecto? nõne vt ſuper candelabrum ponatur?] Hęc eſt alia parabola ad declarandum,quòd tam ſermo parabolicus non intellectus ab exteris,quàm ſermo proprius communicatus Apoſtolis publicandus erat.Ac ſi aperte diceret: non ideo loquor in parabolis, non ideo communico ſeorſum vobis myſterium regni dei, vt velim hæc occulta eſſe.volo enim omnia quandoque publice prædicari,& manifeſtari non ſolum dicta,ſed facta mea.Ad hoc enim affert ſimilitudinem de accenſione lucernæ: ſignificando ſeipſum hominem per lucernam, accenſam lumine diuinitatis ad hoc vt luceat mundo ſuper candelabrum eccleſię non eſt enim aliquid mei, meorum verborum & factorum, quod non manifeſtandum ſit.[Non eſt enim aliquid abſconditũ, quod non manifeſtetur,nec factum eſt occultum.]alquid à me.[ꝙ non veniat in palã,]pro ſed vt in propatulũ veniat.Vnde liquet,ꝙ de factis proprijs loquitur: ſignificando quòd nihil fecit vt eſſet occultum,ſed quicquid fecit,fecit vt publicetur.Et propterea ſubdit,[Si quis habet aures audiẽdi audiat.] Loquebatur enim de ſeipſo non manifeſtans quòd de ſe loqueret [Et dicebat illis,Videte quid audiatis.]Dixerat quòd vult publicari ſua dicta & facta:& quia intendebat hoc adimplendum eſſe per diſcipulos,ideo monet eos ad conſiderandum quicquid audient,proculdubio ab ipſo: tũ vt mente penetrent quod audierint tum ne aliud prædicent quàm quod audierint ab ipſo.tum ne aliquid omittant prædicare eorum quæ audierint [In qua menſura.] Periculum tacendi, omittendi, ſeu negligẽdi prædicationem integram auditorum apponitur:explicando quòd qua menſura communicauerint audita alijs, eadẽ menſura fiet eis retributio.& vltra hoc aliquid ſuperaddetur. Sed corrige textum. [Menſi fueritis.] pro,metimini,[remetietur] pro menſurabitur,[vobis: & adijcietur vobis.] Deeſt. qui auditis. Quod autem dicit,& adijcietur vobis intelligitur tam in bono quàm in malo: hoc eſt,tam in præmio quàm in pœna Sicut etiam menſura intelligitur tam abundans quàm deficiens. Ad hæc enim explicanda ſubiungitur quo ad præmium. [Qui enim habet,dabitur illi.]Et quo ad pœnã.[Et qui nõ habet, etiã quod habet,auferetur abeo.]Et per eũ qui habet,& eũ qui non habet, ſignificatur habens ſeu non habens: ſecundum debitum vſum: vt Matthæi decimotertio diffuſe expoſitum eſt. [Et dicebat, Sic eſt regnum dei.] Parabola hęc apud ſolum Marcum inuenitur: & affertur conſequenter ad declarandum modum, quo

Apoſtolic2

apostolica prædicatio fructificat. Et intendit quòd discipulorum est prædicare ad similitudinem seminantis. ita quòd germinatio & fructificatio expectetur aliunde, scilicet à cordibus auditorum, sicut germinatio & fructificatio seminis expectatur à terra: & quēadmodū tempore messis apponitur falx ita producto prædestinato fructu succidūtur viri iusti ex hac vita. Hæc est intentio parabolę huius [Regnū dei.] in militāti ecclesia incipiens [Quemadmodū si homo iaciat sementem in terrā, & dormiat & exurgat nocte & die.] Referuntur hæc ad hominem qui seminauit. Et significatur per hęc, hominem occupari suis naturalibus necessitatibus, & vacare suis exercitijs. Nam ordinata est litera applicando singula singulis, scilicet noctem dormitioni, & diem exurrectioni. Ac si aperte dixisset, & vacet negocijs suis. Significatur enim per hoc, quòd non opera hominis prædicantis efficitur fructificatio seminis iacti in terram. [Et semen germinet & increscat.] Prius descripsit dispositionem hominis qui seminauit, modò describit dispositionem seminis seminati. [Dum nescit ille.] Nescit siquidem homo qui seminauit quid sub terra fiat, donec semen germinet. Et similiter nesciūt prædicatores quid verbum dei seminatum per prædicationem hominis operetur, donec prodeat in opus. [Vltro enim terra fructificat.] Significatur enim per vltroneam fructificationem, ex libero arbitrio prodire fructum auditi diuini verbi: ita tamen vt subintelligas simul diuinam gratiam: sicut in terra subintelligitur concursus superiorum causarum, scilicet caloris solaris, pluuiæ & huiusmodi concurrentibus enim his intelligitur terra fructificans. Et significatur per progressum fructificationis terrę, progressus fructificationis cordis suscepto semine diuini verbi. Et describitur ordo, quia nemo repente fit summus, sed primū exercet operibus incipientiū, deinde proficientiū, & demū perfectorū. [Primū herbam: deinde spicā, deinde plenū frumentū in spica. Et quū ex se produxerit.] pro, quū autē productus fuerit fructus. Significatur enim quòd quum prædestinatus fructus regni cœlorum (hoc est præsentis ecclesiæ) productus fuerit, statim erit finis. Potest nihilominus intelligi de producto fructu cuiusque delecti quoniam tunc est messis particularis per mortem illius. [Statim mittit falcem quoniam adest messis.] Quantum ad parabolam illemet homo significatur mittens falcem, qui seminauit. quantum verò ad sensum, principalis seminator (scilicet Iesus Christus) significatur ipse enim qui in prædicatoribus iacit semē verbi diuini in terram, per angelos metet. [Et dicebat Cui assimilabimus

labimus regnũ dei: aut cui parabolę.]pro,in qua parabola,[cõparabim⁹ illud.] Alia recitatur parabola de grano ſinapis: quę expoſita eſt Matth.13.Et apponitur vt declarato mõ fructificãdi,declaretur vis euangeliciſeminis quod prædicatur. [Sicut granum ſinapis: quod quum ſeminatũ fuerit in terra,minus eſt omnibus ſeminibus,quę ſunt in terra,& quũ natũ fuerit,aſcendit in arboré.] Neſcitur quis appoſuerit has duas dictiones, ſcilicet in arborem. [Et fit maius omnib⁹ holeribus,& facit ramos magnos.ita vt poſſint ſub vmbra ei⁹ aues cœli habitare.]pro,nidificare.[Et talibus multis loquebatur in verbũ.] Habes apud Matthęũ multas parabolas quas Marcus ſub his verbis comprehendit. [Prout poterãt audire.] Quãuis dominus parabolicè loqueretur, proponebat tamẽ eas ſecundũ capacitatẽ audientiũ, vt fructuoſæ eſſent. Multis ſiquidẽ fructuoſę erãt,quanuis multi indigni eſſent: de quibus dictum eſt,vt videntes nõ videãt &c.[Sine parabola autem nõ loquebatur eis.] Nõ dicit omnẽ ſermonẽ fuiſſe parabolicum,ſed q⁹ habebat parabolã comitem.docebat enim multa ſub proprijs verbis & annectebat parabolas. ¶[Seorſum aũt.]Declarat Euangeliſta quod etiam parabolas habentes aliquid difficultatis declarabat diſcipulis ſeorſũ à turba.[Diſcipulis ſuis diſſerebat.] pro,diſſoluebat omnia.Significatur enim quòd ſoluebat dubia ſeu nodos difficultatũ.[Et ait illis in die illa, quũ ſero eſſet factũ, trãſeamus cõtra]pro,in vlteriorem ripã. [Et dimittentes turbam, aſſumunt eum ita vt erat in naui:& aliæ naues erant cum illo.]Promptã accelerem executionem deſcribit ab inchoata à nautis nauigatione, antequam Ieſus ſedens in nauicula mutaret ſitum, & antequam diſiungeretur nauicula illa ab alijs nauiculis. Identitas ſiquidem ſitus Ieſu ſignificatur dicendo,ita vt erat in naui.cõiunctio autem adhuc aliarum nauicularum ſignificatur dicendo,& aliæ nauiculæ erant cum illa. Aduerbium, ita,ad ambo refertur,ſcilicet ad ſitum Ieſu, & ad coniunctionem nauicularum. Et legendum eſt cũ illa,ſcilicet naui:& non, cum illo.erant enim nauiculæ multæ iunctæ naui,in qua erat Ieſus docens. [Et facta eſt.]pro, ſit [procella magna venti:& fluct⁹ mittebat.]pro,immittebat. [in nauĩ.ita vt impleretur naus.Et erat ipſe ĩ puppi, ſuper ceruical dormiẽs.Et excitãt eũ.]proculdubio diſcipuli.[Et dicũt illi,Magiſter nõ ad te pertinet.]pro,nõ eſt tibi curæ,[quia.]pro,q⁹ [perimus?] Et exurgẽs comminatus eſt vento.]pro,& excitatus increpauit ventum.& dixit mari,Tace,obmuteſce.] Increpat ventum cauſantem fluctus, & ſilentium imponit mari ſonanti: non vt ventus & mare percipiant,

piant sed ad ostendendũ hominibus præsentibus, quòd solo imperio cessare facit ventum & fluctus maris. [Et cessauit ventus: & facta est tranquillitas magna.] Repente fieri non tranquillitatem, sed tranquillitatem magnam, testatur opus esse excedens totius naturæ facultatem. [Et ait illis, Quid timidi estis?] Deest aduerbium, sic non enim reprehenditur simplex timor, sed timor sic: hoc est adeo magnus, vt præsente Iesu timeant perire. [Necdum habetis fidem?] Increpatiue legenda sunt. Obiurgat enim discipulos, quòd adhuc non habeãt fidem, quum viderint tot miracula facta ab eo. Monstrauerunt enim minus credere, tum magnitudine timoris, tum excitando Iesum à somno: tanquam non posset dormiens saluare eos. [Et timuerunt timore magno: & dicebãt ad alterutrum: quisputas est iste, quia ventus.] Deest Latinis copula præcedens ventum, legendum enim est. [Quia & vẽtus & mare obediunt ei.] An soli discipuli nautarum officium exercentes, an etiam nautæ alij interfuerint qui hæc dixerint, incertum est. Hoc tamen est certum, quòd nec discipuli plenam in Iesu fidem habebant illis enim dictum est, necdum fidem habetis: vt patet Matthæi. 8.

CAPVT V.

TVenerunt trans fretũ.] pro, in vlteriorem partem, maris, in regionem Gerasenorũ.] pro, Gadarenorũ.

E Aduertendũ est enim q, apud matthæũ cap. 8 regio hęc appellatur regio Gergesenorum, apud Marcum autẽ & Lucã Gadarenorũ. Nec aliquid certi cõperio propter hoc, quòd diuersi diuersa sentiunt: sed parui refert scire nomina locorum seu habitatorũ. Si tamen verum est quod regio hæc sit trans Iordanem, nomen Gadarenorum quadrat: pro quanto trãs Iordanem Gaditę acceperũt à Moyse portionem suam [Et exeũti ei de naui statĩ occurrit de monumentis homo spiritu immundo.] Quãuis duo fuerint apud Matth. cap. 8. Marcus tamẽ tacens vnũ nõ cõtradicit. sęnioris enim creditur mentionẽ facere. [Qui domicilĩũ habebat in monumẽtis. Et neque cathenis iã quisquam poterat eum ligare: quoniã sæpe cõpedibus & catenis vinctus. dirupisset catenas, & cõpedes cõminuisset & nemo poterat eũ domare. Et semper die ac nocte in monumentis & in mõtibus erat clamans: & concidens se lapidibus. Videns autem Iesum à longe, cucurrit & adorauit eum.] Demon, aut coactus, aut ad malum aliquod tendens, virtutis actũ exercet. propter quod magnus iste religionis actus processisse videtur ab animo explorandi, an

Iesus

Iesus sit filius dei.expertus nanque in deserto quòd tentando Iesum,hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me,non potuit cognoscere an sit filius dei,tentat modò contrariam viam, scilicet adorando ipsum Iesum. Vnde & assertiue nominat eum filium dei sicut etiam cum tanta reuerentia adorat [Quid mihi & tibi Iesu fili dei altissimi?]Fingit dæmon nihil cõmune esse sibi & Christo:hoc est nihil negocij habere cum eo,quum tamẽ multũ negocij cum eo haberet tentando. [Adiuro te per deum,] Verba hæc fuerunt dicta à dæmone,postquam Iesus dixerat ei,exi spiritus immunde,vt manifeste subiungit euangelista. [Ne me torqueas.]Imperium Iesu vt dæmon exeat, tormentum esse dæmonis ipsemet dæmon testatur,inuitum enim oportere exire,est tormentũ superbo & pertinaci in proprio velle. [Et interrogabat eum,quod tibi nomen est?] Iesus interrogat,vt ipsemet dæmon fateatur inuitus multitudinem,ad hoc vt magnitudo miraculi innotescat, & ad hoc cognoscatur quaneũque multitudinem dæmonum ei subijci.[Et dicit ei legio mihi nomen est,quia multi sumus Et deprecabatur eum multum,ne se expelleret extra regionem.] Hinc apparet affectus diuersorum dæmonũ ad diuersas regiones nisi enim multitudo hæc affecta fuisset regioni illi,nõ petisset extra regionem non mitti [Erat autẽ ibi circa montẽ grex porcorum magnꝰ pascens in agris.] Superfluit in agris. [Et deprecabantur eum spiritus.] pro,omnes dæmones,[dicentes,Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus Et concessit.]pro,permisit,[eis statim Iesꝰ] Hinc habes potestatem naturalem dæmonum ligatam teneri, in pœnam sui peccati.si enim libere vti possent sua potentia, non indiguissẽt licentia Iesu ad inuadendũ porcos,& intolerabilia mala facerẽt [Et exeuntes spiritus immundi,introierũt in porcos,&magno impetu grex præcipitatus est in mare ad duo milia milia.]pro erant autem fere bis mille proculdubio porci.[Et suffocati sunt in mari Qui autem pascebãt eos,fugerũt,& nunciauerunt in ciuitatẽ & in agros Et egressi sunt videre quid esset facti.]pro, quid esset quod factũ est,[& venerũt.]pro,veniunt ad Iesum.[Et vident illum qui a dæmonio vexabatur sedentem vestitum & sanæ mẽtis.] In Græcis codicibus subiũgũtur hæ quatuor dictiones,eũ qui habuerat legionẽ.Et significatur per hoc magnitudo facti,vt nõ solũ significetur dæmonio vexatus,sed legione dæmonum oppressus iã sedẽs & vestitus&sanę mentis,qui prius nudus discurrebat & furiosꝰ.[Et timuerũt.Et narrauerũt illis.]egressꝰ ex ciuitate.[Qui vide rãt qualiter factũ esset ei q dæmoniũ habuerat,& de porcis.Et

rogare

rogare cœperũt eum vt discederet de finib⁹ eorũ.]Illi qui egressi fuerant de ciuitate, timentes ne peius aliquid iactura porcorum subsequeretur, rogant venerando tantam authoritatem monstratam in curatione illius furiosi, vt discedat à regione illa. [Quumque ascenderet.] pro. & ingresso eo, [nauim, cœpit illũ deprecari, qui à dęmonio vexatus fuerat, vt esset cũ illo. Et non admisit eũ: sed ait illi, vade in domũ tuã ad tuos: & annuncia illis quanta tibi dominus fecerit.] Non dicit quanta ego fecerim tibi, sed in deum refert: quem Hebręorum more appellat dominum. Vnde apparet Hebræum fuisse illum hominem, in quo fuerat legio. nisi enim fuisset Hebræus, non Hebræo more nuncupasset deum Iesus, illi mandata dando. [Et misertus sit tui.] Ordo præposterus. nam sensus est, annuncia, quòd dominus misertus tui fuerit, & quanta tibi fecerit. prior enim est subleuatio à miseria quàm collatio honorum [Et abijt, & cœpit prædicare in Decapoli quanta sibi fecisset Iesus, & omnes mirabantur. Et quum transcendisset.] pro, & quũ traiecisset, [Iesus in nauĩ rursus trãs frętũ]pro, in vlteriorę ripã, [cõuenit turba multa ad eũ & erat circa mare. Et venit quidã.] ꝑ, & ecce venit vnus, [de Archisynagogis nomine Iairus: & videns eum procidit ad pedes eius, & deprecabatur eũ multũ, dicẽs, quoniã filia mea in extremis est.] Quod apud Matt. dicitur, modò moriebatur, hic dicitur, in extremis est. [Veni, impone manum tuã.] pro, manus. pluraliter. & superfluit tuam. [Super eam vt salua sit, & viuat]pro, viuet. Affirmat enim Archisynagogus, quòd si Iesus imposuerit filiolæ suæ manus, sequetur vita: hoc est, quòd non morietur, quanuis sit in extremis. [Et abijt cum illo: & sequebatur eũ turba multa: & comprimebant eũ. Et mulier, quæ erat in profluuio sanguinis annis duodecim, & fuerat multa perpessa à cõplurib⁹ medicis, & erogauerat omnia sua, nec quicquã profecerat, sed magis deteri⁹ habebat: quũ audisset de Iesu, venit in turba retro. & tetigit vestimẽtũ eius. Dicebat enim, quia si vel vestimẽtũ eius tetigero, salua ero. Et cõfestim siccatus est fons sanguinis eius: & sensit corpore quia sanata esset à plaga.] pro, à flagello. Aegritu dinẽ enĩ appellat flagellum dei. Et statim Iesus in semetipso cognoscens virtutem, quę exierat de illo.] pro, de se. Intellige virtutem de Iesu exire non migratione, sed effectu. [Conuersus ad turbam, aiebat. Quis tetigit vestimẽta mea?] nõ corpore, sed fide. De quo tactu si intellexissent discipuli, non admirati fuissent verba Iesu. [Et dicebant ei discipuli ipsius, vides turbam cõprimentem te, & dicis qs me tetigit? Et circũspiciebat videre.] ꝑ, vt videret, [eã quę

hoc fecerat.] Volebat Iesus manifestari miraculum factum non solum ob diuinam gloriam ex illo miraculo, sed ad vtilitatem fidei in archisynagogo. Sciebat enim ipse affuturos statim nuncios mortis puellæ: & oportere augeri fidem archisynagogi ad credendum, quòd etiam mortuam filiam posset suscitare. [Mulier vero timens & tremens, sciens quod factum esset in se, venit & procidit ante eum & dixit ei omnem veritatem.] pro, omnem causam suã. [Ille autem dixit ei, Filia fides tua te saluã fecit, vade in pace: & esto sana à plaga tua.] pro, flagello tuo. Manifestat Iesus fidem mulieris meruisse salutem, vt augeatur fides Iairi præsentis. [Adhuc eo loquente, veniunt nuncij ad Archisynagogum.] In Græco non habetur dictio nuncij: nec habetur ad archisynagogum, sed ab archisynagogo. Significatur domesticos venisse à domo archisynagogi. hos enim describit dicendo, quòd veniunt ab archisynagogo: hoc est, domestici à domo archisynagogi, proculdubio ad ipsum Iairum archisynagogum. [Dicentes.] scilicet archisynagogo. [Quia filia tua mortua est. quid vltra vexas magistrum? Non credebant isti Iesum posse suscitare mortuam: & propterea vanam dicebant esse solicitationem Iesu ad veniendum domum. [Iesus autem.] deest. statim, [audito verbo quod dicebatur, ait archisynagogo, Noli timere.] Hinc apparet Iairum in periculo fuisse timendi iacturam filiæ esse irreparabilem. [Tantummodo crede.] Nihil aliud à te exigitur, nisi vt sicut credidisti me posse sanare filiã tuam in extremis constitutam, ita credas me posse tibi illam quamuis mortuam restituere viuam ac sanam. [Et non admisit.] pro, permisit, [quemquam se sequi, nisi Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem Iacobi.] Intellige hæc de sequela ad ingrediendum domum Iairi. reliquit enim turbam & discipulos reliquos, quum esset prope seu iuxta domum. [Et veniunt.] pro, venit, scilicet Iesus, in domum archisynagogi: & vidit.] pro, videt, [tumultum, & flentes & eiulantes multũ. Et ingressus ait illis, Quid turbamini] pro, tumultuamini, [& ploratis? puella non est mortua, sed dormit.] Sciebat Iesus illam esse mortuam. nec tamen falsum dixit intendens non esse mortuã sibi, sed dormire sibi deo cui tam facilè erat suscitare illam à morte, quàm facile fuisset homini excitare illam à somno. [Et irridebant eũ.] deest scientes, quòd esset mortua. Et scripsit hoc euangelista ad firmandum testimonium veræ mortis: & consequenter vere resuscitationis subsecutæ. [Ipse vero eiectis omnibus.] Noluit coram turba hoc miraculum facere, qui tamen alios publicè suscitauit: ad instruendum vtrunque quandoque

doque oportere ſeruari pro loco & tempore. [Aſſumit patrem & matrem puellæ: & qui ſecum erant.] ſcilicet Petrum, Iacobum, & Ioannem. [Et ingreditur.] pro, ingrediuntur, [vbi puella erat iacens: & tenens manum puellæ, ait, Thabita] Græci ſcribunt Talitha, [cumi, quod eſt interpretatum, puella (tibi dico) ſurge.] Nota hîc duo. Alterum eſt quòd illæ duæ dictiones, tibi dico, non ſignificantur verbis Ieſu (talitha cumi) ſed interpoſitæ ſunt ab euangeliſta vel ad maiorem expreſsionem authoritatis verbi Ieſu, quòd ſolo dicere ſuſcitauit eam. vel (quod magis crediderim) accentus, articulus ſeu modus proferendi à Chriſto, expreſſus eſt ab euangeliſta per has dictiones, tibi dico. Alterum eſt, quòd imperatiuum ſurge, ſignificatur per dictionem Hebraicam cumi: puella autem vel non ſignificatur per dictionem talitha directe, ſed tanquam genus, ſi Talitha nomen erat proprium illius puellæ. quia enim ſignificauit tunc indiuiduum puellæ, ideo euangeliſta interpres dixit puella ſurge. Vel Caldaica dictione ab Hebræis vſurpata talitha, puella ſignificatur. maior enim eſt authoritas euangeliſtæ interpretantis talitham puellam, quàm quoruncunque aliter ſentientium. [Et confeſtim ſurrexit puella & ambulabat.] vt intelligas non ſolùm viuam, ſed ſanam. [Erat autem annorum duodecim & obſtupuerunt ſtupore magno. Et præcepit illis vehemẽter.] affectu humilitatis & vitandæ humanæ gloriæ. [Vt nemo id ſciret.] Perſpice differentiam temporum: miraculum mulieris curatæ à fluxu ſanguinis latens, voluit manifeſtari, quia tempus vrgebat ad augendam fidem archiſynagogi: hoc autem miraculum vult latere quia non imminebat neceſsitas tunc manifeſtandi. Vtroque autem opere docuit diſcipulos, vt pro loco & tempore quandoque manifeſtarent miracula, quæ facturi erant, & quandoque procurarent manere occulta. [Et iuſsit dare illi manducare.] Ad cumulum teſtimonij veræ reſurrectionis. vt obſtupeſcentes parentes & diſcipuli, comprobarent non eſſe phantaſma id quod videbant. Reliqua circa hæc miracula, expoſita vide Matth 9.

CAPVT VI.

[Egreſſus inde abijt in patriã ſuam.] hoc eſt in Nazareth. [Et ſequebatur.] pro, ſequũtur. [eũ diſcipuli ſui. Et facto ſabbato cœpit ĩ ſynagoga docere & multi audiẽtes admirabãtur in doctrina eius.] In Græco nihil aliud eſt quàm obſtupeſcebãt ita quod nihil dicitur de doctrina. [Dicẽtes, vnde huic hæc omnia?] In Græco nõ

eſt omnia. [Et quę eſt ſapiẽtia, quę data eſt illi: & virtutes tales, quę per manus eius efficiũtur? Nõne hic eſt Faber] Apud Matthęum dicitur Fabri filius: apud Marcum verò Faber cum articulo, ſcilicet ille faber. vt intelligamus vtrunque eſſe dictum: & quòd erat filius fabri, & quòd erat faber: perſonáque certa fabrilis artis ſignificatur per articulum. [Hinc autem habemus vnde ſatiſfiat curioſis quęrentibus, quid fecerit Ieſus vſque ad trigeſimũ annũ. Vacabat enim exercitio fabrili. Et hoc valde congruit teſtimonio humano, quòd non vacauit literis non ſcientijs, non doctrinæ legis: vt certa cognitione ſcirent omnes compatriotę, quòd ſciẽtia eius nõ erat humanitùs acquiſita. Vnde cõciues obſtupeſcunt, nõ ſolùm de miraculis, ſed de ſapientia (hoc eſt de ſcientia diuinorũ) quę apparebat in Ieſu. [Filius Marię. & frater Iacobi & Ioſeph.] pro, Ioſe, [& Iudę & Simonis: nõne & ſorores eius hic nobiſcum ſunt? Et ſcandalizabãtur in illo.] Qui alijs erant teſtes de viſu & ſcientia Ieſu non erat humano ſtudio acquiſita, videntes eum plenũ ſapientiæ & gratiæ miraculorum: vnde debebãt moueri ad credendum & laudandum deum, inde moti ſunt ad cadendum, inde ruerunt. [Et dicebat illis Ieſus, quia nõ eſt propheta.] Superfluit quia. [Sine honore.] pro, inhonoratus. Quod peius eſt. Significat enim eſſe contemptũ. [Niſi in patria ſua, & in domo ſua, & in cognatione ſua.] Quanuis etiam extra patriam prophetæ quandoque deſpiciantur: quia tamen communiter contemnuntur prophetæ apud ſuos, ideò dominus dixit, niſi in patria, cognatione & domo ſua: ad ſpecialiora ſemper deſcendens. [Et non poterat ibi virtutem vllam facere.] Non ex defectu potentiæ, ſed ex impedimento, immo repugnantia obiecti. eſt enim ſermo de potentia non abſoluta, ſed ordinaria. Nam ſicut potentię naturales non poſſunt proprios effectus producere, niſi in patiente diſpoſito: ita potentiæ ordinariæ ad curationes & miracula, non poſſunt producere effectus, niſi in patiente diſpoſito per fidem: quæ quia iſtis Nazarenis deerat, ideo dicitur quòd non poterat virtutem vllam facere [Niſi.] Addenda eſt cõiunctio, quòd. [Paucos infirmos impoſitis manibus curauit. Et mirabatur.] vera admiratione, cauſata ex ignota ſibi experimentaliter infidelitate cõperta in Nazarenis cõtra omnem rationẽ. [Propter incredulitatem.] pro, infidelitatem, [eorũ.] Refertur hæc cauſa ad vtrunque, ſcilicet non poterat, & mirabatur. Et ſignificatur ſimul indiſpoſitio Nazarenorum ad recipiendum effectus miraculorum. Et circuibat caſtella in circuitu, docens.] Expertus incredulitatem Nazarenorum, quęrit fructum

facere

facere in caſtellis per circuitum, ne culpa Nazarenorum iſti poſthabeantur. Reliqua circa geſta in Nazareth expoſita, vide Matth. 13. [Et conuocauit duodecim: & cæpit eos mittere binos: & dabat illis poteſtatem ſpirituum immundorum.] ſcilicet ordinariã: hoc eſt, efficacem tunc, ſi tam ex parte Apoſtolorum, quàm ex parte curandorũ, ſeu agentium pro ipſis cõcurrerent, quæ concurrere debent. Ex parte enim aliorum debebat concurrere fides, ex parte autem Apoſtolorum debebãt etiam concurrere quædam: puta oratio & ieiunium. Vnde nõ potuerunt eijcere dæmonium: de quo dominus dixit, hoc genus dæmoniorum non eijcitur niſi in oratione & ieiunio. [Et præcepit illis, nequid tollerent in via niſi virgam tantum.] Matthei. 10. dicitur, nec virgam. Solutio eſt, quòd virga ad officium defenſionis (ſicut & cætera arma defenſiua) inhibita eſt: virga autem ad officium ſuſtentationis in itinere cõceſſa eſt. [Non peram, non panẽ, neq; in zona æs: ſed calceatos ſandalijs.] Matthæi. 10. dicitur neque calciamenta. Solutio eſt, quòd apud Matth. duplicata calciamenta inhibentur hîc verò mittuntur calciati ſandalijs. iuxta illorum morem. Nõ enim fecit eos vendere calceos & emere ſandalia: quum ab vniuerſa euangelica doctrina diſcrepet ſolicitudo circa figuram calceorum, veſtis & cuiuſcũq; operimenti, indigna ſiquidem tali tantóque doctori eſt huiuſmodi cura: à quo nullum ſimile præceptum inuenitur. Nullum enim de colore, quantitate, aut figura veſtiũ, nullum de barba, aut capillis, & vniuerſaliter nullum de huiuſmodi indifferentibus corporeis præceptum inuenitur à Ieſu datum: ſicut nec de differentia cibi aut potus vt etiam per hoc cognoſcamꝰ ipſum eſſe deum qui fecit omnia, cui omnia ſeruiunt: cui nihil horum diſplicet, qui vniuerſis in toto orbe nationibus leges dabat, omnibus & ſingulis congruas, nullíque incommodas, nulla exceptione alicubi aut aliquando egentes. Ex induſtria itaque Marcus dixit, quòd miſit eos calceatos ſandalijs, prout erãt calceati. ne erraremus in Matthæ. intelligendo Ieſum prohibuiſſe calciamenta. [Et ne induerentur duabus tunicis.] Ne deſipias intelligendo iuſſiſſe Ieſum diſcipulis, vnica tantùm veſte indui ſed prohibet indui veſtibus mutatorijs, & propterea eiuſdem ſpeciei veſtes duplices inhibuit, ſcilicet tunicas, alteram induendo, & alteram ſeruando ad induendum loco prioris. [Et dicebat eis, Quocunque introieritis in domũ, illic manete donec exeatis inde.] ſcilicet de illo oppido, ciuitate ſeu villa mutationem enim hoſpitij prohibet. [Et quicunque nõ receperit vos, neq; audierit vos, exeũtes inde, excutite puluerẽ

de pedibus vestris, in testimonium illis.] hoc est, in signum testimonij: tum quòd non ex vobis, sed ex illis procedit priuatio diuinæ gratiæ apud illos. tum quòd nihil commune vobiscũ habebũt in regno cœlorum, sicut vos nec puluerem habetis eorum. ¶Scito apud Græcos post hęc verba subiungi, Amen dico vobis, tolerabilius erit Sodomis aut Gomorris in die iudicij, quàm ciuitati illi. Hæc in textu Græco: quæ Matthæi 10 cum reliquis exposita sunt. [Et exeuntes prędicabant, vt pœnitentiam agerent: & dæmonia multa eijciebant: & vngebant oleo multos ęgros.] Credendum est præcepto Iesu eos hoc fecisse. non enim fas est credere ex proprio sensu vsos fuisse vnctione. Verùm hęc vnctio non sacramentalis intelligitur (qualis est vnctio extrema qua vtitur ecclesia) sed initium quoddam. [Et sanabantur.] pro & sanabat. Et refertur ad oleum. significatur enim, quòd oleum sanabat ægrotos. Vnde apparet, quòd oleo vtebantur ad sanandum, non ad sacramentum ministrandum. Apparet quoque, quòd statim sequebatur sanitas: alioquin non fuisset cognita virtus olei sanantis. [Et audiuit rex Herodes.] Iste Herodes titulo non erat rex, sed potestate. erat enim tetrarcha Galilęæ. [Manifestum enim factũ est nomẽ eius. & dicebat, quòd Ioannes Baptista resurrexit a mortuis: & propterea virtutes operantur in illo. Alij autem.] supple nonnulli [dicebant quia Helias est. Alij vero dicebant, quia propheta est, quasi vnꝰ ex prophetis.] Harum trium opinionum de Iesu, prima super migrationem spiritus de corpore in corpus fundatur. Et nescio vnde ortum habuerit migratio talis, scilicet in hominem contemporaneũ. Secunda autem super propheriam Malachiæ de aduentu Heliæ. Tertia ancipitem habet sensum, an significetur vnum ex prophetis rediisse: iuxta traditiones quorundam philosophorum de circulo animarum. an significetur, quòd Iesus est propheta similis antiquis prophetis. Et si hoc significatur, rationabilior cæteris hæc opinio fuit. [Quo audito Herodes ait, Quem ego decollaui Ioannem, hic à mortuis resurrexit.] Desunt Latinis duæ dictiones. altera verbum, est: altera pronomen, ipse. pũcto tamen intermedio. Ita quòd legendum est: quem ego decollaui Ioannẽ hic est. & deinde subiungitur, ipse à mortuis resurrexit. Et hæsitando, non definiendo dixit Herodes hęc verba: vt pater apud Lucã. [Ipse enim Herodes misit] tenuit Ioannẽ & vinxit eũ in carcere, propter Herodiadẽ vxorẽ Philippi fratris sui: quia duxerat eã.] deest vxorẽ. [Dicebat enim Ioãnes Herodi, Nõ licet tibi habere vxorẽ fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi: & volebat occidere eum,

nec

nec poterat [Herodes autē.] pro,enim. Redditur enim ratio quare Herodias non poterat Ioannem occidere. [Metuebat Ioannem: ſciens eū virum iuſtum & ſāctum:& cuſtodiebat.]pro obſeruabat, [eū: & audito eo multa faciebat,& libenter eū audiebat.]Hi actus virtutum qui narrantur de Herode,intelligendi ſunt ficti iuxta verbum domini appellantis Herodem vulpem:& teſtimonium Matthæi,quòd Herodes volens Ioannem occidere timuit populum,Fictè itaque Herodes exercebat hos virtutum actus erga Ioannem: ob quam fictionem non poterat Herodias occidere Ioannem vt volebat. Marcus enim refert apparentes actus. [Et quum dies opportunus accidiſſet, Herodes natalis ſui.] In Græco habetur. Quando Herodes in natalitijs ſuis,[cœnam fecit.] pro, faciebat, [principibus.]pro,primatibus,[& tribunis.]qui præſūt mille [& primis Galilææ:quūque introiſſet filia ipſius Herodiadis,& ſaltaſſet,& placuiſſet Herodi,ſimulq3 recumbentibus.]pro,accumbētibus,[rex ait puellæ:pete à me quod vis,& dabo tibi. Et iurauit illi: ga quicquid petieris,dabo tibi:licet dimidiū regni mei. Quæ quū exiſſet,dixit matri ſuę. Quid petam? At illa dixit,Caput Ioānis Baptiſtæ. Quūq3 itroiſſet ſtatim cū feſtinatiōe ad regē,petiuit,dicēs volo vt protinꝰ.]ſupfluit,protinus. [des mihi in diſco caput Ioānis Baptiſtæ. Et contriſtatus rex,ꝓpter iuſiurandū, & ꝓpter ſimul recūbētes noluit eā cōtriſtare.]ꝓ,reijcere,[ſed.]pro,& protinus, [miſſo.]Deeſt rex. Legendum eſt,[Rex miſſo ſpiculatore, præcepit afferri caput eius in diſco.]ſuperfluit,ī diſco,ſed deſunt tres aliæ dictiōes. [Ille aūt abijt.]Significatur eīn, quòd ſpiculator abijt ad exequendū mandatū. [Et decollauit eū in carcere. Et attulit caput eius ī diſco:& dedit illud puellæ:& puella dedit matri ſuę. Quo audito diſcipuli eius venerunt:& tulerunt corpus,]pro, cadauer, [eiꝰ:& poſuerūt illud ī monumēto.]Geſta hęc expoſita vide Matthęi decimoquarto. [Et conuenientes Apoſtoli ad Ieſum,renūciauerunt ei omnia quæ egerāt & docuerāt.]Nota Apoſtolos ſingula tam quæ egerant quàm quæ docuerāt referre ad Ieſum: vt hinc diſcant prædicatores ad prælatum referre,& quæ egerint & q̄ docuerīt. [Et ait illis,Venite ſeorſum in deſertū locū. & requieſcite puſillū. Erant enī qui veniebant & rediebant multi:& nec ſpatiū māducandi habebant.]Prouidet pius ac prudens magiſter diſcipulis de aliquantula quiete inſtruens prælatos quid agere debeant cum miniſtris ſuis. [Et aſcendentes in nauim abierunt.]In Græco non habentur hæ tres dictiones,aſcendentes in nauim,nec habetur, abierunt,ſed abijt. Ita legendum eſt, [Et abijt.] Significatur

enim de Iesu quòd abijt. [In desertum locum.] Deest. naui. [seorsum.] Significatur quòd Iesus abijt nauicula in locum desertũ, qui erat in territorio ciuitatis Bethsaidæ: vt Lucas dicit. [Et viderunt eos abeuntes: & cognouerunt.] Deest eũ, scilicet Iesum. [multi. & pedestres de omnibus ciuitatibus cucurrerunt,] pro, cõcurrerũt, [illuc: & præuenerunt eos.] pro, conuenerunt ad illum. Vbi patet, q̃ non significatur istos concurrentes ad Iesum. præueniſſe discẽsum Iesu de nauicula: sed quòd conuenerunt ad Iesum iam existẽtem in deserto. [Et exiens.] de secretiore loco in quo erat. vnde & Lucas dicit, quòd excepit eos. Significatur enim, quòd Iesus quãuis sequestrauerit se & suos discipulos à turbis, videns tamẽ tot ad se concurrisse in desertum, nõ diuertit ab eis, sed exiuit ad eos, sed excepit eos. [Vidit turbam multam Iesus, & misertus est super eos quia erant sicut oues non habentes pastorem.] Magna indigentia significatur per hanc similitudinem. oues enim valde egent pastore. [Et quum iam hora multa fieret.] pro, facta esset. Significatur enim tarda diei hora, ad quam protractus fuerat sermo doctrinæ.

[Accesserunt discipuli eius: dicentes, Desertus est locus hic: & iã hora præteriit.] Deest. multa [dimitte illos, vt eũtes in proximas.] pro, circumiacẽtes, [villas & vicos, emant sibi cibos.] pro panes, [quos mãducent.] pro, quod enim mãducent non habent. Rationem enim reddunt suæ solicitudinis. [Et respondens ait illis, Date illis mãducare.] Præcepit hoc sciens futuram executionem quã discipuli impossibilem reputabant. [Et dixerunt ei, Euntes emamducentis denarijs panes: & dabimus.] pro, demus, [illis manducare?] Responsio hęc discipulorum legenda est interrogatiue: non ad significandum interrogationem, sed impossibilitatem. consueto enim modo loquendi significant, non habere modum prouidẽdi tantæ turbæ, quia carent tanta pecunia: quũ tamen debuissent exhibere se prõptos ad exequendum iussa, supplicando vt Iesus prouideret. [Et dixit eis, Quot panes habetis? ite & videte. Et quum cognouissent, dicunt, Quinque & duos pisces. Et præcepit illis vt acccumbere facerent omnes secundum cõtubernia,] In Græco habetur conuiuia conuiuia Et significatur per diuersa conuiuia. [Super viride fœnum,] pro, super viridem herbam. [Et discubuerunt in partes.] In Græco habetur areolæ areolæ. Et significatur per diuersas areolas. [Per centenos & quinquagenos.] Ordinem discumbentium describit Marcus tripliciter: scilicet à distinctione locorum per diuersas areolas: hoc est diuersas partes prati distinctas proprijs sulcis, quemadmodum areolæ hortorum distinguuntur.

guuntur,& à diuerſitate conuiuiorum: hoc eſt,quòd erant diſtincti velut per diuerſas menſas.& demum à diuerſitate numeri: hoc eſt,quòd aliquæ areolæ erant capaces centum, & aliquæ capaces quinquaginta,vel potius quòd aliquod conuiuium erat centum, & aliquod quinquaginta Et deſcripſit hæc euangeliſta vt cognoſcamus coram Ieſu non fuiſſe confuſam comeſtionem ſed ordinate diſpoſitos ſedentes acquieſcentes omnes comediſſe. [Et acceptis quinq3 panibus & duob⁹ piſcibus,intuens in cœlum.] vt omnes viderent à deo fieri miraculum. [Benedixit & fregit panes] proprijs manibus melius ſcindendo quàm gladio. Et frangendo multiplicabar, & hoc ad euidentiam miraculi. Vnde etiam & piſces ipſos ipſemet diuiſit. [Et dedit diſcipulis ſuis vt ponerent ante eos.Et duos piſces,diuiſit omnibus,& manducauerunt omnes, & ſaturati ſunt & ſuſtulerunt reliquias.]Superfluit reliquias.[Fragmentorum duodecim cophinos plenos.& de piſcibus.]Ad cumulum teſtimonij patrati miraculi voluit Ieſus tot cophinos fragmẽtorum ſupereſſe.[Erant autem qui manducauerant.]Deeſt: ferè, [quinq3 milia virorum.]Aduerbium ferè ad numerum quinque milia refertur. Reliqua vide expoſita circa hoc miraculum Matth. decimoquarto. [Et ſtatim coegit diſcipulos ſuos] Inuiti enim diſcipuli recedebant ab eo,quibus tamen cauebat à conſortio nocturno tot mulierum poſtquam ſaturata erat turba.[Aſcendere nauim, vt præcederent ſe transfretum ad Bethſaidam.] Erat enim aliquanta diſtantia à deſerto Bethſaidæ ad ipſam Bethſaidam, verſus quam iubet diſcipulos ire.[Dum ipſe dimittit populum] pro, turbam.[Et quum dimiſiſſet eos.]Græca dictio non ſignificat ſimplicem dimiſſionem:ſed dimiſſionem benignam, qua amicis recedentib⁹ quaſi vale dicimus.Significat enim,quòd Ieſus more celebrantium conuiuia beneuole eos emiſit.in quo maxima Ieſu comitas etiam ad ruſticos commendatur.[Abijt in montem orare,] pro, vt oraret. Verum hominem ſe monſtrat orando: exemplúmque alijs præbet poſt prædicationem, mentem ad deum leuandi [Et quum ſero eſſet.]pro,factum eſſet .Vnde ſignificatur, quòd ante ſolis occaſum dimiſit Ieſus turbam. [Erat nauis in medio mari] Non ſignificatur medium per æquidiſtantiam à ripis, ſed profundum mare: erant enim vigintiquinque ſeu triginta ſtadijs longe à terra apud Ioannem.[Et ipſe ſolus in terra & videns eos laborantes.] Niſi viſionem corporalem ſignificaret euangeliſta,non dixiſſet,quòd ipſe erat in terra, videns eos laborantes: quoniam intuitu diuino videbat non ſolùm eos,ſed vniuerſa quæ

fiunt

ſunt in cœlo & in terra. Nec obſtat quòd nox eſſet: quoniã eũ nocte in monte exiſtentes videmus nauiculas in mari prope laborantes. [In remigando.] Dictio Græca non ſpeciem remigationis, ſed genus ſignificat commune remigationi & actioni, qua agimus naues & currus: verùm interpres quia Ioannes explicat quum remigaſſent ſtadia quaſi vigintiquinque ideo ſpeciem expreſſit. [Erat enim ventus contrarius eis. Et circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulãs ſuper mare, & volebat pręterire eos.] hoc eſt diſpoſuit greſſus ſuos ad ſimilitudinem volentes prætereire. talem enim exhibebat ſe in ambulatione, qualis apud eos erat in mente, ſcilicet non fixus, non firma fide. [At illi vt viderũt eũ ambulantem ſuper mare, putauerunt phantaſma eſſe: & exclamauerunt.] timentes â phantaſmate. [Omnes enim viderunt eũ & cõturbati ſunt. Eſt ſtatim locutus eſt cũ eis: & dixit eis, Confidite, ego ſum, nolite timere. Et aſcendit ad illos in nauim: & ceſſauit vẽtus.] Omittit hîc Marcus verba & geſta inter Ieſus & Petrum. [Et plus magis.] pro, valde abundanti ſeu valde ſupra modum. [Intra ſe ſtupebant.] Magnitudo enim ſtuporis ſignificatur: vnde in Græco ſubiungitur ſtupebant & admirabantur, ordine præpoſtero. [Non enim intellexerunt de panibus: erat enim cor eorum obcęcatũ.] Nota etiam in Chriſti diſcipulis poſt tot miracula viſa, adhuc obcæcatum cor: & diſce diuinæ gratiæ tribuere donum fidei, non viſioni miraculorum. [Et quũ transfretaſſent, venerunt ī terram Genezareth.] Hinc apparet terram Genezareth communem eſſe Bethſaidæ & Capharnaum, quo apud Ioannem venerũt, nam verſus Bethſaidam præceperat Ieſus vt irent. [Et applicuerunt.] Deeſt in portum. [Quũque egreſſi eſſent de naui, cõtinuo cognouerũt eũ.] pro, agnouerunt eũ. Significatur enim, quòd incolæ recognouerunt eum: vtpote priùs eis notum. [Et percurrentes vniuerſam.] Deeſt circumiacentem, [regionem illam.] Non ſufficit ĩcolis agnoſcentibus Ieſum propria conſolatio: ſed per vniuerſam regionem diſcurrunt annunciando, quòd Ieſus qui facit miracula adeſt. [Cæperunt in grabbatis eos quì ſe male habebant circunferre.] Nõ ſolũ annũciant ſed inchoant circũferre ægrotos in grabbatis, ad prouocandum alios tũ ad cõtinuandũ cœptas lationes, tum ad inchoandum aliorum lationes ægrorum. [Vbi audiebant eum eſſe.] Non manebat Ieſus in vno loco, ſed per regionem diſcurrebat. Et propterea circũferebãtur in grabbatis ægroti, vt ante eum locarentur. Et quocunque introibat in vicos, vel in villas, aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos: & deprecabantur eum vt

vel

vel fimbriam veſtimenti eius tangerent.]Opus erat p rece: quoniã decumbentes in lectulis,non valebãt attingere ad Ieſum, niſi ſubſtitiſſet aut appropinquaſſet ad eos,vel econuerſo [Et quotquot tangebant eum,ſalui fiebãt.]Quãuis tangerent non carnẽ,ſed veſtimẽtum Ieſu Euangeliſta tamen deſcribens rationem miraculi,dicit quòd tangebant eum,ipſe enim erat(non veſtis eius)ſanitatem donans,mediante tactu fuę veſtis,Et conſidera hîc quantam multitudinem curatorum Euangeliſta ſimul ſignificat.

CAPVT VII.

T conuenerunt ad eũ Phariſęi & quidã de Scribis,venientes ab Hieroſolymis. Et quũ vidiſſent quoſdã ex diſcipulis etiã cõmunibus manibus(id eſt,nõ lotis) manducare panes,vituperauerũt.] pro,incuſauerũt: Significatur enim,quòd reprehenderũt.[Phariſæi enim & oẽs Iudęi niſi crebro lauerint manus,non manducãt.tenẽtes traditionẽ ſeniorũ.Et à foro venientes niſi baptizentur nõ comedũt.Et alia multa ſunt q̃ tradita ſunt illis ſeruare: baptiſmata calicũ & vrceorũ,& æramentorũ & lectorũ.Et interrogabant.]pro, deinde interrogant,[eũ.]proculdubio arguendo [Phariſęi & Scribę,Quare diſcipuli tui nõ ambulant iuxta traditionem ſeniorum: ſed communibus manibus manducant panem?At ille reſpondens dixit eis,Bene prophetauit Eſaias de vobis hypocritis,ſicut ſcriptũ eſt,Popul' hic labijs me honorat:cor aũt eorũ lõge eſt à me.in vanũ aũt me colunt,docentes doctrinas & præcepta hominum.]Superfluit coniunctio,& Significatur ſiquidem, quòd doctrinæ eorũ ſunt præcepta hominum.appoſitiue enim legendum eſt. [Relinquentes enim mandata dei,tenetis traditionem hominum. baptiſmata vrceorũ & calicũ:& alia ſimilia his faciti multa. Et dicebat illis,Bene irritum feciſtis.]pro,reijcitis,[prȩceptũ dei vt traditionẽ veſtrã ſeruetis.Moyſes enim dixit]Nota idem appellari à Ieſu præceptum dei,& dictum Moyſi:vt hinc intelligamus dicta Moyſi eſſe dicta dei, [Honora patrem tuum & matrem tuam:& qui maledixerit patri vel matri,morte moriatur.Vos aũt dicitis,Si dixerit homo patri vel matri corbã(quod eſt donum)quodcunq; ex me,tibi prodierit.]Aiunt corban non quodcũque donum,ſed deo dicatum ſignificare [Et vltra non dimittitis eum quicquam facere patri ſuo aut matri.] Vniuerſa hæc materia expoſita eſt Matthęi decimoquinto diffuſè. Sententia tamen horum verborum non tam clara eſt apud Matthæum: quoniam illic dicitur, & non honorifica-

norificabit patrem ſuum aut matrem ſuam. hic verò dicitur, & vl-
tra non dimittitis eũ quicquam facere patri ſuo aut matri ſuæ. Si-
gnificatur enim hîc, quòd tollendo materiam debitam à filio pa-
tri aut matri, non relinquebant filio vnde ſubueniret patri aut ma
tri. [Reſcindentes.] pro abrogantes, [verbum dei per traditionẽ
veſtram quam tradidiſtis. Et ſimilia huiuſmodi multa facitis.] Hîc
habes quòd non in hoc ſolo errabant [Et aduocans iterum tur-
bas dicebat illis, Audite me omnes & intelligite. Nihil eſt extra ho
minẽ, introiẽs in eũ, quod poſſit eum coinquinare, ſed quæ de ho
mine procedunt illa ſũt quę coinquinant hominem. Si quis habet
aures audiẽdi audiat. Et cũ introiſſet in domũ a turba, interroga-
bant eum diſcipuli eius parabolam. Et ait illis, Sic & vos imprudẽ
tes.] pro, ſine intelligentia, [eſtis? Nõ intelligitis quia omne extri
ſecus introiens in hominem, non poteſt eum coinquinare, quia
nõ intrat in cor eius, ſed in ventrem vadit & in ſeceſſum exit, pur-
gãs omnes eſcas? Dicebat autem quoniam quę de homine exeunt,
illa coinquinãt hominẽ. Ab intus enim de corde hominum malæ
cogitationes procedunt.] Primus effectus, malæ voluntatis (quę
cor appellatur) deſcribitur mala cogitatio. tũ vt intelligamus om-
nẽ malam cogitationem eſſe aliquo modo voluntariam in cuius
ſignum fatemur in Chriſto, nullam tentationem fuiſſe int°. Si enĩ
cogitatiões malę inuenirẽtur inuolũtarię, nõ dixiſſet Ieſ°, de cor-
de procedũt cogitatiões malę. Tũ vt intelligamus inquinari ho-
mines ſolis malis cogitationibus, etiam ſi nullum exterius opus
malum nullus exterior ſermo malus adſit. [Adulteria, fornica-
tiones, homicidia, furta, auaritiæ, nequitię.] Nomine generis ſi-
gnificãtur vel vniuerſi mali habitus, appellati, nequitiæ quia red-
dunt hominem nequeuntem continere ſe à malis operibus: vel
vitia ad luxum vitæ ſpectantia, quæ ſpecialiter reddunt homines
impotentes ad ea quæ ſunt virtutis. [Dolus, impudicitiæ, oculus
malus, blaſphemia, ſuperbia, ſtultitia.] Impudentia (non defectu
naturalis ſagacitatis, ſed contrarietate ad virtutẽ prudentiæ) ſigni-
ficatur. [Omnia hæc mala ab intus procedunt & coinquinant ho
minem. Et inde ſurgens abijt in fines Tyri & Sidonis, & ingreſſus
domum, neminem voluit ſcire.] Tanquàm non venerit prædica-
turus Gentilibus. [Et non potuit latere.] Non ſignificatur im-
potentia Ieſu, ſed impotentia ſilentij. quãuis enĩ Ieſus veniſſet nõ
vt publica perſona, nõ potuerũt tamẽ ſilere qui cognoſcebãt ipſũ.
Superius nãq3 cap. 3. dictũ eſt, q̃ multi ex Idumæa & partib° circa
Tyrũ & Sidonẽ cõuenerãt ad Ieſũ. [Mulier enĩ ſtatĩ vt audiuit de

eo

eo(cuius filia habebat ſpiritũ immũdũ)intrauit.]in domũ in qua erat Ieſus.[Et procidit ad pedes eius.Erat autem mulier Gentilis Syrophœniſſa genere.]Dictio interpretata Gẽtilis proprie ſignifi cat Græcam:ſed interpres quia eadem dictio tranſlata videtur in libris noui teſtamenti quandoque ad ſignificandum Ethnicum, ideo tranſtulit Gentilis.q̃ eſt certius,quã quòd fuerit Græca, quũ genere dicatur Syra,non cuiuſcunque partis Syriæ ſed phœnicis. [Et rogabat eũ vt dæmoniũ eijceret de filia ſua.Qui dixit illi,Sine prius ſaturari filios,non eſt enim bonum ſumere panem filiorum & mittere canibus,At illa reſpondit,& dixit illi,vtique domine.nã & catelli comedunt ſub menſa de micis puerorum.Et ait illi, Propter hunc ſermonem vade, exijt dæmonium à filia tua. Et quum abiſſet domum,inuenit puellam.] pro,filiam, [iacentem ſuper lectum,& dæmonium exijſſe.] Vide expoſita circa hæc Matthæi. 15. [Et iterum.] Alium aduentum Ieſu ad mare Galilææ ſignificat. [Exiens de finibus Tyri venit per Sidonem.] pro,de finib⁹ Tyri & Sidonis venit,[ad mare Galilææ inter medios fines Decapoleos.]Decapolis nomen eſt regionis decẽ vrbium.[Et addueũt ei ſurdum & mutum.]pro,ſurdũ impeditæ linguæ.Significatur enim non mutus,ſed vix valens loqui.Narraturque à ſolo Marco hoc miraculum in ſpecie.[Et deprecabantur eum vt imponat illi manũ.Et apprehendens eũ de turba ſeorſum,miſit digitos ſuos in auriculas eius.]In Græco habẽt ſic miſit digitos ſuos expuẽs i aures eius.[Et expuens tetigit linguam eius,& ſuſpiciens in cælum, ingemuit.]Inter ſpeciales modos,quibus quandoque vſus eſt Ieſ⁹ ad curandum,admiratione dignus eſt iſte,cum tot circunſtantiis nulla neceſſitate,ſed ſola voluntate adhibitis.nam ducit illũ ſeorſum,tangit loca ægritudinũ,vtitur ſputo,in vtriſque adhibet gemitum,eleuat oculos in cœlum,ad ſupplendum quæ deerant ex parte aliorum,ad efficaciam ordinariæ poteſtatis,quæ appellatur gratia curationum. Noluit enim Ieſus vti excellenti poteſtate ſua, ſed illa ordinaria poteſtate quam dederat diſcipulis, quæ diſpoſitionem exigit ex parte aliorum. nihil ſiquidem de huius ſurdi fide aut deuotione apparet:offerentium autem illum minor fides ſignificatur,quum deſcribuntur precãtes vt imponat illi manum. Vndique ergo deficiente fide,ſupplet Ieſus gemitu,ſuſpectione in cœlum,& applicatione propriæ carnis ac ſputi, tanquam ſancta inſtrumenta adhibendo,nam ſancta erant omnia quæ Ieſu erant. Et inſtruxit per hoc diſcipulos ad ſupplendum quandoque orationibus & adhibitione ſacrarum rerum, ea quæ deſunt ex parte aliorum,

aliorum.[Et ait illi,Ephphata: quod est adaperire] Hebraea dictio est Ephphata. quã ipsemet Euangelista interpretatus est per imperatiuum passiuum aperire.Et dirigitur iste sermo non ad aures,sed ad hominem: cui dicitur fias apertus. [Et statim apertæ sunt aures eius: & solutum est vinculum linguæ eius. & loquebatur recte:] Hinc firmatur,quòd non erat mutus. non enim dixit, & loquebatur:sed dixit,& loquebatur recte.Vnde etiam consequenter habetur,q̃ non erat surdus à natiuitate.surdi enim à natiuitate,neque recte,neq; nõ recte sciũt loqui.[Et præcepit illis.]humilitatis affectu.Vide quàm crebro vtitur Iesus humilitatis affectu. [Ne cui dicerent.Quanto aũt eis præcipiebat,tanto magis plus p̃dicabãt:& eo amplius admirabãtur.]pro,stupebant,[dicentes,Bene omnia fecit & surdos fecit.]q̃,facit,[audire, & mutos loqui.] Græca dictio nõ significat mutos,sed elingues,seu non potẽtes loqui.Directe enim respõdet hoc ei,quod in principio huius narrationis dictum est,surdum impeditæ linguę. Nec mireris pluraliter dici:quia numerus pluralis pro singulari sæpe vsurpatur.

CAPVT VIII.

IN dieb' illis,iterũ cũ turba multa esset cũ Iesu,nec haberent quod mãducarent,cõuocatis discipulis,ait illis Misereor super turbã.] Misericordia proprie passio est.est enĩ cõdolentia quędã alienę miserię tãquàm propriæ.Verúmque humanum animum se habere monstrauit miserẽdo.[Quia ecce iã triduo sustinẽt me]pro, manẽt apud me,[nec habet quod mãducent.]Nõ est putãdũ illos triduo ieiunasse.sed cõsumpsisse quicquid habebãt alimenti duobus diebus,& tertio die nihil habuisse ad manducandum. [Et si dimisero eos ieiunos in domum suã, deficient in via. quidá enim ex eis de longè venerunt. Et responderunt ei discipuli eius,Vnde istos quis poterit hîc satiare panibus in solitudine?] Discipuli minoris fidei se esse monstrant: quanuis viderint prius miraculũ quinque panum & duorum piscium . [Et interrogauit eos , quot panes habetis?Qui dixerũt,Septem.Et præcepit turbæ discumbere super terram.Et accipiens septem panes,gratias agens fregit,& dabat discipulis suis vt apponerent.Et apposuerunt turbæ,& habebant discipulos paucos,& ipsos benedixit]Pronomẽ,ipsos,superfluit hîc.Legendum est enim,[Et benedixit & iussit apponi & ipsos.] s. piscículos [Et manducauerũt & saturati sunt,& sustule

runt

runt quod superfuerat de fragmentis septem sportas Erant autem qui manducauerant quasi.]pro,ferme,[quatuor millia,& dimisit eos.] Vide Matthæi.15.exposita circa hoc miraculum. [Et statim ascendens nauim cum discipulis suis,venit in partes Dalmanuta.] Idem locus est,qui à Matthæo nominatur Magdala.[Et exierunt Pharisæi & cæperunt conquirere.]hoc est disputare.Hæc disputatio videt illa,quæ descriptura est Ioannis sexto.cõsonat enim tempus:consonat & petitio signi de cœlo.[Cum eo, quærentes ab illo signũ de cœlo:tentantes eũ.] Nõ ad hoc vt crederẽt petebãt signũ,de cœlo,vel simile mãnę in deserto,vel aliquid maius,de cœlo tamen.[Et ingemiscens spiritu.] Deest.suo. Condolentiam Iesu super Pharisæorum incredulitate, non insurgentem ex sese, sed excitatam à proprio ipsius spiritu describit. [Ait, quid generatio ista signum quærit? Amen dico vobis, si dabitur generationi isti signum.] Sermo mutilus est,consonans ingemiscenti. Vtuntur enim ingemiscentes sermone truncato, quemadmodum & irati. Et propterea sicut deus iratus describitur dicens, si introibunt in requiem meam:ita Iesus ingemiscens dicit, si dabitur generationi isti signum. Vtrobique enim mutilo sermone significatur negatiuus sensus hoc modo prolatus.[Et dimittens eos,ascendit iterum nauim:& abijt trans fretũ.Et obliti sunt panem sumere:& nisi vnũ panem non habebant secum in naui.Et prȩcipiebat eis,dicens,videte & cauete.]Superfluit,&,[A fermento Pharisæorum & fermẽto Herodis] Sicut fermentum Pharisæorum appellat simulatam doctrinam, ita fermentum Herodis appellat simulatam religionem, Fermenti enim vsus in absconsione sub farina est. & virtutem eleuatiuã ad inanem gloriam significat. [Et cogitabant ad alterutrum.] pro, & disputabant inter sese, [dicentes, quia panes non habemus. Quo cognito,ait illis Iesus,Quid cogitatis quia panes non habetis?nondũ cognoscitis nec intelligitis?adhuc cæcatũ habetis cor vestrũ.]Prouida dispensatione diuina effectũ est,vt discipuli Iesu visis tot miraculis, adhuc cæcatum cor haberent: ad tollendũ à mundo suspicionẽ omnis humanę artis in Iesu & discipulis eius,Per quos postea mũdus cõuersus est ad fidẽ Iesu.[Oculos habentes nõ videtis:& aures habentes nõ auditis, nec recordamini quãdo quinque panes fregi in quinq; milia,quot cophinos fragmẽtorũ plenos sustuliſtis?Dicũt ei,duodecĩ. Quãdo autẽ septẽ panes in quatuor milia,quot sportas fragmentorũ tuliſtis?Illi aũt dixerũt ei,septẽ. Et dicebat eis, Quomodo nondum intelligitis? Et veniunt Bethsaidam, & adducunt ei cæcum: & rogabant eum vt illum

illũ tãgeret. Et apprehenſa manu cæci, eduxit eum extra vicum: & expuens in oculos eius impoſitis manibus ſuis, interrogauit eũ ſi quid videret.] In huius cæci curatione vtitur quoque Ieſus ſimili modo, quo vſus fuerat in curatiõe ſurdi impeditę linguę. Et cùm hic nõ fuerit cęcus à natiuitate, ſicut nec ille natus ſurdus, appareret q̃ in ijs quę erãt faciliora miracula Ieſus difficili⁹ curat. mortuos enim ſuſcitat ſolo verbo: & his minimis adhibet tot media. vt cognoſcamus, quòd non ex impotentia Ieſu hoc prouenit, ſed quia defectum alienæ fidei ſupplet ad efficaciam poteſtatis ordinariæ. nam & huius cæci nulla legitur fides: & rogantes petunt vt imponat illi manum, non credentes illius imperio poſſe cæcũ curari. [Et aſpiciẽs.] pro, recepto viſu, [ait, Video homines velut arbores ambulãtes.] Deſunt in hac oratione duæ dictiões. In Greco enim habetur: video homines, quoniã velut arbores video ambulantes. Ita quòd cæcus aliquantulum videns fatetur ſe videre homines, non quia viſu diſcernat ipſos, quos videt eſſe homines (videbat enim homines velut arbores) ſed quia videbat eos ambulantes. ita quòd ex ambulatione diſcernebat illos, quos ſic confuſe videbat, eſſe homines. [Deinde iterum impoſuit manus ſuper oculos eius, & cœpit videre.] pro, & fecit eũ videre. ſupple denuo. [& reſtitut⁹ eſt, ita vt clarè videret omnia.] pro, & vidit clare oẽs, ſupple hoïes. Eſt in hoc miraculo ſingulare q̃ paulatim, Ieſus cæco viſum reſtituit primò imperfecte & deinde perfecte tũ vt intelligamus quantus erat defectus alienæ fidei, tum vt diſcerent diſcipuli etiam ſi imperfectum opus miraculoſe facerent non deſiſtere, ſed iterum orare, ſacra adhibere, & huiuſmodi. tum vt diſceremus non eſſe à miraculis exemptas curationes imperfectas, & quæ paulatim procedendo de imperfecto ad perfectum fierent: quum ad deum ſeu ſanctos confugeremus ſupplicantes pro ſanitate, emiſsis vel non emiſsis votis [Et miſit illũ in domum ſuam, dicens, Vade in domum tuã.] Superfluit vade in domum tuã. [Et ſi in vicũ.] Diſſonant inter ſe Greci codices: dum quidam ſic habent: alij autẽ, & neq3 in vicũ. [introieris: nemini dixeris.] Deeſt. in vico. Ex quo apparet, quòd pręcedens litera legenda eſt vt textus noſter habet, & ſi in vicum introieris. Si enim prohibuiſſet ingreſſum in vicum, non ſubiunxiſſet, neque dixeris in vico, ſed optime quadrat vt poſtquam dixit & ſi in vicum introieris, ſubiunxerit, nemini dixeris in vico. Pluries expoſitum eſt præcepta hæc ex affectu prodire humilitatis. [Et egreſſus eſt Ieſus & diſcipuli ei⁹ in caſtella Cęſareę Philippi, & in via interrogabat diſcipu-

los

los ſuos, dicens eis, Quem me dicunt homines eſſe? Qui reſponderũt illi dicẽtes] Superfluit illi dicentes. [Alij Ioannem Baptiſtam, alij Heliã, alij vero quaſi.] Superfluit quaſi. [vnũ de pphetis. Tũc.] ꝑ, & ipſe, [dicit illis, Vos vero, quẽ me dicitis eſſe? Reſpõdens Petrus ait ei, Tu es Chriſtus. Et interminat° eſt eis, ne cui dicerent de illo] pro, de ſe. Circa hęc dicta (latiùs Matt. 16. ſcripta) vide quę ibi ſcripſimus. Et adde, quòd ideo Ieſus noluit ante mortem ſuã prædicari à diſcipulis, quòd ipſe eſſet Meſias, ne impedimentum præſtaret euangelio regni cœlorũ: ne ſcilicet ſuſpicarentur, quòd ambiret regnum. Meſias enim expectabatur Rex magnus. Fuiſſe autem hanc ſuſpicionem tollendã euentus ſubſecutus teſtatur. quinto enim die poſtquàm acclamatus fuit Meſias, Pontifices & ſenióres tanquàm reum lęſæ maieſtatis fecerunt ipſum crucifigi à præſide. Noluit itaque ante electum paſsionis ſuæ tempus hoc publicari, ſed congruo reſeruari tempori. [Et cœpit docere eos.] Poſt tot miracula, poſt fidem profeſsionémque diſcipulorũ, quòd ipſe eſſet Meſias, incipit aperire diſcipulis miſterium paſsionis & mortis ſuæ. [Quoniam.] pro, quòd, [oportet filiũ hominis multa pati, & reprobari à ſenioribus & à ſummis ſacerdotibus & Scribis, & occidi: & poſt tres dies reſurgere. Et palã.] pro, liberè, [verbũ loquebat̃] Significatur, ꝙ Ieſus ea, quę erãt paſsionis & mortis ſuę, libere ſeu audactet ſine verborum inuolucro, ſine timore prænũciabat. [Et apprehendẽs eũ Petrus, cœpit increpare eũ. Qui cõuersus & videns diſcipulos ſuos, cõminatus eſt Petro.] pro, increpauit Petrũ, [dicẽs, Vade retro me Satana qm̃ nõ ſapis, quę dei ſunt, ſed quę ſũt hominũ.] Vide hęc omnia expoſita Matth. 6. [Et cõuocata turba cũ diſcipulis ſuis, dixit eis, Si quis vult me ſequi, deneget.] pro, abneget, [ſemetipſum: & tollat crucẽ ſuã. & ſequatur me. Qui.] pro, quicũque, [enim voluerit animã ſuã ſaluã facere, perdet eã: qui.] pro, quicũque, [autẽ perdiderit animã ſuã propter me & euangeliũ.] deeſt, hic, [ſaluã faciet eã. Quid enim proderit homini ſi lucretur mũdũ totũ, & detrimentũ animæ ſuę faciat? aut quid dabit homo cõmutationis.] pro, aut quam dabit homo commutationem, [pro anima ſua?] Hæc omnia fuerunt expoſita Matthæi decimo ſexto [Qui enim me confeſſus fuerit & verba mea.] Corrupti ſunt codices (vt creditur) à ſcriptoribus. debet legi, erubuerit. [In generatione iſta adultera.] Appellatur generatio illa Iudæorum adultera, quo ad effectum: quoniam relicto affectu dei tanquàm proprij viri, adhærebat ſibiipſi, ſeipſam ſolam amans. ex hoc enim poſteà occiderunt Chriſtum, teſtantibus ipſis, ne

forte veniant Romani,& tollant locum nostrum. [Et peccatrice.] Ex prædicto enim adulterio multitudo oriebatur peccatorum. [Et filius hominis cõfitebitur.] pro,erubescet,[eum.] Similiter enī corruptus est hic text⁹. [Quū venerit in gloria patris sui cū angelis sanctis.] Cõueniens describitur rẽtributio, vt qui verecundatur in hac vita fateri aut imitari Christum, Christus quoque quū venerit in gloria verecundetur habere ipsum inter suos.

CAPVT IX.

ET dicebat illis : amen dico vobis, quia sunt quidã de hic stantibus, qui nõ gustabunt mortẽ, donec videãt
E regnum dei veniens.] pro, venisse,[in virtute] Hæc Marci verba, scilicet venisse in virtute (quę Matth. 16 non habentur) fauent intelligentibus dominum loqui de resurrectione sua quum dicit, donec videant regnum dei venisse in virtute. Tũc enim & nõ antè venit regnũ in virtute immortalitatis corporalis, & in plenitudine potestatis Iesu, quũ data est ei omnis potestas in cœlo & in terra : & victa morte, etiam totum corpus Iesu in regnum dei translatum est, nulla passibilitate animi, vel corporis remanente. Hæc enim ex regno peccati venerũt & excludũtur à regno dei. [Et post dies sex assumpsit,] pro, assumit,[Iesus Petrũ, & Iacobũ, & Ioãnẽ: & duxit.] pro, subducit [illos in mõtem excelsum solos.] In Græco habetur seorsum solos, videtur enim significari, ꝙ non cũ alijs, sed segregatos ab alijs seorsum in loco ab aliorum discipulorũ loco remoto duxit illos tres solos. [Et trãsfiguratus est.] pro, transformatus est. Nõ enim figura, sed forma exterior mutata est. [Corã ipsis. Et vestimenta eius facta sunt splẽdẽtia &.] superfluit [& cãdida nimis velut nix: qualia fullo non potest super terram candida facere. Et apparuit.] pro, visus est, [illis Helias cum Moyse: & erant loquentes cum Iesu. Et respondens Petrus ait Iesu, Rabbi bonum est nos hic esse: & faciamus tria tabernacula. tibi vnum, Moysi vnum, & Heliæ vnũ. Non enim sciebat quid diceret, erant enim timore exterriti. Et facta est nubes obumbrans eos: & venit vox de nube, dicens. hic est filius meus charissimus.] pro, dilect⁹, [audite illũ. Et statim circũspicientes, neminem amplius viderũt, nisi Iesum tantũ secũ. Et descendentibus illis de monte, prẽcepit illis ne cuiquam quod,] pro, quę, [vidissent narrarẽt: nisi quũ filius hominis à mortuis resurrexerit.] Spectantia ad hanc domini transfigurationem, vide exposita Matthęi decimoseptimo. [Et verbum continuerunt apud se cõquirẽtes quid esset quũ à mortuis resurrexerit.] ꝙ, illud à mortuis

mis resurgere. Significatur enim, quòd isti tres discipuli inter se disputabant illud à Iesu dictum scilicet à mortuis resurgere. Dixerat enim nisi quũ filius hominis à mortuis resurrexerit: & non penetrantes resurrectionem seu resurrectionis statum immortalem & glorioſum, disputabant inter se, non quid significaretur, sed quid esset Iesum à mortuis resurgere. [Et interrogabant eum, dicentes, Quid ergo]Superfluit, ergo, [dicũt Pharisæi & Scribę.] Superfluũt duæ dictiones, scilicet Pharisæi &. Legendum est enim interrogatiue, [Quid dicunt Scribę quia Heliam oporteat venire primum?]Ratio interrogandi de aduentu Helię & responsio Iesu, expositę sunt Matth. 17. diffuse. [Qui respondens, ait illis: Helias quũ venerit primo, restituet.]pro, restituit. [omnia.]Præsentis tẽporis est restituit. Quo ad sensum autem nihil refert. quod nobis enim futurũ est, hoc est præsens erit tempore Helię. [Et quomodo scriptũ est in filiũ.]pro, de filio, [hominis, vt multa patiatur & cõtenatur. sed dico vobis quia & Helias venit, & fecerunt illi quęcũque voluerunt: sicut scriptum est de eo.] Tam alieni siquidem erãt discipuli à fide passionis & mortis Iesu, vt fidei de aduentu Heliæ interferat Iesus fidem passionis & mortis suæ. propterea quum comprobasset dictum scribarum ab aduentu Heliæ, statim adiungit, & quomodo scriptum est de filio hominis vt contemnatur &cæ. vt vel sic ex consortio similis credibilis incipiant credere futuram passionem & mortem ipsius. ¶ Vbi etiam perspice, quòd prius prænunciauit passionem & mortem suam absolute: modò autem repetendo prænũciat prophetatam in sacris scripturis mortem passionémque suam. Et quoniam nescientibus sacras scripturas loquebatur, muniuit hoc credendum duplici testimonio, scilicet simili fide venturi Heliæ, & morte Ioannis Baptistæ, similiter prophetata: vt sicut credunt prophetatum Heliam venturum, & sciunt Ioannem Baptistam mortuum, ita credant verè futuram passionem & mortem ipsius iam prophetatam in scripturis. [Et veniens ad discipulos suos.]alios, tres enim cũ eo veniebãt. [Vidit turbã magnã circa eos & Scribas conquirentes cum illis]hoc est disputantes cũ discipulis Iesu. [Et confestim omnis populus.] pro, turba, [videns Iesum, stupefacta est: & expauerũt] Superfluit, & expauerũt. [& accurrentes salutabant eũ.]Ratio stupefactionis turbæ aut inopinatus Iesu aduentus illuc, aut nescio quid insolitum in Iesu ex transformatione descendente apparuit turbæ: sicut Moysi descendentis à colloquio diuino, facies apparuit fulgens. Vnde & subiungitur insolitus actus turbæ, scilicet quòd ac-

currentes ſalutauerũt Ieſum: accurſus enim ſignificat deſiderium præſentiæ Ieſu: ſalutatio autem reuerentiam, vt ex hoc facto intelligamus attractiuum aliquid in Ieſu apparuiſſe. [Et interrogauit eos.] pro, Scribas, [quid inter vos.] pro, aduerſus illos, ſeu cũ illis, [conquiritis?] Vt enim dictum eſt, diſputabant Scribæ cum diſcipulis Ieſu. Et quãuis Ieſus ſciret omnia, interrogat tamen Scribas, qua de re diſputant cũ diſcipulis ſuis: vt reſpõſio, occaſio fiat miraculi ſequentis. [Et reſpondens vnus de turba, dixit: magiſter, attuli filium meum ad te, habentem ſpiritum mutum: qui vbicunque eum apprehenderit, allidit illum: & ſpumat & ſtridet dentibus & areſcit & dixi diſcipulis tuis vt eijcerẽt illum, & non potuerũt.] Hinc apparet materiam diſputationis fuiſſe impotentiam diſcipulorum Ieſu ad curandum puerum lunaticum oppreſſum à dæmonio. niſi enim de hoc diſputaſſent, quæreti domino à ſcribis quid conquiritis cum illis, non diceret Marcus. & reſpondens vnus, proferens dictam diſcipulorum impotentiam &cæ. Rationabile autem eſt, quòd ſcribæ imputarent diſcipulis mali aliquid: puta quòd vane ſequerentur Ieſum, aut aliquid huiuſmodi, ex quo nõ poterant illum curare. [Qui reſpondens eis, dixit O generatio incredula, quandiu apud vos ero, quandiu vos patiar?] Apparet hinc incredibilitatem illorum obtitiſſe curationi iſtius. [Afferte illum ad me. Et attulerũt eum. Et quum vidiſſet.] ſupple Ieſus, [eũ,] ſcilicet lunaticum. [ſtatim ſpiritus conturbauit.] pro, diſcerpſit, [illum.] Et intellige diſcerptionem non membrorum, ſed virium. [Et eliſus.] pro, lapſ⁹, [in terrã, volutabatur ſpumãs. Et interrogauit patrem eius.] nõ vt diſceret ignotũ, ſed vt difficultatem curationis pater pueri confiteretur: & hac occaſione proficeret in fide. [Quantũ tẽporis eſt, ex quo ei hoc accidit? At ille ait ab infantia: & frequenter eũ in ignem & aquã miſit, vt eũ perderet Sed ſiquid potes, adiuua nos, miſertus noſtri.] Magna differentia inter hũc & leproſum ille dixit, domine ſi vis potes me mundare iſte nõ credit poteſtatem in Ieſu dicendo, ſi quid potes. [Ieſus autem ait illi. ſi potes credere,] Deeſt præcedens articulus, hoc ſi potes credere. Apta obiurgatio, aperiens non ex defectu potentiæ curatiuæ, ſed ex defectu fidei difficultatem curæ prouenire. [Omnia poſſibilia ſunt credenti.] Ex parte petentis fides reddit omnia poſſibilia, & non ſolùm hoc. [Et continuo exclamans pater, puericũ lachrymis aiebat, credo domine. adiuua incredulitatẽm meã.] Fãcetur ipſemet ſemifidem ſuã & paulatim proficit, petendo vt ſuppleat Ieſus id incredulitatis, quod in ſe recognoſcit. [Et quum vi-

diſſet Ieſus concurrentem turbam, cõminatus eſt ſpiritui immundo.]pro, increpauit ſpiritum immundum[dicens illi. Surde & mute ſpiritus.]Hinc habes & quòd dæmon reddit quandoque hominem ſurdum & mutum. ſimiliſque eſt ratio de alijs ægritudinib⁹. & quòd non ſunt audiendi philoſophi deridentes eos qui dicunt quòd dæmon cauſat quãdoque huiuſmodi ægritudines, eò quòd cauſas naturales habet. Falluntur enim ex affirmatione cauſarum naturalium intrinſecarum, inferendo negationem extrinſecæ cauſæ, qui dæmon eſt. non enim dicimus dæmonem ſine medijs cauſis ſurdum & mutum efficere: ſed applicando actiua paſſiuis. ex induſtria ſiquidem Ieſus alloquitur dæmonem, ſurde & mute ſpiritus: ad confutandum negantes huiuſmodi ægritudines à ſpiritu malo quandoque eſſe. [Ego præcipio tibi, exi ab eo, & amplius ne introeas in eum.] Ad cumulum teſtimonij, quòd ſpiritus ſit efficiens illum ſurdum & mutum ac lunaticum (vt alius euangeliſta teſtatur) præcepto cogit illum ad exeundum. præcepta enim intelligentibus diriguntur. [Et exclamans & multum diſcerpens eum, exijt ab eo⁴. Et factus eſt ſicut mortuus: ita vt multi dicerent quia mortuus eſt Ieſus autem tenens manũ eius, eleuauit eũ & ſurrexit.]Si nõ credis verbis Ieſu, cõſidera facta & vel ſic crede fuiſſe ſpiritum. ægritudo ſiquidem pura non curatur clamando, diſcerptionem patiẽdo, ita vt fiat velut mortuus. immò tunc maxima ægritudinis vis. & tamen tunc Ieſus eleuauit eum, & ſurrexit ſan⁹. Et dæmon quidem torſit puerum, quia inuitus exibat, faciens peius quod potuit. Ieſus autem permiſit hæc fieri, vt euidentia miraculi magis eluceſceret. [Et quum introiſſet in domum, diſcipuli eius ſecreto interrogabant eum: quare non potuimus eijcere eum? Et dixit illis: hoc gen⁹ in nullo poteſt exire niſi in oratione & ieiunio.]Paulò ante Ieſus fidẽ requiri ex parte patientium dixerat, modò ieiunium & orationem ex parte curantium requiri docet: vt intelligamus miracula quandoque impediri ex parte agentis, & quandoque ex parte patientis. [Et inde profecti prætergrediebãtur Galilæam.]Deeſt in medio præpoſitio, per: prætergrediebãtur per Galilæam. Significatur enim celer tranſitus per Galilæam abſque commoratione. [Nec volebat quẽquam ſcire. Docebat autem diſcipulos ſuos, & dicebat illis: quoniam filius hominis tradetur.] pro, traditur, [in man⁹ hominũ, & occidẽt eũ, & occiſus tertia die reſurget.]Ecce tertiò Ieſus prædicit diſcipulis ſuis ſuam paſſionẽ & mortẽ. prędicit autem tanquam preſentem, vt intelligant quòd ĩ ianuis eſt. [At illi ignorabant verbũ, & timebant eũ interrogare.]

Omnes istæ octo dictiones sunt superfluæ [Et venerunt Capharnaum. Qui quum domi esset, interrogabat eos: quid in via.] deest. inter vos ipsos, [tractabatis.] pro, disputabatis? [At illi tacebãt. Inter se siquidẽ disputauerant in via quis eorum maior esset.] In Grẽco habetur quis maior. cætera addidit interpres pro claritate. [Et residens vocauit duodecim.] Hinc insinuatur, quòd priorem interrogationẽ (quid in via disputabatis) dixerat communiter ad discipulos antequam sederet. postquàm autem sedit, non vocauit omnes discipulos, sed duodecim qui accedentes ad eum. dixerunt id quod Matthæi 18 legitur, quisputas maior est in regno cœlorum? quod Marcus tacet. ita quòd qui priùs tacuerant præ verecundia fateri disputationem suam propriæ ambitionis, postquàm vocati fuerunt, non tanquàm respondẽtes, sed potius tanquàm inuertentes materiam interrogando petunt, nõ quis maior, sed quis maior in regno cœlorum? timuerũt enim quum se viderunt vocatos deprehendi & reprehendi. [Et ait illis, Siquis vult.] Monstrat Iesus quòd vidit cogitationes eorum ambitiosas, quanuis verba eorum ambitionem non sonarent: docendo quòd quicunque appetit primatum, oportet esse vltimum. [Primus esse.] non videri, non haberi. [Erit omnium nouissimus & omnium minister:] Ponderat ordinem. appetitum primatus fundat super esse, non, super appetitũ sed super esse vltimum ac minimum: aperte docens si vis esse primus, esto omnium vltimus ordine, & minimus subiectionis officio [Et accipiens puerum, statuit eum in medio eorum. Quẽ quũ complexus esset.] pro, quum posuisset in vlnis. Vnde significatur puer hic infantilis ætatis. Et ordine præpostero scripta sunt. nam priùs tenuit ipsum in vlnis & deinde statuit in medio. [Ait illis. Quisquis vnum ex huiusmodi pueris receperit i nomine meo, me recipit.] Per demonstratum puerum intendit repręsentatũ per puerum. hoc est humilem corde tales enim significãtur per huiusmodi pueros. [Et quicunque me susceperit, non me suscipit, sed eum qui me misit.] In deum resoluit receptionẽ cuiuscunque minimi: tum vt meriti ratio ex relatione ad eum cognoscatur: tum vt omnis gloria in deum referatur. [Respondit illi Ioannes.] Quia dixerat Iesus, quisquis receperit vnum in nomine meo, intellexerat Ioannes verbum Iesu non de sola receptione ad hospitium aut ad consortiũ, sed amplissime de quacunque acceptatione seu approbatione & occasionem inde accepit respondendi, ã is qui in nomine Iesu eijcit dæmonia, & tamen non est de consortio discipulorum sequentium Iesum, sit probandus an reprobandus? Et hanc

consultationem

cõsultationẽ proponere intendit narrando factum. [Dicens. Magister vidimus quendam in nomine tuo ejicientem dæmonia.] Hinc apparet, quòd discipuli Iesu miracula faciebant interiecta inuocatione nominis Iesu. [Qui non sequitur.] Legendum esset, [& prohibuimus eum, quia non sequitur nos.] Zelo vnitatis moti videntur discipuli prohibentes illum [Iesus autem ait: nolite prohibere eum. Nemo est enim qui facit virtutẽ in nomine meo, & possit cito male loqui de me.] Prima hæc ratio ex parte vitandæ detractionis sumitur ideo enim non prohibendum mandat, quia vtens nomine Iesu ad facienda miracula, non facilè detrahit ipsi Iesu: non detrahere autem Iesu, vtile est Christianæ fidei. Et hinc habetur, quòd iste qui ejiciebat dæmonia in nomine Iesu, nõ plene credebat: sed erat sicut illi qui dicent, nónne in nomine tuo virtutes multas fecimus? erat sicut illi descripti in Actibus Apostolorum capite decimonono, quibus dixit dæmon. Iesum noui & Paulum scio, vos autem qui estis? [Qui enim non est aduersum nos, pro nobis est.] Altera ratio ex negatione medij inter pro & contra sumitur. ita quòd declarat Iesus nõ dari medium in religiosis & moralibus: sed esse tam religiosos, quàm morales actus, aut contra ipsum Iesum aut pro ipso. Et vere sic est: quoniam si recti sunt mores, si recta est religio, pro Iesu est, pro fide Christiana est: non recta autem religio, & similiter non recti mores, contra Iesum sunt. Quocirca iste qui in nomine Iesu dæmones ejiciebat, quum sanctæ religionis actum exerceret, non contra Iesum, sed pro ipso erat. Et ex hoc claro sensu habes consonantiam huius dicti ad illud Matthæi duodecimo qui non est mecum, contra me est, eadem enim est ratio veritatis vtriusque, [Quisquis enim potum dederit vobis calicem aquæ frigidæ in nomine meo (quia Christi estis) amen dico vobis, non perdet mercedem suam.] Manifestat quod dixerat, scilicet ejicientem dæmonia in nomine Iesu esse pro eis, argumento à minori: quia quisquis in nomine meo dederit vobis calicem aquæ frigidæ, non perdet mercedem suam: vt per hoc intelligant, quòd multo magis mercedem suam recipient, qui vobis hoc præstant, quòd nomen meum inuocant ad expellendũ dæmones, quanto longe minus est præbere vobis calicẽ aquę frigidæ. Et docuit nihilominus per hoc, quòd quantumcunque minimum officium intuitu Iesu factum, dignum est mercede apud ipsum. Et rursus quòd quilibet quantumcunque pauper, potest aliquod opus misericordiæ exhibere, saltẽ calicẽ aquæ frigidę. [Et qsqs scãdalizauerit.] pro, scãdalizat, vnũ ex his pusillis credẽ

tibus in me.] Interciſus fuerat ſermo Ieſu de paruulis occaſione verborum Ioannis, & propterea modò redit ad priorem ſermonem de magni penſione paruulorum cum extenſione doctrinæ de ſcandalis: vt etiam habetur apud Matthæum decimooctauo. vbi hæc quæ ſequuntur expoſita vide. [Bonum eſt ei magis ſi circundaretur moſa aſinaria.] pro, ſaxũ molare, [collo eius, & in mare mitteretur Et ſi ſcãdalizauerit] pro, ſcãdalizat, [te manus tua, abſcinde illam, bonũ eſt tibi debilem.] pro, mancum, [introire in vitã, quã duas manus habentẽ ire in gehennam, in ignẽ inextinguibilem.]Appellatur inferni ignis inextinguibilis, aut quia perpetuus eſt, aut quia (quod potius crediderim) alterius eſt naturæ ab igne qui apud nos eſt [Vbi vermis eorũ non moritur, & ignis nõ extinguitur.] Affert ſaluator authoritatem ex Eſaiæ prophetę cap. vlti. de pœnis inferni. Ex qua rationabiliter conijcitur, quòd ſicut vermis damnatorum non eſt naturalis vermis, ita ignis eorũdem non eſt naturalis ignis. ſed vterque metaphoricè. Et vermis quidẽ appellatur intrinſeca pœna ſenſus, velut corrodens internus morſus: ignis autem exterior pœna tam vehemẽs quàm ignis nos cruciat. Et attulit teſtimonium Eſaiæ, vt intelligerent à propheris eſſe prædictas pœnas inferni, quas ipſe Ieſus prædicabat. [Et ſi pes tuus te ſcandalizat, amputa illum bonũ eſt tibi claudũ introire in vitã æternã, quam duos pedes habentem mitti in gehennam ignis ĩ extinguibilis.] pro, in ignem inextinguibilem. [vbi vermis eorũ non moritur, & ignis non extinguitur. Et ſi oculus tuus ſcandalizat te, eijce eũ, bonũ eſt tibi luſcum introire in regnum dei, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. vbi vermis eorũ non moritur, & ignis non extinguitur. Omnis enim homo igne ſalietur.] Docuerat abſcindendam manum, eruendum oculum præcidendũmque pedem, ſi ſcandalo nobis eſſent, ad euitandũ ignẽ æternum. Et quia per abſciſionẽ huiuſmodi non ſignificabantur ipſæ abſciſiones membrorum, ſed abdicatio cõmodorum vtilium ac delectabilium quę afflictio eſt ac per hoc nonnullus ignis eſt. ideò ſub ſpecie ignis genus totum afflictionum & tribulationum voluntariarum comprehendit. Et docet, quòd omnis electus igne tribulationis ſaliendus eſt: hoc eſt, igne huiuſmodi vtetur, ad ſeruandum ſeipſum à malo. igne enim ſaliri, eſt igne vti ad ſalitionẽ: hoc eſt, ad ſeruandum ne putreſcat. Docemur ſiquidem per hoc, q̃ electus quiſque eget voluntario tribulationis igne ad ſe ſeruandu, ne corrumpatur vitio aliquo. Vnde & Paulus caſtigabat corpus ſuum, & accepit ſtimulum carnis ne extolleretur. Et docuit per

hoc

hoc discipulos tum necessitatem amplectendi afflictiones: vtpote necessarias ad seruandum eos: quia non solùm sunt necessariæ patientibus scandala, sed vniuersaliter omnibus electis. tum ad vtendũ afflictionibus rationabiliter. iuxta illud Apostoli, rationabile cultum vestrum. Salitio siquidem, vtrũque habet officium: & seruandi & condiendi. [Et omnis victima sale salietur.] Firmat saluator dictum suum authoritate legis veteris: exponendo mysticè, quòd, ideo in lege præceptum est, quòd omnis victima sale cõdiatur, vt figuretur quòd omnis electus viua dei victima, saliend⁹ est. [Bonum est sal, quod si sal insulsum fuerit, ĩ quo illud cõdietis?] Quia documentum de abscisione manus &c. datum est & cuilibet priuato homini (vt eijciat à se omnes occasiones peccandi) & personis publicis, vt tollant à gregibus sibi creditis occasiones peccandi. ideo postquam declarauit illud respectu singulorum, modô declarat respectu pastorum ecclesiæ. Et intendit per sal rationem vt exerceat officium tum seruandi subditos à malo, tum condiendi opera regiminis, vt suauiter cuncta disponantur. Et sal quidem vere bonum est: vtpote valens ad seruandum & condiendum omnia alimenta: & si insulsum fuerit. irreparabile est: nihil enim habemus quo condiamus illud. Et similiter ratio bona est & ad suauitatem regiminis & ad seruandum populum à malo: sed si ratio stulta est. irreparabilis est: vtpote defect⁹ principi j& regulæ. [Habete in vobis sal.] Ex parabola salis infert intentum. habete, vos quos elegi in pastores mundi, sal, rationem, in vobisipsis, non in libellis ad condiendum opera regiminis, ad seruandum commissos vobis à contagione & occasione peccatorum Et dixit hoc ne præcipites tollerent scandalizantes, sed vtantur sale rationis. [Et pacem habete] Quanuis multa consideranda sint à ratione procedente ad tollendum occasiones peccandi in populo, Iesus tamen vnius quod præcipuum est meminit, scilicet pacis. vult enim seruari pacem: sine qua nihil boni est in populo. Et per hoc prohibet rationis zelum ad tollendum scandala, si simul cum scandalis tollitur pax. Et est sermo de pace ipsius ecclesiæ in seipsa, & non de pace ecclesiæ cum persecutoribus ipsius propter hoc enim adiunxit, [Inter vos]

CAPVT X.

T Inde exurgens venit in fines Iudęę vltra Iordanẽ.]
E Desunt quatuor dictiones. Legendum enim est. [Per locum qui est vltra Iordanem.] Significatur enim quà venerit in fines Iudææ, scilicet per locum qui est

vltra

vltra Iordanem. [Et cõueniunt iterum turbæ ad eum: & ſicut conſueuerat iterum docebat illos.] ſignificat euangeliſta per conuentum turbarum iterum, & ſimiliter per Chriſti doctrinam iterum, quòd alias Ieſus ibidem docuerat turbas, quòd Ioan. 3. inſinuatur. [Et accedentes Phariſęi interrogabant eũ, ſi licet viro vxorem dimittere: tentantes eũ.] De hac quęſtione & reſpõſione domini, diffuſè ſcripſimus Matthæi decimonono. [At ille reſpondens, dixit eis: quid vobis præcepit Moyſes? Qui dixerunt Moyſes permiſit libellũ repudij ſcribere, & dimittere. Quibus reſpondens Ieſus, ait, Ad duritiam cordis veſtri ſcripſit vobis præceptũ illud: ab initio autem creaturę maſculũ & fœminã fecit eos deus. propter hoc relinquet homo patrẽ ſuũ & matrem, & adhærebit ad vxorem ſuam: & erunt duo in carne vna.] pro, & erunt qui duo fuerant in carne vnam. [Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergo deus cõiunxit] pro, coniugauit, [homo non ſeparet. Et in domo iterũ diſcipuli eius, de eodem interrogauerunt eum. Et ait illis, Quicũque dimiſerit vxorem ſuam, & aliã duxerit, adulterium committit ſuper eam.] pro, in eam. Aduerte quòd Marcus nõ refert omnia quę Ieſus dixit, omittens exceptionem, quam Ieſus appoſuit ſcilicet excepta fornicationis cauſa: vt clarè patet Matthæi decimonono, vbi hæc eadem narrantur. Nec mirum: quia quod vnus euangeliſta dicit, alius quandoque tacet, & quod vnus tacet, alius ſupplet. Vnde conuerſo quod Matthęus tacuit (ſcilicet ſuper ſeu in eam) Marcus ſuppleuit. Matthæus ſiquidem dixit abſolute, mœchatur. Marcus autẽ ſupplet, mœchatur in eam: ne cogamur intelligere, quòd mœchatur abſolutè, ſed quòd mœchatur in illam dimiſſam. Multum enim refert, mœchari, vel mœchari in illam. mœchatur enim abſolute, qui fornicationem committit: mœchatur autem in illam, qui fornicationem committit in iniuriam illius: hoc eſt loco illius cognoſcens aliam. Hic apparet planus literæ ſenſus, quem ideo exacte explicauerim, vt intelligatur verum eſſe quod theologi dicunt, ſcilicet legem de vnitate vxoris, nullibi in canonicis libris eſſe ſcriptam. [Et ſi vxor dimiſerit virum ſuum, & alij nupſerit mœchatur.] Nullam exceptionem dat dominus vxori. Impares ſiquidem cenſet maritum & vxorem quo ad cauſam dimittendi, marito enim conceditur dimittere vxorem cauſa fornicationis: vxori autem non permittitur dimittere virum, dare libellum repudii viro. Vnde & abſolutè ſubiungitur quòd mœchatur: quum de viro iniuſte dimittente vxorem & ducente aliam non dixerit mœchatur, ſed mœchatur aduerſum illam dimiſſam.

[Et

[Et offerebãt illi paruulos.]pro,pueros,[vt tangeret eos.discipuli aũt comminabantur offerentibus.]pro,increpabant offerentes. [Quos quũ vidisset Iesus, indigne tulit,& ait illis,Sinite paruulos venire ad me,ne prohibueritis eos .talium est enim regnum dei.] Nõ dicit horũ sed taliũ:qualitatẽ significans innocentiæ existentis in puerulis,& humilitatis significatæ per eorum paruitatem. [Amẽ dico vobis:quisquis nõ receperit.]fide & opere.[regnũ dei velut paruul⁹.]pro,puellus.quo ad humilitatem & puritatem.[Nõ intrabit in illud.]Nihil enim inquinatum ingredietur regnũ cœlorum.& propterea oportet recuperare puritatem puerilem. [Et complexans.]pro,& ponens in vlnis,[eos.]Vnde apparet paruulos istos infantilis fuisse ætatis. [Et imponens manus super illos, benedicebat eos]oratiõe seu sãcta aliqua imprecatione. offerebãt enim eos vt oraret sup eos,apud Mat.[Et quũ egressus esset in viã procurrẽs.]pro,accurrẽs,[quidã genu flexo ante eũ, rogabat eũ, dicẽs:magister bone quid faciã vt vitã ęternã percipiam?Iesus aũt dixit,ei Quid me dicis bonũ?nemo bonus nisi vn⁹ de⁹,]Quare Iesus retulerit bonitatem in solum deum(qui solus est omniquaque bonus)scripsimus Matth 19.vbi hæc quoque scripta sunt.[Præcepta nosti:ne adulteres,ne occidas,ne furaris,ne falsum testimoniũ dixeris,ne fraudẽ feceris,honora patrem tuũ & matrem At ille respondens, ait illi. magister hæc omnia obseruaui à iuuentute mea. Iesus autem intuitus eum,dilexit eũ.]signũ dilectionis vultu mõstrauit.vt adolescens petens perfectionis viã non terreretur respõsione dãda, sed occasionẽ haberet aggrediendi eã [Et dixit ei, Vnũ tibi deest:vade,quæcũque habes vẽde,& da paupibus,& habebis thesaurũ in cœlo.]Nõ dixit & affer preciũ ad me aut ad eccle siam seu conuentũ discipulorũ,nec da templo,sed da pauperibus: nec diui dixit(vt partẽ scilicet daret pauperibus & partẽ daret cõ uẽtui)sed quæcũque habes da pauperibus.[Et veni,sequere me.] Deest.sublata cruce. Nolo tua sed te,nec qualitercũque sed tollẽtẽ crucẽ: hoc est subeũtem cruciatus famis, sitis persecutionum &c. [Qui cõtristatus in verbo.abijt mærẽs.erat em habẽs multas possessiões.Et circũspiciẽs Iesus.ait discipulis suis:quã difficile qui pecunias habẽt ĩregnũ dei introibũt.Discipuli aũt obstupebãt ĩ verbis.]p.sup verbis,[eius.]hoc est sup dicto de difficultate ingrediẽdi regnũ dei respectu habẽtiũ pecunias.[At Iesus rursus respõdẽs ait illis:filioli.]pro,filij,[quã difficile ẽ cõfidentes in pecunijs in regnũ dei introire.] Explanat hic Iesus quod dixerat, intelligi de confidentibus in pecunijs.[Facilius est camelum per foramẽ acus transire.

tranſire.]pro,ingredi.Et hinc firmatur quòd Matthæi.19. exponendo hæc ſcripſimus:foramen acus eſſe nomen proprium portæ vel certi anguſti tranſitus.huic enim conſonat vocabulum, ingredi.[Quam diuitem intrare in regnum dei.]Non ſolùm confidẽtes in pecuniis ſed vniuerſaliter diuites explicat Ieſus difficile ingredi in regnum cælorum,quia rarus eſt diues,qui poſt aurum non abiit nec ſperauit in pecuniæ theſauris, vt dicitur Eccleſiaſtici.3.ſubiungendo quis eſt hic & laudabimus eum? præmiſerat enim beatus diues qui poſt aurum non abiit.[Qui magis admirabantur,] pro, amplius ſtupebant:[Dicẽtes ad ſemetipſos,Et quis poteſt ſaluus fieri.] Intulerunt hoc diſcipuli intelligentes tali appellatione nõ ſolum diuites in re,ſed diuites in affectu, quorum plenus eſt mundus.idem enim periculum vtrorumque intelligebant.[Et intuens illos Ieſus,ait:apud homines impoſſibile eſt,ſed non apud deum:omnia enim poſſibilia ſunt apud deum.] Ad intellectum diſcipulorum reſpondet Ieſus:conſentiens quòd ſecundum humana ſtudia impoſſibilis eſt ſalus tam diuitum quàm affectorum ad diuitias,ſed ſecundum gratiam dei abſtrahentem affectus humanos à diuitiis vtrique ſaluari poſſunt.[Et poſt hæc cæpit ei Petrus dicere:ecce nos dimiſimus omnia,& ſecuti ſumus te. Reſpõdens autẽ Ieſus ait,Amen dico vobis,nemo eſt qui reliquerit domum aut fratres aut ſorores aut patrem aut matrem.]Deeſt. aut vxorẽ,[aut filios aut agros,propter me & propter euãgeliũ.] Occurrit hîc quæſtio,quo pacto hæc doctrina domini verificetur quum non liceat alligatum vxori dimittere illam propter affectum perfectioris vitę conſtat enim quòd Petrus huiuſmodi perfectione propoſuerat,ecce nos reliquimus omnia,& ſecuti ſum⁹ te.¶[Solutio eſt,quòd licet Petrus cauſampropriam propoſuerit,Ieſus tamẽ quemadmodum extendit reſponſionem ſuam reſpectu omnium (dicendo,& nemo eſt qui reliquerit &c.)ita extendit doctrinam ad dimiſſionem non ſolùm propter frugem melioris vitæ, ſed etiam propter ipſam vitam ſpiritualem.¶[Dupliciter enim contingit relinquere ſuos & ſua.Vel propter frugem melioris vitæ.& ſic non comprehendit dimittere vxorem,immò nec filios, ſi paterna indigent cura.Vel propter ipſam vitam ſpiritualem.& ſic etiam vxor dimittenda eſt impediens fidem Chriſti,qua viuit anima.Quocirca textus iſte in communi loquens de dimiſſione,intelligendus eſt ſeruatis ſeruandis ſecundum rectæ rationis iudicium.[Qui non accipiet centies tantum nunc in tempore hoc domos & fratres & ſorores & matres & filios & agros cum perſecutionibus,& in ſecu-

culo futuro vitã æternam. Multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi.] Fabella mille annos promittens in hac vita cum centuplis agris, fratribus, domibus, & id genus reliquis excluditur. tum quia impossibile erit habere matrem nisi vnam, & tamen inter centupla textus numerat matres. tum quia expresse dicitur cum persecutionibus: à quibus tamen illos mille annos fabulantur exemptos. Sensus itaque literalis est quòd quicquid boni ex patre, matre, vxore, filiis, domibus, agris, in hac vita carnaliter à nobis habetur, centuplum etiam in hac vita relinquentibus hæc propter Christũ, promittitur. Et verificatur, quia in hac vita datur istis à Christo spirituale bonum centuplum ad bonum corporeum, ꝙ ex patre, matre, agris &c. haberetur: vt diffusius Matthæi 19. explanauimus, cum reliquis huius particulæ. ¶ Applica tamen proposito: quòd sicut quo ad opes centuplum comprobantur recepisse, qui sunt verè tanquàm nihil habentes & omnia possidentes: ita quo ad patrem, matrem &c. qui vere iuncti sunt facientibus voluntatem cœlestis patris, centuplum receperunt, dum quilibet eorum est cuiusque soror, frater, mater, ac pater vt saluator dixit. [Erant autem in via ascendentes Hierosolymam: & præcedebat illos Iesus. Et stupebant.] Non mittebat discipulos ante se quasi timens, sed antecedebat, monstrans per hoc se sponte ad passionẽ & mortem progredi. propter quod ipsi discipuli stupebant videndo tam prompte ire ad locum passionis & mortis. [Et sequentes timebant.] Non quòd prædictum fuerit eis ipsos passuros aliquid: sed incipiunt timere tanquam adhærentes Iesu. [Et assumens iterum duodecim, cæpit illis dicere quæ essent sibi ventura: Quia ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum & Scribis & senioribus, & damnabunt eũ morte, & tradent eum gentilibus, & illudent ei, & conspuent eũ, & flagellabunt eum, & interficient eum: & tertia die resurget.] Quartò prædicit eis suam passionem, explicans singula [Et accedũt ad eum Iacobus & Ioannes filii zebædei, dicentes,] non per seipsos sed per os matris, vt Matth. 20 dicit [Magister volumꝰ vt quodcunque petierimus, facias nobis. At ille dixit eis, quid vultis vt faciam vobis? Et dixerunt, da nobis vt vnus ad dexteram & alius ad sinistrã tuam sedeamus in gloria tua Iesus autẽ ait eis, nescitis quid petatis. potestis bibere calicẽ quẽ ego bibo, aut.] ꝙ, &, [baptismo quo ego baptizor baptizari?] Et itẽdit de baptismo sãguinis p metaphorã enim potꝰ & baptismi, passionẽ mortẽque suam significat. [At illi dixerunt ei, possumus. Iesus autem ait eis, calicem quidẽ

quem

quę ego bibo bibetis, & baptiſmo quo ego baptizor baptizabimini: ſedere autem ad dextęram meam vel] pro, & [ad ſiniſtram, nō eſt meum dare vobis.] Superfluit vobis. [ſed quibus paratū eſt.] Spectantia ad hanc particulam & ſequentem de indignatione diſcipulorum, expoſita vide Matthæi 20. [Et audientes decem indignati ſunt.] pro, cœperunt indignari, [de Iacobo & Ioanne. Ieſus autem vocans eos, ait illis, Scitis quia ij qui vidētur principari] pro, imperare, [gentibus, dominantur eis.] pro, in eas, [& principes.] pro, magni, [eorum, poteſtatem habent ipſorū.] pro, poteſtatem exercent in eis [Non ita eſt.] pro, erit, [autem in vobis, ſed quicunque voluerit fieri maior.] pro, magnus. Deeſt in vobis, [erit miniſter veſter & quicunque voluerit in vobis.] pro, ex vobis, eſſe primus, [erit omniū ſeruus. Nam & filius hominis nō venit vt miniſtraretur ei: ſed vt miniſtraret, & daret animam ſuam redemptionem pro multis. Et veniunt Hierico: & proficiſcente.] pro, egrediente, [eo de Hiericho, & diſcipulis eius & plurima multitudine, filius Timæi Bartimæus cęcus.] Quāuis idem ſonet Hebraice Bartimæus quod filius Timæi, ſicut Bar Iona, filius Ionæ, euangeliſta tamen vtrunque dixit: vt intelligeremus, quòd erat nomen proprium illius hominis. ita quòd vocabatur Bartimæus, & erat filius Timæi. ſicut Bartholomæus idem ſignificat quod filius Ptolomęi, & tamen eſt nomen proprium. Et ſi aliquis vocaretur Bartholomæus, & eſſet filius Ptolomæi, diceremus Bartholomæus filius Ptolomæi. Apud Matth. duo ſcribuntur cæci hoc in loco: quorum alterius tantum meminit Marcus, forte quia notior, & magis clamabat. [Sedebat iuxta viam mendicans. Qui quum audiſſet quia Ieſus Nazarenus eſſet, cœpit clamare & dicere, Ieſu fili Dauid miſerere mei, Et cōminabantur.] pro, increpabant, [illi multi vt taceret. At ille multo magis clamabat, fili Dauid miſerere mei. Et ſtans Ieſus, præcepit] pro, dixit [illum vocari. Et vocant cæcum, dicentes ei: animæquior.] pro bono animo, [eſto. ſurge, vocat te. Qui proiecto veſtimento ſuo, exiliens venit ad eum. Et reſpondēs dixit illi Ieſus, quid vis faciā tibi? cæcus autem dixit ei. Rabboni vt videam.] pro, viſum recipiam. [Ieſus autem ait illi, vade, fides tua ſaluum te fecit. Et confeſtim vidit,] pro, viſum recepit: [& ſequebatur eū in via.] Expoſitam hanc hiſtoriam habes Matthæi. 20.

CAPVT I.

[Et quum

T quũ appropinquarent Hieroſolymæ.] Deeſt.ad Beth-
E phage,[& Bethanię.]pro,Bethaniã.Colligit Marcus ad-
uentũ Chriſti in Bethaniã ſabbato, & ad Bethphage die
ſequenti.vt patet ex euãgelio Ioannis.[Ad mõtẽ oliuarũ.]Locꝰ
eſt ad inſinuandũ ſitũ tã Bethaniæ q̃ Bethphagę.vtraque enĩ iuxta
montẽ oliuarũ ſita dicitur.[Mittit duos ex diſcipulis ſuis:& ait il-
lis,Ite in caſtellũ.]hoc eſt in oppidũ.[quod cõtra vos eſt.]hoc eſt
è regione ad aſpectũ veſtrũ eſt.Nõ enim miſit eos in Hieruſalem,
ſed in caſtellũ quod erat in proſpectu eorũ. & propterea nõ aliter
nominauit ipſum:ſed velut digito mõſtrauit.[Et ſtatim introeun-
tes illuc.]Intus illud oppidũ nõ lõge à porta, ſed ſtatim deſcribi-
tur inueniendus aſellus.[Inuenietis pullũ.] Marcus ſolius pulli
meminit, Matthæo pullũ & aſinam ſcribente.[Ligatũ.] Intelligo
ligatũ pullũ, pro quanto erat cũ matre ligata.[Super quem nemo
adhuc hominũ ſedit,ſoluite illũ & adducite. Et ſi quis vobis dixe-
rit,quid facitis.]Deeſt pronomẽ,hoc.aduerbialiter enim ſumitur
quid,pro cur [Dicite quia domino neceſſarius eſt: & cõtinuo illũ
mittet huc.Et abeũtes inuenerũt pullũ ligatũ ante]pro,ad,[ianu
am foris.]hoc eſt extra ſtabulũ.[in biuio:& ſoluũt eũ Et quidam
de illic ſtãtibꝰ dicebãt illis quid facitis ſoluẽtes pullũ?Qui dixerũt
eis ſicut pręceperat eis Ieſus : & dimiſerũt eis.Et duxerũt pullũ ad
Ieſum:& imponũt illi veſtimẽta ſua,& ſedit ſuper eũ.] Matthęꝰ di
cit Ieſum ſediſſe ſuper aſinã & pullũ. Marcus qui ſoliꝰ pulli memi
nit,dicit q̃ ſedit ſuper pullũ.Et vtrũq; verũ eſt,quãuis incertũ ſit
ſuper quę prius ſederit [Multi aũt veſtimẽta ſua ſtrauerũt in via.
alij aũt frõdes cędebãt de arboribꝰ,& ſternebãt in via. Et qui pi-
bãt & qui ſequebanꝫ,clamabãt dicẽtes, Oſanna,benedictus qui ve
nit in nomine domini.benedictum quod venit regnum.] Deeſt.in
nomine dñi,[patris noſtri Dauid,Oſãna in excelſis.] Turbę tã pce-
dẽtes quàm ſequẽtes duo benedicũt. ſ.ipſum Ieſũ benedictꝰ qui
venit & regnũ ꝓmiſſum,benedictũ q̃ venit regnũ.Motę enĩ à ſpi
rituſancto acclamauerũt Ieſum eſſe verũ Meſſiã & regẽ illũ ꝓmiſ-
ſum Dauidi regnaturũ in æternũ.repetendo hoſihah na.Vide ex-
poſita Matth.21.[Et introiuit Hieroſolymã in tẽplũ, & circunſpe
ctis omnibus quum iã veſpera.]pro,veſperæ,genitiui caſus.[eſſet
hora, exijt in Bethaniam cum duodecim.] Significatur quòd ve-
ſpertina hora illius diei, nullꝰ in ciuitate Hieruſalem inuitauit eũ.
hoc enim inſinuare videtur, quòd circunſpectis omnibus exiuit
& iuit in Bethaniã [Et alia die.]pro,poſtero die,[quum exirent à
Bethania,eſurijt. Quũque vidiſſet à longe ficum habentem folia.

venit

venit, si quid forte.] pro, vtique, [inueniret in ea.] Significatur q Iesus exercuit actum quærentis fructum in ficulnea: non quod dubitaret aut crederet esse in ea fructum (quum non esset tempus) sed quia totum hoc negocium vt parabola exercebatur, ideo actionem suam exercuit, tanquam personæ quærentis fructum. Considerandum est enim, quòd sicut Iesus verba metaphorica dicebat proponendo parabolas, ita modò factis vsus est metaphorice. Significabat enim aduentum suum esse ad quærendum fructum spiritus in Synagoga, in populo Iudæorum, quem representabat ficulnea habens tantùm folia: vt latiùs exposita hæc sunt Matthæi. 21. [Et quum veniisset ad eam, nihil inuenit nisi folia. nõ enim erat tempus ficorum. Et respondens.] vel alicui fortè dicenti non esse ibi ficus: vel demeritis Synagogæ significatæ per ficulneam. vt euangelista de industria dixerit respondens ad insinuandum, quòd demeritis Hebræi populi respondebat maledicendo ficulneæ. [Dixit ei: iam non amplius in æternum ex te fructum quisquam manducet.] Verificatum est ad literam inchoando à tempore mortis Christi: quoniam cum eo mortua sint legalia. ita quod ex eis non est amplius perceptus fructus, nec percipietur in æternum. [Et audiebant discipuli eius: & veniunt Hierosolymam. Et quum introiisset in templum, cœpit eijcere vendentes & ementes in templo: & mensas numulariorum & cathedras vendentium columbas euertit.] Matthæus & Lucas referunt eiectionem vendentium & ementium factã fuisse in die palmarum: Marci verò verba sonare videntur factam fuisse in die sequenti. Creditur autem rem gestam fuisse in die palmarum: à Marco autem commemoratam in contextu gestorum die sequenti, ad declarandum quò tenderet res gesta circa ficulneam. propterea enim post gesta circa ficulneã statim cõmemorauit hęc gesta in templo, Acsi aperte diceret ficulneam figuram templi gessisse. ad literam enim figurabat cultum cærimonialem, qui in templo exhibebatur. Quanuis inconueniens nullum sit, quòd iterum Iesus eundem actum exercuerit: & maiorem, pro quanto die lunæ adiunxit hoc, quòd non sinebat portari vas per templum. ita quòd alij euangelistæ describant eiectionem factam die palmarum: Marcus verò alteram factam die lunæ. Et præter has Ioannes descripsit tertiam, ante omnes istas factam: adhuc viuente Ioanne Baptista. [Et non sinebat vt quisquam transferret vas per templum.] Aut vasa ipsa erant venalia, aut ponitur continens pro contento. prohibebat enim transferri venalia in vasis cõtenta per templum

templum. Vide hæc expoſita Matth. 21. [Et docebat, dicẽs eis: nõne ſcriptum eſt, quia domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentib⁹? vos aũt feciſtis eã ſpeluncã latronũ. Quo audito principes ſacerdotũ & Scribæ quærebant quomodo eũ perderẽt.] Modum inquirebãt: iã enim deliberauerãt perdere eũ. [Timebãt enĩ eũ.] Ne turbas cõtra eos cõcitaret. propterea enim expectabãt opportunum modum ſine turba capiendi eum. [Quoniam vniuerſa turba admirabatur ſuper doctrina eius. Et quum veſpera facta eſſet, egrediebatur de ciuitate. Et quum mane tranſirent.] Marcus diſtinguit tempora & ſignificans mane diei martis. [Viderũt ficum aridam factam à radicibus.] Non diſſonat Marcus à Matthæo dicente, quòd ficus aruit ſtatim. non enim oppoſitum dicit Marcus. Arefactio ſiquidem ſtatim ſubſecuta eſt, ſed viſa fuit à diſcipulis mane ſequenti: quia ſtatim non ceciderunt folia, non ſtatim apparuit arida radicitus, ſed mane ſequenti viderunt ipſam aridam factam à radicibus. Et tunc dixerunt, quomodo ſtatim aruit? Et tunc Petrus recordatus verborum Ieſu, dixit ad Ieſum ea, quæ refert Marcus. [Et recordatus Petrus dixit ei, Rabbi ecce ficus cui maledixiſti aruit. Et reſpondens Ieſus ait illis, Habete fidẽ dei. Amen dico vobis quia quicunque dixerit huic monti, tollere & mittere in mare.] imperatiua paſsiua ſunt. [Et non hæſitauerit in corde ſuo, ſed crediderit, quia quodcunque dixerit fiat ei.] pro, quòd quæ dicit fiant, erit illi quicquid dixerit. [Propterea dico vobis, omnia quęcũque orantes petitis, credite quia accipietis: & euenient vobis.] Nõ dicit quæcunque petitis, ſed quæcunque orantes petitis. ſignificans quęcũque eleuata in deũ mente petitis ſimpliciter & abſolute. nullus enim ſapiens eleuata in deum mente petit abſolute. niſi ad quæ petenda à ſpiritu ſancto mouetur. Siue petantur ea, quæ ſunt noſtrę ſalutis æternę (ad quæ petenda certum eſt nos moueri à ſpiritu ſancto) ſiue petantur quæcunque alia. ad quę ſpiritus ſanctus aliquos ſpecialiter mouet. [Et quũ ſtabitis ad orandũ] Signum quòd ſtantes orabant illo tempore. [Dimittite ſiquid habetis aduerſus aliquem vt & pater veſter qui in cœlis eſt dimittat vobis peccata veſtra: quod ſi vos nõ dimiſeritis, nec pater veſter qui in cœlis eſt dimittet vobis peccata veſtra.] Diſpoſitionem adiungit neceſſariã ex parte orantis ad efficaciã petitionis ęternę ſalutis. [Et veniũt rurſus Hieroſolymã. Et quum ambularet in templo.] Matthæus dicit acceſsiſſe principes ad Ieſum docẽtem. Vnde colligitur quòd ambulando in templo docebat. [Accedũt ad eũ ſummi ſacerdotes & Scribæ & ſeniores: & dicũt ei, in

qua poteſtate hęc facis: & quis dedit tibi hanc poteſtatem vt ista facias?] Vide expoſita Matthæi vigeſimoprimo. [Ieſus autem reſpondens ait illis, interrogabo & ego vos vnum verbum: & reſpondete mihi, & dicam vobis in qua poteſtate hęc faciam.] pro, facio, [Baptiſmũ.] pro, baptiſmus, [Ioannis de cœlo erat, an ex hominibus? reſpõdete mihi. At illi cogitabant ſecũ, dicentes, Si dixerimus, de cœlo, dicet nobis, quare ergo non credidiſtis ei: ſi dixerimus ex hominibus, timemus populum. Omnes enim habebãt Ioannem, quia vere propheta eſſet. Et reſpondentes dicunt Ieſu, neſcimus. Et reſpõdens Ieſus ait illis, neque ego dico vobis in qua poteſtate hæc faciam.] pro, facio.

CAPVT XII.

ET cœpit illis in parabolis loqui. Vineã paſtinauit] pro, plãtauit.] homo, & circũdedit ſepem, & fodit lacũ.] in quo excipitur vinum fluẽs ex vuis tritis ſeu tortis. [Et ędificauit turrim, & locauit eã agricolis: & peregre profectus eſt Et miſit ad agricolas in tẽpore ſeruũ, vt ab agricolis acciperet de fructu vineę. qui apprehenſum eũ ceciderunt, & dimiſerunt vacuũ. Et iterum miſit ad illos alium ſeruum. & illum in capite vulnerauerunt.] pro, & illi iactis lapidibus caput percuſſerunt, [& contumelijs affecerunt.] pro, remiſerunt affectum contumelia. [Et rurſum alium miſit, & illum occiderunt. & plures.] pro, multos, [alios: quoſdam cædentes, alios vero occidentes. Adhuc ergo vnum habens filium chariſsimũ.] pro, dilectũ. Et deeſt. ſuum, [& illum miſit ad eos nouiſsimum, dicens, quia reuerebũtur filium meum, Coloni.] pro, agricolę, [autem dixerunt adinuicem, Hic eſt hæres, venite, occidamus eũ, & noſtra erit hæreditas. Et apprehendentes eũ occiderunt, & eiecerunt extra vineã. Quid ergo faciet dominus vineæ? veniet, & perdet colonos.] pro, agricolas: [& dabit vineam alijs. Nec ſcripturã hanc legiſtis? lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus in caput anguli: à domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. Et quęrebant eũ tenere, & timuerunt turbã. cognouerunt enim quoniã ad eos parabolã hãc dixerit.] Parabola hęc vineę expoſita eſt Matthæi vigeſimoprimo, cũ annexo lapide reprobato. [Et relicto eo abierunt: & mittunt ad eum quoſdam ex Phariſæis & Herodianis, vt eum caperent in verbo. Qui venientes dicunt ei: Magiſter ſcimus quia verax es, & non curas quenquam. nec enim vides in faciem hominum, ſed in veritate viã dei doces. Licet dare tributum,] pro, cẽſum, [Cæſari, an nõ dabimus?] In Græco habe-

betur, Licet censum Cæsari dare an nõ? dabimus? an nõ dabim⁹ vbi duo interrogant. Primùm circa ius, an sit licitum vel illicitum dare censum Cæsari: alterum circa factum, an à nobis dandus sit census, vel non. vt multiplicatis quæstionibus & vrgeant ad respõdendum, & in aliqua earum dicat aliquid reprehendendum & accusandum. [Qui sciens versutiam.] pro, simulationem, [illorum, ait illis. Quid me tentatis? afferte mihi denarium vt videam. At illi obtulerunt ei. Et ait illis, Cuius est imago hæc & inscriptio? Dicũt ei Cęsaris. Respondens autem Iesus, dixit illis, Reddite igitur.] Superfluit igit̃, [quæ sunt Cęsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo,] Aduerte responsionem datam à Iesu vtrique quæstioni facere satis. Nam dicendo reddite, respondet secundæ: & dicendo quæ sunt, satisfacit primæ Significãtur enim iura. Vide exposita Matthæi vigesimosecundo. [Et mirabantur super eo. Et venerunt] pro, veniunt, [super eum Sadducæi: qui dicunt resurrectionem non esse. & interrogabant eum, dicentes, Magister, Moyses nobis scripsit, vt si cuius frater mortuus fuerit, & dimiserit vxorem, & filios non reliquerit, accipiat frater eius vxorẽ ipsius, & resuscitet.] pro, exuscitet, [semen fratri suo. Septem fratres erant, & primus accepit vxorem, & mortuus est nõ relicto semine: & secundus accepit eã, & mortuus est, & nec iste reliquit semen: & tertius similiter. & acceperunt eã similiter septem, & non relinquerunt semen: nouissima autem omnium mortua est & mulier. In resurrectione ergo quum resurrexerint, cuius de ijs erit vxor? septem enim habuerũt eã vxorem. Et respondens Iesus, ait illis, Nonne ideo erratis, nõ scientes scripturas neque virtutem dei?] Dicit & eos nescire scripturas, & ideo errare quia nesciunt scripturas. declarat enim causam erroris Sadducæorum esse ignorantiã interpretandi scripturas. [Quũ enim à mortuis resurrexerint, neque nubent neque nubentur.] Græca dictio vtrobique cõmunis est masculis & fœminis. & proptereà interpres vsus est hoc modo loquendi, neque nubent neque nubentur: intendens negare vtrinque coniugiũ. [Sed sunt sicut angeli dei in cœlis. De mortuis autem, quod resurgant, non legistis in libro Moysi super rubũ, quomodo dixerit illi de⁹ inquiẽs, Ego sum de⁹ Abrahã & deus Isaac & deus Iacob. Nõ est deus mortuorũ, sed viuorũ. Vos ergo multũ erratis.] Circa hanc Sadducæorũ quæstionem vide exposita Matthæi vigesimosecundo. [Et accessit vnus de scribis qui audierat illos conquirentes.] pro, disputantes: [& videns quoniã bene illis respõderit, interrogauit eũ, quod esset primũ omniũ mandatũ. Iesus autem respondit ei, quia primũ

omniũ mandatũ est.audi israel,dominus deus tuus.]pro,dominꝰ deus noster.[dominus vnus est.]Et punctandum est sic.dominus deus noster,dominus Aduerte hic resum ex Deuteronomi sexto, explicare non solùm præceptum supremum dilectionis dei, sed obiectum ipsum (hoc est deum diligendum) præponendo vnitatem dei. ad significandum, quòd præcipitur dilectio consequens fidem dei vnius, qui solus est dominus, qui solus colitur à nobis ne intelligeremus diligendum deum vage, quasi genus deorum, aut aliquid quomodolibet pendens,quomodolibet subditũ sed illum qui adoratur à populo israel creator cœli & terræ.Verùm circa hoc præceptum & sequens sumptum ex Leuitici decimonono, vide expolita Matthæi vigesimosecundo.[Et diliges dominũ deũ tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua,& ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. Hoc est primum mandatum.Secundum autem simile est illi.]pro,hoc,[diliges proximũ tuũ sicut teipsum. Maius horũ.]pro,his,[aliud mãdatum nõ est. Et ait illis Scriba, Bene magister in veritate dixisti, quia vnus est deus,& nõ est aliꝰ præter eũ,& vt diligatur.] pro,diligere ipsum,[ex toto corde, & ex toto intellectu,& ex tota anima,& ex tota fortitudine,& diligere proximũ tanquã seipsum,maius.]pro,plus,[est omnibus holocaustomatibus & sacrificijs.iesus autem videns,quod sapienter respondisset,dixit illi:non es longe à regno dei.] Scriba iste tentãdo interrogauerat(vt Matthæus dicit)sed audita resposione iesu,dedit honorem veritati. & propterea propinquus fiebat regno dei, quod euangelizabatur à iesu, propinquus fiebat ad hoc, vt esset pars regni dei:vt deus(non peccatum,non mundus)regnaret in illo per fidem in iesum Christum. [Et nemo iam audebat eũ interrogare.]Ratio excluse audaciæ interrogãdi tentãdo erat quia colligendo supradicta apparet,quòd satisfecerat Herodianis, Sadducęis,Pharisęis ac Scribis.[Et respõdens iesus.]Apud Matthęũ apparet,quòd Pharisæis respondit,nõ percunctantibus de hac subiuncta materia,sed qui interrogauerant tentando,quod est mãdatum magnũ in lege?Ita quòd respondere,est mouẽtibus priꝰ quęstionem,postquàm responsum est reddere quęstione interrogãdo illos.Vel forte interceßit sermo de Messia aliquis tacitus ab euangelista, cui respondisse describitur iesus. Vide etiam hæc Matth. 22. [Docebat docens in templo. Quomodo dicunt Scribæ Christũ filiũ esse Dauid? ipse enim Dauid dixit in spiritusancto. Dixit dominus domino meo,sede à dextris meis,donec ponã inimicos tuos scabellũ pedum tuorũ. ipse ergo Dauid dixit eum dominũ,

&

& vnde est filius ei⁹?Et multa turba eũ libenter audiuit. Et dicebat eis in doctrina sua,Cauete à Scribis.]Hęc quę sequuntur, habentur Matth.23.præter hoc.[Qui volunt in stolis ambulare.] Per ꝙ significatur affectus ad vestem longam vsque ad imos pedes.[Et salutari in foro.] pro,foris.Significatur enim quòd non in certo foro,sed in omnib⁹ amabant salutari.[Et in primis cathedris sedere.]pro,& præsidentias,[in synagogis,& primos discubitus in cœnis. qui deuorant domos viduarum sub obtentu prolixæ orationis.]pro,sub prætextu prolixè orãtes.Significatur enim, quòd prolixe orabant, non deuotionem orandi,sed ostentando prolixã orationem ad hoc vt deciperent viduas [Hi accipient prolixius.] pro,abundantius,[iudicium.]Significatur enim maior damnatio ex diuino iudicio.[Et sedens Iesus contra gazophylacium, aspiciebat quomodo turba iactaret æs in gazophilacium:& multi diuites iactabant multa.Quum venisset autem vna vidua pauper, misit duo minuta:quod est quadrans.Et conuocans discipulos suos, ait illis:amẽ dico vobis,qm̃ vidua hęc pauper plus omnib⁹ misit, qui miserunt in gazophilaciũ.Oẽs enĩ ex eo ꝙ abũdabat illis miserunt:hæc vero de penuria sua omnia,quæ habuit misit,totum victum suum.]Intellexisses plus omnibus quantum ad affectum,nõ quantum ad rem,nisi dominus declarasset plus omnibus etiam secundum rem:quia ista dedit totum,alij partem ista dedit totum victum suum, alij superfluum proprio victui.Hæc enim declarant, plus omnibus ex parte rei , non absolute, sed proportionaliter. plus enim erat illi viduæ quadrans , quàm reliquis offerentibus quicquid dabatur.

CAPVT XIII.

Et quũ egrederetur de templo, ait illi vn⁹ ex discipulis eius : magister,aspice quales lapides & quales structurę Et respondens Iesus,ait illi:Vides has oẽs.] Superfluit oẽs.[magnas ędificatiões nõ reliquetur lapis super lapidẽ,qui nõ destruatur.Et quũ sederet i mõte oliuarum contra templũ interrogabant eũ seorsum Petrus & Iacobus & Ioannes & Andreas:dic nobis quãdo ista fient.]ꝑ,erũt,[& quod signum erit quando hæc omnia incipient cõsummari.]pro, consummanda sunt. Duo petunt.Primùm, tempus destructionis templi.Secundo signum consummationis mundi:vt clarè patet apud Matthæum cap.vesimoquarto.[Et respondens Iesus,cępit dicere illis,videte ne ꝙs vos seducat.Multi enĩ venięt i nomine meo dicentes quia ego sum:& multos seducẽt.] Incipit respondere pri

mo Iesus secundæ quęstioni: monẽdo discipulos priùs quo ad partem intellectiuam, ne seducantur à multis venturis profitendo se Christos. [Quum audieritis autem bella & opiniones.] pro, rumores, [bellorum ne timueritis.] pro, ne turbemini. Monet deinde quo ad partem affectiuam, ne turbentur timentes propinquam consummationem mundi, quum audierint bella & rumores bellorum [Oportet enim] necessitate humanorum morum. [Hęc fieri sed nondum finis. Exurget enim gens contra gentem, & regnũ super] pro, contra, [regnum & erunt terræmotus per loca & fames.] deest. & turbationes. Declarat hæc omnia, quæ communiter accidunt, non esse signa consummationis mundi propinquæ: ne putaretur quòd hæc emergentia post primum Christi aduentum essent signa secundi aduentus. [Initium.] pro, initia, [dolorum hæc.] Vniuersa siquidem hæc non sunt mala ipsa, quæ ventura sunt in consummatione seculi sed sunt initia eorum [Videte autem vosmetipsos.] Nescio quare vertendum censetur videte in cauete. Afferunt enim in Græco haberi videte: & tamẽ mutandum esse & dicendum, cauete autem vobisipsis. Euangelicæ siquidem monitioni magis quadrat, videte autem vosmetipsos. nã vbi priùs monuerat spectandum tum ad seductores extrinsecos, tum ad bella extrinseca, modò monet spectandum ad propria corpora. hoc enim significant, quæ subiunguntur, tradent enim vos in cõcilia & cætera. Et monet, vt sicut aduertere debent ne seducantur, & ne putent ex terræmotibus & bellis propinquum esse finem mundi: ita aduertere debent ne propter flagella & passiones inferendas proprijs corporibus, semetipsos perdãt. [Tradẽt enim vos in cõcilia & in synagogas, vapulabitis: & ante præsides & reges stabitis.] pro, statuemini, [propter me, in testimoniũ illis.] tum perhibendũ à vobis de me, tum inexcusabilis damnationis illorum principum perseuerantium in infidelitate sua postquàm vos audierint. [Et in omnes gentes primum oportet prædicari euangelium.] Quarto loco ponitur diuturnitas temporis ante cõsummationem mundi: explicando quòd oportet primũ prædicari euangelium in omnes gentes. Non dicit oportet audiri famam euangelij, sed prædicari euangelium in omnibus nationibus mundi. Quod adhuc non apparet adimpletum: dum quotidie inueniũtur gentes nouę, quę nihil vnquàm audierunt de Christo. [Et quũ duxerint vos tradẽtes, nolite pręcogitare.] pro ne ante soliciti sitis aut anxij sitis, [quid loquamini.] deest neq; meditemini. Ita quòd prohibet tum anxietatem seu solicitudinem anteriorem, tum meditationem;

tionem:volens illos loqui quod tunc datum fuerit à ſpiritu ſancto. Et in hoc monſtrat ſe eſſe deum:promittens per ſpiritum ſanctum daturum ſe totiens,quotiens quid loquantur.[Sed quod]pro,quicquid,[datũ vobis fuerit in illa hora,id loquimini Non enim vos eſtis loquẽtes,ſed ſpiritus ſanctus.Tradet aũt frater fratrẽ in mortem,& pater filiũ: & cõſurgent filij in parentes, & morte afficient eos.] Dixerat tradẽt enim vos:declarat modò à quibus tradentur, ſcilicet patribus , fratribus,filijs [Et eritis odio omnibus.] hominibus ſecundum hominem ſapiẽtibus.[Propter nomen meum. Qui autem ſuſtinuerit] pro,perſeuerauerit, [in finem,hic ſaluus erit.]Declarat fructum tantarum paſſionum fore ſalutem æternã, ſi tamen vſq3 in finẽ propriæ vitę per ſeuerauerint in fide & cõfeſſione nominis Ieſu:vt hinc intelligerent tum perſeuerantium fœlicitatem , tum non perſeuerantium miſeriam , quantumcunque priùs multa paſſi fuiſſent.nulla enim virtus ſine perſeuerantia coronatur. [Cum autem videritis abominationem deſolationis.] Deeſt.quæ dicta eſt à Daniele propheta,[ſtantem vbi non debet.] pro,nõ oportet,[qui legit intelligat.]Tranſit ad primã quęſtionẽ de tempore deſtructionis templi [Tũc qui in Iudæa ſunt, fugiant in mõtes:& qui ſuper tectum , non deſcendat in domũ,nec introeat,vt tollat quid de domo ſua: & qui in agro erit, non reuertatur retro tollere veſtimẽtũ ſuũ.Væ aũt prægnantibus & nutrientib⁹.] pro,lactãtibus,in illis diebus. [Orate vero,vt hieme nõ fiant] pro, fiat.Deeſt,fuga veſtra.Vide hæc expoſita Matthæi vigeſimoquarto [Erunt enim dies illi tribulationis tales, quales non fuerunt.] pro,talis qualis non fuit, [ab initio creaturæ,quam condidit deus vſque nunc:neque fient.]pro,neque fiet. Aduerte, quòd particula hæc non ſpectat ad deſtructionem Hieruſalem (vt diffuſè declaranimus Matth.24.)ſed ad præcedentia conſummationem mundi. ita quòd ſermo Ieſu de conſummatione mundi. interceptus eſt à Matthæo & Marco interponentibus ſigna ſpectãtia ad deſtructionem templi.continuatur ſiquidem hæc particula poſt illa,qui autẽ perſeuerauerit in finem hic ſaluus erit,ſubiungendo ,erunt enim dies illi.Et manifeſtatur ratio difficilis perſeuerantię ex tribulatione,quæ nunquàm habuit parem.Et directe adiungitur hęc particula ad declarandũ & proſequẽdũ verba illa,initia dolorũ hæc . explanat enim terræmotus & bella, fames & reliqua mala cõſueta, eſſe initia q̃dã dolorũ.qa erũt dies illi omnino inſolitę tribulatiõis. Nec prætereas notare noſa talis qualis,nõ dixit tribulatiõis tãtæ, quãta nõ fuit.ſed tribulatiõis talis qualis nõ fuit maior enim tri-

bulatio fuit omni carni ſuper terram in diluuio vniuerſali In quo autem conſiſtet hæc tribulatio neſcio, niſi quòd mortifera erit. niſi enim eſſet mortifera, non dixiſſet, non fuiſſet ſalua omnis caro. [Et niſi breuiaſſet.] pro, decurtaſſet, [domin⁹ dies, nõ fuiſſet ſalua omnis caro ſed propter electos quos elegit, breuiauit] pro, decurtauit, [dies.] Significat enim amputationem dierum, quo ad numerum. Vbi nota tribulationem hanc non eſſe inferendam ab hominibus, ſed à deo: quia non periclitaretur omnis caro, ſi eſſet ab hominibus. Rurſus quòd propter electos deus ſtatuit amputare dies illos, vt etiam bene ſit alijs propter electos. Vide hęc diffuſè expoſita Matthęi vigeſimoquarto. [Et tunc:] Tempus demonſtrat non arctatum ad dictam tribulationem, ſed comprehendit totum medium tempus à primo aduentu vſque ad ſecundum. Subiungit enim hanc particulam ad declarandum, id quod in principio huius ſermonis dixerat: videte ne quis vos ſeducat, multi enim venient in nomine meo. Explicauerat enim hoc ſolum, quòd multi vẽturi in nomine ſuo, & quòd multos ſeducent: modò autem complet ſermonem illũ monendo à diuerſitate locorum (ecce hic, ecce illic) & à prophetis falſis. vbi inſinuatur etiam, quòd Pſeudochriſti habebunt pſeudoprophetas quaſi teſtes: & à ſignis & prodigijs ita efficacibus, vt ſeducant etiam electos ſi fieri poſſet. [Si quis vobis dixerit, ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic: ne credideritis. Exurgent enim Pſeudochriſti & pſeudoprophetæ: & dabunt ſigna & portenta, ad ſeducendos: ſi fieri poteſt etiam electos. Vos ergo videte: ecce prædixi vobis omnia.] Vide & hęc diffuſè declarata Matthæi vigeſimoquarto. [Sed in illis diebus poſt tribulationem illam ſol contenebrabitur, abſque eclypſi & nubibus, & luna non dabit ſplendorem ſuum.] Non dicit non habebit. quia ſimiliter abſque eclypſi & nubibus ſubtrahetur ſplendor eius. [Et ſtellæ cœli erunt decidentes.] à lucendo nobis aere ſereno. [Et virtutes quæ in cœlis ſunt mouebũtur.] pro, quatientur. Significatur enim, quòd actiuæ poteſtates corporum cœleſtiũ ad influendum in inferiora, & mutandum illa, impedientur ab actionibus ſuis: & propterea metaphoricè dicuntur concutiendæ. Latius ſcripſimus de his Matthæi vigeſimoquarto, [Et tunc videbunt filiũ hominis venientẽ in nubibus cũ virtute multa & gloria. Et tũc mittet angelos ſuos: & cõgregabit electos ſuos à quatuor ventis, à ſummo terræ vſq; ad ſummũ cœli.] Hęc omnia quoq; declarata ſunt Matth. vigeſimoquarto, exceptis illis verbis, à ſummo terræ: quoniam Matthæus ibi dicit à ſummis cœlorum vſque ad ſumma eorum.

Idem

Idem autem intelligo per alia verba ſignificatum à Marco, ita quòd intendit vtrunque hemiſphærium ſignificare per hæc verba. Et hæmiſphærium quidem appellatum inferius, ſignificat à ſummo terræ denominauit ſiquidem ipſum à terra: ſicut & denominauit ipſum inferius, cum tamen ſit ſuperius ſicut & alterum. Quia enim nobis videtur inferius, appellatur hemiſphærium inferius: & ſimiliter quia ex parte ſubiectæ nobis terræ apparet ſe tenere, denominatur ſummum terræ. hemiſphærium autem ſuperius appellat ſummum cœli. Apparet autem hunc eſſe ſenſum literalem: tum ex conſenſu ad Matthæum: tum quòd ſic & non aliter comprehenditur totum vniuerſum corporeum: includendo etiam infimas terræ partes, in quibus fortè multi electi erunt. & quæcunque abſtruſa, in quibus fortè corpora electorum erunt [A ficu autem diſcite parabolam.] pro, ſimilitudinem [Quũ iam ramus eius tener fuerit, & nata fuerint folia, cognoſcitis quia in proximo ſit æſtas. Sic & vos quum videritis hæc fieri, ſcitote quod in proximo ſit in oſtijs.] pro, foribus. [Amen dico vobis, quoniã nõ tranſibit.] pro, præteribit [generatio hæc donec omnia iſta fiant: cœlum & terra tranſibunt.] pro, præteribunt: [verba aũt mea nõ tranſibũt.] pro, prẽteribunt. Eſſent multa hîc dicenda niſi fuiſſent hæc verba declarata Matthęi vigeſimoquarto. [De die autem illa, vel hora nemo ſcit.] Ne putares ex ſimilitudine gemmãris ſic ad æſtatem, certum ſignificari ſpatium temporis inter ſigna & diem aduentus Chriſti, ſubiungit incertitudinem illius diei [Neque angeli in cœlo.] Græcè habetur, qui ſunt in cœlo: vt clarè intelligas de angelis beatis. [Neque filius, niſi pater.] Intellige neque filius ſecundum humanam naturam naturali notitia. Solus enim deus nouit ex ſua naturali ſcientia tempora & momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Et propter ea ſubiungit, niſi pater: ſignificãs per patrem deum. [Videte, vigilate & orate.] Colligit tria neceſſaria, videte, mentis oculis: videte, ſtudio. nihil enim prodeſt videre niſi adhibeatur ſtudium ad exequendum vel cauendum. Et orate, recurrendo ad deum, recognoſcentes vires proprias non ſufficere, recognoſcentes non ſufficere veſtrum videre veſtrũmque vigilare. [Neſcitis enim quando tempus ſit.] Vera eſt hęc neſcientia tã de tempore vniuerſalis iudicij, quàm de tempore ſingularis ac priuati iudicij reſpectu ſingulorum. [Sicut homo qui peregre profectus.] Parabolam adiungit, [reliquit domum ſuam: & dedit ſeruis ſuis poteſtatem cuiuſque operis.] pro, & vnicuique opus ſuum: Significatur enim, quòd dedit ſeruis ſuis duo, ſcilicet poteſtatem &

opus: distribuendo vnicuique suum opus, hoc est suum officium. [Et ianitori præcepit vt vigilet. Vigilate ergo: nescitis enim quando dominus domus veniat: sero an media nocte, an gallicantu, an mane. ne quum venerit repente, inueniat vos dormientes. Quod.] pro, quæ, [autem vobis dico, omnibus dico, vigilate.] In hac parabola relata ad vniuersale iudicium homo peregre profectus est Iesus: qui in cœlum ascendit, & carnem velut ad peregrina loca in cœlum transtulit. Domus eius ecclesia est, quam in hoc mũdo reliquit. Serui eius, Christiani sunt, quib⁹ dedit potestatem filios dei fieri. Opus eius quod distribuit vnicuique est, quod dedit quosdã quidem Apostolos, quosdam autem euangelistas, quosdam pastores, quosdam doctores: & breuiter singulis sui corporis membris sua distribuit officia. Ianitor autem pastor est ecclesiæ, cui præcipitur vt vigilet super domum Christi. Vbi aduerte, quòd si soli ianitori præciperetur vt vigilet, nõ subiungeretur, vigilate ergo. & nõ concluderetur, omnibus dico vigilate. Vigilia itaque primùm præcepta significatur ianitori, cui pro se & pro aliis incumbit vigilare: & deinde singulis pro seipsis. Quatuor noctis partes, vniuersas temporis differentias significãt. Et significatur totum tempus nocturnum, propter tenebras ignorantiæ nostræ simul & peccatorũ. propter has enim opus est vigilantia. ¶Si referatur autem hęc parabola tota ad singulare iudicium vniuscuiusque mysticus appareret sensus, ad singulos pertinere vigilãtiam, quæ in ipsa concluditur parabola. Et proculdubio vniuscuiusque vigilantia ne inueniatur dormiens tempore, quo ad singulare iudicium in sua morte oportebit conueniri, redundat in se ſle paratum tempore vniuersalis iudicij: vt patet. Et propterea vigilia singulorum potest etiam intelligi ad literam distincta per quatuor differentias noctis, ad comprehendendum omnes differentias temporis, & ætatis cuiusli bet hominis.

CAPVT XIIII.

Erat autem pascha.]Solennitas Iudæorum in memoriam exitus de Aegypto. [Et azima,] Pluralis est numeri. Significantur enim panes azimi: quib⁹ tantum vesci licebat septem diebus Paschæ. Et addidit Marc⁹ azima, ad significandũ initium sollennitatis Paschalis. Pascha enim vocabatur totum illud tempus septem dierum. [Post biduum.] Hoc est, diem Mercurij & diem Iouis illo anno. Significat enim euangelista mane diei Mercurij, in quo cõgrega-

tis

tis ſummis ſacerdotibus apud Caipham, cõuentum fuit cum Iuda proditore. [Et q̃rebãt ſummi ſacerdotes & Scribæ quomodo eum dolo tenerent & occiderent.] Nõ ſolùm cõferebant de modo, ſed quęrebant modum quo doloſe Ieſum comprehenderent & occiderent. non enim audebant vim manifeſtam illi inferre palam. [Dicebant autẽ, non in die feſto.] pro. in feſtiuitate. Significatur enim reſpectus non ſolũ ad primum diem paſchæ feſtiuũ, ſed ad ipſam feſtiuitatẽ paſchalẽ. [Ne forte tumultus fieret in populo.] pro, fias populi. Timebant enim ne populus tumultuaretur contra ipſos, ſi vim publice in Chriſtũ intuliſſent. [Et quũ eſſet Bethaniæ in domo Simonis leproſi, & recũberet, venit mulier habens alabaſtrum vnguẽti nardi ſpicati.] p, piſtici. vel vt alij volũt piſticæ fœminini generis. Sed niſi textus Græc⁹ cõpellat, melius legitur neutri generis: quoniã quadrat vt referatur ad vnguẽtũ: & ſit ſenſus quòd vnguẽtũ erat piſticum (hoc eſt fidele) ac precioſum. Minus autem cõſonat quòd nardus fuerit piſtica, hoc eſt fidelis. nõ enim adulterina timetur herba nardi, ſed timetur adulterium vnguentum nardi. [Precioſi: & fracto alabaſtro.] hoc eſt aperta pyxide de alabaſtro. [Effudit ſuper caput eius.] Commemorat Marcus vnguentum effuſum ſuper caput Ieſu in Bethania ſabbato præcedenti, ad inſinuandã rationem qua motus fuit Iudas ad vendendũ Ieſum ſummis ſacerdotibus. propterea. n. hic hoc cõmemorat, vt denotet diẽ proditionis fuiſſe biduo ante Paſcha, & cõtinuet hiſtoriã ſubiungẽdo aditum Iudę ad ſummos ſacerdotes congregatos deſcriptos quærere modum, quo doloſe comprehenderent Ieſum. [Erant autẽ quidã indigne ferẽtes intra ſemetipſos] pro, apud ſeſe. Significatur enim quod non corde tantùm, ſed ore colloquebantur inter ſe. [Et dicentes, vt quid.] pro. ad quid, [perditio iſta vnguẽti facta eſt? poterat enim vnguentum iſtud venundari plus quam trecentis denarijs, & dari pauperibus. Et fremebant in eam.] Non audebãt fremere in Ieſum conſentientem, immo admittentem, quum tamẽ verba & Ieſum & mulierem caperent. vtpote concurrentes ad perditionem illius vnguenti precioſi. [Ieſus autem dixit. Sinite eam: quid illi moleſti eſtis? bonum opus operata eſt in me. Semper enim pauperes habebitis.] pro, habetis [vobiſcũ: & quũ voluerits, poteſtis illis bñfacere me aũt nõ ſemp habebitis.] pro, habetis. [Quod habuit hæc: fecit præuenit vngere corp⁹ meũ in ſepulturã. Amẽ dico vobis: vbicũq3, p̃dicatũ fuerit euãgeliũ iſtud in vniuerſo mũdo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam.] pro, monumẽtũ [ei⁹.] Vide hęc explanata Matt. 26. [Et Iudas Scariotis.] pro, Iſcariotes.

nomen

nomen enim creditur patrium.[Vnus de duodecim,abijt ad ſummos ſacerdotes,vt proderet.]pro,traderet, [eũ illis.] Reditur ad ordinem hiſtoriæ narrando aditum Iudæ ad ſummos ſacerdotes, proculdubio congregatos in atrio Caiphæ.[Qui audientes gauiſi ſunt,& promiſerunt ei pecuniam ſe daturos. Et quærebat quomodo eum opportune traderet.Et primo die azimorũ.]Appellat Marcus diem Iouis,in quo poſt ſolis occaſum incipiebat ſolennitas paſchalis,primum diem azimorum.Quæ appellatio non fuiſset vſquequaque vera,niſi adiunctum fuiſset quãdo paſcha immolabãt, hęc enim adiunctio explicat,quòd non loquitur de primo die azimorum abſolute more Hebraico,quoniam primus dierum azimorum abſolutè erat dies ſequens,incipiens tamen ab occaſu ſolis diei Iouis.ſed loquitur de primo die azimorum quo ad veſperam illius diei in qua paſcha immolabant. Et vſus eſt hoc modo loquendi,quia cœna,quę fit in prima noctis parte appellatur cœna illius diei qui finitus eſt,immolatio ſiquidem paſchæ erat cœna agni Paſchalis.[Quando paſcha immolabant.] proculdubio Iudæi:contra quoſcunque dogmatizantes Ieſum præueniſſe diem quo Iudęi immolabãt Paſcha.[Dicũt ei diſcipuli.]Deeſt.ſui [quò uis eamus,& paremus tibi comedere Paſcha?Et mittit duos ex diſcipulis ſuis,& dicit eis,Ite in ciuitatem:& occurret vobis homo lagenam aquæ baiulãs.]Lagena vas eſt fictile commune aquæ & vino ſed in propoſito erat aquę.[Sequimini eũ,& quocunque introierit,dicite domino domus, quia magiſter dicit vbi eſt refectio mea.]pro,diuerſorium & ſuperfluit mea.[vbi paſcha cũ diſcipulis meis manducẽ?]Aduerbium vbi manifeſtat quòd nõ refectio,ſed locus quęrebatur.[Et ipſe vobis demonſtrabit cœnaculũ grãde ſtratũ.]Deeſt,paratũ.Significat enĩ locꝰ nõ nudꝰ,ſed cũ opportuna ſuppellectili,ita quòd nõ deerat niſi parare cibos.[Et illic parate nobis.Et abierũt diſcipuli eius:& venerũt in ciuitatẽ, & inuenerũt ſicut dixerat illis,& parauerunt Paſcha.veſpere autẽ facto venit cũ duodecim,& diſcũbẽtibus eis & mãducãtibꝰ,ait Ieſus Amen dico vobis qa vnꝰ ex vobis tradet me,qui mãducat mecũ. At illi cœperũt cõtriſtari & dicere ei ſingulati,nũqd ego.]Deeſt, & aliꝰ nũquid ego?[Qui ait illis,vnꝰ ex duodecĩ.]Soli duodecim legũt ibi interfuiſſe,& ideò nõ ad diſtinguẽdũ,ſed ad exaggerandũ,crimẽ ex beneficio electionis ad apoſtolatũ repetit vnꝰ de duodecĩ.[Qui intingit manũ mecũ in catino.]Superfluit manũ Prius dixerat ſermonẽ cõmunẽ oĩbꝰ duodecĩ,modò reſtringit ſermonẽ ad eos,cũ quibꝰ cõmunis erat ei catinꝰ,quos rationabile eſt fuiſ-

ſe

ſe quatuor diſcipulos propinquiùs ſedẽtes inter quos erat Iudas. [Et filius quidẽ hominis vadit ſicut ſcriptũ eſt de eo: væ autẽ homini illi per quẽ filius hoĩnis tradetur.]pro,traditur. [bonũ erat ei ſi natus non fuiſset homo ille.Et manducãtib⁹ illis accepit Ieſ⁹ panẽ & benedicẽs.] benedictione laudis, nõ cõſecrationis: vt in Matthæo eadẽ dictione vtente declarauimus & probauimus. [Fregit & dedit eis:& ait,ſumite.]Deeſt,comedite,[hoc eſt corp⁹ meũ. Et accepto calice gratias agens dedit eis.Et biberũt ex illo oẽs, & ait illis,Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti,qui pro multis effũdetur.]pro effunditur.Iã enim venditus erat,& incepta erat paſſio ei⁹.Et ꝓpterea dixit,effũditur.[Amẽ dico vobis,ꝙ iã non bibã de hoc genimine vitis,vſq3 in diẽ illũ quũ illud bibã nouũ in regno dei.]Vide expoſita Matthæi.26.[Et hymno dicto.]pro,quũ hymnum dixiſſent.Significatur enim quòd non ſolus Ieſus dixit hymnũ.[Exierunt in montẽ oliuarum.Et ait eis Ieſus,omnes ſcandali zabimini in me in nocte iſta.Quia ſcriptũ eſt percutiã paſtorẽ,& diſpergentur oues.Sed poſtquã reſurrexero,præcedam vos in Galilæam.]Vide Mat.26.[Petrus autẽ ait illi,& ſi omnes ſcandalizati fuerint,ſed non ego.Et ait illi Ieſus,Amen dico tibi quia tu hodie in hac nocte prius quam bis gallus vocẽ dederit, ter me es negaturus.]Solus Marcus numerũ vocis galli explicauit:quia ſolus refert prima Ieſu verba.alii autẽ euangeliſtæ poſteri⁹ dicta ita quod Ieſus priùs dixit Petro,antequã gall⁹ cantet bis,negabis me ter. deinde Petro nimis ſibi arrogante conſtantiam,Ieſus peiora prænunciauit dicens,antequam gallus cantet negabis me ter.quod tres alii euangeliſtæ retulerunt tanquam vltimam concluſionem præ dicta [At ille amplius loquebatur·]pro,ex abundanti dicebat. [& ſi]pro,immo ſi,[opportuerit me ſimul.]Superfluit ſimul. [conmori tibi]hoc eſt quod ex abundanti dicebat,immò ſi opportuerit me mori tecũ.[Nõ te negabo.Similiter aũt & oẽs dicebãt.Et venĩũt in prædium cui nomẽ Gethſemani,& ait diſcipulis ſuis.ſedete hic donec orem Et aſſumit Petrum & Iacobum.& Ioannem ſecũ,& cœpit pauere & tædere,]pro, cœpit expaueſcere & grauiter angi.Cruciatus propaſsionis hic incipit à duabus paſsionibus, timoris ſcilicet & triſtitiæ tã vehementis,vt animus angeretur.Colligit ſiquidẽ Ieſus coram interno ſuo aſpectu(tum intellectus vt rationis inferioris officium exercet,hoc eſt,vt conſiderantis res has inferiores,tum cogitatiuæ & phantaſiæ)pœnas quas paſſurus erat.Et propterea cauſabatur expaueſcentia quædam talium tantorũmque imminentium malorum, & triſtitia anguſtans animum

tanquã

tanquam impotentem euadere. nulla enim (vt dictū est apud Matthæum) redundabat consolatio ex ratione superiori. Et similiter nulla istarum passionum perturbabat rationem. non reddebatur siquidem Iesus attonitus ex his: quoniā vnicuique viriū eius permittebatur exequi suum officiū. [Et ait illis, Tristis est anima mea vsque ad mortem: sustinete.] pro, manete, [hic & vigilate. Et quū processisset paululū, procidit super terram: & orabat, vt si fieri posset trāsiret ab eo hora.] Passionē & mortem à tempore significauit trāsitu enim horæ vitatio passionis significatur. [Et dixit. Abba pater.] Abba Syra dictio dicitur & idem significat quôd pater. Duplicatio enim magnitudinem affectus & fiduciæ filialis significat in Iesu orante. [Omnia tibi possibilia sunt: transfer calicem hunc à me: sed nō quod ego volo, sed quod tu. Et venit, & inuenit eos dormientes. Et ait Petro Simon dormis? nō potuistis vna hora vigilare? vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem prōptus est, caro autem infirma. Et iterū abiens, orauit, eundem sermonē dicens. Et reuersus denuo inuenit eos dormientes.] Denuo, in textu Græco refertur ad inuenit, & nō ad reuersus. Significat enim ꝙ iterū inuenit eos dormientes. [Erant enim oculi eorum grauati: & ignorabāt quid respōderēt ei. Et venit tertio: & ait illis, dormite iā & requiescite. Sufficit.] Apparet hinc paululū indulsisse somni postquām tertiò venit: & post indultū somnū excitasse eos dicendo, sufficit quia hora est traditionis meę. Circa orationē Christi vide expositā Matthæi. 26. [Venit hora ecce filius hominis tradetur.] pro, traditur. [in manus peccatorū: Surgite eamus, ecce qui me tradet prope est. Et adhuc.] Deest continuo post copulā. Ita ꝙ legendū est. [Et cōtinuo adhuc eo loquente venit Iudas Scariot.] Superfluit Scariot. [Vnus de duodecim, & cū eo turba multa cū gladijs & lignis missi.] Superfluit missi. [A sūmis sacerdotibus & Scribis & senioribus. Dederat autem traditor eis signū, dicens, Quencūque osculatus fuero, ipse est: tenete eū & ducite caute.] ꝙ, abducite tutō. [Et quū venisset, statim accedēs ad eū, ait.] Deest illi. [aue Rabbi Rabbi.] Duplicat Rabbi Rabbi, in signū maioris reuerentiæ & affectus: vt perfecta esset simulatio. [Et osculatus est eum. At illi manus iniecerunt in Iesum: & tenuerūt eū. vnus autem quidā de circunstantibus.] pro, astantib⁹, [educens gladium, percussit seruū summi sacerdotis: & amputauit illi auriculā. Et respondens Iesus, ait illis.] Responsio refertur ad taceitas à Marco voces Iudęorum, dicentiū se quærere Iesum Nazarenum: tunc enim Iesus, ait illis quæ subiunguntur. [Tanquam

ad

ad latronem exiſtis cũ gladijs & lignis cõprehẽdere me: quotidie erã apud vos in tẽplo docens, & nõ me tenuiſtis. Sed vt impleãtur ſcripturæ.] Truncata oratio eſt. ſubaudiendũ eſt, ſic fit. [Tunc diſcipuli eius.] Superfluit diſcipuli eius, & deeſt cõiunctio &. Ita q; legendũ eſt. [Tũc & relinquentes eũ, omnes fugerũt. Adoleſcẽs] pro, adoleſcentulus. Vnde apparet q; iſte non fuit Apoſtolus. nullus enim Apoſtolus erat adoleſcentulus: quũ qui creditur minoris fuiſſe ætatis inter omnes, cõuincatur ex tẽpore mortis eius collato cũ tẽpore mortis Chriſti tranſiſſe annũ ętatis propriæ trigeſimũ, vt in quodã ientaculo deduximus. Veriſimile autẽ eſt adoleſcentulum hunc fuiſſe forte filium Hortulani: qui exurgens ex lecto, linteamine ſuper nudum coopertus (ad videndum forte quidnam eſſet auditus ſtrepitus cohortis & miniſtrorum) tanquam nõ diſcipulus nihil ſibi timens, ſequebatur Ieſum. [Autem quidã ſequebatur eũ, amictus ſyndone ſuper nudũ: & tenuerunt eũ.] Deeſt. adoleſcentuli ſignificatur enim quòd adoleſcẽtuli miniſtri diaboli, adoleſcentulum tenuerunt ſequentem Ieſum. Erant enim cum cohorte illa & miniſtris etiam adoleſcentuli, vt moris eſt ad ſeruitia, ad deferendas laternas, faces &c. vt ſic etiã Ieſus à cuiuſq; ætatis hominibus pateretur. [At ille relicta ſyndone, nudus profugit ab eis Et adduxerunt Ieſum ad ſummum ſacerdotem, & cõuenerunt.] pro, conueniunt. & deeſt. ad eum. Scilicet ſummum ſacerdotẽ. [Omnes.] Deeſt. ſummi, [ſacerdotes.] Deſcribũtur enim cõ uenire ad ſummum ſacerdotem omnes ſummos ſacerdotes & Scribas & ſeniores. Vnde apparet quod licet vnus fuerit apud Iudæos, qui exerceret officium ſummi ſacerdotis anno illo, plures tamen erant ſummi ſacerdotes, ſuis annis ſucceſsiue ſummi ſacerdotis officio fungentes, qui hic appellantur ſummi ſacerdotes, quorum tamen pręcipui diuitijs & authoritate erãt Annas & Caiphas: & propterea ſpecialiter appellantur ipſi à Luca principes ſacerdotum. ¶ [Et bene aduerte quòd ad Caipham conuenerunt omnes ſummi ſacerdotes: vt intelligas & ſummos ſacerdotes fuiſſe coram Pilato contra Ieſum, & ſummos ſacerdotes alios tunc quoque fuiſſe in templo, coram quibus Iudas dixit peccaui &cæ vt in Matthæo diximus & non ex proprio commento, ſed ex authoritate huius Euangeliſtæ proficiſci tot ſummos ſacerdotes. [Et Scribæ & ſeniores Petrus autem à longe ſecutus eſt eũ vſq; intro in atriũ ſũmi ſacerdotis & ſedebat cũ miniſtris ad ignẽ.] Superfluit ad ignem, [& calefaciebat ſe.] pro, & calefiebat ad lucem. hoc eſt ad flãmam ignis lucentem, ad differentiam carbonũ ignitorum;

ignitorũ. [Summi vero ſacerdotes & omne concilium quęrebant aduerſus Ieſum teſtimoniũ, vt eum morti traderent.] Quia nõ poterãt Ieſum dãnare ad mortem cum executione, reſeruato iudicio mortis Romanis, ideo quęrebant teſtimonia, quibus poſſent apud præſidem obtinere mortem Ieſu. [Nec inueniebãt. Multi autem.] pro, enim, [falſum teſtimonium dicebant aduerſus eum: & conueuientia.] pro, æqua ſeu ęqualia. [teſtimonia nõ erant.] Significantur teſtimonia prolata nõ eſſe æqualia ad mortẽ obtinendã à præſide: hoc eſt non eſſe apud præſidem iuſta ad damnationem mortis cauſandam. offenſiones enim legis Iudæorum, de quibus ferebantur teſtimonia, non erant cauſæ apud præſidem æquales pœnæ mortis. [Et quidam ſurgentes, falſum teſtimonium ferebãt aduerſus eũ, dicentes quoniã nos audiuimus eũ dicentem, Ego diſſoluã templum hoc manufactum, & poſt.] pro, per, [triduum aliud non manufactũ ædificabo.] Multa ſunt in hoc teſtimonio reddẽtia ipſum falſum. Tum ego diſſoluam, dixerat enim Chriſtus, ſoluite tum manufactum, quod nunquam dixerat Chriſtus: tũ aliud quod ſimiliter non dixerat, tum ædificabo Chriſtus enim dixerat, illud excitabo. [Et non erat.] pro, & ne ſic quidem erat, conueniens teſtimonium illorum. [Et exurgens ſummus ſacerdos in mediũ interrogauit Ieſum, dicens, Non reſpondes quicquã ad ea quę tibi obijciũtur ab eis.] pro, quid iſti aduerſum te teſtificantur? Ita quod ſunt duæ orationes. altera, non reſpondes quicquam? altera, quid (ſeu cur) iſti aduerſum te teſtificantur? [Ille autem tacebat & nihil reſpondit. Rurſum ſummus ſacerdos interrogabat eum: & dixit ei, Tu es Chriſtꝰ filius dei benedicti? Ieſus autem dixit illi, Ego ſum.] Clare confeſſus eſt Ieſus ſe eſſe Meſiam. [Et videbitis filiũ hominis ſedentẽ à dextris virtutis dei.] Superfluit dei. Significatur enim, quòd videbũt ipſum ſedentem, hoc eſt regnãtẽ, à dextris, hoc eſt in optimis bonis, virtutis, hoc eſt poteſtatis, non huius aut illius ſed abſolutæ, vt intelligamus regnaturũ ipſum in optimis bonis cuiuſcunque poteſtatis: hoc eſt ad quæcunque poteſtas ſe extendit. Prædicit enim ſe futurum regem vniuerſi, & venturum iudicem vniuerſalem in nubibus cœli, vt non deſpiciant modo humilem: vt ſic intelligant ſcripta de Meſia, in eo verificari ſecundum diuerſos aduentus. [Et venientem cũ nubibus cœli. Sũmus autem ſacerdos ſcindens veſtimenta ſua.] In ſignum deteſtationis blaſphemiæ cõſueuerãt aperire veſtimenta ſupra pectus. hoc enim appellatur ſcindere veſtimentum, etiam ſi nulla ſciſsio proprie interueniſſet. [Ait, Quid adhuc deſideramꝰ teſtes.] ꝑ, opꝰ

habemus

habemus teſtib⁹.ecce nos omnes ſumus locupletiſsimi teſtes.[Au diſtis blaſphemiã,quid vobis videtur? Qui omnes condẽnauerũt eũ eſſe reũ mortis.Et cœperũt quidã conſpuere eũ,& velare faciẽ eius,& colaphis eũ cedere & dicere ei,prophetiza, Et miniſtri eũ, alapis cædebãt.Et quũ eſſet Petrus in atrio deorſum] Hinc appa-ret Ieſum fuiſſe non ſolũm in aula interiori, ſed etiam ſuperiori. niſi enim Ieſus fuiſſet ſuperius,non deſcripſiſſet Marcus Petrum deorſum [Venit vna ex ancillis ſummi ſacerdotis: & quum vidiſ-ſet Petrũ calefaciẽtem ſe,aſpiciens illũ ait, & tu cũ Ieſu Nazareno eras.At ille negauit,dicens,Neque ſcio neque noui.] Permutatæ ſunt particulæ.Legendum eſt,[Neque noui,]prius,[neque ſcio.] nunc,[quid dicas.Et Exijt foras ante atriũ.] pro,in veſtibulũ.[& gallus cantauit.] nõ tamen mutauit Petrũ. [Rurſus autem quũ vi diſſet illũ ancilla,cœpit dicere circũſtantibus, quia hic ex illis eſt. At ille iterũ negauit. Et poſt puſillũ rurſus qui aſtabãt,dicebãt Pe tro,vere ex illis es:nã & Galilæus es.]deeſt.& loquella tua aſsimi-latur.ſupple Galilęę locutioni.[ille aũt cœpit anatematizare.] pro deteſtari.Deteſtatio iſta execrationẽ ſeu imprecationẽ eo modo, quo ſolemus imprecationes malorũ in iuramentum aſſumere ſi-gnificat. Significatur enim, ꝙ Petrus non ſimplici iuramento iu-rauit, ſed appoſitis huiuſmodi imprecationibus. [Et iurare quia neſcio.]pro,non noui,[hominem iſtum quẽ dicitis.Et ſtatim gal lus iterũ cantauit Et recordatus eſt Petrus verbi, quod dixerat ei Ieſus:prius quã gallus cantet bis, ter me negabis. & cœpit flere.] pro,& prorupit in fletũ.Cerne diuinę gratiæ repentinum impetũ prorumpentem in fletum!. De his Petri negationibus dicetur tã-dem ſuper Ioannem,qui vltimò ſcripſit. Circa reliqua verò ſupra dicta vide expoſita Matthæi vigeſimoſexto.

CAPVT XV.

T cõfeſtim mane conſiliũ faciẽtes ſummi ſacerdo-tes cũ ſeniorib⁹ & Scribis & vniuerſo cõcilio.] De-
E ſcripſerat Marcus Ieſum damnatum à ſacerdotibus & ſenioribus(reus eſt mortis) ſubiectum fuiſſe no-cte illa ſputis, colaphis & illuſionibus, & tacito re-greſſu Scribarum & ſeniorũ ad propria,deſcribit modò alterũ cõ ſiliũ celebratũ mane confeſtim:vt excluſa omni negligentia & pi gritia feſtinos intelligamus concurriſſe ad conſiliũ prima diei ho ra.Neceſsitas aũt huius conſilij declarata eſt Matth.27.[Vincien tes Ieſum.]Prius ligatus fuerat à miniſtris, quum comprehenſus fuit in horto: ſed hinc habetur, quòd in domo ſummi ſacerdotis

ſolut⁹ fuerat.& propterea nũc iterũ ligauerũt eũ.vt publice duceretur vinctus ad prę ſidẽ,in ſignũ ꝙ erat dãnatus ad mortẽ. [Duxerunt.] non miſerunt: quia ſacerdotes,Scribæ & ſeniores ibãt ſimul,tanquàm authorizãtes factũ, ne plebęi auderent attentare aliquid pro libertate Ieſu.Et adhoc etiã elegerũt primã diei horã: in qua populus adhuc non eſt congregatus. [Et tradiderunt Pilato.]habenti poteſtatẽ inferendi mortẽ.[Et interrogauit eũ Pilat⁹, Tu es rex Iudęorũ?] Hinc apparet quòd ſacerdotes & reliqui tradiderunt Pilato Ieſum tanquàm reum læſæ maieſtatis, vſurpando ſibi titulũ regiũ.[At ille reſpondens,ait illi, Tu dicis. Et accuſabant eũ ſummi ſacerdotes in multis] Tacet Marcus multa geſta,quæ alij explicant euangeliſtæ. [Pilatus aũt rurſus interrogauit eũ,dicens,Non reſpondes quicquam?vide in quantis te accuſant.]pro,quãta aduerſum te teſtificãtur.[Ieſus aũt amplius nihil reſpõdit. ita vt miraretur Pilatus.Per diem autẽ feſtũ ſolebat dimittere illis vnũ ex vinctis quemcũque petiſſent. Erat autẽ qui dicebatur Barrabas, qui cũ ſeditioſis erat vinctus, qui in ſeditione fecerat]pro,fecerãt,[homicidiũ.]Significatur enim quòd ſeditioſi fecerãt homicidiũ.[Et quũ aſcẽdiſſet.]pro,acclamaſſet,[turba, cœpit rogare.] pro,petere. Et eſt locutio incõpleta.ſubaudiendũ eſt, enim,vt faceret.& tũc ſubiũgẽdũ,[Sicut ſemper faciebat illis.]Eſt enim ſenſus, ꝙ turba incœpit petere à Pilato vt ſeruaret cõſuetudinẽ donandi ſibi vnũ vinctũ quem maluiſſent. [Pilatus autẽ reſpondit eis,& dixit, vultis dimittã vobis regem Iudæorũ? Sciebat enim quod per inuidiã tradidiſſent eũ ſummi ſacerdotes. Pontifices aũt cõcitauerũt turbã vt magis.]pro,potius,[Barrabã dimitteret eis.Pilatus autem iterũ reſpondens,ait illis, Quid ergo vultis faciã regi Iudæorum.] pro, quem dicitis regem Iudæorũ?Et ſubaudiendum eſt pronomen,ei,vt cõgrua ſit cõſtructio. [At illi iterũ clamauerũt,Crucifige eũ.Pilatus vero dicebat illis,Quid enim mali fecit?]Pilat⁹ Ethnicus horrens crucifigere hominẽ ſine culpa,quærit maleficium, ſciens nullũ eſſe: vt vel ſic retrahat Iudæos à tãto ſcelere.[At illi magis clamabãt, crucifige eũ.Pilatus aũt volens populo ſatiſfacere,dimiſit illis Barrabã:& tradidit Ieſum flagellis cęſum,vt crucifigeretur. Milites autẽ duxerunt eum in atrium prętorij.]pro,quod eſt prætorium.Ipſum enim atrium ſignificatur eſſe prætorium:hoc eſt locum vbi cognoſcebantur cauſæ,& ferebantur ſententiæ in domo Pilati. [Et cõuocant totam cohortem & induunt eum purpura,& imponũt.]pro, circũponunt, [ei plectentes ſpineam coronam: & cœperunt ſalutare eũ,aue rex Iudæorum.

dæorum: Et percutiebant caput eius arundine, & cõſpuebãt eum: & ponentes genua adorabant eum. Et poſtquã illuſerunt ei, exuerũt illũ purpura, & induerũt eũ veſtimentis ſuis, & educunt illum vt crucifigerent eum. Et angariauerunt prætereuntem quendam Simonem Cyreneum de villa, patrem Alexandri &.] Superfluit &. [Rufi, vt tolleret crucẽ eius.] Ratio coactionis huius Simonis & illuſionis Ieſu, dicta eſt Matthæi vigeſimoſeptimo. [Et perducũt illũ in Golgotha loeũ: quod eſt interpretatum ealuarię locus. Et dabant ei bibere myrrhatum vinum.] Clarè Marcus explicat fuiſſe vinum: quod apud Matthæum dubium eſt. Et ibi mixtum felle, à Marco autem myrrhatum dicitur: vt vel vtrãque mixtionem fuiſſe, vel tantummodò myrrhatum: ſed ratione amaritudinis à Matthæo appellatum mixtum cum felle intelligamus: vt omnis crudelitas in Ieſum exerceretur. [Et non acceepit.] Vt etiam ſic impleretur quod dixerat, ſe non bibiturum vinum donec reſurgeret à mortuis. [Et crucifigentes eum.] pro, & quum crucifixiſſent eum, [diuiſerunt.] pro, diuidunt, [veſtimenta eius: mittentes ſortem ſuper eis, quis quid tolleret. Erat autem hora tertia & crucifixerunt eum.] Credimus errore ſcriptorũ mutatum ſextam in tertiam propter characterum ſimilitudinem deſignantium trinarium & ſenarium. Conſtat enim ex euangelio Ioannis Ieſum crucifixum hora ſexta. [Et erat titulus cauſæ eius inſcriptus.] Non fuit hoc ſpeciale in Chriſto: ſed laudabilis mos erat. vt cauſa cuiuſque crucifixi apponeretur ſuper crucem eius. [Rex Iudæorum.] Hinc clarè apparet mundo Pilatum damnaſſe Ieſum tanquàm reum læſæ maieſtatis, quia regem ſe Iudæorum (hoc eſt Meſiam) profeſſus eſt. [Et cum eo crucifigunt duos latrones: vnum à dextris, & aliũ à ſiniſtris eius. Et impleta eſt ſcriptura, quę dicit.] Eſaiæ quinquageſimotertio. [& cum iniquis reputatus eſt. Et prætereuntes blaſphemabant eum, mouentes capita ſua, & dicentes, vah qui deſtruis templum dei, & in tribus diebus reædificas ſaluum fac teipſum, deſcendens de cruce. Similiter & ſummi ſacerdotes illudentes, ad alterutrum cum Scribis dicebant, Alios ſaluos fecit, ſeipſum nõ poteſt ſaluum facere. Chriſtus rex Iſrael deſcendat nunc de cruce, vt videamus & credamus. Et qui cum eo crucifixi erant, conuitiabantur ei. Et facta hora ſexta, tenebræ factæ ſunt.] Quando crucifixerunt eũ, incipiebat hora ſexta: cõpleta autem ſexta hora factæ ſunt tenebrę [Per.] pro, ſuper, [totã terram vſque in horã nonã. Et hora nona exclamauit Ieſus voce magna, dicens, Elohi elohi.] Si textus tam apud Græcos quàm Lati-

nos non eſt corruptus, Marcus vſus dicitur dictione Chaldea, eloh: hoc eſt, deus meus, ab eloha, quod eſt deus. Matthęus aũt dictione Hebræa eli: ab el, quod eſt deus. [Lamah hazabthani quod eſt interpretatũ Deus meus, de⁹ meus, vt quid.] pro, ad quid, [me dereliquiſti?] Vox iſta querula, vox eſt Ieſu veri hominis ſecundũ partem inferiorem (hoc eſt corpus, & animũ prout ad creatas res refertur) valde patientis, vſqueadeò quò nihil conſolationis inferius recipiebat ex parte ſuperiori. ita quòd derelictus erat non ſolùm exterius, in vituperijs, in ignominijs, in afflictionibus clauorum & reliquis, ſed etiam intus. Et adhoc declarandum vocem hanc querulam magno clamore expreſsit: ne putaremus animum eius tanquàm ſtoicũ quodammodò non ſentire aut non ponderare ea, que patiebatur, vel interna conſolatione refici ſecundum gratiam, quæ poſtea apparuit in Apoſtolis & martyribus Et dicit ad quid, nõ quòd Ieſus ignoraret ad quid: ſed quia nec ſenſus, nec rationis inferioris erat noſſe ad quid ſecũdũ diuinæ ſapientię ordinẽ derelictio hęc ordinabatur. [Et quidã de circũſtãtib⁹] pro, aſtantibus, audientes dicebãt, Ecce Heliã vocat,] Et ſignificantur Gentiles linguę Hebrææ ignari, putantes vocari Heliã. [Currens autem vnus & implens ſpongiã aceto, circumponenſque calamo, potũ dabat ei: dicẽs, Sinite videamus ſi veniat Helias ad deponẽdũ eũ. Ieſus autem emiſſa voce magna expirauit. Et velum templi ſciſſum ẽſt in duo, à ſummo vſque deorſum. Videns autem Centurio, qui ex aduerſo ſtabat, quia ſic clamãs.] pro, quũ ſic clamaſſet, [expiraſſet.] Intellexit Cẽturio miraculoſam expirationem, ex eo quòd iũcta fuit clamoſę voci ipſius Ieſu. [Ait, Vere hic homo filius dei erat,] Hinc apparet non ignoraſſe Gentiles milites Pilati, quę dicebãtur de Ieſu 1. q̃ erat Meſias, qui cognominabatur à Iudęis filiꝰ dei. Vnde & Caiphas etiã adiurauit Ieſum, ſi eſſet Chriſtꝰ filius dei benedicti. Et Nathanael primò veniens ad Ieſũ, dixerat, tu es filius dei. Singularem enim quãdam excellentiam Meſiæ per hoc intelligebant, non penetrantes adhuc ſcripturam, q̃ Meſias erat naturalis filius dei. [Erant autẽ & mulieres de longe aſpicientes: inter quas erat Maria Magdalene & Maria Iacobi minoris.] q̃, parui. Forte cognomen erat Iacobi: ita quòd vocabatur Iacobus paruus, & dicitur ad differentiã Iacobi filij Zebedæi. [Et Ioſeph.] pro, Ioſe, [mater, & Salome.] nomen eſt mulieris vxoris Zebedęi. [Et quum eſſet.] deeſt relatiuum, quæ, pluralis numeri. Ita quòd legendũ eſt [Quæ & quũ eſſet in Galilęa ſequebãtur eũ, & miniſtrabãt ei. & alię multæ, quæ ſimul cum eo aſcenderãt Hieroſolymam.]

mam.]Ita quòd deſcribuntur mulieres iſtæ ab officio ſequelæ, etiam quum Ieſus diſcurreret prædicando per Galilæam. [Et quum iam ſero eſſet factum.]pro.& quũ iam ſerum fieret,[quia erat paraſceue, quæ eſt ante ſabbatum,venit Ioſeph ab Arimathia nobilis decurio[ꝑ, honeſtꝰ Cõſul,ſeu ſenator.Deſcribitur tum à moribus,honeſtus tum à gradu ſeu officio,Conſul,ſeu Senator.Qualis eſſet magiſtratus Conſulis aut Senatoris tũc tẽporis ibidem,nõ eſt perſpicuum:nomen ſiquidem ipſum ſonat magiſtratum [Qui & ipſe erat expectans regnum dei.Et audacter.]pro,& ſumpta audacia.Timuerat enim quandiu Ieſus captus, & ſub Pilati iudicio ac in cruce viuus fuit,loqui pro Ieſu.ſed cognita morte eius,ſumpſit audaciam ad officium ſepulturę:putans hoc pietatis officium erga mortuum non ſibi imputandum à pontificibus, ſacerdotibus,&c [Introiuit ad Pilatum,& petijt corpus Ieſu. Pilatus autem mirabatur ſi iam obijſſet.] Ad certificandum Ieſu mortem vtilis fuit admiratio Pilati.[Et accerſito Centuriõe interrogauit eum ſi iam.]pro,dudum,[mortuus eſſet.Et quũ cognouiſſet à centurione,donauit corpus Ioſeph.]Et per hoc occaſiones abſtulit perſecutoribus Ieſu.ignominioſe tractandi corpus eius mortuum.[Ioſeph autem mercatus ſyndonem.]vt nouis linteaminibꝰ ac ſudarijs inuolueret corpus Ieſu.Vide Matthæi vigeſimoſeptimo reliqua expoſita.[Et deponens eum,inuoluit ſyndone:& poſuit eũ in monumento,quod erat exciſum de petra:& aduoluit lapidẽ ad oſtiũ,monumẽti.Maria autem Magdalene,& Maria Ioſeph,]pro. Ioſe,aſpiciebant vbi poneretur.

CAPVT. XVI.

E T quum tranſiſſet ſabbatum.]hoc eſt,poſt occaſum ſolis ſabbati.[Maria Magdalene & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata.] Tres iſtæ mulieres poſt ſolis occaſum ſabbati emerunt aromata,quia durante ſabbato illicitum erat emere.Et hinc apparet:quòd mulieres iſtæ quanuis viderint locum monumenti,in quo Ioſeph & Nicodemus cum ſuis miniſtris ponebant corpus Ieſu, non tamen viderũt,quòd vnxerint corpus Ieſu aromatibus: quia ſi vidiſſent hoc, non poſtea ſolicitæ fuiſſent,vt emerent aromata ad vngendum corpus Ieſu.verecundia ſiquidem muliebri & optimo more aſſuetæ,procul eſſe a conſortio virorum non auſæ ſunt appropinquare ad videndum quid facerent circa corpꝰ Ieſu,Ioſeph & Nicodemus cum ſuis miniſtris.& tanto minus potuerunt hoc videre,quanto vnctio facta forte fuit intus in monumento, quod erat velut quædam domuncula, intra quam erat ſepulchrum.

[Vt venientes.] non tunc, ſed ſequenti mane. [Vngerent Ieſum. Et valde mane vna ſabbatorũ.] hoc eſt die illa, quæ relata ad dies qui ſemper ſunt ſabbata, appellatur vna. vt enim diffuſius declarauimus Matthæi vltimo, deſcribitur certus dies qui nunc vocatur dies dominicus. [Veniunt ad monumentum orto iam ſole.] Auroræ hora deſcribitur ab orto ſole: quia reuera incipit oriri nobis ſol per ſplendorem auroræ. [Et dicebant adinuicem, Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti?] Hinc habetur latuiſſe mulieres iſtas quòd monumentum ſigillatum fuiſſet, & quòd cuſtodes fuiſſent appoſiti. Si enĩ hæc ſciuiſſẽt, non dixiſſent adinuicem. Quis reuoluet nobis lapidem, ſolius fœmineæ imbecillitatis rationem habentes: immo nec cogitaſſẽt venire ad monumentum: [Hinc quoque haberetur quòd ante illam horam auroræ, nulla earum venerat ad monumentum. Si enim veſpere præcedenti aut nocte ad monumentum prius veniſſent, ſciuiſſent mane quòd erant ibi cuſtodes, quòd ſepulchrum erat ſigillatum: & non rediſſent. [Et reſpicientes viderũt.] pro, vident, [reuolutum lapidem.] procul dubio ab angelo. [Erat enim magnus valde. Et introeuntes.] ad mandatum angeli, quem Marcus tacet. [In monumentum, viderunt iuuenem.] pro, adoleſcentulum, [ſedentem in dextris,] Iſte angelus aut non eſt ille, qui apud Matthæum ſedebat ſuper reuolutum lapidem: aut ſi eſt illemet, poſtquàm euanuit ab oculis mulierum (cedens eis vt introirent libere in monumentum) iterum apparuit eis intus in monumento ſedens à dextris ſepulchri: hoc eſt in illa parte verſus quam dextra pars corporis Ieſu iacuerat, vel in dextris ipſarum mulierum. [Coopertum.] pro, amictum. Deſcribitur enim indutus. [Stolla candida.] veſte lõga vſque ad pedes. [Et obſtupuerunt.] Tum ob angeli præſentiam. tum ob abſentiam corporis Ieſu. tum ex perſeuerante timore qui priùs eas inuaſerat. [Qui dixit illis, Nolite expaueſcere. Ieſum quæritis Nazarenum crucifixum? ſurrexit non eſt hic: ecce locus vbi poſuerunt eum.] Eadem dicit quæ dixerat angelus ſedens ſuper reuolutum lapidem: vt duplicato teſtimonio & reſipiſcant à timore, & credant Ieſum ſurrexiſſe. [Sedite, dicite diſcipulis eius & Petro.] Negauerat Petrus Ieſum. & propterea angelus neminẽ nominat niſi Petrum: tum vt magnam dei erga peccatores gratiam commendet. tum vt Petrus audita ex ore mulierum angelica voce animæquior fiat. [Quia præcedet vos in Galilæam ibi eum videbitis ſicut dixit vobis. At illę exeuntes fugerunt de monumento. Inuaſerat.] pro, habebat, [enim.] Significatur perſeuerantia tremo-

ris.

ris & ſtuporis. [Eas tremor & pauor.]pro,ſtupor. [Et nemini quicquam dixerunt.timebant enim.] Silentes deſcribuntur rediſſe domum, nulli in via audentes dicere quòd viderant aut audierant. [Surgens autem Ieſus.] Aduerte hîc prudens lector Hieronymum habere dubium hoc capitulum. In epiſtola ſiquidem ad Hedibiam ſuper duodecim quæſtionibus, ſoluendo quæſtionem tertiam recitatis his verbis (ſurgens autem Ieſus prima ſabbati, appparuit Mariæ Magdalenæ,& cætera)ſubiungit hęc verba. Aut enim non recipimus Marci teſtimonium,quod in raris fertur euangelijs: omnibus Græcis libris pene hoc capitulum in fine non habentibus. præſertim cùm diuerſa atque contraria euangeliſtis cæteris narrare videatur. Hæc ille. ¶Rurſus in ſecundo dialogo contra Pelagianos ait idem Hieronymus: In quibuſdam exemplaribus,& maxime in Græcis codicibus iuxta Marcum in fine eius euangelij ſcribitur, Poſteà quum accubuiſſent vndecim,apparuit eis Ieſus & exprobrauit incredulitatem & duritiam cordis eorum, quia ijs qui viderant ipſum reſurgentem nõ crediderunt. Et illi ſatisfaciebant, dicentes,Seculum iſtud iniquitatis & incredulitatis ſubſtantia eſt: quæ non ſinit per immundos ſpiritus veram dei apprehendi virtutem: idcirco iam nunc reuela iuſtitiam tuam.Hæc ibi. ¶Quæ ideò attulerim, vt intelligamus quàm varie habeatur capitulum hoc.Et reuera nonnulla ſunt in hoc capitulo,quę in nullo alio euangeliſta habentur: nihil tamen ego video contrarium manifeſtè alijs euangeliſtis. Nec quiſquam mentis compos aſſerere, aut credere poteſt, hoc vltimum quod habetur apud Marcum capitulum totum adiectitium eſſe, niſi aliud quo caremus perditum fuerit: quia ſequeretur euangelium Marci terminari in ſepultura Chriſti, ita quòd nihil penitus de reſurrectione Ieſu Marcus ſcripſerit.Quod non ſolùm ſtultum,ſed perfidum eſt cogitare. nam tota fides euangelij ex reſurrectione Chriſti pendet: dicente Paulo, Si Chriſtus non reſurrexit,inanis eſt fides noſtra,inanis eſt prædicatio noſtra. Crediderim ego ſuſpectum apud multos Græcos habitum hoc capitulum propter admixtionem à neſcio quibus illorum verborum, quæ Hieronymus retulit in dialogo: & etiam propter promiſſionem ſubiunctã.Signa autem eos qui crediderint hæc ſequentur] in nomine meo dæmonia eijcient,&c. Quicquid autem ſit de veritate, ſuſpicionũ,tamen iſtarum effectus eſt,quòd hęc ſcripta non ſunt ſolidæ authoritatis ad firmandam fidem ſicut ſunt reliqua Marci indubitata.[Mane.] A putantibus Ieſum ſurrexiſſe media nocte,

refertur mane non ad participium ſurgens, ſed ad verbum apparuit. Sed præterhoc quòd cóſtructio hæc duriuſcula eſt, tollit certitudinem primæ apparitionis. nam ſecundum hãc conſtructionem ſenſus eſt, quòd mane prima ſabbati apparuit primo Magdalenæ: per quòd non excluditur quin priùs antequã eſſet mane apparuerit alteri. & ſic tollitur certitudo primę apparitionis Amplectenda eſt igitur ſuauis conſtructio literę referendo mane ad participium ſurgens. ita quòd hinc habeamus horam reſurrectionis Chriſti fuiſſe in aurora Et valdę congrue dies æternitatis glorioſorum corporum incipit cum aurora. reſurrectio enim Chriſti eſt initium vniuerſalis reſurrectionis omnium corporũ, ſicut aurora eſt initiũ diei. [Prima ſabbati.] Quam ſuperius appellauit vnã ſabbatorum, modo appellat primã ſabbati. eo quòd dies dominicus, dies prima eſt relata ad ſabbatum, quę ſeptima dies eſt. in ordine ſiquidẽ ad ſeptimam lex Moyſi numerabat dies. [Apparuit primo Mariæ Magdalenæ.] Hęc apparitio eſt quæ ſcribitur à Ioanne, quum in ſpecie hortulani apparuit. [De qua eiecerat ſeptem dæmonia.] Magna dei gratia erga peccatores ſignificatur: quòd primo voluit peccatrici, & tali peccatrici (ſcilicet quæ fuerat ſubiecta omnibus peccatis, ſignificatis per ſeptem dæmonia) apparere. [Illa vadens nunciauit ijs, qui cum eo fuerant lugentibus & flentibus.] Iſta annunciatio ſcripta quoque eſt à Ioanne. [Et illi audientes, quia viueret & viſus eſſet ab ea, nõ crediderunt.] Hoc ſcriptũ eſt à Luca, dicente: adhuc autem illis non credentibus. [Poſt hæc autẽ duobus ex eis ambulantibus oſtenſus eſt alia effigie,] pro, forma, [eũtibus in villam.] Hæc apparitio ſcripta eſt à Luca, narrante diſcipulos euntes in caſtellum nomine Emaus [Et illi eũtes nunciauerunt cæteris: nec illis crediderunt.] Hoc quoque ex dictis verbis apud Lucam apparet [Nouiſſime autem.] pro, poſtea. Non ſignificatur vltima apparitio in vero textu, ſed poſterior. [Recũbentibus illis vndecim apparuit & exprobrauit incredulitatem illorũ & duritiam cordis: quia ijs qui viderant eum reſurrexiſſe.] pro, reſuſcitatũ. [nõ crediderũt.] Collatis ſimul ijs quę referũtur í hac apparitione, apparet ꝙ iſta apparitio eſt quæ fuit die octauo quãdo erat Thomas cum eis. nam expreſſe hîc dicitur, quod erãt vndecim: & quòd vndecim incredulitas & duritia cordis ad credendũ ijs qui viderant ipſum reſuſcitatũ increpata eſt: tunc enim increpat⁹ fuit Thomas, ne ſis incredulus: & rurſus, quia vidiſti me credidiſti. Et vel ipſa increpatio Thomæ, quia tacita fuit increpatio aliorum, appellatur à Marco increpatio eorũ. vel occaſione ſumpta ex increpatione

[patione

patione Thomæ,explicite increpauit alios reuocando ad memoriam incredulitatem & duritiam cordis ad credendum tum mulieribus,quæ eum viderant,tum discipulis redeuntibus ab Emaus, tum Petro qui etiam viderat Iesum, vt clare Lucas explicat. nam post hæc omnia Lucas dicit,adhuc illis non credentibus.Et intellige increpatos eos cõmuniter.Ioannes enim exemptus videtur ab huiusmodi incredulitate,quia quum vidit linteamina posita, credidit.Petrus quoque non fuit incredulus discipulis,sed forte mulieribus Actus autem recumbendi,à solo Marco describitur. nec hoc est mirum,quum pluries quod vnus euangelista tacet, alius suppleat.[Et dixit eis.]Verba illa,quæ refert Hieronymus in dialogo,tanquam manifeste adiecta ab aliis,habentur.[Euntes.]Describitur mandatum ad prædicandum in vniuerso mundo,quod ab alijs quoque euangelistis describitur.[In mundumvniuersum] Finitũ per hoc ostendit tẽpus prioris mandati,in viã gentium ne abieritis,& in ciuitates Samaritanorũ,&c.Sed aduerte quod illis dicit,eũtes in mundũ vniuersum,quibus apud Matthæũ dixit,Ecce ego vobiscum sum vsque ad cõsummationẽ seculi.nõ enim Apostolis & illis discipulis ibi præsentibus præcepit vniuersum peragrare mundum per seipsos,sed præceptũ factum ad illos,intelligitur factum ipsis & successoribus eorum,ita quòd ipsi inchoarent,& successores perficerent [Prædicate euangelium omni creaturæ.]omni nationi,omni hominum cõditioni,statui nullam exceptionem faciendo.Et omnem hominum nationem,conditionẽ, statum sexum,&c appellat creaturam, ad explicandum quare est illis prædicandum ratione scilicet illius,quòd habent à creatore, & non ratione peccatorũ quæ apposuerunt ipsi,Ac si apertius dixisset,prædicate euangelium omnis conditionis,sexus,status,nationis,&c hominibus non spectantes ad eorum peccata & merita, sed ad conditiones creatas in illis, sed ad opus dei in illis. [Qui crediderit.]Ecce fides necessaria [Et baptizatus fuerit]Ecce sacramentum fidei necessarium [saluus erit.]Ecce præmium æternæ salutis.[Qui vero non crediderit condemnabitur.]Ne putares consiliũ nõ præceptũ,& premiũ acquiescẽtib⁹ nõ pœnã renuentibus. adiungit,quòd qui non crediderit condemnabitur.Nõ dicit iudicabitur(quia qui nõ credit,iã iudicatus est)sed dãnabitur, in æternã ibit dãnationẽ.[Signa autẽ eos qui crediderint hæc sequẽtur.In nomine meo dæmonia eicient,linguis loquẽtur nouis serpẽtes tollẽt: & si mortiferũ quid biberint,nõ eis nocebit,super ægros man⁹ iponẽt,& bene habebũt.]Suspecta apparet hęc clausula

sula

ſula ſignorum: eo quòd ſecundum euangelicam doctrinam ſigna hęc non ſunt fidei, ſed magnitudinis fidei, ſed donorũ fidei vt patet in pluribus locis euangelij: textus autem iſte ſignificat ſigna hæc conſequi fidem ſufficientem ad ſalutem. nam eiſdem pręciſè vtitur verbis dicendo, qui crediderit & baptizatus fuerit & dicendo, ſigna autem eos qui crediderint hæc ſequentur. Hęc tamen apparentia non ſolidum habet fundamentum. quoniã Ioan. 14. ſimilis ſententia habetur, Qui credit in me, opera quæ ego facio ipſe faciet: & maiora horum faciet, quia ego ad patrẽ vado. Intelliguntur igitur promiſſa ſigna conſequentia fidem, quantũ eſt ex parte virtutis fidei ſequentia quando & vbi opus fuerit. Cum cuius veritate promiſſionis ſtat, quòd ex parte habentis fidem defectus accidat, ſeu impedimentum præſtetur: ita quòd fides ipſa non deeſt ſignis, ſed homo deeſt fidei ad efficaciam ſignorum. [Et dominus quidẽ Ieſus.] Superfluit Ieſus. [Poſtquam loeutus eſt eis.] Nõ dicit ſtatim (non enim ſignificatur quòd ſtatim poſt hæc verba aſcendit in cœlum) ſed tantummodò quòd poſt hæc verba aſcendit in cœlum, non explicando quanto tempore poſt. [Aſſumptus eſt] non alieno adminiculo, ſed propria virtute. [In cœlum: & ſedet.] pro, ſedit, [à dextris dei.] Non ſignificatur poſitio corporis quoniam Ieſus in cœlo ſtat, non ſedet. ſtare enim eſt naturalis ſitus hominis perfectus. ſedere autem imbecillitatis eſt. Et propterea ſicut per dexteram dei metaphorice ſignificantur optima quæque bona, ita per ſeſſionem ſignificatur quiete poſſidere, quiete regnare: & perinde dictũ eſt, ſedit à dextris, aſi dictum fuiſſet, & quiete poſſedit optima quęque bona dei: poſſeſſurus in ſecundo aduẽtu etiã reliqua minus bona tunc enim accipiet poſſeſſionem iſtorũ inferiorũ. [Illi aũt profecti prædicauerũt vbique.] nõ affirmatiõe omniũ locorũ, ſed negatiõe certorũ locorũ. Nõ enim tẽpore, quo ſcripſit Marcus prædicatum fuit euãgeliũ in ſingulis locis mũdi: quũ poſtea multę gentes quibus prædicatũ nõ fuerat inuẽtę ſint: ita q̃ noſtra etiã ętate inueniũtur. Sed diſcipuli Ieſu nõ arctauerũt prædicatiões ſuas ad hęc vel illa loca: ſed prout facultas affuit, extẽderunt prędicatiões ſuas ad omnes mũdi partes. [Domino cooperãte.] internis inſpirationibus trahẽdo auditores. [Et ſermone cõfirmãte ſequẽtib⁹ ſignis.] p̃, per ſubſequẽtia ſigna. Hęc em̃ tria (ſ. prędicatio apoſtolica, & interna inſpiratio diuina, & miracula ad cõfirmationẽ euãgelii) cõuerterũt mũdũ ad fidẽ Ieſu Chriſti. Cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen. Caietæ die 2. Decembris. 1527. Commentariorum in euangelium Marci, finis.

VITA

VITA SANCTI LVCAE, PER DIVVM Hieronymum in libro de ſcriptoribus illuſtribus.



VCas medicus Antiochenſis (vt ei⁹ ſcripta indicãt) Græci ſermonis nõ ignarus, ſectator Apoſtoli Pauli, & omnis peregrinationis eius comes, ſcripſit euangelium. De quo idem Paul⁹: Miſimus (inquit) cum illo fratrem, cuius laus eſt in euãgelio per omnes eccleſias. Et ad Colo. Salutat vos Lucas medicus chariſſimus Et ad Timo. Lucas eſt mecum ſolus. ¶ Aliud quoque edidit volumen egregium, quod titulo praxis apoſtolon præ notatur cuius hiſtoria vſque ad biennium Romę cõmorantis Pauli præuenit: id eſt vſque ad quartum Neronis annum. Ex quo intelligimus in eadem vrbe librum eſſe compoſitum. ¶ Igitur Periodos Pauli & Theclæ, & totam baptizati Leonis fabulam, inter apocryphas ſcripturas cõputamus. Quale enim eſt, vt individuus comes Apoſtoli, inter eęteras eius res hoc ſolum ignorauerit? ſed & Tertulianus vicinus eorum temporum, refert preſbyterum quendam in Aſia ſphondaſin Apoſtoli Pauli, conuictum apud Ioannem, quòd author eſſet libri, & confeſſum ſe hoc Pauli amore feciſſe: & ob id excidiſſe. Quidam ſuſpicantur, quotieſcũque in epiſtolis ſuis Paulus dicit, iuxta euangelium meum, de Lucę ſignificare volumine. Et Lucam non ſolum ab Apoſtolo Paulo didiciſſe euangelium (qui cum domino in carne non fuerat) ſed à cæteris Apoſtolis. Quod ipſe quoque in principio ſui voluminis declarat, dicens. Sicut tradiderũt nobis qui à principio ipſi viderunt, & miniſtri fuerunt ſermonis. Igitur euangelium ſicut audierat, ſcripſit: Acta vero Apoſtolorum, ſicut viderat compoſuit. Vixit octoginta & quatuor annos, vxorem non habens. Sepultus eſt Conſtantinopoli, ad quam vrbem vicefimo Cõſtantij anno oſſa eius cum reliquiis Andreæ Apoſtoli tranſlata ſunt de Achaia.

DIVO

DIVO HIERONYMO INSCRIPTA IN Euangelium ſecundum Lucam prefatio.

LVcas quum iam ſcripta eſſent euangelia, per Matheum quidem in Iudea, per Marcum autem in Italia, ſancto inſtigante ſpiritu in Achaiæ partibus hoc ſcripſit euangelium, ſignificans etiam ipſe in principio, ante ſuum alia eſſe deſcripta. Cui extra ea quæ ordo euãgelicæ diſpoſitionis expoſcit, ea maximè neceſſitas laboris fuit: vt primum Græcis fidelibus omni prophetatione venturi in carnem Chriſti dei manifeſtata humanitate ne Iudaicis fabulis attenti in ſolo legis deſiderio tenerentur, vel ne hæreticis fabulis & ſtultis ſolicitationibus ſeducti excidérent à veritate elaboraret. Dehinc vt in principio euangelij, Ioannis natiuitate præſumpta, cui euangeliũ ſcriberet, & in quo electus ſcriberet indicaret: conteſtans in ſe completa eſſe, quæ eſſent ab alijs inchoata. Cui ideo poſt baptiſmum filij dei, à perfectione generationis in Chriſto impletæ, repetendæ à principio natiuitatis humanę poteſtas permiſſa eſt, vt requirentibus demonſtraret, in quo apprehendens erat per Nathan filium Dauid (introitu recurrentis in deum generationis admiſſo) indiſſeparabilis dei. vt prædicans hominibus Chriſtum ſuum perfecti hominis opus redire in ſe per filium faceret, qui per Dauid patrem venientibus iter præbebat in Chriſto.

THOMÆ DE

Vio Caietani Cardinalis ſancti Xiſti commentarij, in euangelium ſecundum Lucam.

Euangelium ſecundum Lucam.

COmpleto Marco, Lucas occurrit. In cuius euangelij titulo repetenda eſſent quæ dicta ſunt in titulo Matthæi.



VONIÃ quidem.] pro, quãdoquidem. cõiunctio enim cauſalis eſt. Solus Lucas à præfatione incipit euangelium: in qua & cauſas ſcribendi & conditiones declarat. inchoans ab exemplo multorũ qui ſcripſerant euangelia: excludens per hoc temeritatem ſeu audaciã, ne primus videatur auſus ſcribere. [Multi.] In genere tangit diuerſos ſcriptores euangelij. aiunt enim multa ſcripta fuiſſe euãgelia: nomine Bartholomæi, Andreæ, Matthiæ, Nicodemi, & aliorũ. [Conati ſunt.] pro, aggreſsi ſunt, [ordinare narrationẽ.] in ordinẽ aliquẽ redigere res geſtas. [Quæ in nobis cõpletę ſunt.] pro, pleniſsimè ſcitę ſunt, [rerũ.] Hæ ſunt res geſtę quarũ narrationẽ ordinare alij aggreſsi ſunt: quæ. ſ. nobis manifeſtiſsimæ ſunt. Et hoc propentioris modeſtiæ fuit: vt non argueret ſcriptores alios manifeſte, ſed aperiendo pleniſsimam notitiam earum rerum apud ſe eſſe inſinuans per hoc non plene fuiſſe cognita ab alijs ſcriptoribus. Et in hoc tangitur vera ſcribendi cauſa. nam quôd alij ſcripſerint, occaſio potius fuit. [Sicut tradiderũt nobis.] Originem pleniſsimæ ſcientiæ declarat traditionem apoſtolicam. Vnde clare apparet Lucam ſcripſiſſe ex auditu ab Apoſtolis, & non ex

non ex diuina reuelatione sibi immediate facta: diuina tamen gratia dirigente & seruante ne in aliquo erraret. [Qui ab initio.] Vnde habetur quod non à Paulo, sed à discipulis Iesu, qui ab initio fuerunt cum Iesu, se didicisse Lucas dicit hæc quæ scripsit. Paulus enim nunquam fuit cum Iesu discurrente & prædicante. Et intellige ab initio, quo Iesus cœpit docere: iuxta verbum Petri Actu. 1. oportet ex his viris qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intrauit & exiuit inter nos dominus Iesus, incipiens à baptismate Ioannis. [Ipsi viderunt.] A testibus de visu didicit [Et ministri fuerunt sermonis.] pro, verbi non solùm viderunt, sed etiam fuerunt ministri verbi. Quod dupliciter exponitur. Vel quòd fuerunt ministri verbi incarnati, quòd verificatur quia Iesus vtebatur discipulis vt ministris ad prædicandum. Vel quòd fuerunt instituti ministri verbi, id est sermonis euãgelici: ita quòd describuntur non solùm à visu rerum, sed ab officio ministrandi euangelij. Et hoc ad commendandam authoritatem eorum, à quibus didicit. omnis enim ratio habet, vt fides adhibeatur ijs qui non solùm viderunt, sed iniunctum est officium testificandi alijs quæ viderunt. Et hic est sensus literalis. [Visum est & mihi assecuto.] p, assectato, [omnia.] Non describit Lucas se consecutum omnia, sed studiosum fuisse ad sciendũ omnia. Et hanc suam studiositatẽ describit à similitudine eius, qui sectatur aliquem velut comes indiuiduus. Acsi dixisset. mihi qui in studio post omnia. Et hoc etiã ad modestiam Lucæ pertinet, vt non se consecutum, sed assectatũ omnia scribat. Et dixit hoc, ne putares eum neglexisse aliqua. Et fac punctũ post dictionem omnia. [A principio.] pro, à summo, [diligenter.] pro exacte. Tres cõditiones scribendi euãgelij promittit. Prima est à summo, incepit enim euãgelium ab annunciatione Ioannis Baptistæ, quæ fuit velut summũ initium materiæ euangelicæ. Secunda est exactè, scribit enim ita vt exigit euangelica historia, & non pro arbitrio. Tertia est. [Ex ordine.] Ordinare enim intendit tradere euangelium. [Tibi scribere.] ad firmum & perpetuum testimonium. [Optime.] pro, præstantissime. moribus ac fide. [Theophile.] nomen proprium est. [Vt cognoscas.] pro, agnoscas, Iã enim nouerat hęc Theophilus, sed legens euangeliũ Lucę agnoscebat quæ prius nouerat: sicut videndo faciem hominis olim notum agnoscimus. [Eorũ verborum de quibus eruditus es.] pro, institutus es. vocali instructione. [Veritatem.] pro, certitudinem. Hinc apparet quod multitudo euangeliorum incertitudinem generabat rerum verarum. propterea enim Lucas causam finalem

finalem ſcribendi à ſe euangelij, aſsignat certitudinem rerũ euangelicarum.

CAPVT I.

Vit in diebus Herodis regis Iudææ.] Inter Herodes ſolus iſte fuit rex iudęę, & propterea nõ oportuit Lucã aliter ipſum deſcribere, & eſt illemet Herodes Idumæus, cuius meminit Matthęus in aduentu Magorum. [Sacerdos quidã nomine Zacharias de vice Abia.] Hinc apparet ꝙ ex ſtirpe Aaron deſcenderat Zacharias. nã. 1. Paralip. 24. Abias numeratur inter filios Aaron. Et dicitur de vice Abia, quia (vt ibidẽ patet) Dauid rex diſtinxit filios Aaron ſortib⁹ adminiſtrandũ per vices ſacerdotalia in templo dñi. & octaua ſors cõtigit Abię. [& vxor illius de filiabus Aarõ.] Iuxta legis p̃ceptũ vxorẽ habebat de pontificia ſtirpe. [Et nomen eius Eliſabet. Erãt autẽ ambo iuſti ante deũ.] vt ex iuſtis parentib⁹ velut hereditario iure Ioannes Baptiſta ſanctus naſceretur. [Incedentes in omnibus mandatis.] moralibus. [Et iuſtificationibus.] ceremonialibus. [Domini ſine querela.] pro, irreprehenſibiles. Et hoc quõ ad iudicialia: quibus ad proximos bene ordinamur. [Et nõ erat illis filius.] pro, proles. Significatur enim, ꝙ nec filius nec filia eſſet eis. [Eo qđ eſſet Eliſabet ſterilis.] Ne putares mortuos eſſe filios aut filias, reddit rationẽ ex ſterilitate vxoris: vt intelligam⁹ eos nũquã habuiſſe prolẽ. [Et ambo proceſsiſſent in diebus ſuis.] Deſperationẽ & impoſsibilitatẽ habendi amplius prolẽ ſignificat ex ſenectute vtriuſq3. [Factũ eſt autẽ quũ ſacerdotio fũgeretur Zacharias.] Quęſtio eſt, an de ſimplici ſacerdotio an de ſũmo ſacerdotio ſit ſermo. Cõtextus autẽ (vt patebit) aperit, ꝙ de ſacerdotio ſummi ſacerdotis, quo fungebatur in feſto expiationis decima die mẽſis ſeptimi, loquit̃. [In ordine vicis ſuę ante deũ.] Per hoc apparet ꝙ Zacharias nõ erat ſummus ſacerdos quantũ ad principatũ. ſi enĩ princeps ſacerdotũ fuiſſet, nõ dixiſſet Lucas, in ordine vicis ſuæ, ſed erat vnus ex. 24. paribus. Dicitur enim. 1. Parali. 24. vbi diſtinguũtur 24. ſortes filiorũ Aarõ, ꝙ erãt principes ſanctuarij & principes domus dei, tã de filijs Eleazar, quam de filijs Ithamar: qui e. rãt duo filij Aarõ. quilibet enim horũ in ordine vicis ſuę poterat fungi officio ſummi ſacerdotis. Vnde Mar. 14. cõuentus ſummorũ ſacerdotũ ad principẽ ſacerdotũ deſcribitur. Princeps ſiquidẽ ſacerdotũ conſtituebatur à regibus & mutabatur prout regi videbatur. Dauid enim cõſtituit principẽ ſacerdotũ Abiathar, qui deſcenderat ab Aaron per Ithamar vltimum filium. Salomon autem

F

amouit

amouit eũ,& instituit Sadoch:qui descenderat ab Aaron per Eleazar.Vnde apparet quòd etiam illo tempore non seruabatur statutus ordo in lege Moysi de successore in summo sacerdotio. [Secũdum consuetudinem sacerdotii.] Hinc quoque apparet consuetudine introductum fuisse,vt quilibet horum posset fungi officio summi sacerdotis in die expiationis. [Sorte exiit.]pro, sortit⁹ est, Explicatur consuetudo vt sorte diffiniretur qui summi sacerdotis officio fungeretur.An autem sortes renouarentur tunc singulis annis,an semel per aliquot annos,puta 24.(vt videmus distribui magistratus in pluribus Italiæ ciuitatibus) non explicatur. vt [incensum]Incensum pro thymiamate incendendo sumitur. Vbi prudens lector scito duplicem fuisse in veteri sacerdotio vsum thymiamatis,alterum quotidianum,immo bis singulis diebus alterum semel in anno die expiationis:Quotidianus vsus (vt patet Exod.30.)vocatur adolere thymiama super altare, quod in textu vocatur altare incensi: & filiorum Aarõn tantùm erat hoc officium. Vsus verò thymiamatis in die expiationis,vocatur in lege ponere incensum seu thymiama:vt patet Leuit.16. Et ponebatur in sanctosanctorum in thuribulo â solo summo sacerdote, ad hoc vt nebula consurgens ex tali fumo operiret propitiatoriũ, ad hoc vt summus sacerdos non moreretur.Hæc enim omnia clare habentur in illo textu,quæ idcirco retuli,vt prudens lector discernere possit,de quo vsu incensi loquitur Lucas.[Poneret.] Nõ dicit adoleret.hoc enim verbum manifestat q̃ non de adolere sed ponere thymiama,loquitur [Ingressus in templum domini.]si loc̃ tantùm incensi intenderet explicare,sat fuisset nominare templũ sed ex quo nominauit ingressũ in templum, causam explicat ponendi incensum ne scilicet sacerdos ingressus moriatur. Hæc enim causa in præallegato capitulo dicitur. Et dixit in templum non in partem vnam tantum templi,sed in templum absolute: vt insinuaret ingressum in totum templum,in quotidiano enim vsu sacerdotes adolentes thymiama,non ingrediebantur in templum absolute,sed in primam tantùm partem templi,& ideo non imminebat eis timor moriendi. Sed in festo expiationis ingrediebatur summus sacerdos in templum absolute, ad expiandum totum templum ab iniquitatibus filiorum Israel. Et propterea imminebat ei periculum mortis, vt pluries clare dicitur in eodem capitulo. Et ad euitandum periculum mortis iusserat deus fieri nebulam ex thymiamate incenso,vt dictum est. [Et omnis multitudo populi.]Hinc apparet quod solennitas erat,ad quam cõcurreba

rebat omnis multitudo populi. [Erat orans foris.] Videtur quòd ex industria euangelista explicauerit foris, ad monstrandum obseruatam legem ibidem mandatam, nullus hominum sit in tabernaculo quando pontifex sanctuarium ingreditur. nisi enim hoc intenderet significare, superflue videretur ad iunctum foris: quum constaret multitudinem populi semper extra templum orare in atrijs templi. [Hora incensi.] Tantus apparatus descriptus ab euãgelista circa hoc incensum, manifestat quòd singulare illud incensum in festo expiationis describit. tanquam enim horam raram desideratam ac promulgatam ad orandũ describit. & merito: quia communis causa expiationis omnium iniquitatum totius populi agebatur. [Apparuit] pro, visus est, [autem.] Significatur enim nó phantastica apparitio, sed corporalis visio [illi angelus domini, stans à dextris] Corporali ergo specie visum esse angelũ, situs localis testatur. non enim sedens sed stans, non à sinistris, sed a dextris. [Altaris incensi.] Altare enim hoc, erat altare aureum, in tus in medio inter candelabrum & panes propositionis. & est illud altare in quo sacerdotes quotidie manè & vesperi adolebãt thymiama [Et Zacharias turbatus est videns: & timor irruit super eum.] Naturale est nobis timere & turbari in huiusmodi tã raris visionibus. [Ait aũt ad illum angelus. Ne timeas Zacharia.] Confortat angelus Zachariam, fortè timentem mori ex visione angeli. [Quoniam exaudita est.] Hinc firmatur Zachariã officio summi sacerdotis tunc functum esse: quoniam summo sacerdoti mandatum est Exodi. 30. preces effundere corã deo super altare incensi. Clare enim altare incensi ad hæc duo describitur factũ, scilicet & ad hoc vt adoleretur quotidie thymiama super ipsum: & ad hoc, vt semel in anno summus sacerdos precaretur deũ super cornua eius. Quocirca apparitio ista fuit facta postquã Zacharias posuerat iam incensum & expiauerat sanctum sanctorum, & erat in oratione expiando altare incensi. orantem enim monstrant verba angeli, dicentis exauditam esse deprecationem eius. [Deprecatio tua.] De aduentu Messię. Quòd enim precaretur pro aduentu Messiæ, testatur concluso verborum angeli, [Et vxor tua Elizabet.] Si pro prole habenda Zacharias fuisset precatus, subiunxisset angelus quia vxor tua: sed vbi subiungit copulatiuam. monstrat aliò tendisse preces Zachariæ quàm ad partum vxoris: incipit autem angelus explicare aduentum Messiæ in foribus esse, annunciando quòd filius eius erit præcursor Messiæ. [Pariet tibi.] non alteri viro: concipiet ex te, non ex alio. & sic pariet. [Tibi filiũ. Et vocabis

nomen eius Ioannem.] Specialis cura de nomine, mõſtrat qualis futurus ſit filius ille. nomen enim Ioannes ſonat domini donum, ſeu domini miſericordia. [Et erit gaudiũ tibi & exultatio: & multi in natiuitate eius gaudebũt.] Hoc non ſolum impletum fuit tũc quum natus eſt Ioannes: ſed vſque hodie impletur annuerſaria celebritate natiuitatis eius. ex hoc enim textu celebrat natiuitatem Ioannis Baptiſtę eccleſia. [Erit enim magnus corã domino.] Reddit rationem nominis quare vocandus eſt Ioannes quia erit magnus coram domino, & ſi non coram hominibus: hoc eſt in ſpiritualibus bonis erit magnus, etſi nõ in temporalibus. illa enim ſola eſt vera magnitudo corã domino: tẽporalia enim hæc non ſunt partes magnitudinis apud dominũ, ſed apud homines. [Et vinum & ſicerã nõ bibet.] Dictio Hebraica eſt ſicera, ſignificans omnem potũ aliũ à vino valẽtẽ inebriare. [Et ſpiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuę.] Hinc clare apparet Ioannẽ ſanctificatũ in vẽtre matris: ita q; nõ ſolũ fuit ab originali peccato mũdatus, ſed ſpiritu ſancto repletus per infuſam gratiã donorũ ſpũs ſancti: vſque adeo vt nulla pars animę eius caruerit gratia ſpũs ſancti. [Et multos filiorũ Iſrael cõuertet ad dominũ deũ ipſorũ.] Fructus p̃dicationis Ioannis p̃dicitur conuerſio multorũ filiorũ Iſrael ad deũ. [Et ipſe p̃cedet.] Ecce officiũ p̃curſoris. [Ante illũ.] Non dicit ante Meſſiam, ſed ante illũ vt intelligamus angelũ reſpõdere Zachariæ qui præces fuderat pro aduentu Meſſiæ, ante illum pro cuius aduẽtu p̃catus es. [In ſpiritu.] nõ in perſona, non in anima ſeu naturali ſpiritu, ſed in ſpiritu gratię. [Et virtute.] pro, fortitudine, [Elię.] P̃dicit angelus Ioannẽ p̃ceſſurũ Meſſiã in gratuito ſpũ Elię non eodẽ, ſed ſimili, & ſimiliter in fortitudine Eliæ, nõ eadem ſed ſimili. Et fortitudo quidem Eliæ clara apparet tum in ſuſtinendo perſecutiones, tum in aggrediendo ardua. qua non minor apparuit in Ioanne: & in aggrediendo ardua reprehenſiõis officia & in ſuſtinendo vſque ad mortem, etiam Herodiadis inſidias. Spiritus autem peculiaris Eliæ fuit vt ſecũdum ſpiritus ſancti motionem dirigeret greſſus ſuos: ita quòd videbatur magis agi à ſpiritu ſancto quàm agere ſeipſum. Similis in Ioanne ſpiritus prædicitur. quoniam (vt ipſemet teſtatur) miſſus eſt à ſpiritu ſancto ad baptizandũ populũ, & ad cognoſcendum Ieſum facie corporea, & ad monſtrandum ipſum. Significatur enim per hæc quòd Ioannes p̃cedet Meſſiam. actus non à ſeipſo, ſed actus à ſpiritu ſancto, non ſegniter, ſed forti animo exequens officium præcurſionis: ſicut Elias vtroque dono (fortitudinis & ſpiritus) polluit.

luit. ¶ Et hæc dicimus referendo ad ſpiritum & fortitudinem in Elia præterito. Si autem intelligantur verba angeli de eodem Elia venturo ante glorioſum Ieſu aduentum, tunc ſenſus eſt quòd Ioannes præcedet Ieſum in hoc humili aduentu in promiſſo ſpiritu & promiſſa fortitudine Eliæ venturi ante glorioſum Ieſu aduentum. Et promiſſus in Elia ſpiritus (vt patet Malachiæ vltimo) eſt ad conuertendum corda patrum in filios & conuerſos: hoc eſt ad concordandum fideles veteris & noui teſtamenti in vnam vtriuſque veritatem, ne imparati inueniantur à iudice. Hic idem ſpiritus apparuit in Ioanne, qui ad Ieſum (patrem noui teſtamenti) corda Iudæorum præparauit, vt apparati ſuſciperent fidem Ieſu. Et quoniam angelus expreſſe ſubiungit officium hoc, ideo iſte amplectendus eſt ſenſus literalis. Et huic conſonat, quòd Ioannes dicitur Elias in ſpiritu. ¶ De fortitudine autẽ futura in Elia nihil ſcio ſcriptum. Sed tamen conſtat quòd erit fortitudo ad aggrediendum tam arduum officium: & ad ſuſtinendum quæcunque imminentia propter hoc pericula, etiam mortis. quæ in Ioanne manifeſte apparuit [Vt conuertat corda patrum] Declarat ad quid ſpiritus & fortitudo Eliæ in Ioannis præcurſione erunt: ſcilicet vt conuertat corda patrum: hoc eſt hominum veteris teſtamenti. [In filios.] hoc eſt homines noui teſtamenti. Et merito illi vocantur patres & iſti filij: quia nouum teſtamentum genitum eſt ex veteri. Et declarat per hoc angelus non ſolum officium Ioannis, ſed etiam ſimilitudinem ad officium Eliæ. de Elia enim ſcriptum eſt Malachiæ vltimo. quòd præcedet aduentum Meſiæ ad iudicium vt conuertat corda patrum in filios & conuerſos: ſed hic tacetur ſecundum. [Et incredulos.] Non ſolum ad conuertendum corda patrum proborum hominum veteris teſtamenti ad fidem Ieſu Chriſti, ad gratiam noui teſtamenti, ſed etiam ad conuertendum incredulos Iudæos, incredulos reſpectu Ieſu [Ad prudentiam iuſtorum.] per fidem Ieſu Chriſti. Qui enim apud Iudæos, increduli erant Ieſu Chriſto, indigebant vt reducerentur ad rectam rationem eorum qui iuſti erant: ſicut Ioanneſmet conuertebat diſcipulos ſuos incredulos ad rectam rationem ſequacium Ieſu. tum dum inuidia mouebãtur, tum in carcere. [Parare.] pro, vt paret. Finis deſcribitur prioris operationis, ſcilicet conuerſionis: ad hoc enim conuertet & corda patrum & incredulos vt paret. [Domino plebem perfectam.] pro apparatam. Nõ ſignificatur quòd Ioannes ſtudebit ad hoc, vt plebem reddat perfectam, ſed ad hoc vt reddat eam adornatam, apparatam ad ſuſcipiendum Ie-

ſum. apparatam proculdubio pœnitentia peccatorum, & diſpoſitione ad credendum Ieſum eſſe verum filium dei. [Et dixit Zacharias ad angelum. vnde hoc ſciã.] pro, in quo hoc cognoſcam? Signum quęrit certificãs ipſum de filio ſibi promiſſo ex Elizabet, futuro præcurſore &c. [Ego enim ſum ſenex: & vxor mea proceſſit in diebus ſuis.] Rationem reddit incredulitatis ſuæ. [Et reſpõdens angelus dixit ei, Ego ſum Gabriel.] Certificat Zachariã angelus ex authoritate propriæ perſonæ: explicans ſeipſum ex nomine quo ſignificatur fortitudo dei, ad faciendum hæc & longe maiora. [Qui aſto ante deum.] Simul ſum hic & aſto ante deum. non ſum angelus eiectus à facie dei, ſed qui ſemper aſto, videndo fruẽdóque ipſo. [Et miſſus ſum.] nuncius eius ſum. Authoritati proprię adiungit authoritatẽ dei, vt indubiè credat. Miſsio angeli nõ impedit viſionem fruitionémque continuam quam habet de deo. quoniam nulla loci differentia impedit intellectualem viſionem ac fruitionem dei vbique præſentis. [Loqui ad te, & hæc tibi euãgelizare. Et ecce eris tacens: & non poteris loqui vſque in diẽ quo hęc fiant.] Petijſti ſignũ, ecce ſignũ pœnale in promptu. [Pro eo quod non credidiſti verbis meis.] Niſi Zacharias peccaſſet non credendo, nequaquã angelus mutum prædixiſſet eo quòd nõ crediderit. Non tamen per hoc intelligas peccatum mortale. paruitas enim pœnę monſtrat peccatum veniale. [Quæ implebuntur.] Incredulitas tua non impediet impleri quæ dixi: non obſtante enim tua incredulitate implebuntur verba mea. [In tempore ſuo.] quo adimplenda ſunt. Natiuitas enim filij adimpleta fuit eodem anno, ante quàm per aliquot menſes repletus eſt infans ſpiritu ſãcto in materno vtero. Et reliqua ſucceſsiue impleta ſunt: quædam in deſerto, quædam in Iordane &c. [Et erat plebs expectans Zachariam.] Et atteſtatur hæc plebis expectatio ſummi ſacerdotij officio. [Et mirabãtur, quod tarderet ipſe in templo.] quia nulli licebat intrare in templum ſummo ſacerdote ibi exercente officium: ac per hoc nullus poterat reddere rationem quare tardabat. [Egreſſus autem non poterat loqui ad illos.] quia ſtatim fuerat effectus mutus. [Et cognouerunt, quod viſionẽ viditſſet in tẽplo.] aut ex hoc ipſo quòd nõ poterat loqui, aut ex adiuncta aliqua innuitione: puta quòd Zacharias manu aut oculis innuebat deſuper obueniſſe ſibi impedimentum loquendi. Et hoc videtur inſinuare euangeliſta ſubiungendo. [Et ipſe erat inuẽtus illis.] tanquam reddens rationem ſui ſilentij: ne putarent eum ægritudine aliqua repentina effectum elinguem. alioquin non cognouiſſent

quod

quòd visionem vidisset in templo, sed dubitassent de repẽtina ęgri tudine. [Et permansit mutus.] ad verificandum verbũ angeli. Nec dicit & permansit impotens loqui, sed mutus. vt significetur perfecte mutus: hoc est vt significetur per hoc, quòd nõ solùm fuit mutus, sed surdus, vt clarius apparet inferius, ex eo quòd quum imponendum esset nomen nato infanti non loquebantur, sed innuebant illi quem vellet vocari eum [Et factũ est, vt impleti sunt dies officij.] pro, ministerij. [eius.] Dies multi ministerij sacerdotalis conuenientis Zachariæ, testantur ipsum non solum summi sacerdotis prosecutum officium in die expiationis quantumcunque esset mutus, sed etiam exercuisse officiũ non summi sacerdotis, sed sacerdotis ex stirpe Aarõ aliquot certis diebus. & quorũ numerũ nescimus. Paucos tamen dies fuisse, testatur natiuitas Ioannis Baptistæ octauo calendas Iulij. nã post illos dies cõcepit Elizabet: vt textus subiungit. [Abijt in domum suam. Post hos autem dies concepit Elizabet vxor eius & occultabat se mensibus quinque.] Erubescebat enim in senili ætate dedisse operam amplexibus virilibus, vt vterus testabatur, [Dicens.] Quanuis se occultaret grauidã hominibus. gratias tamen agebat deo, [Quia sic fecit mihi dominus in diebus quib⁹ respexit anteferre.] pro, vt anteferret, [opprobrium meum inter homines.] ob sterilitatem. maledicta enim erat sterilis in lege. Et nõnulla ignominia est mulieri, plem nõ habuisse: quũ nõ ob aliud sexus muliebris legatur à deo creatus [In mẽse aũt sexto.] Post cõceptionẽ Ioannis Baptistæ certa temporis distantia significatur ad conceptionem Messiæ [Missus est angelus Gabriel.] Idẽ angelus, qui Zachariæ prædixerat aduentum Messiæ, mittitur modo ad beatam virginem ad annunciandum cõceptionem Messiæ. Et denominatur à fortitudine Dei. tum quia in mysterio incarnationis verbi dei, tota ratio facti est fortitudo seu potentia facientis. nullum siquidẽ opus comparabile est operi quo verbum caro factum est. Tum quia annunciabat Messiam non solùm fortissimum ad debellandum quæ sunt carnis, quæ sunt mundi, & quæ sunt dæmonum, acsi ipsos etiam dæmones, sed patrem totius veræ fortitudinis. Christianorum siquidem virtus propria, vera fortitudo est quæ apparuit in apostolis & martyribus: & apparere cõtinue debet in veris Christi sequacibus [A deo in ciuitatem Galilææ cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro cui nomen erat.] Superfluit erat, [Ioseph.] Explicauit virginem, ad testificandum, quòd virgo concepit: desponsatam autem ne infamis redderetur ex tumescente vtero, & similiter ne proles illegi-

tima haberetur. ¶ Virginem desponsatam intelligimus non solum integritate carnis, sed etiam ætate nubili: qua scilicet secundum rectæ rationis ordinem, virgines habiles sunt ad nuptias, quæ ætas exigit saltem completum motum augmenti: quia naturalis ordo habet vt prius perficiatur persona quàm detur opera ad conseruã dum speciem. Et dico saltem: quia ratio suadet quòd natura exigit plus ętatis: videlicet vsquequo firmata sint ossa: ad quod quartum septennium dicitur requiri in viris. Quocirca certum est beatã virginem fuisse tunc ad minus annorum decem & nouem, & hoc si mulieris tertio senario annorum complerur augmentum: sicut secundo senario pubescit. Et rationabile est vt fuerit tunc annorum viginti quatuor: vt perfecta etiam secundum ossa mulier, perfecta mater, perfectum gigneret filium. [De domo Dauid.] vt legitima successione filius Dauidis haberetur Iesus. [Et nomẽ virginis Maria. Et ingressus angelus ad eam.] Hinc incipit describi corporalis species angeli. ingressus enim corporalem motum significat. ita q̃ non apparuit tanquam ex improuiso in aula, sed gradiens ad virginis aulam introiuit. Ex hoc itaque quòd describitur ingressus, ambulatio, ex hoc vero quòd ad eam, locus propriæ mansionis significatur: hoc est quòd non in via occurrit, non in synagoga moranti apparuit, sed ad eam intus in propria mansione manentem ingressus est. [Dixit, Aue.] Dictio Græca significat gaude, vel salue, vel vale. interpres autem elegit medium (scilicet salue) ea ratione quia hæc significatio propria est salutanti. angelum enim salutantis officio intellexit fungi. Et vere à salutatione incœpit: quã nihil refert significare per salue seu aue. vtraq; enim dictio p̃pria est salutanti. ¶ Vbi aduerte, quòd nusquam alias inuenitur in sacra scriptura angelum huiusmodi salutationis verbo vsum fuisse. reseruata siquidem est hæc angelica veneratio beatæ virgini. [Gratia plena.] In Græco habetur vna sola dictio quæ est participium præteriti temporis passiuum: quam interpres carens vocabulo Latino exposuit. Potuisset tamen fingi participium passiuum & dici gratificata. hoc enim passiue acceptum significat dictio Græca, quod Latine dicitur gratiosa facta. Et significatur per hoc, quòd erat facta gratiosa, eo solito loquendi genere quo personam multum dilectam ab aliquo dicimus gratiosam illi, seu apud illum, salutauit siquidem angel⁹ virginem nõ solum gratiosam (hoc est acceptam placentem & dilectam) sed effectam gratiosam: vt donum dei significaretur quo reddita est gratiosa. non enim ex seipsa erat gratiosa, sed ex diuinæ gratiæ dono effecta erat gratiosa. Et propterea

ptereà interpres non falso expoſuit gratia plena, ſed explicauit illud quo effecta eſt gratioſa: ex plenitudine enim donorum diuinæ gratiæ in ipſa, effecta eſt gratioſa. Nec explicat angelus apud quẽ aut quos reddita ſit gratioſa: tum quia ſecundum veritatem effecta erat gratioſa abſolute, & non apud hunc, vel illum: tum quia hoc reſeruabat ſequentibus verbis explicandum. ¶ Et recole, quòd proprie loquendo gratioſi nomen paſſiue intelligitur, non actiue, quã uis in pſalterio nouo coacti fuerimus vſurpare illud actiue: nam proprie ſignificat eum non qui facit gratiam, ſed qui acceptus eſt apud alios: qui vulgariter dicitur habere apud alios gratiam. [Dominus tecum.] Imprecatorie dicitur ſalutantis more, dominus ſit tecum: intendens tamen ſingulariſſimo modo: hoc eſt per incarnationem in vtero tuo: ſed modum explicandum poſtea reſeruauit. Et nota differentiam: dum gratioſam aſſeruit factam, dominus autem tecum, non dixit fuit aut eſt: quia ſecundum rei veritatem iam erat effecta gratioſa apud oculos diuinæ maieſtatis, vſqueadeo vt mitteret ad eam angelum annunciantem incarnationem filij dei ex ea, niſi enim apud deum fuiſſet tam gratioſa non miſiſſet deus angelum ad hoc, non elegiſſet eam tunc in matrem. Sed dominus adhuc non erat illo ſingulariſſimo modo cum beata virgine. [Benedicta tu in mulieribus.] pro, inter mulieres. Et hoc quoque imprecatorie dictum eſt: benedicta ſis tu inter mulieres. Et ſignificatur, quòd laudata erit ſupra omnes mulieres. Quod implendum eſſe ex conceptione filij dei, ipſamet beata virgo poſtea explicauit, dicens: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. [Quæ quum audiſſet.] pro, vidiſſet. Sensus viſus deſcribitur: ſicut de Zacharia ſcripſerat quòd vidit angelum. Et ex ſenſu viſus corporalis ſpecies angeli alloquentis virginem deſcribitur. [Turbata eſt in ſermone eius.] Adiungitur viſui auditus ſermonis ad comprobandam corporalem ſpeciem angeli. Turbata autem deſcribitur in ſermone angeli, aut quia complementum turbatiõis inchoatæ ex viſo angelo fuit ſermo: aut quia non turbata eſt ex viſo angelo, ſed ex ſermone eius. Primũ tamen rationabilius apparet: quoniam virginis eſt ad inſoliti viri ingreſſum non nihil mutari. [Et cogitabat qualis eſſet.] Ratio inquietæ commotionis internæ aſſignatur prudentia virginis cogitãtis qualis (bonus ne an malus) eſſet huiuſmodi ſermo, Suppetebat ſiquidẽ ratio cogitãdi ad vtrãque partẽ. nã verbũ mediũ (.ſ. dñs tecũ) ſonabat bonũ: extrema aũt verba cõmunia erãt & bono & malo. Põt em̃ adulatorie dici, bñdicta tu inter mulieres: & ſimiliter blãdiẽdo dici, aue gratioſiſſima.

[Ista salutatio.] Hinc habetur, quòd verba hactenus ab angelo dicta, salutatorie sunt intelligẽda vt exposuimus [Et ait angelus ei.] Nihil respondit beata virgo angelicæ salutationi sed cogitatione circa qualitatem salutationis occupata, timebat ne quid mali accideret [Ne timeas.] Videbat angelus virginis animum pauẽtem & timentem malam esse salutationem. Et propterea confortat eã, monendo ne timeat vt etiam ex hoc ipso, quòd virgo perciperet, affectũ suum internum cognosci ab angelo nunciante, secura fieret. [Maria.] proprium adijcit nomen, ad maiorem propulsationem timoris & fiduciam habendam, ex hoc ipso quòd velut à familiari, nomine proprio appellatur. [Inuenisti enim gratiam apud deum]. Reddit rationem angelus verborum quæ dixerat salutãdo: vt satisfaciat virgini cogitanti qualis esset ista salutatio, monstrãdo quòd est bona. Et quia primo dixerat, aue gratificata seu gratiosa facta, nec dixerat apud quos aut quem, modo hoc explicat Quo explicato constat salutationem fuisse bonam. inuenisti enim, ideo nõ est tibi timẽdũ, quia inuenisti gratiam. Quod dixerat superius gratiosa facta, hoc modo dicit inuenisti gratiam, idem enim significatur. Sed modo explicat apud deum: non apud hominem aliquẽ concupiscentem, sed apud deum: sed ideo dixi, aue gratiosa effecta, quia facta es gratiosa apud deum, quia inuenisti gratiam coram oculis dei, quia valde grata, quia valde accepta es apud deum. [Ecce.] Postquam securam reddit beatam virginem de qualitate salutationis, progreditur ad principale intentum, quod imprecando dixerat, dominus tecum: ecce demonstrantis est, nunc nunc [Concipies in vtero.] non in mente non in corde (vt nouellus error somniauit) sed in loco naturali conceptionis prolis. [Et paries.] tempore suo. paries inquit, non emittes per os, sed naturali partu gignes [Filium.] non filiã, Rursus ex hoc quòd dicit, filiũ, excluduntur omnes hæreses putantium beatam virginem non veram matrem Iesu, sed in ea velut in vase Iesum fuisse, & per eã quasi per fistulã transisse Hæc enim omnia confutat angelus, materna beatæ virginis officia explicans, non solum conceptionis partus nominibus, sed explicando filium: vt hinc intelligamus conceptuam & parituram filium veris maternis officijs in generatiua parte ipsius beatæ virginis: alioquin non verificaretur, quod conciperet & pareret filium. [Et vocabis nomen eius:] Instruit quoque angelus virginem de nomine filij. [Iesum.] Hebraicè, Latinè saluatorem: eo quòd saluator esset populi à peccatis: vt alibi angelus exposuit [Hic erit magnus.] Declarat angelus conditiones filij generandi

nerandi. Prima conditio est magnitudo, nõ mole corporis, sed virtute. Ita quòd sub magnitudine comprehenditur, quòd erit potens in opere & sermone, in faciendis miraculis, in debellando mundũ, & reliqua huiusmodi. [Et filius altissimi.] Eundem dicit filium altissimi quem dixerat filium virginis vt duas illius naturas, duásq; natiuitates vnius significet, alteram secundum naturam humanam qua est filius virginis: alteram secundum naturam diuinam qua est filius altissimi. [Vocabitur.] Et quia non falso vocabitur, habetur hinc quòd vere filius beatæ virginis est filius altissimi. Nec dixit, erit, ne intelligeres nouiter futurum filium altissimi: quia ab eterno est filius altissimi sed dixit vocabitur, quoniam appellatio futura erat. [Et dabit illi dominus deus.] Describit tertio adimpletiões scripturarum & desideriorum omnium expectantium promissum Dauidi Messiam ex ipsius stirpe. Et dabit inchoatiue tempore resurrectionis eius. complete autem in secundo aduentu. Dabit inquam quum dicet data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, dabit bene merenti per passionem & mortem suam. [Sedem Dauid] regnum promissum Dauidi in proprio semine. Et dicit hoc angel⁹ ad declarãdum, quòd filius iste esset verus Messias promissus Dauidi. [Patris eius.] Hinc clarè apparet beatam virginem ex Dauide descendisse: alioquin falsum esset verbum angeli, patris eius. nõ enim aliter Dauid est pater Iesu quàm secundum carnem ex beata virgine sumptam. Et dixit patris eius, ad declarandum quòd Iesu secundum quòd homo prout erat filius Dauidis danda erat regia authoritas, & non secundum quòd erat filius altissimi. [Et regnabit in domo Iacob.] Non super solam tribum Iuda, sed super vniuersam domum Iacob pro, super domum Iacob (comprehendentẽ omnes tribus Israël) regnaturus describitur: ad explicandum adimpletionẽ scripturarũ. [In æternũ] pro, in secula. Hæc duo (.s promissus ex proprio semine Dauidi rex, & regnum integrum totius Israël) expectabãtur cõmuniter ab omnibus in Messia adimplenda. & propterea horum duorum angelus meminit, specialiter describens Messiam regnaturum in secula, & non sicut quilibet alius rex regnat suo tantum seculo. Et hæc (vt dictũ est) de regno Iesu in domo Iacob, & super sedem Dauidis non sunt adhuc impleta, sed inchoata fuerunt in resurrectione Christi, implenda in secũdo aduentu: tunc enim veniet rex qui in primo venit subditus. [Et regni eius non erit finis.] Ne dubitares antedicta secula quandoque finienda explicat angelus quòd nullus erit finis regni Iesu. [Dixit autem Maria ad angelum. Quomodo fiet.] pro, erit, [istud.] Non dubitat

dubitat Maria,nõ quęrit ſignũ ſicut Zacharias,ſed quęrit modum quo erit iſtud.ſ.concipere nunc in vtero.Et ex hoc ipſo q̃ inquirit modũ,nõ quo fieri põt,ſed quo erit,manifeſtat ſe credere,fide quę prębetur auditis.Acſi aperte diceret:credo quæ dicis, ſed modum quo hoc erit nõ audio,neſcio,noſſe veli. [Quoniã virũ nõ cogno ſco.]Rationẽ quare quęrit modũ,ſubiũgit quia expers ſum virilis cõmercij.Non dixit nõ cognoſcã,ſed non cognoſco:quia intellexerat verba angeli tunc implenda dicente angelo ecce concipies. Maximam affero rationem inquirendi modum quo nunc concipiam. quoniam vſque in præſens viri cognitionem non habeo: hoc eſt, quia virgo ſum.[Et reſpondens angelus dixit ei, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te.]Ecce modus quo nunc concipies in vtero ſpiritusſanctus non ſpiritus humani ſeminis. Apte enim ſpiritumſanctum loco humani ſeminis poſuit quoniam prolificum ſemen ſpirituale valde eſt,hoc eſt ſpiritibus plenum : vt philoſophi tradunt.Loco ergo humani ſeminis ſuperuenientis in alias mulieres ad hoc vt concipiant,ſuperueniet in te ſpiritusſanctus:hoc eſt, nullam habens immunditiam cuiuſcunque generis(hoc eſt,neque corporis neque animæ) ſed omnino eleuatus ab omni immunditia.[Et virtus altiſſimi obumbrabit tibi.]Ad hoc,quòd mulier cõcipiat requiritur non ſolum ſemen virile,ſed actio virtutis generatiuæ mulieris.Et quia ad hanc concurrunt duo (ſcilicet applicatio digeſtorum humanorum ex corpore mulieris ad ſubſtantiam prolis,& delectatio ſenſibilis concomitans huiuſmodi applicationem)ideo ratione vtriuſque dicitur obumbrabit tibi: tanquã preſeruando quidem velut vmbra ab æſtu & ardore concupiſcentiæ, quo ad ſecundum:tãquam vtero fouendo & trahendo velut regẽs in vmbra,quo ad primum. Sicut enim in ſeminibus terræ mandatis videmus requiri quaſi vmbrã tegmen terræ (ſub quo vires terræ colliguntur & attrahuntur ad concipiendum quodammodo ex ſemine,& ſic terra germinat)ita in mulieris vtero præter virile ſemen velut obumbratio quædam generatiuę partis mulieris cum virili ſemine fit,fotiua & attractiua naturalium humorum & virium mulieris ad concipiendum . Ita quòd intendit angelus dicere,quòd vltra ſpiritumſanctum loco ſeminis, virtus diuina dabit tibi actualem efficaciam concipiendi, ſeruando te à delectatione venerea. [Ideoque.]ex hoc ſingulariſſimo modo generandi [Et quod naſcetur.]Cum hoc quòd ſupernaturalis erit modus,ipſum tamen fieri,erit naturale.Et vere naturalis fuit productio Ieſu ex virgine. quoniam in naturali loco , naturali materia, naturalibus actioni-

actionibus partis vegetatiuæ beatæ virginis productus est, & propterea vere dicitur natus, propterea angelus vere dixit nascetur. [Exte.] Superfluit. Non limitauit verbum suum angelus ad natiuitatem ex ea vt cõprehenderet natiuitatem in ea iuxta verbũ angeli ad Ioseph Matth. 1 quòd enim in ea natum est. Satis fuit angelo dicere nascetur ad declarandum naturalitatem fieri postquam declarauerat supernaturalitatem modi [Sanctum.] Non solum significatur sanctitas prolis, sed significatur modꝰ sanctitatis quòd scilicet nascetur sanctum, ad differentiam cuiuscunque alterius nascentis, quilibet enim nascitur obnoxius originali peccato ac pœnis cõcomitantibus etiam si in eodẽ instanti diuina gratia sanctificaretur: Iesus aũt nascitur sanctus, nulli obnoxius culpæ aut pœnę. [Vocabitur filiꝰ dei.] Nõ vocabitur tantũ filiꝰ hominis, sed filiꝰ dei. Et ad hoc directe refertur cõiunctio idec, ex singulari enim modo (.s. ꝙ de spiritu sancto conceptus est) congruissima ratione subsecuta est appellatio filij dei. Talis enim & non alia natiuitas cõgruit filio dei, talis enim modꝰ adminiculatur ad cognoscendũ, credendũ atque cõferendũ filiũ Mariæ esse filiũ dei. Repetijt autẽ angelus vtranque in Iesu naturã, non vt magis imprimeret vtriusque naturæ fidẽ beatæ virgini. sed vt explicaret ꝙ ab initio cõceptionis vnio fieret naturarũ (diuinæ & humanę) in vna persona. hoc enim significatur dicẽdo, ꝙ nascetur, vocabitur filius dei. Nisi enim ab initio quo nascitur esset filius dei, falso appellaretur filiꝰ dei ꝙ nascitur. [Et ecce Elizabet.] Supnaturalẽ modũ generãdi cõfirmat angelus testimonio alterius modi supernaturalis quamuis minus. Supernaturale siquidẽ fuit Elizabet sterili & seni habere vim generãdi: quãuis naturalis fuerit vsus cõcessa ei vi generãdi, quoniã ex viro concepit. Nec hęc in testimoniũ attulit angelus ad tollẽdum à beata virgine aliquid ambigaitaris: sed ad etiã suauiter humano more per exẽplũ sensibile firmãdã integram beatæ virginis fidem, habet enim hoc suauis diuinæ sapientiæ respõsio, vt hominẽ naturaliter per sensibilia cognoscẽtẽ, sensibiliter quoque exẽplis instruat, firmet, cõsoletur. [Cognata tua.] Certa est cognatio inter Mariã & Elizabet. sed incertũ est quo modo. Genealogias enim earũ secũdũ vtrũq; sexũ certas nescio Hoc tamen certum in sacra scriptura est ꝙ domus Dauidis mixta erat cum domo Aaron. vxor enim Ioiadæ pontificis fuit soror Ochoziæ regis Iuda: vt patet in quarto libro Regũ. Vnde nihil obstat huic cognationi quòd Elizabet fuerit de tribu Leui ac filiabus Aaron, beata autem virgo de tribu Iuda ac filiabus Dauidis.

[Et

[Et ipſa concepit filium in ſenectute ſua.] Vna miraculi ratio. [Et hic menſis eſt ſextus illi.] Explicat patentem ad ſenſū vterum grauidum. [Que vocatur ſterilis.] Altera miraculi ratio. [Quia non erit impoſsibile apud deum.] Hinc clare apparet quòd ad ſuauiter firmandā per ſenſibilia integram beatæ virginis fidem, angelus adduxit prædictum teſtimonium. ad hoc enim refertur ratio angeli, quia non erit, refertur nanque ad demonſtratum teſtimonium ſenſibile per aduerbium ecce. Et eſt ſenſus, ecce teſtimonium ſenſibile quia non erit impoſsibile apud deum omne verbum. Intendit enim angelus ex hoc teſtimonio ſenſibili inſtruere quòd omne poſſibile eſt apud deum: vt ſuauiter confirmet poſſibilem eſſe apud deum etiam mirabilem modum quem annunciauit virgini. [omne verbum.] Nihil excipitur niſi quod implicat contradictoria, quod etiam non excipitur, ſed non includitur, quia non comprehenditur ſub verbo aliquo vtpote quòd non poteſt intelligi.

[Dixit autem Maria, Ecce ancilla domini] Non plus interrogat, ſed promptam ſe exhibet, & quanto magis ſe audiuit eleuandam in matrem Meſiæ filij dei tanto magis ad humilitatis gremium cō fugit, & ſe ancillam recognoſcit & offert. [Fiat mihi.] Non ſolum aſsenſum præbet, ſed præces adiungit ad tantum donum conſequendum. [Secundum verbum tuum.] Prudentia ſimul & modeſtia loquendi comprehenditur in hoc, quòd breuiſsimo ſermone & vniuerſa nunciata complectitur, & angelum qui nunciauit honorat. Vbi ſcito nos credere quòd ſtatim prolatis his verbis concepit in vtero filjum dei: & impletum eſt verbum angeli ecce concipies in vtero Quod etiam apparet ex eo quod octauo Calendas Aprilis annunciatio hæc fuit, & octauo Calend. Ianuarij Ieſus eſt natus. Et nihilominus in promptu eſt ratio, quia nulla erat differendi ratio completa angelica annunciatione, & virginei atque humilis aſsenſus oblatione conſummata [Et diſceſsit ab illa angelus. Exurgens autem Maria in diebus illis, abijt in montana.] pro, in montanam ſupple regionem [cum feſtinatione.] tum ad celeriter viſitandam cognatam ſenem, tum vt in itinere non moraretur, inſtruens exemplo virgines feſtinas eſse in itinere, & non moroſo gradu ſpectādas ſe exhibere. [In ciuitatē Iuda, & intrauit in domum Zachariæ, & ſalutauit Elizabet. Et factum eſt vt audiuit ſalutationem Mariæ Elizabet, exultauit.] pro, ſaliit, ſeu ſubſilijt. Deſcribitur enim motus infantis ſaltantis in vtero. Deſcribit Euangeliſta ordinem effectum. Et primum effectum auditæ ſalutationis ex ore beatæ virginis, explicat eſse ſaltum Ioannis baptiſtæ in

ſæ in vtero. Tũc enim impletum eſt quod dixerat angelus ad Zacchariam de illo. & ſpirituſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ. Ieſus enim qui conceptus matris carnem ſtatim ſanctificauerat [extinguendo in ea fomitem] modo incipit exterius operari, ſanctificando præcurſorem ſuum. Hæc ſiquidem ſanctificatio cauſa fuit quòd ſaliret. [Infans in vtero eius. Et repleta eſt ſpirituſancto Elizabet.] Poſtquam repletus eſt Ioannes ſpirituſancto, repleta quoque eſt Elizabet ſpirituſancto, vt ordine quodam diſtributus intelligatur ſpiritus ſanctus ex voce Mariæ. [Et exclamauit voce magna] Intellige tamen, modeſtia ſeruata, quoniam ſpiritus ſanctus nullius immoderaminis cauſa eſt. [Et dixit. Benedicta tu inter mulieres.] Non imprecatiue ſed aſſertiue dicuntur hæc verba. iam enim conceperat filium dei: & erat ſuper omnes mulieres benedicta merito, etſi non adhuc aliorum vocibus. [Et benedictus.] Hoc addidit ſpiritus ſanctus per Elizabet ad verba angeli. non ſolum ipſam beatam virginem benedictam ſed Ieſum in vtero eius manentem benedictũm clamat. Sed vide differentiam. nam Mariam benedictam cum limitatione (ſcilicet inter mulieres) dicit Ieſum autem benedictũ abſolute abſque vlla limitatione [Fructꝰ ventris tui] Vtitur naturali vocabulo fructꝰ vt vere productũ fructũ vẽtris, naturalibus officiis ſignificaret. [Et vnde hoc mihi.] Vbique apparet ſpiritus ſanctus, ſpiritus humilis cordis. In beata virgine apparuit, ecce ancilla, & poſtea in ſubmiſſione ad viſitandam Elizabet, & modo apparet in ipſa Elizabet, re cognoſcente ſe indignam vt ad eam veniat beata virgo. [Vt veniat.] quum ego debuiſſem præuenire. [Mater.] Hinc apparet beatam virginem veram ac naturalem genitricem iam tunc fuiſſe, & cognitam eſse reuelante ſpiritu ſancto ab Elizabet. [Domini mei ad me?] Cognouit etiam cuius eſset mater, dicit à ſpiritu ſancto, quòd erat mater dei & hominis, propter naturam enim humanam, dixit fructus ventris tui, propter diuinam, domini mei. Hinc habetur quòd in principio quo concepit beata virgo, verbum caro factum eſt. Sic enim imperfecta quædam inchoatio prolis fuiſſet tunc in vtero virginis (quemadmodum in aliis mulieribus eſt informis materia) non dixiſset Elizabet, immò ſpiritus ſanctus per eam, mater domini mei: quia adhuc tunc nõ fuiſſet mater dei. Dicta ſunt enim hæc verba paucis diebus poſt annunciationem. Fũdatam itaque hic habent doctrinam formati corporis Ieſu Chriſti (& conſequenter inſuſæ animæ intellectiuæ in principio conceptionis) theologi: quia ex tunc vere fuit mater domini noſtri. [Ec-

ce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis.] Testem affert dictorum suorum saltationem filij ex salutatione beatæ virginis. Acsi aperte diceret non solum ego ex aduentu tuo cognoui hęc spiritusancto reuelante, sed etiam infans in vtero meo hæc sensit: quoniam vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, antequã mihi reuelarẽtur hęc, infans in vtero meo saltauit in gaudio. [Exultauit in gaudio.]pro, saliit in exultatione. quæ affectus est letitiæ seu gaudij. Duo dicit: quòd salijt: & quod in exultatione. Ex quibus iũctis cum prædictis ab angelo (quòd in vtero matris replendus esset spiritu sancto) apparet quod exultatio hęc, exultatio spiritussancti fuerit, causantis saltum illum corporalem ad sensibiliter modo quo poterat testificandum matri, & per ipsam mundo vniuerso, quanto repletus sit interno gaudio ob præsentiam Iesu Christi gestati in vtero à beata virgine: ac per hoc quòd Ioannis Baptistæ anima donata tunc fuerit cognitione actuali Iesu Christi, & actuali lætitia de illius præsentia. ¶ An autem donum hoc collatum ei fuerit per modum passionis transitoriæ, an per modum doni permanentis (hoc est quòd ex tunc perseueraueritin soluto vsu mentis) incertum habeo. Quòd enim tunc hoc donum habuerit, ratio spiritussancti indicat. nam spiritussanctus primo & directè respicit mentem, & per difusionem partem sensitiuam: ac per hoc non prius causauit lætitiam in parte sensitiua (vt more pecudis Ioannes exultasset) quam in parte intellectiua. Rursus nulla ratio lætitiæ in parte sensitiua hic interuenit, quemadmodum blandum aliquid lætificare videmus infantulos: sed tota lætitiæ ratio, præsentia Iesu Christi tanquam sonans per os virginis in auribus Elizabet fuit, constat autem huiusmodi præsentiæ perceptionem non ad sensum sed ad intellectum pertinere. Denique si Ioannes nõ fuisset gauisus de cognita præsentia domini, non attulisset Elizabet in testimonium dictorũ suorum, tantũ infantis in suo vtero lætitiã. [Infans in vtero meo. Et beata quæ credidisti.]pro, credidit. Alloquitur beatã virginẽ in tertia persona, meritum fidei (dicendo quæ credidit) & præmium beatitudinis futuræ explicans. Vnde apparet fuisse reuelatum Elizabet non solũ beatam virginem esse matrem dei, sed etiam dicta ab angelo, & fidẽ beatę virginis. [Quoniam perficiẽtur ea quę dicta sunt tibi.]pro ei virgini. Rationẽ beatitudinis reddit prophetans & ipsa, complenda esse omnia nunciata ei per angelum. [A domino.]explicat nunciata per angelũ processisse à domino, domini nomine & authoritate fuisse dicta. Et hoc ad significandum infallibilem

infallibilem veritatem dictorum : vtpote quæ à domino emanarunt. ¶Ex hoc quòd Elizabet mutat personam secundam in tertiam dicendo & beata quæ credidit &c. apparet quòd aliæ personæ erant præsentes huic colloquio: ad quas conuersa Elizabet dixit de beata virgine, & beata quæ credidit &c, [Et ait Maria.] Tẽpus iam erat vt prodiret etiam in sermonem diuinitas qua repleta erat Maria. Vnde laudata ab Elizabet, cognoscens verba illius verba esse à spiritu sancto, non respondet Elizabet, sed prorumpit ad gratiarum actiones deo : laudando illum ob beneficia sibi, timentibus deum, humili corde, populo Israel ac vniuerso præstita. [Magnificat.] hoc est extollit : seu tangendo radicem, magnifacit. ex magnificare enim oritur magnificare pro extollere. [Anima mea.] Manifestat internam animæ suæ actionem. [Dominum.] non seipsam non me, sed eum qui est vniuersorum dominus. hac enim appellatione nominare cõsueuerant Hebræi deũ. [Et exultauit.] Magnificare & extollere interdum, cognoscitiuæ partis est : exultare autem volitiuæ seu affectiuæ Est enim exultatio plus quam lætitia exũdans siquidem lætitia velut in gesticulationem exultatio est. [Spiritus meus.] Ne intelligeres exultationem corporalem, remotissimo à corpore animæ nomine vtitur : dicendo spiritus meus anima enim spiritus rationem habet vt corpus supergreditur vnde & statum spiritus separata à corpore sortitur. Et discerne quòd anima magnificat & spiritus exultat: quia res illa quę est anima vtrinque significatur: & vt respicit hęc inferiora & vt respicit superiora, nam vt est anima vt exercet viuificandi officium, non æstimat non extollit aliquid eorum quæ spectant ad viuere nisi dominum : vt vero est spiritus, vt officium exercet spiritus, vt superioribus intendit, non solum amat, desiderat, delectatur & gaudet, sed exultat. [in deo.] non in seipso spiritu, sed in deo : qui purissimus spiritus est. [Saluatari.] pro, saluatore. Quanuis enim deus ex quo mundum condidit, semper fuerit saluator, officium tamen saluandi personaliter tunc assumpsit quum caro factus est, & propterea hoc speciali modo saluator significatur. Et vere in deo saluatore, spiritus beatæ virginis exultauit : quia exultauit in deo incarnato. Saluatore autem non huius vel illius sed mundi. [Meo.] possessionẽ significat saluatoris tanquam proprij. Vere enim meus inquit Maria : quoniam totum corpus eius mediãte quo saluat mundum, meum est: nullã in eo partem habet vir aliquis. [Quia respexit.] pro, aspexit. Rationẽ magnificationis & exultationis & proprietatis reddit ex

parte

parte dei.quia aſpexit. [Humilitatem.] pro,ad humilitatem id eſt,exiguitatem ſeu paruitatem. [Ancillæ ſuæ.] Dictio Græca interpretata humilitatem non eſt nomen illius virtutis animi quam humilitatem apellamus: ſed eſt nomen conditionis qua aliquid eſt imum ſeu exiguum ſeu paruum. Eſt enim ſenſus, quia aſpicere dignatus eſt ad exiguitatem ſeu infimitatem (ſi dici licet) ancillæ ſuæ. Nec propterea interpres arguendus eſt: quia ſecundum nominis proprietatem, eſſe humilem non eſt habere virtutem, ſed eſt eſſe imum, quanuis theologi vſurpauerunt humilitatem pro virtute animi. ¶Et aduerte quòd in his beatę virginis verbis, virtus humilitatis non ſignificatur voce, ſed exercetur opere nam hic eſt intimæ humilitatis actus, æſtimare ſe infimam, exiguam, paruam &c. Et hoc magis quadrat humilitati maximæ beatæ virginis quàm cantare virtutem humilitatis ſuæ eſſe aſpectam à deo. hoc enim ſonat ad meritum propriæ virtutis repexiſſe deũ: quòd dicere procul eſt ab humilibus. illud autem, cordis humilitas eſt in actu exercito. Magnitudinem igitur beneficij diuini erga ſe explicat, dicendo quia aſpexit ad exiguitatem ancillę ſuæ, ita quòd non ſat fuit dicere, quia aſpexit ancillam ſuam: ſed appoſuit ad exiguitatem ancillæ ſuæ. ¶Et intellige exiguitatem quò ad merita, æſtimabat ſiquidem ſe nulli⁹ meriti nulliúſque virtutis. Nec ficte aut falſo: quoniam conſiderabat ſeipſam ex parte ſui, nõ ex parte donorum dei in ipſa, hæc enim conſideratio mater eſt humilis cordis, quũ in anima radicata eſt [Ecce enim ex hoc.] Deeſt.nunc. Manifeſtat ab effectu magnitudinem beneficij diuini in ſe: quia ex iſto nunc (& demonſtratur nunc quo concepit filium dei) quo tantum beneficium contulit mihi deus. [Beatam me dicent omnes generationes] Prophetat beata virgo fœlicem ſe habendam ab omnibus generationibus. Quod verificatur tum comprehenſione omnium nationum, tum ſucceſsione cuiuſque futuræ generationis. [Quia fecit.] Explicat quare beatam illam dicent omnes generationes [Mihi magna.] pro, magnalia hoc eſt ingentia admiratione digna Tanquam in explicabilia ſigillatim, hoc nomine cuncta comprehendit. [Qui potens eſt.] pro, ille potens. Deum nominat à potentia tanquam excellentiſsime ſeu ſolus potens. reliqua enim omnia mendicant poſſe ab eo. Et denominauit deum à potentia, quia tota ratio facti in myſterio incarnationis eſt potentia facientis [Et ſanctum.] Laudat ſecundo deum à celſitudine naturæ. Sanctum enim eleuatum ab omni impuritate ſignificat deũ, qui ſol⁹ eſt actus purus. [Nomẽ eius.]

Nullum

Nullum nomen deo conuenit nisi sanctum : hoc est nisi infra la ; titudinem actus puri, Et propterea omne nomen dei est sanctum: & ideo proprium est deo habere nomen sanctum & propterea beata virgo à spiritusancto edocta, descripsit deum ex hoc quòd sanctum est nomen eius [Et misericordia eius.] Laudat tertio dei misericordiam. Ita quòd tria specialiter laudat dei potentiam, naturam, & misericordiam. Et naturam quidem laudauit nominatam: hoc est prout cognosci nominarique potest. potentiam verò absolute: misericordiã autem cum extensione subiũcta. [A progenie in progenies.] pro, in generationem & generationẽ. Extensio misericordiæ ad quamlibet successionem generationis significatur. Est enim sensus, in generationem & generationem sine defectu, ita quòd nulli generationi deficit. [Timentibus eũ.] Quanuis misericordia dei diffusa sit super omnia opera eius, & secundum aliquos effectus communis sit timentibus & non timentibus deum: secundum tamen effectum subleuationis à vera miseria (quæ est sola miseria æternæ damnationis) propria est timentibus eum timore filiali. & talis misericordia cantatur indeficiens cuilibet generationi. Nec arctatur textus ad generationes futuras, sed absque limitatione aliqua comprehendit omnem generationem. præteritam, præsentem, & futuram. Laudat enim beata virgo benefactorem suũ ab huiusmodi æterna misericordia. [Fecit potentiã.] pro, robur. siue imperium. vtrunque enim Græca dictio significat. Ab hinc persequitur vtriusque attributi (scilicet potentiæ & misericordiæ) opera respectu rationalium creaturarũ vt referuntur ad beatitudinem vel miseriam ęternã. [Vbi aduerte, quòd si opera hæc intelligantur in sua latitudine & præterita vt sonant, appellatione superborum & humilium, diuitum & esurientium, non solum comprehenduntur homines, sed etiã angeli mali & boni. Angeli siquidem superbi fuerunt primi dispersi & detracti ex sedibus & emissi inanes: & per oppositum, angeli humiles & esurientes diuinam gloriam exaltati sunt & repleti sunt bonis. Ante aduentum quoque Christi, superbos ejectos legimus etiam de tẽporali statu: vt Nabuchodonosor & Saul. sed hoc extra propositũ est æternę fœlicitatis, vel miseriæ: nisi pro quanto hæc signa quædam sunt testificantia quantũ deo superbia displiceat, quantúmq; humilitas placeat: directe tamen præsenti cantico congruit vt intelligantur hæc opera facta in mysterio incarnationis. ita quòd cantantur hęc opera vt fructus verbi incarnati & asseruntur facta quia iam erant facta inchoatiuè, erant facta in radice. Intendit

ſiquidē beata virgo declarare quid in hoc myſterio incarnationis fecit (hoc eſt faciendum in radice ſtabiliuit) erga genus humanū. quòd ſcilicet decreuit vti potentia contra ſuperbos, primates & diuites, exaltare autem humiles & replere bonis eſurientes. Hęc enim eſt diſpoſitio propria nouo teſtamento. nam in teſtamento veteri diuitiæ promittebātur: in nouo nulla habetur diuitiarū ratio, ſed pauperrimi piſcatores exaltati ſunt. ¶ Vide ſingula iuxta hūc ſenſum, quem literalem credimus Primū itaque opus potentiæ eſt ꝙ fecit robur. [In brachio ſuo.] Verbū incarnatum brachiū diuinū appellatur: iuxta illud Eſa. 53. & brachiū domini cui reuelatum eſt. eſt enim velut brachiū quo operatur deus. Perſpicacius autem appellatur brachiū ratione humanæ naturæ: quæ eſt velut organū cōiunctum dei, ſicut brachium eſt organum coniunctū hominis, eſt enim organū iunctū in perſona, ad differentiā organi ſeparati: quale eſt quodcunque inſtrumētum artificiale: puta ſerra, malleus &c Fecit inquā deus in homine aſſumpto robur, tum fortitudinis meritoriæ tū potentiæ, opere & ſermone. ſed præcipue robur vniuerſalis dominij, robur efficiēdi omne opus tā iuſtitiæ quām gratiæ. [Diſperſit ſuperbos.] Ecce opus robuſti brachij, & ad corporei brachij robuſti diſpergētis conātes ipſum ſuperare, ſimilitudinē. Quū enim cętera vitia fugiant, ſola ſuperbia ſe opponit deo. & propterea actio Ieſu Chriſti in totum genus perſeuerātium in iniquitate, deſcribitur à capitibus eorū ſuperbis quos diſpergit in æternos cruciatus. [Mente.] pro, cogitatiōe, [cordis ſui.] ſignificat non diuina mens, ſed cogitatio cordis ſuperborū, & diſperſio robuſta declaratur actio iuſtitiæ. Eſt enim ſenſus quòd diſperſit ſuperbos merito cogitatiōis cordis eorū. Quanuis poſsit etiā ſignificari vnde diſperſi ſunt: ſcilicet à cogitatione cordis eorū. diſperſi ſunt enim à celſitudine & gloria cogitata & affectata corde eorū. Vterque ſiquidē ſenſus quadrat propoſito, [Depoſuit potētes de ſede.] pro, detraxit primores à ſedibus Significatur enī ad literā, ꝙ deiecit eos qui poteſtate ſunguntur publica à ſedibus ſuis. Quod ad literā verificatū eſt quū deiecti ſunt magiſtratus Iudæorū quia occiderūt Chriſtū: & exaltati ſunt humiles Chriſti, diſcipuli vniuerſo orbi euangelizantes. Poteſt nihilominus vniuerſalius intelligi de eiſdem ſuperbis: vt nō ſolū ſint diſperſi à cogitatis & affectatis celſitudinibus, ſed etiā detracti à ſedibus quas habēt. omnibus enim bonis priuati ſunt [Et exaltauit humiles.] corde. Exaltauit inquam ad cœlorū regnum. Et hinc apparet eoidem appellatos ſuperbos & potentes diſperſos & eiectos, nam ſolos humiles

miles corde è regione apponit. Et propterea ſecunda expoſitio amplectenda tanquam literalis inſinuatur. [Eſurientes.] non corporis cibum, ſed iuſtitiam, ſed panem cœleſtem. [Impleuit bonis] regni cœlorum. quæ ſola ſunt vere bona. [Et diuites.] mente & animo: qui ſe non recognoſcunt indigentes diuina gratia, euangelica doctrina: exiſtimantes ſe habundare diuitijs ingenij, ſapientiæ, prudentiæ, ſagacitatis, cognitione & acquiſitione fœlicitatis abſque Chriſto [Dimiſit.] pro, emiſit, [inanes.] eiecit à ſe vacuos veris bonis. Et nihilominus cum his intellige quod elegit pauperes & infimos ſecundum mundum homines, ſignificatos per eſurientes (hoc eſt indigentes pane) magnos autem ſecundum mundum nominatos diuites non elegit, ſed emiſit vacuos: pro quanto nec electi ſunt ad apoſtolatum, & rari ſunt qui ſaluantur: iuxta verbum domini. facilius eſt camelum tranſire per foramen acus, quàm diuites intrare in regnum cœlorum. [Suſcepit.] more ſuccurrentis ac manum porrigentis. Poſtquam opera declarauit gratiæ & iuſtitiæ noui teſtamenti, adimpletionem ſubiungit teſtamenti veteris perfectam in hoc myſterio incarnationis. [Iſrael puerum ſuum.] populum Iſraelitam ſeruum ſuũ. [Memorari.] pro, vt recordaretur. Loco cuius, neſcio quis in eccleſia introduxit cantandum recordatus: quum interpres tranſtulerit memorari, & textus Græcus habet recordari. [Miſericordię ſuæ] ſuperfluit ſuę. Et eſt ſenſus, quòd ſuccurrit populo Iſrael ad hoc vt recordaretur opere & effectu miſericordiæ exhibendæ Abrahę & ſemini eius in ſeculum, ſicut locut⁹ eſt ad patres noſtros. Iſte eſt verus ordo conſtructionis literæ. nam Abraham datiui caſus eſt: nec poteſt conſtrui cum patres noſtros. Rurſus etiam nõ quadrat ſicut locutus eſt ſemini eius in ſeculum: ſed bene quadrat quòd ſuſcepit populum Iſrael per myſterium incarnationis ſuccurrendo, ad hoc vt recordaretur miſericordiæ exhibendæ Abrahæ & ſemini eius in ſeculum. promiſerat enim deus exhibiturum ſe miſericordiam Abrahæ & ſemini eius in æternum. & propterea per modum recordationis exhibenda deſcribitur miſericordia. Expectabat quoque & Abraham miſericordiam Ieſu Chriſti liberaturam ſe de limbo. Semini quoque Abrahæ non quodam tempore, ſed in æternum exhibetur miſericordia: dum ad cœlorum regnum pro parte perductum eſt, & reliquum perducetur per Ieſum quum intrauerit plenitudo gentium, & nihilominus quotidie aliquis eorum perducitur. [Sicut locutus eſt ad patres noſtros.] prophetas qui ſcripſerunt de Meſia & gratia

eius.[Abraham & semini eius in secula.] pro,in seculũ. [Mansit autem Maria cũ illa quasi.]pro,fere, mensibus tribus [& reuersa est in domũ suã.]Vnde apparet quòd nõ interfuit beata virgo natiuitati Ioannis Baptistę. nã quũ octauo Calendas Aprilis audierit ab angelo, ecce Elizabet cognata tua,& in illis diebus surrexerit & venerit ad Elizabet, si fuisset cum Elizabet in natiuitate Ioannis,procul dubio perstitisset per aliquot dies : saltem donec Elizabet plene conualuisset ex partu & sic fuisset cum ea tribus mensibus & amplius:cuius oppositum euangelista dicit.qui videtur ex industria hoc dixisse vt significaret Mariam nõ interfuisse partui Elizabet.[Elizabet autem impletum est tempus pariendi. & peperit filiũ. Et audierunt vicini & cognati eius quia magnificauit dominus misericordiã suam cum illa.]non solũ tollendo opprobriũ sterilitatis in senectute, sed donando filium masculum. [Et congratulabantur ei.Et factũ est in die octauo.]iuxta legis pręceptũ. [Venerunt circũcidere.] pro,vt circũcideret.[puerũ & vocabãt eũ nomine patris sui Zachariam.Et respondens mater eius,dixit. nequaquam, sed vocabitur Ioannes.] A spiritu sancto didicerat Elizabet hoc nomen imponendũ filio. Zacharias enim mutus nõ poterat ei hoc dixisse.[Et dixerũt ad illã,quia nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius quem vellet.]pro,quid vellet, [vocari eũ.]Ita quòd non ostendebãt diuersos homines quærentes si vellet vocari eũ nomine istius vel illius, sed nutibus quærebãt quod esset nomen imponendũ infanti.[Et postulans pugillarem.] hoc est nutibus petita tabella in qua scribitur huiusmodi enim tabella pugillaris vocatur.quę forte tunc temporis erat cerea.[Scripsit dicens.] Mutus erat & scribere quidem poterat, dicere autem non.& propterea dicens, casus est accusatiui.Et est sensus .scripsit scripturam dicentem. [Ioannes est nomen eius] Acsi aperte diceret.nõ ego illi impono nomen, sed Ioannes est nomen eius vtpote impositum ab angelo. [Et mirati sunt.] de conuenientia patris & matris in nomine nouo cognationi illi.[Vniuersi.Apertum est autem ilico.] Tunc enĩ completa sunt,quæ dicta sunt per angelum de natiuitate Ioannis. ante diem siquidem octauum quo in circunciſione nominabatur infans,quia anonymus erat,fere vt non natus habebatur. [Os eius & lingua eius & loquebatur benedicens deum.]An præter subiũctum canticum aliqua prius dixerit Zacharias gratias agendo deo, incertum est. [Et factus est timor super omnes vicinos eorũ & super omnia mõtana.] pro,in tota mõtana [scilicet regiõe,Iudææ.

dæ,diuulgabantur omnia verba hęc.Et posuerunt omnes qui audierãt,in corde suo, dicentes. quisputas puer iste erit?] Timor dei diuulgatio gestorum,& expectatiua admiratio dicentium quisnã puer iste erit,post canticum Zacharię fuerunt secundum ordinem historiæ.immo canticum ipsum, vnum erat eorum,quæ diuulgabantur:& magna erat pars testimonij, quòd manus domini erat cum illo puero.[Etenim.]superfluit coniunctio enim. Non redditur ratio quare illi dicebant,quisnam puer iste erit? sed vbi euãgelista gesta descripsit natiuitatis, circuncisionis & nominationis pueri, ordinatè describit quid est subsecutum in audientibus, quid in ipso infante,quid in patre. Et de auditoribus quidem dixit timorem &cæ de infante vero subdit.[Et manus domini erat cum illo.] significans specialem curam diuinam de infante,velut sub manu dei.De patre autem subiungit.[Et Zacharias pater eius repletus est spiritu sancto:& prophetauit.]tum de Messia, tum de Ioanne [Dicens. Benedictus.] benedictione laudis. [Dominus deus Israël]per gratiam specialis cultus.[Quia visitauit.]mittendo.[& fecit redemptionem.] ad differentiam priorum visitationum quibus visitauerat mittendo prophetas modo enim visitauit faciendo redemptionem mysterio incarnationis. [Plebis suæ.] pro,populo suo hoc est ad libertatem populi sui [Et erexit cornu salutis nobis.] non solum libertatem dedit,sed erexit cornu,potentiam.Ipsum Messiam appellat cornu salutis quia vere fuit potentia saluationis nostræ [In domo Dauid]quia secundum carnem ex domo Dauid ortus est. [Pueri sui sicut locutus est per os sanctorum qui à seculo sunt prophetarum eius.] pro, fuerunt prophetarum suorum.[Salutem ex inimicis nostris:& de manu omnium qui oderunt nos.]Declarat cuius salutis cornu erectũ est. Vnde secundum grammaticam legendum esset salutis, referendo ad id quod dixerat cornu salutis.Ac si dictum fuisset,salutis inquã ex inimicis nostris.¶[Vbi etiam scito,quòd Græca dictio tam hic quàm ibi & inferius,potius significat saluationis quàm salutis.& optime quadrat vt sit cornu saluationis,saluationis inquam ex inimicis nostris:primum quo ad spiritum,& demum quo ad omnia. ¶[Et similiter intellige de manu,hoc est de potestate audientium. In primo siquidem aduentu saluati sumus ab ijs qui aduersantur spiritui:in secundo autem ab omnibus quomodolibet contrarijs. [Ad faciendam misericordiã cum patribus nostris.] Misericordiã dicit,non iustitiam quia non ex meritis patrum,sed ex diuina gratia misericorditer patres nostri & nos liberati sumus per incar-

nationis myſterium. [Et memorari]pro,& ad recordandum,[te ſtamenti ſui ſancti.] Prius dixerat miſericordiam modo adiungit iuſtitiæ ſpeciem in executione teſtamenti. Vbi nota appellati hic primum teſtamenti nomine, promiſſionem factam Abrahæ à deo de benedicto ſemine, in quo omnes gentes benedicentur. [Iuſiurandum.]Explicat teſtamentum ſcriptum Geneſis.22. Et grammaticè ſimiliter legendum eſſet iuſiurandi, appoſitiue ad teſtamenti ſui ſancti.[Quod iurauit ab Abraham patrẽ noſtrũ, daturũ.]pro,vt daret[ſe.]ſuperfluit ſe.[Nobis.]Iungi debet hęc clauſula cum ſequenti:& eſt ſenſus,vt daret nobis hæc ſequentia, ſcilicet.[Vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati, ſeruiamus illi.In ſanctitate &iuſtitia corã ipſo,omnibus diebꝰ noſtris.]Vbi colligere potes ſeptem conditiones gratuitas.Prima eſt libertas. liberati de manu inimicorum noſtrorum.Secunda eſt diuina ſeruitus:ſeruiamus illi.Tertia eſt excluſio timoris ſeruilis.[ſine timore.Quarta eſt mundicia.in ſanctitate.Quinta eſt iuſtitia fidei,dando vnicuique quod ſuum eſt.Sexta eſt veracitas,coram ipſo,vt excludatur omnis fictio:& ſimul ſignificetur reuerentia tanquam præſente deo.Septima eſt perennitas ſeu iugis continuatio, omnibus diebus noſtris. Hæc enim omnia per incarnationis myſterium olim promiſſa, adimpleta ſunt intrinſecus: exterius autem conſummabuntur in ſecundo aduentu.[Et tu puer.] pro,puelle.Prophetat apoſtrophando ad infantem. Vnde nonnullum ſumitur argumentum ,quòd donum ſolutę mentis perſeuerauerit in Ioanne Baptiſta. Et propterea tanquam ad intelligentem paterna verba Zacharias conuertit ſermonem. [Propheta.]immo etiam pluſquam propheta [Altiſſimi vocaberis,præibis enim ante faciem domini parare.]pro,ad parandum,[vias eius.] Dono prophetiæ adiungit officium præcurſoris. Et vtrunque ad literam impletum eſt. nam & pluſquam propheta fuit monſtrando Ieſum: & velut ante faciem iuit præparando viam, prædicando & baptizando,ad hoc vt diſponeret auditores ad Chriſtum ſtatim ſubſequentem.[Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi.] pro, populo,[eius,in remiſſionem peccatorum eorum] Superfluit eorũ. Particula in remiſſionem peccatorum,poteſt conſtrui cum ſalutis. vt determinetur qualis ſalus:ſcilicet interna,in remiſſionem peccatorum. Et poteſt conſtrui cum ſcientiã ſeu cognitionem: ad ſignificandum cognitionem ſalutis tendere in remiſſionem peccatorũ. [Per viſcera miſericordiæ dei noſtri in quibus viſitauit nos.]Apoſtrophat hic ad ipſum ſaluatorem Meſſiam. Ita quòd ordo literę ſe

cundum

cundum conſtructionem eſt iſte. O oriens ex alto, per viſcera miſe ricordiæ dei noſtri in quibus viſitauit nos, illuceſce in tenebris & vmbra mortis ſedentibus, ad dirigendum pedes noſtros in viam pacis. Incipit itaque apoſtrophatio literæ ad ſaluatorem ab obſecratione, per viſcera, hoc eſt intima, miſericordiæ dei noſtri: in quibus, viſceribus, viſitauit nos, deus noſter. Obſecrat per intimũ affectum diuinum monſtratum in tam miſericordi viſitatione per myſterium incarnationis factæ. [Oriens.] ſubſtantiuum eſt, & caſus vocatiui ex ſubſequente imperatiuo inſinuatur. Quãuis careat articulo ſeu aduerbio vocatiuo. nã nõ ſemper hoc aduerbiũ apud Græcos præponitur: vt patet apud Ioannem, Domine oſtende nobis patrem: & iterum, Philippe qui videt me. Et ille ſignificatur de quo ſcriptum eſt Zachariæ ſexto: Ecce vir oriens nomen eius. & Zachariæ tertio: Ecce adducam ſeruum meum orientem. [Ex alto.] Perinde dicitur, ô oriens ex alto acſi diceretur, ô ſol ex alto, ex excelſo, nempe patris ſinu. in quo Ieſus erat velut ſol latens tamen & propterea ſubiungitur petitio. [Illuminare,] pro, illuce. ſeu illuceſce. [Iis qui in tenebris.] ignorantiæ [Et vmbra mortis.] Peccata præ ſe ferentia mortem æternam, vmbra mortis ſunt: tũ quo ad rem quia ſe habent ad mortem æternam ſicut vmbra ad corpus: tũ quo ad officium terrendi: quia terrent cultores dei, vt exiſtimatæ vmbræ mortuorum exterrere ſolent. Similitudo hæc ſumpta eſt ex ſenſibilibus tenebris ita horribilibus, vt ſi non mors, vmbra mortis tamen appareat. [Sedent.] pro, ſedentibus. In textu Græco habetur. illuceſcę in tenebris & vmbra mortis ſedentibus. At ſi contendatur nõ poſſe trãsferri infinitiuum in imperatiuum, facilis eſt conſtructio omiſſa apoſtrophatione ad ſaluatorem, & legendo oriens in nominatiuo, & vt illuminet &cæ. [Ad dirigendos pedes.] hoc eſt affectus. [noſtros in viam pacis.] ſpiritus, quę vere eſt pax: non pacis mundanę plenæ immunditia & malis moribus. [Puer.] pro, puellus, [aũt creſcebat & confortabatur.] pro, potens fiebat, [ſpiritu.] Atteſtatur hoc libero vſui mentis ĩ puello: fieri enim potentiorem ſecundum ſpiritum, meriti eſt: quod non eſt ſine libero vſu mẽtis [Et erat in deſertis.] Vt nõ ab homine, ſed à deo inſtructus cognoſceretur. vt à pueritia iugum domini portaret ac contemplationi vacaret [Vſque in diem oſtenſionis ſuæ ad Iſraël.] hoc eſt, vſque ad annum vigeſimumnonum ſuæ ætatis: tunc enim manifeſtatus fuit populo Iſraël qualis eſſet.

CAPVT. II.

Actum est autem in diebus illis.] scilicet anno quadragesimo secundo, vel circiter, imperij Octauij, qui
F cognominatus est Augustus. [Exijt edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur,] per capita, [vniuersus orbis.] Secundum veritatem subintelligitur, subiecto Romano imperio: ad differentiam vniuersi orbis simpliciter. nã vniuersus orbis simpliciter non erat subditus Romano imperio: quanuis Augustus ad gloriã sui imperij scriberet absolute vniuersum orbem describendum, tanquam esset dominus vniuersi orbis cuius tamen nullus vnquam Imperator fuit dominus. Cõstat enim omnes quartas terræ nulli vnquam fuisse subditas. præter hoc q̃ scriptores tradunt multas nationes istius nostræ quartæ non fuisse tunc subditas Augusto. [Hæc descriptio prima.] ad differentiã subsequentium. [Facta est à præside.] pro, agente præsidem. [Syriæ.] Iudæa enim comprehendebatur sub Syria, vtpote pars eius. nec tunc temporis habebat præsidem propriũ. Herodes enim erat Rex Iudææ. [Cyrino. Et ibant omnes vt profiterentur.] propria nomina & cognomina: & forte subiectionem. [Singuli in suam ciuitatem.] Ignotæ sunt nobis conditiones decreti illius. quantum tamen ex relatis à Luca conijcitur, quilibet ibat in ciuitatem vnde erat oriundus, quanuis alibi natus fuisset. hoc enim insinuatur assignando rationem quare Ioseph venerit in Bethlehem eo quòd esset de domo & familia Dauid: nec dicitur eo quòd natus esset in Bethlehem. Quia ergo stirps eius Bethlehemitica erat, ideo Bethlehem ciuitas eius dicitur. similis est autem ratio de cuiuslibet ciuitate sua. [Ascendit autem & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam ciuitatem.] Deest præpositio in. primo enim describitur regio, & deinde ciuitas: dicendo in Iudæã in ciuitatẽ [Dauid quæ vocatur Bethlehem.] Dixit hoc Lucas ad differentiã Sion, quæ appellata est ciuitas Dauid. vt patet. 2. Regum. 5. Bethlehem enim fuit ciuitas Dauid secundum Originem: Sion autem secundã regiam habitationem. [Eo quòd esset de domo & familia Dauid.] Descendentes per mulieres à Dauide, erant de domo, sed non de familia Dauidis: descendentes autem per lineam masculinam, erant de domo & familia Dauidis: ideo vt significaretur Ioseph per lineam masculinam descendisse à Dauide, dicitur de domo & familia Dauid. [Vt profiteretur cum Maria.] Hinc etiam habetur alia cõditio decreti, quòd etiam mulieres describebantur: alioquin non ducta fuisset beata virgo tam vicina partui in Bethlehẽ.

[Desponsata

[Desponsata sibi vxore.] Non ideo quòd traducta adhuc nõ fuisset in viri domum (Ioseph enim monitus ab angelo acceperat iam eam in coniugem) sed ideo vt secundum rem non vxor, sed vxor desponsata, hoc est incognita significetur. [Prægnante] pro, quæ erat prægnãs. [Factum est autem quum essent ibi, impleti sunt dies vt pareret, & peperit] naturali via per genitalia membra genuit. alioquin non peperisset, [Filium suum primogenitum] ante quem nullum alium genuit, siue sequatur alius siue non. Quod diffusius Matthæi primo declaratum est. [Et pannis eum inuoluit.] pro, & eũ infasciauit. Nullus dolor matris, nulla obsequia obstetricis aut alterius mulieris, nullum balneum, sed sola fasciatio maternis manibus interuenit. [Et reclinauit eum in præsepio quia nõ erat ei.] pro, eis scilicet Mariæ & Ioseph. Ratio quare non erat eis locus in diuersorio, nescitur an fuerit paupertas soluẽdi, an multitudo hospitum. [Locus in diuersorio.] Hinc apparet, quòd præsepium erat extra diuersorium, hoc est hospitium. ex eo enim quod dicitur, quòd non erat eis locus in diuersorio, significatur quòd non erat eis locus in hospitio. ex eo autem quòd hinc redditur ratio quare posuerit infantem in præsepio, significatur quòd præsepiũ erat extra hospitium. Si enim intra diuersorium fuisset, non dixisset non erat eis locus, sed non erat eis locus alius in diuersorio. In loco itaque non hominum, sed animalium brutorum erant beata virgo & Ioseph & ideo reclinatus est Iesus in præsepio (hoc est in loco in quo pabulum apponitur animalibus) vt in fœno quietius esset infans, & minus frigus sentiret. aptior siquidem locus in stabulo non est. Abstinuit autem ab hospitij nomine, quia ciuis nõ hospes erat Ioseph Bethlehem. sed vsus est diuersorij nomine ad significandum, quòd domum propriam non habebat Ioseph in Bethlehem: & (quod amplius est) in publico hospitio non poterat habere locũ in quo commoraretur per aliquos dies. ¶ An autem stabulum hoc fuerit intus in Bethlehem an extra muros, incertum habeo. Hinc enim textus dicit eos ascendisse in Bethlehem, & dum essent ibi, peperisse Mariam: inde difficile apparet Magos intus in ciuitate adorasse Iesum & obtulisse munera apertis thesauris, & latuisse Herodem: qui diligenter inquisiuit vbi fuerãt magi, vt verisimile est. Hæc autẽ difficultas cessat si extra muros adoratus est Iesus in stabulo, sine arbitris Bethlehemitis, Nec propterea contradicitur textui quia ad hoc iuerunt vt morarẽtur intus. sed quia non erat eis locus, morabantur foris: tũ quia etsi essent foris, non erant foris vt essent foris. sed vt describerentur

tur intus tanquam oriundi ex ciuitate,& propterea erant ibi in ciuitate quantum ad officium professionis & per se quanuis per accidens,præter intentionem morarentur extra muros.[Et pastores erant in regione eadem vigilantes.]pro,in agro stabulantes Significatur enim quòd morabantur circa ouile agreste. [Et custodientes vigilias.]pro,custodias,[noctis super gregem suũ.] In diuersas enim custodias distribuebantur à lupis,& id genus reliquis.

[Et ecce angelus domini stetit iuxta illos:]Aiunt dictionem Græcam significare magis angelum imminuisse ex alto supra illos quã steriſſe iuxta illos: ita quòd in aere corporali specie tanquam ex cœlo descẽdens stetit angelus eminẽtius iuxta illos. [Et claritas.] p,gloria,[dei circũfulsit illos.]Duo nominat,scilicet gloriã,dei, & actionem circunfulgendi. Ex hoc secundo apparet corporalis splendor circumcirca illos:ex primo autem apparet,quòd species quædam corporea apparuit quæ fulgebat:& quòd illa species erat species gloriæ dei: hoc est erat res quædam præ se ferens statum glorioſum dei,Qualis autem fuerit illa species, Euangelista non dicit:sed solum dicit quòd erat gloria dei ne intelligeremus lumẽ sydereum,aut solare,aut lunare,aut igneum fulsisse,sed rem velut gloriam dei, velut glorioſam apparitionem dei: ad differentiam apparitionum non secundum statum glorioſum. Hæc est prima in tota sacra scriptura apparitio angelica cum splendore:reseruata iure natiuitati filij dei [Et timuerunt timore magno.] Recolendo omnes supradictas angelicas apparitiones , semper inuenitur timor in hominibus:timuit Zacharias,timuit Maria, timent modo pastores. Insolita enim & diuina. tremenda aduenerunt nobis & nihilominus timor ipse reuerentiæ signum est. [Et dixit illis angelus,nolite timere.]Confortat eos angelus.[Ecce enim euangelizo vobis.]non pontificibus,nõ sacerdotibus,non Scribis, non Phariſæis,non optimatibus: vt hinc percipiamus quàm chari sint deo etiã viliſſimi homines:vtpote ad quos dirigit angelos,quibus primum manifestat mysterium nati filij. [Gaudium magnum quod erit omni populo.] Vobis quidẽ annuncio,sed nõ erit proprium vobis,sed cõmune omni populo gaudium magnũ.Nec dixit omni populo,Bethlehem aut Israel,sed absolute: vt intelligamus omni populo mũdi.in omni enim mũdi populo saluãtur aliqui habẽtes gaudiũ magnũ de natiuitate Christi.[Quia nat⁹ est vobis.] p vestra salute [Hodie.] Vnde apparet nocte eadẽ natũ fuisse Iesum. & nõ ante mediam,noctem:quia tempus ante mediam noctem cõputatur secundum cõmunẽ morem loquendi,cũ die præcedẽti: vt

testatur

teſtatur cœna nocturna. Si enim ante mediã noctẽ diei vigeſimiquinti decẽbris natus fuiſſet, nõ hodie ſed heri natus fuiſſet, ſicut heri cœnauit qui tũc cœnauit. Nec obſtat q̃ apud Hebræos dies inciperet à veſpera quia hoc erat ſpeciale quantũ ad celebrationẽ feſtorũ: nunc autẽ ſermo de cõmuni ſupputatione & non quo ad feſta eſt [Saluator.] Merito dixit natꝰ eſt vobis ſaluator: quia non erat natus ſaluator angelorũ ſed hominũ ſaluator ſiquidẽ angelorum natus erat non hodie, ſed ab æternitate. Quanuis etiam ideo dixerit natus eſt vobis hodie, vt ſignificaret natiuitatem ſecũdum carnem. Si enim dixiſſet natus eſt hodie, anſam dediſſet hæreticis putandi quòd hodie incœpiſſet eſſe: ſed adiungendo vobis, reſeruauit locum intelligendi prius fuiſſe natum in æternitate. Nec dixit ſaluator ab hoc vel illo malo, ſed abſolute. ad ſignificandum q̃ ſaluator eſt ab omni malo: vt in reſurrectione vniuerſali manifeſtabitur. [Qui eſt Chriſtus] Explicat angelus infantem natũ eſſe Meſſiam. [Dominꝰ] explicat ipſum eſſe verum deum. [In ciuitate Dauid.] hoc eſt in Bethlehem. Et cognominauit ipſam ciuitatem, Dauid, quia omnes expectabant Meſſiã ex Dauid: vt etiã paſtores capaciores redderentur annunciãdæ veritatis. [Et hoc vobis ſignũ.] Vere omnia diſponit ſuauiter diuina ſapientia: naturalibus ſiquidem hominibus ſignum dedit ſenſibile, quòd in promptu comperirent quod dicebatur. [Inuenietis infantem.] quem dixi natum hodie. [Pannis inuolutum.] pro, infaſciatum. non purpura aut auro tectum, ſed ſimplicibus faſcijs inuolutum. [Et poſitum in præſepio.] non in cunis. Hinc inſinuatur quòd præſepe illud notorium erat, vnicum ac commune. alioquin angelus aliquam particularem conditionem addidiſſet ad diſtinguendum illud præſepe ab alijs. Ex eo enim quòd nullam aliam conditionẽ apposuit, apparet quòd ſolum erat, notorium & commune: alioquin dicendum fuiſſet in præſepio talis domus aut talis domini quoniam non eſt verisimile non fuiſſe multa præſepia in ciuitate Bethlehem. Et hoc forte atteſtatur quòd hoc erat vnicum, publicum, iuxta muros notorium, quòd velut per antonomaſiam appellabatur ibidem præſepe ſeu præſepium: & ideo angelus more illorũ loquẽs, dixit in præſepio abſolute. [Et ſubito facta eſt cũ angelo multitudo militiæ cæleſtis, laudantiũ deũ & dicentiũ.] Hic apparet quòd in corporali ſpecie affuit multitudo cœleſtis militiæ. Et notando verbum euangeliſtæ dicẽtis cum angelo, firmatur quod diximus angelum in aëre ſubſtituiſſe. & completa euangelizatiõe ſubito ſimul cũ ipſo apparuiſſe multitudinẽ angelorum dicentium.

centium [Gloria in altiſsimis deo,& in terra pax hominibus bonæ voluntatis.]In Græco ſic habetur. Gloria in altiſſimis deo, & in terra pax in hominibus bona voluntas.Ita quod tria bñficia, tres effectus incarnati verbi ſignificantur:gloria,pax,& bona volũtas.gloria in excelſis,pax in terra,& bona volũtas in hominib⁹. Et quæli bet deo : ita quòd deo ſemper ſubintelligitur repeti. Et eſt ſenſus,quòd myſterium hoc eſt ad efficiendum,in ſuperioribꝰ quidem gloriã dei,in terra vero(hoc eſt in infimis) pacem, id eſt tranquillitatem ordinis deo,& ſi non ipſis.in hominibus autem bonam voluntatem deo,ac per hoc reliquis Bonam autem dicit, non vtilem,quia voluntas vtilis plerunque mala eſt, teſtante ſcriptura de conſilio Achitophelis ſecundo Regum 17.¶Et ſi perſpicaciter conſideraueris,inuenies in his tribus vniuerſum incarnationis effectum comprehendi.Ordinatur ſiquidem incarnationis myſterium primo ad gloriam dei in ſuperioribus,vbi comprehẽduntur omnes beati.Deinde ad tranquillitatem ordinis in inferioribus,nomine terræ ſignificatis,eo quòd terra infima eſt vniuerſi pars,vbi comprehenditur vniuerſa diſpoſitio inferiorum.etiam damnatorum,qui etſi non glorificabunt deum,velint tamen nolint,vniuerſa inordinatio criminum ad tranquillum ordinem per pœnas reducetur,& propterea tranquillus ordo inferiorum qui pax vocatur,licet non ipſis,attamen deo erit.Ordinatur tertio ad bonam voluntatem in hominibus, qua genus humanum ſine Chriſto carebat & caret,& ſingula deo, quia finis incarnationis eſt,vt deus ſit omnia in omnibus,vt dicitur.1 ad Corinth 15.Hũc eſſe literalem ſenſum huius angelici tituli,apparet ex eo quòd ſic cauſæ vniuerſali inſtaurandi mundi(qualis eſt myſterium incarnationis)intelliguntur aſſignati effectus vniuerſales, comprehendentes totum vniuerſum.¶Vbi etiam aduerte. Tum quòd non interponitur coniunctio &,inter terram & homines,ſicut interponitur inter excelſa & terram dicendo & in terra,nec dicendo & in hominibus,ad ſignificandum ad eandem vniuerſi partem(inferiorem ſcilicet)pertinere vtrunque ſcilicet tam pacem quàm bonam in hominibus voluntatem.Tum quòd diuerſa eſt præpoſitio præpoſita altiſſimis & præpoſita terræ,nam dicitur,in altiſſimis,& ſuper vel in terra.præpoſitio ſiquidem ſecunda potius ſignificat ſuper quam in.Et inſinuatur per hanc diuerſitatẽ,quòd gloria quidẽ in altiſſimis hinc eſt deo pax autẽ non tã in terra q̃ ſuper terrã eo q̃ pax eſt eminens totius terræ viribꝰ [Et factũ eſt vt diſceſſerũt ab eis angeli in cælũ,paſtores loquebãtur adinuicẽ,trãſeamus

vſque

vſque Bethlehem,& videamus hoc verbum.]id eſt hanc rem. Verbum enim pro re geſta in ſcriptura poni conſtat. 2. Reg. 1. interrogãte Dauide,quod eſt verbũ quod factum eſt indica mihi.[Quod factum eſt,quod fecit dominus & oſtendit nobis.]Multæ ſunt hic particulæ ſuperfluę,nam in Græco habetur,quod dominus notificauit nobis.[Et venerunt feſtinantes,& inuenerunt Mariam & Ioſeph,& infantem poſitum in præſepio.videntes.]pro,quum vidiſſent,[autem,cognouerũt.]pro, diuulgauerunt.ſeu notificauerũt. [de verbo quod dictũ erat illis de puero hoc.]Significatur quòd manifeſtauerunt angelica verba illis dicta de hoc puero.[Et omnes qui audierunt,mirati ſunt & de ijs quæ dicta erant a paſtorib⁹ adipſos]Supfluit ſecũdũ &,ſignificat enim q̃ audiẽtes mirati ſunt de ijs q̃ dicebãt à paſtorib⁹ adipſos audiẽtes Quiaũt autẽ fuerit iſti(præter Ioſeph& beatã virginẽ)neſciẽt.[Maria autẽ cõſeruabat omnia verba hęc.]relatura poſt glorificationẽ Ieſu apoſtolis.[cõferens in corde ſuo.] Officium contemplationis exercebat, conferendo dicta ſibi cum dictis à paſtoribus.Et rurſus conferendo vilitatem præſepij cum celſitudine angelorum annũciantiũ Chriſti natiuitatem.[Et reuerſi ſunt paſtores glorificantes & laudantes deum in omnibus.] pro,ſuper omnibus, [quæ audierant ab angelis,& viderant in præſepio,ſicut dictum eſt ad illos. Et poſtquam conſummati ſunt dies octo vt circunciderẽtur puer.] Conſummatio non refertur ad octauum diem: quia non ſignificatur quòd poſt conſummatum octauum diem fuiſſet enim dies nonus ſed refertur ad numerum dierum.Vnde non dixit poſtquam conſummatus eſt dies octauus,ſed poſtquam conſummati ſunt dies octo,vt conſummatum octonarium dierum numerum ſignificaret.Impletus ſiquidem eſt numerus octonarius,ſtatim vt octauus incœpit dies.Propter quod euangeliſta apponit vt circũcideretur puer:vt ſic conſummatos dies octo ſignificaret vt exiguntur ad circunciſionem,quod eſt aduenille diem octauum,quia die octauo ſecundum legem prẽcepta erat circunciſio.[Vocatum eſt nomen eius Ieſus.]Deeſt coniunctio &. Vnde apparet quòd textus conciſus eſt . nam ſubintelligetur circunciſus eſt, & poſtea ſubditur & vocatum eſt nomen eius.[Circunciſus eſt Ieſus, vt ex tunc inciperet ſeruare legem [Quod vocatum eſt ab angelo priuſquã in vtero conciperetur Et poſtquam impleti ſunt dies purgationis eius.]Varia eſt lectio apud Græcos codices,alijs in ſingulari,alijs in plurali habentibus pronomen eius.Referendo purgationis eorũ ad matrem & filium.[Secundũ legẽ moyſi.]Leui.12. vbi quadraginta

draginta dies purificationis aſsignantur genito maſculo. [Tulerũt illũ in Hieruſalem vt ſiſterent eũ domino. Sicut ſcriptũ eſt in lege domini, quia omne maſculinũ adaperiẽs vuluã.] Alterũ præceptũ in lege erat Exod. 13. de pręſentãdo domino primogenitum. Pręſentabatur enim domino ptopter interfectionẽ primogenitorũ in AEgypto & redimebatur precio vt ibidẽ habetur. Et ratione huius præcepti inhibitus fuit domino in tẽplo infans Ieſus, velut redditus deo tanquã debitus. A quo tamen pręcepto etiã ſecundũ verba legis exemptus erat Ieſus: quoniã lex non cõprehendit niſi maſculinũ quod aperit vuluã, hoc eſt matricẽ. Ieſus aũt ſicut natus clauſo genitali mẽbro matris, ita etiã clauſa vulua eſt. Et propterea non erat ſubiectus legi illi: quã tamen voluit obſeruare qui nõ venerat ſoluere legem ſed adimplere. [Sanctũ.] hoc eſt conſecratum ſeu dicatũ, [domino vocabitur. Et vt darent hoſtiã ſecundũ quod dictũ eſt in lege domini.] Alia lex erat de ſacrificio offerendo, ſcripta Leuit. 12 [Par turturũ aut duos pullos colũbarũ.] Dicit lex ꝙ offerat agnũ & turturem aut pullũ colũbæ: ſubiungendo quòd ſi pauper fuerit ita quod non poſsit offerre agnũ, offerret par turturum aut duos pullos colũbarũ. Et hanc pro pauperibus legem refert Lucas ſignificans per hoc paupertatem Ioſeph & Mariæ. Vbi cernere potes prudens lector ſeruatã vtranque legem: tum hãc cõmunem mulieribus parientibus ſiue maſculũ ſiue fœminam: tum illam propriam primogenitis maſculis. ¶ Et ſcito quòd etiã ſecundum verba legis non tenebatur beata virgo ad oblationem huius ſacrificij: quia expreſſe lex dicit, mulier ſi ſuſcepto ſemine &c. Conſtat enim exemptã eſſe beatam virginem, quę concepit abſque ſuſcepto ſemine. Nec eſt dubium à ſpirituſancto fuiſſe appoſita illa verba in lege, ad excipiendũ beatam virginem: alioquin ſuperflua eſſent. Manifeſtum enim erat mulieres reliquas nõ aliter poſſe parere quàm ſuſcepto ſemine. [Et ecce homo erat in Hieruſalem cui nomen Simeon. Et homo iſte iuſtus & timoratus.] pro, pius, ſeu religioſus. Deſcribitur enim Simeon non ſolũ iuſtus ſecũdũ communẽ iuſtitiã, ſed pietate flagrãs erga cõmune patrię bonũ. [Expectãs cõſolationẽ Iſrael.] Inſtãte Meſię tẽpore, Simeõ aut intelle ctis hebdomadibus Danielis aut ſolo ſpiritus ſancti inſtinctu, expectabat conſolationẽ Iſrael: hoc eſt Meſiã ad cõſolandũ populũ Iſrael. Et hæc eſt tertia virtus Simeonis. [Et ſpiritus ſanctus erat in eo.] pro, ſuper eũ. ſignificatur quarto ꝙ Simeõ habebat ſpiritũ ſãctũ velut ſuperintendentẽ, gubernãtẽ & fouentẽ ipſum. [Et reſpõſum acceperat Simeõ à ſpiritu ſancto nõ viſurũ ſe mortẽ niſi prꝰ

videret

videret Christū domini.] Vnde apparēt supplices preces expectantis, tam digne dei auribus vt respōsum meruerint promissiuū vitę corporalis vsquequo videret Christū. [Et venit in spiritu.] hoc est actus à spiritusancto, non vocatus nec excitatus ab homine. [In tẽplum. Et quum inducerent puerum Iesum parentes eius vt facerēt secundum consuetudinem legis pro eo.] Certæ significantur actiones cerimoniales cōsuetæ seruari in huiusmodi oblatione primogeniti. [Et ipse.] Simeon sacerdos [Accepit eū in vlnas suas: & benedixit deum, & dixit. Nunc.] Spiritusancto reuelante cognouit Iesum esse Messiam: & exhibito iam ei quod promissum fuerat, nihil vltra expectans videre offert se morti. [Dimittis seruū tuū domine.] Detentum se in hac vita significat, qui mori appellat dimitti. [Secundū verbū tuū.] hoc est promissionē tuā. [In pace.] fatiato iā appetitu meo [Quia viderunt oculi mei salutare tuū.] Iesum ab officio saluandi denominat, eo ꝙ venit vt saluū faceret quod perierat. [Quod parasti ante faciem omniū populorū.] Iesus prout salutaris est, propositus est à deo nō ijs vel illis sed in conspectu omniū populorū. Salutē siquidem attulit omnibus populis: & publice manifestatus est in conspectu omniū populorū ꝙ ipse est saluator mundi ꝙ ipse est quem deus pręparauit gratia vnionis personalis & gratia virtutū omniū & meritorū ad hoc vt salutaris sit mundo. [Lumen.] Non solū saluator sed lumen appellatur Iesus, qui vere est lux mundi. [Ad reuelationē gentiū.] hoc est nō concluſum infra populū Israel, sed extensum ad reuelationē gentium. hoc est ad reuelatæ veritatis fidē in gentibus quæ modo sunt infideles. [Et gloriā plebis tuæ Israel.] Cerne differentiam, Salutare dicit cōmunē omnibus populis: lumen appropriat gentibus quibus nō fuerat reuelata diuina veritas per prophetas. gloriā appropriat populo Israel: quia gloria illius populi est Messias, ortus ex illo, promissus illi, & personaliter in primo aduentu tantummodo inter illos. [Et erant pater.] pro, Ioseph, [& mater eius mirantes super ijs quæ dicebantur de illo.] Digna enim erant admiratione etiam apud Ioseph & matrem scientes illum esse Messiam: tū quia magna erant: tum quia ad sensum audiebant quę in particulari nesciebāt. Et refertur hæc admiratio etiam ad ea quæ subiungit Euangelista dicta à Simeone & anna. [Et benedixit illis Simeon.] Hinc apparet quod Simeon fuit sacerdos. nam sacerdotibus in lege mandatum erat benedicere filijs Israel Nume. 6. Et hoc tanto magis significatur, quòd in tẽplo benedixit. immo significatur ꝙ pars cerimoniarum erat huiusmodi benedictio, ex hoc ꝙ vtrique parenti

benedixit.

benedixit. Intendit enim euangelista dicere quòd vsus est forma benedictionis statuta in dicto capitulo. Et propterea non aliter explicat quomodo benedixit eis [Et dixit ad Mariam matrẽ eius Ecce positꝰ est hic in ruinã & in resurrectionẽ.] prophetat Simeõ de Iesu contrarios effectus ruinam. scilicet & resurrectionem. Et quia resurrectio spiritualis est (scilicet à peccatis) consequens est vt ruina spiritualis quoque intelligatur, in cæcitatem & interitum æternum. Nec dicit quòd Iesus sit facturus ruinam, sed quod positus est in ruinam: occasionem enim accepit ruina ex Iesu. [Multorum in Israel.] Dixerat & gloriam plebis tuæ Israel: ne autem intelligeremus saluandos omnes Israelitas per Iesum, explicauit ruinam multorum Israelitarum sequendam ex Iesu. [Et in signũ.] Reconciliationis humani generis ad deum [Cui contradicetur.] pro, contradicitur. Explicat modum quomodo Iesus positus est in ruinam: quia scilicet positus est in signum cui contradicitur. Iesus pauperculus tot & tanta miracula faciens postea crucifixus ac resurgens ex mortuis, appellatur signum: non quòd fuerit vera res, sed quia fuit etiam signum: quia significat adimpletas esse scripturas prophetarum, quia significat pacem inter deũ & humanum genus perfectam, quia significat immensam dei gratiam erga mundum iam exhibitam. Vnde & tunc dixit consummatum est. Contradicitur autem huic signo à Iudæis dicentibus Iesum Nazarenum crucifixum, crucifixum quidem fuisse, sed non esse signum adimpletarum scripturarũ, diuinæ cum hominibꝰ pacis, ac gratię cũ mũdo. Et hic est modus, hęc est ratio ruinæ. Nec dixit contradicetur, sed cõtradicitur: quia iã cõtradictio inchoata erat: iam aduenerant magi, & turbata fuerat omnis Hierosolyma cum Herode contra Iesum. [Et tuam ipsius.] Sonaret litera, & ipsius, scilicet Iesu, gladius pertransibit tuam animam: nisi ipsius generis fœminini esset. Et perinde sonat acsi diceretur, & tuammet. [Animam]. non corpus: ne hic intelligeretur corporeo gladio ipsam feriendã. [Pertrãsibit.] hoc est penetrabit [gladius.] Metaphorice gladius appellatur cruciatus compassionis quem sustinuit vsque ad intima beata virgo in passione filij. Significat enim per hoc Simeon Christi futuram passionem ac mortem talem ex magnitudine cruciatus matris. [Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.] Status mũdi sequẽs Christi mortem (significatam in cruciatu matris) prophetatur futurus in exteriori professione interiorum cogitationum: hoc in professione fidei Christianæ vel professione incredulitatis Christo. Ante mortem si-

quidem

quidem Christi, soli Iudæi exteriori professione manifestabant cogitationes cordis sui erga deum salutemque animæ alij autem si vere fuissent iusti apud deum, nullum habebant vinculum alicuius exterioris professionis. Sed vbi Christus exaltatus est in cruce, & omnia ad seipsum traxit, constituit vt reuelentur exteriori professione fidei in sacramento baptismi ex multitudine omnium humanorum cordium cogitationes de deo, déque propria salute. Necessaria siquidem fidei professio exterior reuelat cogitationes omnium hominũ. dum manifestat professentes recte sentire de deo & salute propria, & nõ professentes male sentire de deo, ac propria salute. Comprehendit itaque Simeon non solum cursum vitæ Iesu cum cõtradictione & mortem crudelem, sed & Israelitarũ multorum ruinam, & statum humani generis in professione fidei Christianę. [Et erat Anna prophetissa filia Phanuel de tribu Aser.] Hinc apparet multos Israelitas ex decẽ tribub⁹, quę nũquã reuersę sunt in Iudęa habitasse. [Hęc processerat in dieb⁹ multis & vixerat cũ viro suo annis septẽ à virginitate sua. Et hęc vidua vsq3 ad annos.] pro, circiter annorũ, [octogintaquatuor.] Non significatur, ꝙ erat annorũ 84. sed circiter [Quę nõ discedebat de tẽplo ieiunijs & obsecrationib⁹] pro, deprecationib⁹, [seruiens nocte ac die] Hinc apparet ꝙ erat vna mulierũ de quibus scribitur primi Regũ secundo, ꝙ obseruabant ad ostium tabernaculi domini, [Et hęc, ipsa hora superueniens.] pro, assistens, [cõfitebat̃ domino.] Deest vna particula significans ꝙ respõdendo cõfitebatur. Quod quidã interpretati sunt vicissim cõfitebatur: hoc est postquam Simeon laudauit deum confessusque est mysteria Iesu, Anna prosecuta est cõfessionem Simeonis respondendo illi, confirmando dicta illius apponendo cõfessionem propriã confessioni Simeonis. Et est sermo de confessione Messiæ laudando deum. [Et loquebatur de illo omnib⁹.] Subaudi pśentibus [Qui expectabãt redemptionẽ Israel.] pro in Hierusalẽ Et significatur, quòd per Messiã redemptio expectabatur in Hierusalem. quoniã in Hierusalem erat templum & solum regni Dauidis, super quod regnaturum omnes expectabant Messiam. [Et vt perfecerũt omnia secundum legem domini.] Narrauerat solam oblationem primogeniti: nihil dixerat de hostia, tum holocausti, tum pro peccato. Et propterea modo omnia perfecta dicit. Nec mireris hostiam pro peccato oblatam vbi nullum erat peccatum quoniã communi lege & remedijs peccatorum vti voluerunt mater & filius. tum ad euitandum scandalum, tum ad exemplum humilitatis nobis præbendum.

[Reuersi sunt in Galilæam in ciuitatem suam Nazareth.] Suã dicit quãtũ ad habitationẽ. An ista reuersio in Nazareth fuerit tunc immediate post præsentationem in tẽplo, an intercesserit fuga in AEgyptum, euangelista non dicit. Ex ijs tamen, quæ refert Matthæus (scilicet ꝙ Ioseph rediens ex AEgypto, timuit ire in Iudæã, audiens ꝙ Archelaus ibi regnaret) conijcimus ꝙ Ioseph volebat tunc ire in Iudæã ad habitandũ ibi. quod est signũ ꝙ ex Iudæa recesserat iens in AEgyptũ & consequenter non regressus fuerat in Nazareth Galilææ postquã inde iuit in Bethlehẽ. Si enim ex Nazareth iuisset in AEgyptũ, rediens ex AEgypto venisset recto tramite in Nazareth: & non intendisset ire in Iudeã, vbi domũ nullã habebat. Præcipue ꝙ in Nazareth habebant domũ propriã: iuxta illud præcedentis capituli, reuersa est in domum suã: habebant & sorores matris &c. [Puer aũt crescebat & confortabatur.] pro, corroborabatur, [spiritu.] Ita ꝙ in textu nostro deficit spiritu. Crescebat corpore & non spiritu, sed robore spiritus hoc est robore ad officia spiritus. vt intelligamus Iesu sensus in puerili ætate professisse ad exercenda officia spiritus. [Plenus sapientia.] Apte roborationi ad officia spiritus, adiungitur plenitudo sapientiæ: vt nulla pars expers sapientiæ intelligatur, vt non professisse eũ in sapientia sed iã plenũ esse sapientia describat. [Et gratia dei erat in illo.] pro, super illũ. tanquã superintendens, gubernans ac fouens illũ. [Et ibãt parẽtes eius per omnes annos.] pro, annue seu quotãnis, [in Hierusalẽ in die solẽni Paschę. Et quũ factus esset annorũ duodecim, ascẽdentibus illis Hierosolymã secundũ consuetudinẽ diei festi.] proculdubio solẽnitatis paschalis: ex eo ꝙ dixerat parẽtes eius singulis annis solitos ascendere in Hierusalẽ paschali tẽpore, & nunc dicit secundũ cõsuetudinem. [Consummatisque diebus] septẽ paschatis. [Quũ redirent illi remansit puer Iesus in Hierusalẽ: & nõ cognouerunt parentes eius.] pro, Ioseph & mater eius. [Existimãtes aũt illũ esse in comitatu, venerũt iter diei.] Aiunt fuisse consuetudinẽ vt seorsum viri & seorsum mulieres iter agerẽt in solennitatibus, pueros q3 impuberes licitè cũ vtrisque iuisse. Quo factũ est vt beata virgo existimaret illum esse in comitatu Ioseph, & Ioseph existimaret esse in comitatu mulierum. Et propterea peregerunt iter vnius diei, existimantes illum esse in comitatu. [Et requirebant eum inter cognatos & notos. Et non inuenientes.] deest eũ. Vespere siquidem quũ hospitarẽtur & colloquerentur mutuo Ioseph & Maria, quum neuter ex altero cognosceret vbi esset Iesus, requirebant illum non solum inter cognatos, sed etiam inter notos. nec

inuene-

inuenerunt illum. [Regressi sunt] sequẽti die. [In Hierusalem, requirentes eũ.] per viã & in hospitio aut vicinia vbi hospitati fuerant in Hierusalem. Oportuit enim alterum diem occupari itinere regressus. [Et factũ est post triduũ.] Nõ post diem tertium, sed post ternariũ numerũ dierum. Tertio enim die mane (hora) s. qua doctores residebãt docendo. [Inuenerũt eum in templo sedentẽ] vt grauitatẽ pueri intelligas. [In medio doctorũ.] vt omnes doctores audiret. [Audientium.] Deest coniunctio &, Legendũ est: [Et audientẽ illos & interrogantẽ eos. Prius audiebat, & super auditis interrogationes formabat. [Stupebant autem omnes qui eũ audiebant super prudentia.] pro, intelligentia. Monstrabat enim magnã intelligentiam eorum, quæ audiebat, formando interrogationes. [Et respõsis eius.] Hinc habemus quòd doctores nõ solũ interrogabantur à Iesu, sed visa tanta eius intelligentia interrogabant eũ: alioquin non adiunxisset euãgelista, & respõsis eius. [Et vidẽtes.] deest. eũ, [admirati sunt.] pro, attoniti facti sunt. hoc est ad similitudinẽ attonitorũ valde obstupuerunt, præter opinionẽ videntes in illa ætate Iesum in medio doctorum incipere monstrare sapientiam suam. Sciebat enim Ioseph & mater eius ipsum esse filiũ dei: sed non putabant in ætate illa ipsum sic se demonstraturũ. [Et dixit mater eius ad illũ. Fili quid fecisti nobis sic?] Non arguit, sed querulã nescientiæ propriæ vocẽ depromit: nec quærit causam cur fecerit, cur intulerit eius dolorem, sed affectũ manifestat. Vnde & subiungit. [Ecce pater tuus.] nõ generatione, sed legitima appellatione. Erat enim maritus beatæ virginis: ac per hoc legitimus pater Iesu merito appellabatur. præter hoc quòd officio curæ pater erat [Et ego dolẽtes quærebamus te. Et ait ad illos. Quid est quod me quærebatis?] Nõ reprehendendo quærendi officiũ quod exercuerant, sed manifestando id quod erat ex parte sui (scilicet quòd nõ egebat vt inquireret) superfluã inquisitionẽ dicit. Et hũc sensũ sequentia verba porrigũt [Nesciebatis quia in ijs, quę patris mei sunt oportet me esse?] Nõ assertiue, sed interrogatiue dicitur. habebãt enim rationẽ sciendi, etsi nõ illud particulare, tamẽ in genere sciẽdi q̃ non poterat esse nisi in ijs quę dei sunt, & q̃ oportebat ipsum esse in ijs, quę dei sunt: sed nesciebãt quòd in isto exercitio (s. audiendi & interrogandi doctores) esset tunc futurus. Vnde & Iesus non dixit, nesciebatis quòd in istis specialibus nũc oportuit me esse: sed in genere in ijs, quæ patris mei sunt oportet me esse. hoc enim ostendit ex parte sui non oportuisse ipsum inquirere: tãquã difficilẽ ad inueniendũ. ¶ Vbi etiã nota, q̃ ab ætate pue-

rili incœpit Iesus appellare deum patrem suum vt hinc hæreticos confundat audientes ex ore matris de Ioseph, ecce pater tuus, patris mei dicit, non patris nostri: quia solius ipsius, deus est pater naturalis. [Et ipsi nō intellexerūt verbū quod locutus est ad eos.] Si parentes monstrantur, intellige verum per synecdochen: quia Ioseph non penetrauit hæc: beata autem virgo intellexit, quæ plenius didicerat diuinitus incarnati verbi mysterium. Si autem audientes monstrantur, patet sensus: quoniam non intellexerunt ipsum esse naturalem filium dei. [Et descendit cum eis & venit Nazareth: & erat subditus illis.] Quanuis ad horam Iesus exemerit se à parentibus vt velut præludium quoddam futurorum ostenderet: statim tamen regreditur ad solitam subiectionem parentibus debitam à filijs illius ætatis. Nec mirum, quòd puer subditur parentibus, quum tot claris miraculis resuscitans mortuos, subdiderit se principibus sacerdotū & Herodi atque Pilato. [Et mater eius conseruabat omnia verba hæc in corde suo.] Hinc apparet quòd intellexerat verba Iesu: & frequenti meditatione contemplabatur & cōseruabat illa. [Et Iesus proficiebat sapientia & ætate & gratia.] Non est immemor suorum verborum euangelista: vt quem paulo superius dixerat plenum sapientia, modo oblitꝰ dicat proficere sapientia. Plenus siquidem fuit semper habitu sapientiæ: proficiebat autem actibus sapientiæ, procedendo de sapientibus actibus ad sapientiores. Et similiter intellige de profectu gratiæ. [Apud deum & homines] quoniā erat in veritate progressus ad ampliora merita apud deum, & apparebant apud homines.

CAPVT III.

ANno autē quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris, [procurante.] pro, præsidem agente. quanuis etiam procurator diceretur. [Pontio Pilato Iudæam.] Sublato enim Archelao ab Octauio Augusto, & in exiliū misso ad Viennam Galliæ ciuitatem, Iudæa tributaria facta est, & iuncta dispensationi Syriæ: & non amplius per principē aliquem, sed per procuratorem seu præsidē gubernata. Post multos autem procuratores successiue missos, Pōtius Pilatus missus est à Tiberio Cæsare ad gubernandam Iudęam. [Tetrarcha autem Galilæę Herode: Philippo autem fratre eius tetrarcha Iturææ & Trachonitidis regionis: & Lysania Abilinæ] subaudi regionis. [Tetrarcha.] Tetrarchia nomen est principatus (vt testatur Plinius libro quinto, cap. 18. & 23.) ad instar regni. Vnde & tetrarcha nomen est principis sicut rex. Pilatus enim non erat tetrarcha

(hoc

(hoc eſt princeps) ſed præſes Iſti autem tres fratres (ſcilicet Herodes, Philippus, & Lyſanias) erant tetrarchiæ. quia erant principes velut reges. Et vere quo ad poteſtatem erant reges. propter quod quandoque appellantur reges. titulum autem regium non habebant. [Sub principibus ſacerdotum Anna & Caipha.] Non quòd eſſent ſimul principes ſacerdotum Annas & Caiphas, ſed alternatim iuxta illud, quum eſſet pontifex anni illius. [Factum eſt verbū domini ſuper Ioannem Zachariæ filium in deſerto.] More antiquorum prophetarum à tempore principum, & (quod plus eſt) pōtificum deſcripſit Lucas initium prædicationis Ioannis Baptiſtæ. Niſi enim Lucas tempus hoc ſignificaſſet, fluctuaremus circa tempus prædicationis Ieſu Chriſti: quum tantūmodo hic à ſacra ſcriptura habeatur. Appellatur autem diuina inſpiratio, inſtructio atque miſſio verbum domini. Omnia ſiquidem ſub hoc nomine cōprehendit: ſignificans quòd tunc deus miſit Ioannem ad prædicādum, inſtruendo eum de prędicatione, baptiſmo & demonſtratione Ieſu. [Et venit.] Manifeſtat ad quid factum eſt verbum, vt veniret [In omnem regionem Iordanis.] pro, circa Iordanem, [prædicans.] Ecce primum officium. [Baptiſmum.] Plus intenditur quàm ſignificetur: quoniam baptiſmus non ſolum prędicabatur, ſed exercebatur. Quod eſt ſecundum Ioannis officium. [Pœnitentiæ. Qualitas baptiſmi ſignificatur. Baptiſmus ſiquidem Ioannis erat baptiſmus pœnitentiæ, hoc eſt quoddam initium pœnitentiæ. ad differentiam baptiſmi Chriſtiani, in quo ſine aliqua pœnitentiali ſatiſfactione remittuntur peccata merito Chriſti. [In remiſſionē peccatorum.] Non refertur ad baptiſmū, ſed ad pœnitētiā. Explicat enim pœnitentiā non qualemcunque, ſed in remiſſionem peccatorū. [Sicut ſcriptū eſt.] ca. 40. in lib ſermonū Eſa. Prophetæ. Deeſt, dicentis. [Vox.] Ioannis officium appellatur vox: quia nō ſcripturæ prophetiam ſuam commendabat ſicut alij prophetæ, ſed miſſus erat ad hoc, vt viua tantum voce prædicaret [Clamātis.] Nō ſola magnitudo affectꝰ perſonę Ioānis, ſed publica declamatio ſignificatur: ita quòd non vox dicentis priuatim, ſed publice prędicantis ſignificatur per clamorem. [In deſerto.] Etiam locus deſcribitur vnde ad literam incœpit prædicare [Parate viam domini.] Ecce quid clamat vox. parate viam domini, in cordibus veſtris ad hoc vt dominus veniat ad corda veſtra. parate procul dubio actibus virtutum. [Rectas facite ſemitas eiꝰ.] Ordo prępoſterus. prius eſt rectificare vias & deinde parare. Vel pro explicatione apparatus ſubiungitur rectitudo. Acſi aperte diceret. parate

nõ corporeis ornatibus, ſed rectitudine ſemitarũ dei noſtri. Lucas enim loco dei noſtri poſuit pronomen eius. [Omnis vallis implebitur. & omnis mõs & collis humiliabit.] Quatuor difformitates viarũ per quas corporaliter gradimur, corrigendas dicit propheta ad hoc vt via ſit omnino ſuauis. Difformitas enĩ viarũ eſt vel propter mõtes ſeu colles quos oportet aſcendere. Et hãc difformitatẽ corrigit dicendo quôd omnis mõs & collis humiliabitur. Vel propter valles in quas oportet deſcendere. Et hãc difformitatem corrigit, dicendo omnis vallis implebitur. Montib⁹ enĩ & collibus depreſſis, & vallib⁹ impletis, reducitur via ad ęqualitatẽ. Vel propter obliquitatẽ viarũ, & hãc difformitatem corrigit dicendo. [Et erũt praua in directa.] pro, & erũt obliqua in directã. ſubaudi viã. Vel propter aſperitatẽ viæ. Et hãc difformitatem corrigit dicendo. [Et aſperæ in vias planas.] ſeu lenes. directe enim lene opponitur aſpero, ſicut rectũ obliquo. Significatur aũt per huiuſmodi metaphoras tollenda omnis difformitas morũ: tollenda puſillanimitas, ſuperbis, iniuſtitia, & aſperitas morũ. Prophetantúrque hæc tũc fore quũ Meſias venerit: vt ex his materialibus diſpoſitionibus viæ intelligamus neceſſarias nobis diſpoſitiones ad recipiendum Meſiam. quęcunque enim harum cõditionũ defuerit, nõ erit in nobis parata via vt Meſias veniat ad nos. Et merito: quia gratia præſupponit naturam, & bonitas meritoria præſupponit bonitatem moralẽ. [Et videbit omnis caro.] Ecce aduentus Meſiæ omnib⁹ carnalibus oculis manifeſtus: & propterea dicit omnis caro. Venit enim Meſias in vero corpore viſibili: & ſic publice conuerſatus eſt vt potuerit (quantum eſt ex parte ſui) ab vniuerſis carnalib⁹ oculis videri. Et propterea dicit, & videbit oĩs caro. [Salutare dei.] In propheta habetur quod os domini locutũ eſt: Lucas exponendo dixit ſalutare dei Ieſum appellauit ſalutare dei, qa venit diuinã afferẽs ſalutẽ. [Dicebat ergo ad turbas, q̃ exibãt vt baptizarẽtur ab ipſo. Genimina viperarũ.] Prędicatio Ioãnis recitatur quo ad partẽ reprehẽſiuã & cõminatiuã. Et appellat (vt Matthæus cap. 3. explicat) Phariſæos & Sadducęos genimina viperarũ. Et ne eadẽ repetãtur, vide hãc particulã totam expoſitã ibidẽ. [Quis oſtendit.] pręteritũ eſt, [vobis fugere à vẽtura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitẽtię: & ne cœperitis dicere.] deeſt, ĩ vobiſipſis, [patrẽ habem⁹ Abrahã. Dico eñ vobis, qa potẽs eſt de⁹ de lapidib⁹ iſtis ſuſcitare filios Abrahę.] Datiui caſus eſt Abrahæ [Iã enĩ,] pro, iã vero, [& ſecuris ad radicẽ arboris.] pro, arborũ, [poſita eſt Omnis ergo arbor nõ faciẽs fructum bonum: excidetur.] pro, exciditur, [& in ignẽ mittetur.]

tetur.]pro,mittitur.Parabola enim dicitur nõ applicaturi, sed qui iam applicauit securim ad radicem non vnius,sed multarum arborum.Vnde infertur,quòd omnis arbor infructuosa non excidẽda est,sed excidítur,non est mittenda,sed mittitur in ignem:vt i prõptu hæc omnia esse significentur.[Et interrogabant eũ turbæ,dicẽtes:quid ergo faciemus?]Dixerat in genere Ioannes, facite fructus dignos pœnitẽtia.Et propterea turbæ interrogant in specie, quid faciemus?[Respõdens aũt dicebat.]pro,dicit:illis.[Qui habet]Opera misericordiæ explicat exercenda.[Duas tunicas.]Nõ dixit tres,quatuor aut decẽ,sed duas:ad significandum vt sis contentus vna,vt sis contentus sufficienti tibi vestimento.[Det.]pro, impartiatur,[non habenti.]hoc est indigenti:non histrioni, & alijs huiusmodi.[Et qui habet escas,similiter faciat.]Nõ dicit escã (ne necessarius tibi cibus, tribuendus alteri prædicetur) sed escas pluraliter,vt tibi non necessariam indigenti tribuas.[Venerũt aũt & publicani.]exactores tributorũ vectigalium & huiusmodi.[Vt baptizarentur, & dixerunt ad illum:Magister quid faciemus.At ille dixit ad eos.Nihil amplius quam quod constitutũ est vobis faciatis.]pro exigatis.Non prohibet officium,sed iniustam exactionem:vt scilicet non plus exigant quàm statutum fuerit,[Interrogabant autem eum & milites dicentes.quid faciemus & nos?Et ait illis.Neminẽ cõcutiatis,neque calumniam faciatis,& cõtenti estote stipendijs vestris.]Tria præcipit militibus,cõcernẽtia eorũ statum.Primo prohibet violẽtiam inferre neminem concutiatis.Deindẽ fraudẽ,neque calũniã faciatis,siue facto,siue verbo,imponẽdo alicui crimen.Et demũ vt sint contenti stipendijs suis.¶In his enim tribus genus militũ peccare cõsueuit.nã & crebras violẽtias inferũt rusticis & hominibus humilibus viribus:calũniãtur quoque,imponentes alijs ea quæ nõ fecerũt,& rarissimus est qui proprijs stipendijs sit cõtentus.Et si perspicaciter hęc tria considerãt, ordinat animus militũ in tertio:& vterq; mod⁹ iniuriandi(.s. manifeste occulte,vi vel dolo)tollitur.[Existimante.]pro, expectãte, seu sperante.[autem populo,& cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne,ne forte ipse esset Christus.]Significatur q̃ popul⁹ expectabat videre euentum seu successum aliquem quo cognosceretur,quòd Ioãnes esset Messias.dubitabãt nãque an ipse esset Messias.[Respondit Ioãnes.]instructus Ioanne à spiritu sancto de cogitationibus & expectatione populi respondit.[Dicẽs omnibus.] Nõ aliquib⁹,sed publicè corã oib⁹.[Ego quidẽ] Differentiã inter se & Messiã mãifestat ex differẽtia baptizãdi.[Aqua baptizo vos]

Incœpit differentiam à baptiſmo, quia nouitas baptiſmi non parua erat occaſio cogitãdi, quòd Ioannes eſſet Meſias. Nullus enim venerat propheta cum hac aut ſimili nouitate. nam nec Moyſes ſimilem nouitatem induxit. Circunciſio enim non fuit ex Moyſe, ſed ex Abraham, inchoata non in populo, ſed in familia domeſtica. Ioannes autem nouitatem baptizandi populo attulit. Vnde & Baptiſtæ cognomen accepit. Ne itaque ex hac nouitate putarent ipſum eſſe Meſiam, vilificat ſuum baptiſmũ reſpectu baptiſmi Chriſti dum ſe abluere eos dicit ſolo corporeo elemento aquæ. Acſi aperte diceret. Ego abluo vos ſolum corporaliter. [Veniet.] pro, venit. Et eſt præſentis temporis. Non eſt venturus, ſed in præſenti venit tempore. [Autem, fortior me.] Vere fortior tum ad debellãdũ mundũ & diabolicas poteſtates. tum ad ſuſtinendum ignominias paſſionem & mortem, &c. [Poſt me.] Vtraque dictio ſuperflua eſt. [Cuius nõ ſum dignus.] Dixerat fortior me: ne intelligeretur cõparationem aliquam eſſe inter ipſum & Meſiam (tanquam ipſe ſit fortis & Meſias aliquanto fortior) ſed intelligeretur maximum eſſe, & incomparabilem exceſſum Meſiæ ad ipſum. declarat ſe indignum eſſe ad minimum miniſteriũ (vtpote ſoluendi corrigiam calciamentorum) exhibendum illi. [Soluere corrigiam calciamentorum eius.] Ad literam calciatus incedebat Ieſus: vt textus iſte ſignificat, & ratió comprobat. quia ſicut manducauit & bibit ſicut cæteri Iſraelitæ, ita etiam veſtitus ac calciatus intelligitur more Iſraelitarum ſuæ conditionis. [Ipſe vos baptizabit in ſpiritu ſancto.] Explicata diſtantia perſonali maxima inter ſe & Meſiam explicat conſequenter alteram inchoatam differentiam quo ad officium baptizandi. de quo dixerat, aqua baptizo vos: de Chriſto modo dicens, ipſe vos baptizabit in ſpiritu ſancto. Quanta ergo eſt differentia inter aquam & ſpiritum ſanctum, tanta eſt differentia inter baptiſmum meum & baptiſmum Chriſti. Et per hoc ſignificat, quòd ego abluo corpora, ille autem abluet animas: ſpiritu enim ſancto anima abluitur. Et ſignificatur per hoc poteſtas Chriſti ad abluendum animas à peccatis, quod manifeſte eſt ſolius dei. Per hæc enim Ioannes ſignificabat Chriſtum eſſe verum deum. [Et igni.] Ad literam prædicit Ioannes miſſionem ſpiritus ſancti, quæ poſt Chriſti reſurrectionem in die pentecoſtes facta eſt, declarans quòd illam faciet Meſias, declarans illam miſſionem eſſe Chriſti abluti onem ſpiritu ſancto. Tunc enim in corporali ignis ſpecie ſpiritu ſancto abluit Chriſtus homines atteſtante ipſo Ieſu. Actuum. 1. Ioannes quidem baptizauit aqua vos autem baptizabimini

ptizabimini ſpiritu ſancto, non poſt multos hos dies. Vbi clare vides Chriſtum expoſuiſſe iſta Ioannis verba. Et ex tunc Ieſus baptizauit non ſolum Iudæos, ſed totum humanum genus ſpiritu ſancto. dicitur enim Ioan. ſeptimo quòd nondum erat ſpiritus datus, quia Ieſus nondum erat glorificatus. ¶ Et diſpoſuit deus, vt Ioannes Baptiſta prædiceret miſſionem ſpiritus ſancti à Ieſu Chriſto in viſibili ſpecie ignis, vt inexcuſabiles ſint non credentes Chriſto poſtquam viderint Apoſtolos baptizatos ſpiritu ſancto in ſpecie ignis, prædicantes Ieſum glorificatum, vt vel tunc poſtquam crucifixerint ipſum, credant in eum qui noluerint credere in ipſum prædicantem & miracula facientem. Vnde ſignificanter dixit vos, demonſtratione ſimplici monſtrando Iudæos illius ætatis, quanuis etiam multos credamus illic affuiſſe, qui poſtea fuerunt inter Ieſu diſcipulos baptizatos ſpiritu ſancto & igne in die pentecoſtes. [Cuius ventilabrum in manu eius.] Tertium quod de CHRISTO dicit Ioannes, eſt aduentus ad iudicium, ita quòd qui de primo aduentu dixerat venit fortior me, & de ipſo per reſurrectionem glorificato dixerat, ipſe vos baptizabit in ſpiritu ſancto & igni: modo de aduentu ad iudicium dicit, cuius ventilabrū in manu eius. Metaphorice à ventilabro ſegregatiuo palearum à granis, ſeparationem reproborum à iuſtis deſcribit in manu in poteſtate & officio CHRISTI eſſe. [Et purgabit aream ſuam.] eccleſiam ſuam (in qua mali bonis mixti ſunt) purgabit tunc electis paleis. [Et congregabit triticum.] hoc eſt electos, [in horreū ſuum] In locum congruum ad hoc paratum hoc eſt in regnū cœlorum paratum electis à cōſtitutione mundi. [Paleas.] pro, paleā, [autem.] Hebræo more multitudinem ſignificat numero ſingulari Reprobi paleis aſſimilantur vt cognoſcam⁹ eos fuiſſe propter electos, ſicut paleæ ſunt propter grana: & intelligamus verum eſſe quod poſtea ſcripſit Apoſtolus, Diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. [Comburet igni inextinguibili.] Duo dicit combuſtionem & inextinguibilitatem, vt combuſtione non conſumi, ſed in perpetuum durare intelligamus ita quòd abſque conſumptione aliqua combuſtionem ſentient in perpetuum. Pœna enim inferni ad literam deſcribitur per hanc metaphorā. [Multa quidem & alia exhortans euāgelizabat populo. Herodes aũt tetrarcha quũ corriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris ſui, & de omnibus malis q̃ fecit Herodes.] Solus Lucas meminit, q⁹ Ioannes reprehēderit Herodem de alijs criminibus. Matthæus. 14. & Mar. 6. c. tractant de correctione propter inceſtum cum Herodiade. Quę aũt

fuerint

fuerint ista alia Herodis crimina, nescimus. Fuisse tamen ipsum virū malū, nō solū ex dñi verbis (appellātis ipsum vulpē inferius. c. 13.) sed ex pœna priuatiōis tetrarchiæ, & exilij perpetui apud Lugdunū à Caio imperatore inflicta, haberi potest. [Adiecit & hoc sup osa: & inclusit Ioannē in carcerē. Factū est autē cū baptizarētur omnis populus, & Iesu baptizato & orante.] Hoc solus Lucas explicat: alij quidē cōfitebātur peccata sua: Iesus aūt sine peccato orationi vacauit. [Apertū est cœlū.] Qualiter apertū sit, dixim⁹ Mar. 1. & Mat. 3. Vbi etiā de qualitate colūbę & voce paterna scriptū est. [Et descēdit spiritus sanctus corporali specie, sicut colūba ī ipsum & vox de cœlo facta est.] deest, [dicēs, Tu es fili⁹ meus dilectus, in te cōplacui mihi. Et ipse Iesus erat incipiēs quasi.] pro, ferme, [anno rū triginta.] Aetas Iesu tempore baptismi à solo Luca describitur, quòd erat ppe inchoationē trigesimi anni. Nō enim dicit quòd erat incipiens trigesimū annū, sed quòd erat incipiens fere seu (vt alij dicūt) circiter annorū, triginta. [Vt putabatur filius Ioseph, q fuit Heli.] Obiectio de diuersitate patrū Ioseph apud Matthęū & Lucā (vt Mat. 1. dictum est) soluitur per hoc, quod Iacob fuit pater Ioseph secūdū carnē, Heli aūt secundū legē. [Qui fuit Mathat, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, q fuit Iāne, q fuit Ioseph, qui fuit Mathatiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naū, qui fuit Esli, qui fuit Nagge, q fuit Maath, qui fuit Matathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Ioseph, qui fuit Iuda, qui fuit Ioanna, qui fuit Rhesa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosam, qui fuit Elmadā, qui fuit Her, qui fuit Iesu, qui fuit Heliezer, qui fuit Iorā, qui fuit Matthā, qui fuit Leui, qui fuit Simeō, q fuit Iuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Ionā, qui fuit Heliachim, qui fuit Melea, qui fuit Menā, qui fuit Mathatha, qui fuit Nathan, qui fuit Dauid.] Maior est quæstio, quòd Matthæus Ioseph filium Dauidis per Salomonem, Lucas autem filium Dauidis per Nathan dicit: constat enim Nathan filium legitimum ac naturalem fuisse Dauidis ex Bersabee genitum. 1. Paralip. 3. Nec veritas huius scripturę (quę etiam habetur secundo Regum 5. vbi Nathan inter filios natos Dauidi in Hierusalem computatur) vertenda est in disputationem, propterea quòd Prouerb. 4. dixit Salomon Ego filius fui patris mei tenell⁹, & vnigenitus coram matre mea, & docebat me. Tum quia vnigenitus pro primogenit⁹ intelligitur, Hebraico more, vnū non pro solo, sed pro primo ponendo: iuxta illud. Factum est vespere, & mane dies vnus. Tum quia secundum tempus ætatis tenellæ quo instruebatur à matre, loquitur. stat autem quòd tūc

fuerit

fuerit vnigenitus,& poſtea geniti ſint fratres eius,& ſoror: vt liber Paralip.clarè dicit. Tum quia ſecundum affectum, & diligentiam curæ maternæ erga ipſum tãquam ſi eſſet vnigenitus loquitur. nã non dicit vnigenitus matris meæ, ſed coram matre mea, de inſtructione materna tractans. ¶Sed quomodo deducatur ſtirps iſta nõ conſtat. Diuerſi enim diuerſa ſentiunt: & tandem nihil certi habetur. Putant nonnulli Ioſeph ſecundum carnem fuiſſe filium Salomonis iuxta genealogiam apud Matthæum: eundémque ſecũdum legalem patrem qui eſt Heli deſcendiſſe ſecundum carnem à Nathan: hoc eſt, quòd pater eius legalis deſcendit ſecundum carnem à Dauide per Nathan, iuxta hanc apud Lucam genealogiam. Et addunt, quòd hęc eſt carnalis generatio beatę virginis: ita quòd Ieſus ſecundum carnem deſcendit à Dauid per Nathan. ſecundũ verè legalem patrem (Ioſeph ſcilicet) deſcendit à Dauide per Salomonem, Et hæc opinio ſi conſtaret amplectenda eſſet: quoniam nulla apparet inter ipſam & ſacram ſcripturã contradictio. Reliquas prætereo opiniones, eo quòd à ſacra ſcriptura diſſonare videtur: Conſilio tamen Pauli Apoſtoli ad Tim. vlti. quæſtiones de genealogijs vitabimus: [Qui fuit Ieſſe, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmõ, qui fuit Naaſſon, qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Eſrõ, qui fuit Phares, qui fuit Iuda, qui fuit Iacob, qui fuit Iſaac, qui fuit Abrahę, qui fuit Thare, qui fuit Nachor, qui fuit Saruch, qui fuit Ragau, qui fuit Phalee, qui fuit Heber, q̃ fuit Saleh, qui fuit Cainan.] Confer tam cũ vulgata editione quam cum Hebraica veritate: & inuenies hanc generationem ſuperfluam eſſe. nã inter patrem Heber & Arpachſad nulla eſt media generatio: ſed Arpachſad genuit Salech qui fuit pater Heber. Excuſatur tamẽ Lucas: quia recenſuit genealogias, vt inuenit eas ſcriptas à ſeptuaginta: apud quos ſcripta legitur hæc genealogia ſuperflua: & merito excuſatur: quia tũc temporis interpretatio ſeptuaginta erat magnæ authoritatis apud Græcos & nationes alias. ¶Prouiditque per hoc ſpiritusſanctus: ne ſanctis doctoribus imputaretur, quòd expoſuerunt textum ſacræ ſcripturæ iuxta interpretationem cõmuniter receptam & vſu communi probatam. Quãdoquidem Lucæ euangeliſtę hoc idem feciſſe licuit abſque proprio errore. ¶Et hęc dixerim ſi vere iſta generatio abundat. Poſſet namque dici textus Hebræos modernos eſſe mãcos, & textũ interpretatũ a. 70. fuiſſe integrũ. Et hoc credibilius eſt preſerti q̃ apud 70. ſcribũtur etiã anni quibus vixit Cainã, medi⁹ inter Arpachſad & Saleh patrẽ Heber: tã antequã genuit Saleh quã poſt. Ratiõi ſiquidem cõſentaneum

neum est vt credantur potius manci moderni codices, quàm vt tot viri insignes studuerint ad figmentum hoc construendum: [Qui fuit Arpachsad, qui fuit Sē qui fuit Noe: qui fuit Mathusala, qui fuit Enoch qui fuit Iared, qui fuit Malalael, qui fuit Cainan: qui fuit Enos, qui fuit Seth: qui fuit Adam. qui fuit Dei:

CAPVT IIII.

IEsus autem plenus spiritu sancto egressus est]pro, regressus est, [a Iordane, & agebatur in spiritu in deserto.]pro, in desertum. Significatur enim Iesum actum fuisse à spiritu sancto quo erat plenus in desertū, [Diebus quadraginta.]Tempus moræ in deserto, nō tempus deductionis significatur. Veruntamen quia sub actione spiritussancti intendit comprehendere tum dictionem, tum moram. 40 dierum, ideo Lucas sub eodem construxit verbo, ac si dixisset spiritu sancto agebatur in desertum ad morandum ibi 40 dieb⁹ Apponitur autem præpositio in, dicendo in spiritu: ad significandum quòd non velut nesciens agebatur, sed in spiritu, in spirituali intētione, intellectu ac ratione. [Et tentabatur]post. 40 dies. [A diabolo.] Græca dictio est, ab infamando seu criminando denominans dæmonem, eo quòd vniuersa intentio eius tendit ad criminandum homines apud deum, ad nihil enim aliud conatur nisi vt possit reddere homines vituperabiles apud deum. [Et nihil mā ducauit in dieb⁹ illis, & cōsummatis illis:]Deest postea, [esuriit.] Dixerat quòd tentabatur explicat modo occasionem tentandi. [Dixit autem illi diabolus, Si filius dei es, dic lapidi huic vt panis fiat]Hinc apparet intellectum dęmonū ligatū seu impeditū esse à deo in pœnam sui peccati. ita ꝙ non solum potentia eorum est ligata, sed etiā intellectiua vis, vt nō possint cognoscere quę ex vi naturalis sui luminis cognoscere possent. Ex eo enim ꝙ post verba Gabrielis ad beatā virginem, post verba angeli ad pastores, post verba de cœlo in baptismo, diabol⁹ nō cognouit Iesum esse filium dei, & hoc tentat cognoscere ex miraculo, dic vt lapis iste panis fiat, habetur quòd non intellexit tot testimonia. nam non maiorem habuisset certitudinem ex isto miraculo quòd Iesus esset filius dei quàm ex illis testimoniis intellectus habetur. sciebat enim diabolus angelos cœlestes non mentiri. [Et respondit ad illū Iesus, scriptum est quia non in pane solo viuit]pro, viuet, [homo, sed in omni verbo dei. Et duxit illū diabol⁹ in mōtē excelsū, & ostēdit illi oīa regna orbis terræ in momēto]pro, puncto, [temporis.] Metaphorica est locutio à mathematico pūcto sūpta, ad signifi-

gnificandum breuiſsimum tempus. [Et ait illi.] Deeſt. diabolus, [Tibi dabo poteſtatem hanc vniuerſam & gloriam illorum, quia mihi tradita ſunt,& cui volo do illa]pro, illam,[ſcilicet vniuerſam poteſtatē ac gloriam.]Iactabat ſe diabolus de dominio orbis terræ,vſque adeo quòd daret illud cuicunque vellet:ſed mendaciter Et hoc ipſum arte dicebat,vt ſic magis prouocaret Ieſū ad manifeſtandū ſeipſum:vt Mat.4 diffuſe vniuerſa hęc tētatio tractata eſt,& ad euitandam repetitionē.vide ibi. [Tu ergo ſi adoraueris procidens coram me,erūt tua omnia.]pro,erit tua omnis,ſcilicet potentia ac gloria regnorū terrę.[Et reſpōdens Ieſus dixit illi.] Deeſt,vade poſt me Satana.Quod etiam Mat.4.expoſitū eſt.[Scriptū eſt enim.dominū deū tuum adorabis,& illi ſoli ſeruies.Et duxit illū in Hieruſalem:& ſtatuit eum ſuper pinnaculū templi: & dixit illi,Si filius dei es, mitte te hinc deorſum Scriptum eſt enim quod angelis ſuis mādauit.] pro, mandabit,[de te,vt conſeruent te & quia.]Superfluit,quia,[in manibus tollent te,ne forte.]pro, nequando,[offendas ad lapidē pedē tuū.Et reſpōdens Ieſus ait,illi.dictū eſt,nō tentabis dominū deū tuū Et cōſūmata omni tentatione diabolus receſsit ab illo vſq3 ad tēp⁹.]Quādo autē redierit ad tentādū per ſeipſū.nō ſcriptū eſt,pluries tamē dæmones tētaſſe ipſū per ora dæmoniacorū,legim⁹.[Et regreſſus eſt Ieſus in virtute ſpirit⁹ in Galilæam.]Venerat à Galilæa ad Ioannis baptiſmū nihil virtutis ſuæ monſtrans,regreſſus autem eſt prædicans & miracula faciens, & ptopterea dicitur regreſſus in virtute ſpiritus ſancti,ad prædicandum, ad miracula faciendum, ad trahendum homines ad deum & ſui ſequelam. ¶Vbi ponderando verbum regreſſus eſt,apparet quòd poſt ieiunium.40.dierum Ioanne baptiſta adhue baptizante,aduentus iſte in Galilæam fuerit.Et conſonat hoc tam ſcriptis à Ioanne quàm verbis Petri Apoſtoli. Act. 1.oportet ex his viris qui nobiſcum conuerſati ſunt &c. incipiens à baptiſmate Ioannis.ibi enim clare apparet quòd paulò poſt quā Ioannes incœpit baptizare,Ieſus congregauit diſcipulos.alioquin non oportuiſſet teſtem reſurrectionis eius eligere ab illo tempore [Et fama exiit per vniuerſam.]Deeſt,finitimam, [regionem de illo.] Hoc fuit in ſecundo anno : poſtquam ſcilicet conuertit aquam in vinum.poſtea enim exiit fama eius in finitimas vndique nationes Galilææ & non ſolum per ipſam Galilæam [Et ipſe docebat in ſynagogis eorum:& magnificabatur.]pro,glorificabatur, [ab omnib⁹.Et venit Nazareth vbi erat nutritus.& intrauit ſecūdū cōſuetudinē ſuā die ſabbati.]pro, ſabbatorū,[in ſynagogā]

Inter

Inter diem ſabbati & diem ſabbatorum hæc eſt differentia, quòd omnis dies ſabbatorum eſt dies ſabbati, ſed non ediuerſo. nam dies ſabbati ſignificat quemcunque diem feſtum: dies autem ſabbatorum ſignificat ſolum diem ſeptimum. qui ideo vocatur dies ſabbatorum quia ſemper eſt dies ſabbati, ad differentiam diei ſexti, quinti, quarti &c. quorum nullus eſt ſemper, ſed quandoque ſic & quandoque non dies ſabbati: hoc eſt quietis. [Et ſurrexit.] Corporalis ſitus deſcribitur, ſederat enim cum alijs. [Legere.] pro, vt legeret, [& traditus eſt illi liber Eſaiæ prophetę & vt reuoluit.] p, explicuit, [librum inuenit.] Primus occurſus ſignificatur dicēdo, vt explicuit inuenit. [Locum vbi.] Eſaie. 61. [Scriptum erat. Spiritus domini ſuper me.] gubernando, mouendo, dirigendo me hominem. [Propter quod.] Subſequentium cauſa ſignificatur. Et eſt ſenſus. propterea vnxit me, ſcilicet ſpiritus domini, vt euangelizarem, vt ſanarem & reliqua. [Vnxit me.] Hinc nomen Meſiæ apud Hebræos, & Chriſti apud Græcos. De hac vnctione inquit Petrus Apoſtolus Actu. 10. vnxit eum deus ſpiritu ſancto & virtute. Vnctus fuit oleo vnionis perſonalis & omnis gratiæ ac veritatis. [Euangelizare.] pro, vt euāgelizarē, [pauperibus.] hoc eſt etiā pauperibus. [Miſit me.] prius vnxit, poſtea miſit ad euangelizandum. Vnctus quum verbum caro factum eſt, miſſus ad euangelizandum fuit anno triceſimo. [Sanare.] pro, vt ſanarem. ſeu medicarem. [contritos corde.] hoc eſt pœnitentes vere peccatorū ſuorum, attulit enim pœnitentibus ſalutarem medicinam fidei in ſe. [Prædicare.] pro, vt prędicarē, [captiuis.] ſub ſeruitute peccati & diaboli [Remiſsionem.] à captiuitate. Hāc enim prædicauit Chriſtus futuram. nunc iudicium eſt mundi, nunc princeps huius mū di eijcietur foras, & rurſus liberi eritis ſi filius liberabit vos. [Et cæcis.] mente. [Viſum.] Dictio Græca proprie ſignificat redditum viſum. humanū enim genus priuatū erat ſpirituali viſu: quē Ieſus prędicabat reſtituendū, immo & reſtituit, aperuit enī illis ſenſum vt intelligerēt ſcripturas: & venit lux mentium, quanuis homines dilexerint magis tenebras quàm lucem. [Dimittere.] pro, vt dimitterem: cō fractos magno pondere legis Moſaicę [In remiſsionē.] pro, in remiſsione. ab oneribus legalibus. Quod fuit adimpletum per paſsionē Chriſti. [Prędicare.] pro, vt p̄dicarē, [annū domini acceptū.] tempus gratiæ noui teſtamenti De quo Apoſtolus, Ecce nunc tēpus acceptabile. [Et diē rerributionis.] ſuperfluunt hę tres dictiōes. [Et quū plicuiſſet librū, reddidit miniſtro.] nō p̄prio (Ieſus enī nō habebat ſeruitores: quia nō venit miniſtrari, ſed miniſtrare.

ſtrare) ſed miniſtro ſynagogę. [Et ſedit.] Stās legit oīb⁹ audiētib⁹ textū Eſaię, ad reuerēter legēdū puplice prophetā: & deinde ſedit docturus & p̄dicaturus ſuper verba prophetę. [Et omniū in ſynagoga oculi erāt intēdētes in eū. Cœpit aūt dicere ad illos, quia hodie īpleta eſt hæc ſcriptura in auris⁹ veſtris: Et oēs teſtimoniū illi dabāt.] Multa narrantur de omnibus p̄ſentib⁹ in ſynagoga. primū attētio, quū dictū fuit q̄ oculi omniū erant intendentes in eū, ſecundū acceptio dictorū Ieſu, vſqueadeo vt ſignis teſtarentur q̄ Ieſus verū diceret dicendo q̄ hodie cōpleta eſt ſcriptura hæc. Et hæc ſignificat Euangeliſta, dicendo q̄ omnes teſtimonium illi dabant: & propterea non dicit dicebāt, ſed dabant. Deſcribit enim Lucas per hoc q̄ fuit iā acceptus omnibus, vt mōſtrarent ſe aſſentire illi. [Et mirabant̄ in verbis gratiæ quę p̄cedebant de ore ipſi⁹.] Tertium eſt admiratio de tanta gratia eloquij: hoc eſt de gratioſo apud omnes ſermone. [Et dicebant.] Ratio admirationis quarto loco ſubiungitur. Quia aūt ſequentia verba cōtēptiue & cū ſcādalo dicta ſunt vt patet Matt 13 & Marc. 6 ſubintelligendum reliquit Lucas vt poſtquā tam acceptus fuerat Ieſus omnibus in ſynagoga exiſtētibus, mutati ſunt & verſi ad deſpiciendū Ieſum fabrū filium fabri, vilem. ſ. perſonam Ratio autem mutationis nō ſcribitur. Forte fuit q̄ ſubiūxit Ieſus p̄dicando aliqua reprehēſiua, vel q̄ aliqui ſuperuenerūt inuidi, qui ex duobus capitibus mutauerūt animos p̄exiſtētiū in ſynagoga, primo ex vilitate perſonę, quia erat faber filī⁹ fabri ſecūdo calūniando miracula, dicendo q̄ nō vere faciebat miracula: quia ſi vera eſſēt quę narrant̄ miracula ab ipſo facta, faceret in patria ſua. Et hęc videtur vera ratio mutationis p̄dictę, ex eo q̄ hęc duo tangūtur ab euāgeliſta, & nihil de p̄dicatiōe reprehenſiua dicitur & expreſſe dixerat quòd omnes teſtimoniū dabant illi. Ex his enim ſimul iunctis apparet q̄ inuidi ſuperuenerunt dicentes hæc duo, & ſic mutantes animos bene diſpoſitos. [Nōne.] cōtēptiue dicitur ab inuidis. [Hic eſt filius Ioſeph.] perſonę vilis vtpote fabri. [Et ait illis. Vtiq;.] pro, omnino, [dicetis mihi hāc ſimilitudinem.] Hinc apparet quòd non ſolum dixerant verba deſpectiua, ſed etiā verba calumniantia miracula niſi enim illi hanc calumniam dixiſſent, non diceret Ieſus cum aduerbio cō firmandi, omnino dicetis mihi. Hæc enim confirmatio præſupponit eorū dictū. [Medice cura teipſum.] Medico patienti ægritudinem quā patiuntur alij, & nō curanti ſeipſum, nō creditur quòd poſsit curare alios: ſed ad conuitiū ſcientię eius dicitur illi medice cura teipſum. Iuxta hāc ſimilitudinē dicebāt Nazareni ad Ieſum, ſi

potes

potes facere miracula in alijs,fac in teipso: hoc est in ciuitate tua: [Quanta·]pro,quę(siue quęcũque) [audiuimus.] Et explanat similitudinem,medice cura teipsum [Facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.] Non enim iuit Iesus ad Nazareth in principio prędicationis suę,sed post multa alibi facta miracula:vt vel sic disponerentur conciues ad credendum, sed prævaluit inuidia Hæc enim verba quantum ad sensum fuerant Nazarenorum recitata autem à Iesu sub hac similitudinis forma. [Ait autem.] Interponit hæc Euangelista ad significandum verba præcedentia, relata tantum à Iesu, dicta autem à Nazarenis: sequentia vero esse responsionem Iesu.[Amen dico vobis quia nemo propheta acceptus est in patria sua.] Respondet Iesus ad verba contemptiua, nónne hic est filius Ioseph?Et quia directe dicta fuerant in despectionem personæ eius,ideo directe respondet mansuetissime,non esse hoc nouum: quia commune est quòd nemo propheta acceptus est in patria sua,propter velut connaturalem inuidiam inter conciues. [In veritate.]Deest autem,[dico vobis.]Respondet calumniæ miraculorum secundo loco obiectæ, quanta audiuimus facta in Capharnaum,fac & hic in patria tua. Et directe declarat duobus exemplis sacræ scripturæ hoc prouenire non ex sua impotentia, sed quia ipsi non merebantur, quia indigni erant propter suam incredulitatem,& tamen hæc eorũ demerita sine contumelia,sola ablatione historiarum sacræ scripturę profert.[Multę viduæ erant in diebus Eliæ in Israel quando clausum est cœlum annis tribus & mensibus sex.] Metaphorice describitur negatio pluuiæ per clausum cœlum· quia apparet pluuiam descendere de cœlo,ac per hoc impediri ne descendat ex clausura cœli: quo contra quãdo multũ pluit,dicimus quòd apertæ sunt cataractæ cœli. [Quum facta esset fames magna in omni terra & ad nullã illarũ missus est Elias, nisi in Sarephtha Sidonię.]pro,Sidonis,[ad mulierẽ viduã.] Hãc historiam habes.3.Reg.17. [Et multi leprosi erant in Israel sub Eli sæo propheta:& nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus] Historia hæc scribitur 4.Reg.5 [Et repleti sunt omnes in synagoga ira,hæc audientes.]Vide mirabilem mutationem,nõ aliquorũ sed omnium ægre ferentium alios sibi anteponi, & hoc velut ex diuina electione:sicut diuinitus electa fuit vidua Sidonia,& sanatus Naaman Syrus. [Et surrexerunt.]ex furore [Et eiecerunt illum.]ducentes illũ eiiciendo [Extra ciuitatem: & duxerunt illum vsque ad supercilium montis super quem ciuitas illorũ erat ędificata.]Si verũ est quòd Nazareth sit ędificata ad latera seu radices

montis

montis Tabor, mons iſte Tabor eſt [Vt præcipitarent eũ.] Lege vniuerſam ſcripturam euangelicam: & nullibi inuenies fuiſſe Ieſu iniuriã facti irrogatã vſque ad tempus mortis ſuę. niſi à proprijs conciuibus: immo nec tempore paſsionis ſeuierunt in Ieſum niſi mediantibus miniſtris curiæ. conciues autem proprij furijs acti, ad præcipitandum eum de ſupercilio montis concurrunt, factóque ducunt & non ſolũ attentant, vt Hieroſolymitæ poſtea bis attentarunt lapidare. Et Gerazeni quidem quanuis paſsi fuerint dãnum duorum millium porcorum, nõ tamen auſi ſunt attentare aliquid contra Ieſum, ſed rogauerũt eũ vt diſcederet ab eis: Nazareni vero nullã paſsi iacturam, præcipitare Ieſum conantur. [Ipſe autem tranſiens, per mediũ illorũ ibat.] Inuiſibilem illis ſe reddidit poſtquam fuit in ſupercilio montis: & ſic per medium tranſiens, iuit quo voluit, remanẽtibus illis deluſis: vt vel ſic occaſionẽ reſipiſcendi haberent. Noluit Ieſus tũc nec tali morte nec ibi mori & propterea ſic euaſit. [Et deſcendit in Capharnaũ ciuitate Galilææ: ibiq3 docebat illos ſabbatis. Et ſtupebãt in doctrina eius: quia in poteſtate erat ſermo ipſius.] hoc eſt quòd ſolo ſermone faciebat miracula, hoc eſt enim ſermonẽ eſſe in poteſtate. Et huiuſmodi poteſtas cõceſſa ſermoni, reddebat doctrinã eius ſtupendã. non ſic enĩ prophetę alij docuerãt. [Et in ſynagoga erat homo habens dæmonium immundum.] pro, ſpiritum dæmonij immundi. Dæmonium ſecundum proprietatem nominis, eſt cõmune bonis & malis ſpiritibus: nã ſignificat ſcientẽ & propterea Lucas addidit, immũdi ad diſtinctionẽ à ſpiritibus mundis. Vſus tamẽ Chriſtianorum appropriauit dęmonij, & dęmonis nomẽ ſpiritibus malis. [Et exclamauit voce magna, dicens, ſine.] Græca dictio, aduerbiũ ſeu interiectionem ſonat exclamantis ſeu dolentis. loco cuius interpres poſuit imperatiuum ſine ad ſignificandũ affectũ eius qui torquetur, deſiderantis vt Ieſus qui torquebat ipſum deſiſteret à tortura. Huiuſmodi enim affectui atteſtantur ſequentia verba. [Quid nobis & tibi Ieſu Nazarene? veniſti perdere nos?] Ac ſi aperte diceret, nos te nõ offendimus, tibi nõ nocemus, nulla inter nos & te eſt lis, quare veniſti perdere nos. [Scio quia ſis.] pro, ſcio te qui es. Tentando mentitur dicendo ſe ſcire quis eſt. intendebat enim vel ſic explorare quod in deſerto non valuit. [Sanctus dei.] Punctandum eſt inter præcedentia verba & hæc. ſunt enim hæc verba aſſertiua, velut appoſitiue adiecta, Quum ſiquidem dixiſſet ſcio te quis es, adiungit explicationem aſſertiuã, quòd eſt ſanctus dei: hoc eſt ille ſanctus dei qui expectatur à Iudæis: Meſias ſcilicet

filius

filius dei. [Et increpauit illū Ieſus,dicēs obmutesce.] iubet ſilere nolens teſtimonium à dæmone. [Et exi ab eo. Et quum proieciſſet illū dæmoniū in mediū, exijt ab illo: nihilque ei nocuit.] .ſ. proiecto in terrā. Intendit enī ꝙ quanuis proieceriteū in terrā diſcerpendo ipſum (vt Marci 1. dicitur) ipſa tamen proiectio in terrā nihil illi nocuit [Et factus eſt pauor in omnib⁹.] pro, ſuper omnes. Deſcribitur ſuperueniens paſsio quædam maior tū timore tū admiratione. velut ſtupor ex viſo miraculo imperatiue facto à Ieſu. [Et colloquebantur adinuicem, dicentes. quod eſt hoc verbū: quia in poteſtate & virtute imperat immundis ſpiritibus, & exeūt. Et diuulgabatur fama de illo in omnē locum regionis.] pro, finitimæ regionis. [Surgens autem Ieſus de ſynagoga, introiuit in domum Simonis. Socr⁹ autē Simonis tenebatur magnis febribus] pro, febre magna. [& rogauerūt illū pro ea. Et ſtans ſuper.] pro, ſupra, [illā.] Nō enim erat ſuper illā cōtingēdo [Imperauit febri.] pro, increpauit febrē. Significatur enim ꝙ velut percipientem rem eiecit febrē increpando velut puerū moleſtū. [Et dimiſit illā. & continuo ſurgens miniſtrabat illis. Quū autem ſol occidiſſet.] pro, occideret, [omnes qui habebant infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad eū. At ille ſingulis manus imponens, curabat eos. Exibant aūt & dęmonia à multis, clamantia & dicētia quia tu es.] deeſt [Chriſtus, filius dei. Et increpans nō ſinebat ea loqui, quia.] pro, quod, [ſciebant ipſum eſſe Chriſtū] Non ſunt hæc verba euāgeliſtæ reddentis rationem quare nō ſinebat ea loqui: ſed ſunt verba eiuſdem ſignificantis quod nō permittebantur loqui. Eſt enim ſenſus. non ſinebat ea loqui hoc, ſcilicet quòd ſciebant ipſum eſſe Chriſtū. tum quoniā dicebant mendaciū. quoniā dicebant ſe ſcire quod neſciebant. tū quoniā nolebat teſtimonium ab illis, tū quoniam ſciebat ꝙ tentando, hoc dicebant, ad explorandū an ipſe eſſet vere Chriſtus. [Facto autem die, egreſſus ibat in deſertum locum.] Ad exemplum aliorum doctorum, poſt tot miracula petit locum deſertum. tum propter quietem orationis, tum ob fugam gloriæ humanæ. [Et turbę requirebāt eū & venerunt vſque ad ipſum: & detinebant illū ne diſcederet ab eis. Quibus ille ait: quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei.] Et hoc quoque ad aliorum exemplum doctorum, vt non quieſcant ibi vbi ſe acceptos conſpicīūt. immo quòd nec permittant ſe detineri ab illis, ſed memores ſint aliorum locorum. [Quia ideo.] pro, ad hoc, [miſſus ſum. & erat prædicans in ſynagogis Galilææ.]

CAPVT V.

[Factum

Actum eſt autem quũ turbę irrueret in eũ vt audirẽt verbũ dei: & ipſe ſtabat ſecus ſtagnũ Genezareth. & vidit duas naues ſtantes ſecus ſtagnũ: piſcatores aũt deſcenderant.] deeſt ex illis [& lauabant retia. Aſcẽdens aũt in vnã nauim, quæ erat Simonis, rogauit eũ à terra reducere puſillũ & ſedens docebat de nauicula.] pro, naui: [turbas.] Nullus locus ineptus ad docendum, quæ dei ſunt cenſetur: modo in ſynagoga, modo in monte, modo in cãpo, modo de naui ſecus ſtagnũ prædicat Ieſus. [Vt ceſſauit autem loqui dixit ad Simonẽ. duc in altũ: & laxate retia veſtra in capturã. Et reſpondens Simon dixit illi Præceptor.] pro, præfecte. Quanuis non omnino ſonet præfectum: ſed honorabiliori nomine quàm præceptoris vſus eſt Petrus. [Per totam noctem laborantes nihil cœpimus.] Hinc apparet q̃ Petrus adhuc nõ erat aſsiduus ſequax Ieſu, ſed piſcatiõi vacabat. [In verbo aũt tuo laxabo rete. Et quũ hoc feciſſent, cõcluſerũt piſciũ multitudinẽ copioſam. Rũpebatur aũt rete eorũ. Et annuerunt ſocijs qui erant in alia.] pro, altera, [naui, vt venirent & adiuuarent eos.] pro, ſe, [& venerũt & impleuerũt ambas nauiculas.] p, naues, [ita vt pene.] Superfluit pene. [mergerẽtur.] Non ſignificatur naues fuiſſe adeo plenas vt ſubmergerẽtur, ſed vt mergerentur: hoc eſt quòd vſque ad ſummitatem laterũ naues erãt ſub aquis. [Quod quũ videret Simon Petrus, procidit ad genua Ieſu, dicẽs. exi à me domine: quia homo peccator ſum.] Indignũ ſe recognoſcit præſentia Ieſu: & conferens peccata ſua cum ſanctitate quã cõſpiciebat in Ieſu ex tãto miraculo, timet ſibi à propinquitate tã ſancti viri. Sacrilegiũ æſtimabat proximitatem ſuam ad virum tã ſanctum. [Stupor enim circundederat eum & omnes qui cum illo erant, in captura piſciũ quam cœperant. Similiter aũt Iacobũ & Ioãnẽ filios Zebedęi: qui erãt ſocij Simonis. Et ait ad Simonem Ieſus, Noli timere.] Confortat Petrum Ieſus annuncians ei bonum hinc ipſi futurum [Ex hoc iã.] pro, ex hoc nunc. ac ſi dixiſſet poſthac. [Homines eris capiens.] pro, viuos capiens. Et ſignificanter Ieſus vſus eſt vocabulo ſignificante capturã viuorum: quoniam ad vitam ac libertatem non ad mortem ac ſeruitutem capturus erat homines Petrus. piſces enim capiuntur ad mortem, & homines in bello capiuntur ad ſeruitutẽ: Ieſus autem miſit Petrum ad capiendos viuos homines, hoc eſt ad liberam vitam. [Et ſubductis ad terram nauibus: relictis omnib⁹, ſecuti ſunt eũ.] Ecce fruct⁹ miraculi. [Et factũ eſt quũ eſſet in vna ciuitatũ, & ecce vir plen⁹ lepra: & videns Ieſum, procidens in faciẽ ſuã rogauit eũ,

dicens.domine ſi vis, potes me mundare] Mirum eſt q̃ leproſus in ciuitate veneretur Ieſum: quũ leproſi ab vrbibus excluderentur ſecundũ legẽ Moyſi. Verũ lex excluſionis quantũ ad habitãdũ intelligenda eſt. nec tã arcte excludebantur ab vrbibus quin per modũ tranſitus via publica incedere potuerint: ſicut etiã hodie permittitur. Vnde leproſus iſte non in domo, ſed in publica occurrit via: non quòd habitaret in ciuitate. [Et extendens manum, tetigit eum, dicens, volo, mundare] Imperatiuum paſsiuũ eſt hic mundare. [Et confeſtim lepra diſceſsit ab illo. Et ipſe prȩcepit illi vt nemini diceret: ſed vade oſtende te ſacerdoti: & offer pro emũdatione tua ſicut prȩcepit Moyſes, in teſtimoniũ illis.] De cura huiꝰ leproſi dictũ eſt Matt. 8. & Marci. 1. Vide expoſita ibi. [Perambulabat aũt magis ſermo de illo. & cõueniebant turbȩ multæ, vt audirent & curarentur ab infirmitatibus ſuis. Ipſe autẽ ſecedebat.] Ratio ſeceſſus erat fuga humanæ gloriæ vt clarius habetur Marci. 1. [In deſertũ.] pro, in deſerta ſupple loca. [Et orabat] Verũ hominem ſe exibebat orando: & exemplũ prȩdicatoribus dabat. nõ ita vacãdi prȩdicationis officio vt obliuiſcantur recurrere ad contemplationis quietem, eleuãdo in deũ mentem. vtriuſque enim vitȩ (actiuæ ſ. & contemplatiuæ) actiones iungi oportere in prædicatore aſtruit exempro proprio [Et factũ eſt in vna dierũ: & ipſe ſedebat.] pro, erat, [docens. Et erant Phariſæi ſedentes & legiſdoctores qui venerant ex omni caſtello Galilææ & Iudææ & Hieruſalem. Et virtus domini erat ad ſanandum eos.] Intellige quo ad executionem: quoniã quantũ ad poſſe, ſemper virtus domini eſt ad ſanãdũ, ſed tunc exequebatur ſanationes. [Et ecce viri portãtes in lecto hominem qui erat paralyticus & quȩrebant eum inferre & ponere ante eũ. Et non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba, aſcenderunt ſuper tectum. & per tegulas ſubmiſerunt.] pro, demiſerũt cũ funibus [Eum cum lecto.] pro, lectulo, [in mediũ ante Ieſum. Quorũ fidem vt vidit, dixit.] deeſt. ei [homo remittuntur tibi peccata tua. Et cœperunt cogitare Scribȩ & phariſȩi, dicentes. quis eſt hic qui loquitur blaſphemias? quis põt dimittere peccata niſi ſolus deus? Vt cognouit aũt Ieſus cogitationes illorũ, reſpõdẽs dixit ad illos. quid cogitatis in cordibꝰ veſtris: quid eſt facilꝰ dicere, dimittuntur tibi peccata, an dicere ſurge, & ambula? vt autẽ ſciatis quia filius hominis habet poteſtatẽ in terra dimittẽdi peccata, ait paralytico. tibi dico, ſurge, tolle lectũ.] pro, lectulũ, [tuũ, & vade in domũ tuã, Et cõfeſtim ſurgens corã illis, tulit lectũ in quo iacebat & abijt in domũ ſuã, magnificans.] pro, glorificãs, [deum.] De ge-

ctis & dictis in cura huius paralitici Matth. 9. & Marcus secundo, latius scripsit. vide ibi exposita. [Et stupor apprehendit oēs. & magnificabant.] pro, glorificabant, [deum Et repleti sunt timore.] Significantur isti primo magna admiratione stupentes. & deinde repleti timore: vt intelligatur fructus miraculi aspicientibus. [Dicentes quia vidimus mirabilia.] pro: inopinabilia, [hodie.] Valde enim aliena ab humana opinione sunt ambo visa: scilicet solo imperio curatum esse paralyticum tam perfecte vt tolleret & portaret ipsemet lectū proprium, & hoc fuisse factum ī testimonium quòd Iesus habet potestatem in terra dimittendi peccata [Et post hęc exijt.] versus mare. [Et vidit publicanum nomine Leui, sedentē ad teloniū.] Pro reuerentia euangelistæ & Apostoli, Lucas Matthæū nominat Leui, ne Matthæum publicanum dicat. erat enim infame officium apud Iudęos [Et ait illi. sequere me.] Gesta quoque ī vocatione Matthæi, exposita sunt Matthæi nono. [Et relictis omnibus.] negocijs [Surgēs secutus est eum. & fecit ei conuiuium magnum Leui in domo sua.] Ex hoc quòd Matthæus & domum propriam habebat, & fecit ei cōuiuium magnum proprio sumptu, patet quòd quando dictum est relictis omnibus, sermo fuit non de rebus sed de negotijs [Erat turba multa publicanorum & aliorum qui cum illis erant, discumbentes. Et murmurabant Scribę & Pharisæi aduersus discipulos eius, dicentes. quare cum peccatorib⁹ & publicanis māducatis & bibitis? Et respondēs Iesus dixit ad illos. nō egent qui sani sunt medico, sed qui male habent. nō enim veni vocare iustos, sed peccatores in pœnitentiā. At illi dixerūt ad eū.] Cōfer hęc cum scriptis Marci secundo & Matthęi nono & cognosces Pharisæos & scribas discipulósque Ioannis cōueniſſe ad hāc quæstionem. sed Lucas introducit verba hæc prolata à primatib⁹ Pharisæorum & doctoribus, directe contra Iesum quòd male instruat discipulos suos. [Quare discipuli Ioānis ieiunāt frequenter.] Non interrogando sed reprehendendo dicunt. [Et obsecrationes faciunt.] Solus Lucas adiungit obsecrationem. Matthæus enim & Marcus solum ieiunium proferunt [Similiter & Pharisæorum: tui autem edūt & bibunt?] Non dicunt non orant. ita quòd quū duas virtutes discipulorum Ioannis & Pharisæorum proposuissent (s. ieiunium & orationes) contra ieiunium dicunt ꝙ discipuli Iesu edunt & bibunt. hoc est nō ieiunant. contra obsecrationes vero nihil dicunt. vt intelligamus nō fuisse reprehēsibiles Iesu discipulos eriā apud Pharisæos & Scribas circa orationē sed ad ostentandam sanctitatem suorum discipulorum, Scribę & Pharisæi apposuerunt

illorum ieiunio etiã obsecrationes. [Quibus ipse ait nunquid possunt filios sponsi facere ieiunare? Venient aũt dies: & quũ ablatus fuerit ab illis sponsus, tũc ieiunabunt in illis diebus.] Nota Iesu mansuetudinem, q̃ respondendo excusat quare discipuli sui non ieiunãt, & tacet quod vacant orationi. Vniuersa hæc doctrina exposita est Mat. 9. diffuse exceptis vltimis. [Dicebat autem & similitudinem ad illos: quia nemo commissuram à vestimento nouo.] pro, immissurã vestimẽti noui, [immittit in vestimentum vetus: alioquin & nouũ rũpit, & veteri nõ conuenit immissura ex nouo. Et nemo mittit vinũ nouũ in vtres veteres: alioquin rumpit.] pro, rumpet, [vinũ nouũ vtres: & ipsum effundetur, & vtres peribunt. Sed vinũ nouũ in vtres nouos mittendum est: & vtraque conseruantur. Et nemo bibens vet⁹, statim vult nouũ: dicit enim vetus melius.] pro, suauius. [est.] Hęc in Matthæo non habentur. Precedens doctrina ex similitudinibus vestium & vtrium, ex parte doctoris monstrat, & rationem continet clarã quare Iesus nõ faciebat discipulos tunc ieiunare: hęc autem parabola ex parte affectus discipulorum se tenet. In prioribus siquidem parabolis ex parte temporis nuptialis, & ex parte imperfectionis discipulorum, sapientia magistri commendatur: in hac autem explicatur indispositio discipulorum, ex consuetudine. Sicut enim gustus assuet⁹ vino veteri recusat statim mutationem in vinum nouum (eo quòd suauius gustatur vetus) paulatim autẽ assuefactus ad nouum, sentit suauitatem noui, ita discipuli assueti veteri legi, non gustant adhuc suauitatem nouæ legis quam ego mecum fero, sed veniet tempus quãdo gustabunt suauitatem noui testamenti. ¶ Considera prudens lector Ietum per has parabolas non tantum voluisse reddere rationem quare discipuli sui non ieiunabant tunc: sed quòd occasione sumpta ex verbis Scribarum & Pharisæorum, extendit doctrinam suam ad declarandum quare ea quæ sunt nouæ legis nõ exigebat à discipulis suis. Immò per hanc vltimam parabolam, rationem reddit literalem quare etiam post missionem spiritussancti non statim abstraxit fideles suos à legalibus cerimonijs. Suauiter siquidem assuetos homines veteri legi disponens, paulatim & non statim abstraxit à legalibus: quoniã (vt parabola ista dicit) assuetis veteri vinõ, non statim sapit nouum.

CAPVT VI.

Factum est autem in sabbato secundoprimo quũ transiret
F per sata, vellebant discipuli eius spicas, & manducabant confricantes manibus.] Dictio vna composita est secundopri-

do primo, significans secundoprimum. Et Hebræum quid sonat, Græca tamen dictione. Et quoniam in libris Moysi non inuenitur sabbatum aliquod sic nominatum, nõ facile est diuinare quid significetur per sabbatum secundoprimum. Conferendo autem hunc textum cum textu Matthæi.12.& Mar.2. (vbi transitus per sata, describitur non sabbato, sed sabbatis: hoc est in festiuitate cõstante ex multis sabbatis, vt ibidem declaratum est) apparet quòd sabbatum secundoprimum appellatur vltimus dies festiuitatis cõstantis ex multis sabbatis. Vltimus siquidem dies erat sabbatum (hoc est dies festus) sicut & reliqui illius solennitatis dies: & quod plus est, erat præcipuum seu principale sabbatum: quoniam erat celebrior & sanctior reliquis diebus post primum. Et quia erat æqualis primo diei, ideo dicitur secundoprimum, hoc est præcipuũ seu principale. Primus enim dies solennitatis", erat sabbatum primoprimum, hoc est primoprincipale: vltimus autem erat sabbatũ secundoprimum, id est secundoprincipale. Et in proposito ad literam significatur vltimus dies solennitatis Paschalis. tunc enim non adhuc perfecte maturis spicis, oblato iam secundo die solennitatis Paschalis manipulo primitiarum secundum legem vesci licebat spicis conspicatis. [Quidam autem Pharisæorum dicebãt illis: quid facitis quod non licet.] Deest facere, [in sabbatis?] Apud Matthæum & Marcum alloquuntur Iesum contra discipulos: hic vero arguunt discipulos, nulla tamen est dissensio: quia vtrũq; verum est. nam & discipulos arguerũt (quod Lucas refert) & Iesu dixerunt, ecce quid faciunt discipuli tui, quod alij euangelistæ referunt. Reliqua circa rem hanc vide exposita Matthæi. 12.& Mar.2. [Et respõdẽs Iesus ad eos, dixit, nec hoc legistis q; fecit dauid quũ esuriret ipse & qui cũ eo erãt: quomodo ĩtrauit in domũ dei, & panes propositiõis sumpsit & mãducauit, & dedit.] Deest, etiã [ijs qui cũ ipso erãt, quos nõ licebat manducare, nisi tantũ sacerdotib⁹?] Et dicebat illis, quia domin⁹ est filius hoĩs etiã sabbati. Factũ est autẽ & in alio sabbato, vt intraret in synagogã & doceret. Et erat ibi homo: & manus eius dextera erat arida.] Curatio istius habentis manũ aridã, Mar.3.& Mat.12.exposita est. [Obseruabant autẽ Scribæ & Pharisæi si in sabbato curaret: vt inuenirẽt vnde accusarẽt eũ.] pro, accusationẽ eius tanquã sacrilegi violatoris sabbati [Ipse vero sciebat cogitationes eorũ: & ait homini qui habebat manũ aridã. Surge & sta in medio. Et surgens stetit. Ait autẽ,] pro, ergo, [ad illos Iesus. Interrogo.] pro ĩterrogabo, [vos.] Facto enĩ cõstitutionis ægri in medio, & verbo mouendæ quæstionis, attentos

omnes reddit. vt vel ſic Scribæ & phariſæi reſipiſcant, aut ſaltem ceſſent ab huiuſmodi obſeruatione: videndo quòd non occulte, ſed palam & ratione adiuncta curat Ieſus ſabbato [Si licet] pro, vtrum liceat. id eſt, quid horũ duorum liceat. [Sabbatis benefacere an male] Deeſt, facere, [animam ſaluã facere an perdere.] pro, occidere? [Et circũſpectis omnib⁹.] Deeſt, illis. ſi aliquis vellet aliqd reſpõdere [Dixit homini: extẽde manum tuam. Et extendit.] pro, ille autem fecit ſic id eſt extendit manũ ſuam [Et reſtituta eſt manus eius.] Deeſt. ſana vt altera. [Ipſi autẽ repleti ſunt inſipientia.] pro, amentia. que deterior eſt inſipientia. [Et colloquebantur adinicẽ quidnã facerent de Ieſu.] Superfluit præpoſitio de. Machinabantur enim quid facerent cõtra Ieſum, vt eũ occiderent. ita quòd repleti (quo ad partem intellectiuam) dementia & (quo ad partem affectiuam) odio, malignitas eorum prodijt in colloquium ad tractandũ de morte Ieſu. [Factum eſt autem in illis diebus, exijt ĩ mõtem orare.] pro, vt oraret. Deſcribitur Ieſus electurus duodecim ex diſcipulis ſuis in Apoſtolos, prius ad orationem recurrens in loco ſolitario: in monte ſcilicet. [Et erat pernoctans in oratione dei.] Non ſolum orauit, ſed nocte tota in oratione perſeuerauit. docens eccleſiam ſuam vt promotura aliquos, orationem premittat, non pro cerimonia, ſed vere recurrendo pro diuinæ gratiæ inſpiratione & aſpiratione. Ieſus enim non indigebat vt oraret, ſed ad noſtram inſtructionem pernoctauit in oratione. [Et quum dies fact⁹ eſſet, vocauit diſcipulos ſuos. & elegit duodecim.] Ipſe eos elegit & non econuerſo ipſe eos promouit & non econuerſo. [Ex ipſis.] Vt diſcamus, q̃ ex grẽmio eccleſiç eligendi ſunt prẽpoſiti. [Quos & Apoſtolos nominauit.] Solam ac primam Apoſtolatus dignitatem à Ieſu inuenimus nominatã in eccleſia eius, quã non à gradu aliquo nominauit, ſed à paſſiua miſſione: quę ſubiectionem ſonat. Apoſtolus enim Græcè, Latinè dicitur miſſus. [Simonẽ, quem cognominauit] pro, quem & nominauit, [Petrum.] Vnde nominatio ſortita eſt effectum. dũ iam communiter non appellatur Simõ Petrus, ſed Petrus. [Et Andream fratrem eius, Iacobũ & Ioãnẽ, Philippũ & Bartholomæũ, Matthæũ & Thomã Iacobũ Alphæi & Simonẽ qui vocaꝫ Zelotes, Iudã Iacobi, & Iudã Scariot.] pro, Iſcariotẽ, [qui fuit proditor. Et deſcendẽs cũ illis de mõte.] Hic apparet quòd Apoſtolos elegit in mõte, vt ex loco celſitudo apoſtolat⁹ ſignificaret. [Stetit.] nõ fecit ad differẽtiã ſermonis relati Mat. 5. & .7. quẽ habuit Ieſ⁹ ſedẽs. [In loco cãpeſtri] ad differẽtiã mõtis. in quo dictũ ſermonẽ apud Mat. habuit. [Et turba diſcipulorũ ei⁹

& mul-

& multitudo copiosa plebis]ad differentiã dicti sermonis ad quẽ audiẽdũ describuntur tantũ ascẽdẽtes discipuli eius. [Ab omni Iudea & Hierusalem,& maritima,& Tyri,& Sidonis]superfluit cõiunctio &,ante dictionẽ Tyri.Significatur enim ora maritima Tyri & Sidonis. Et est sermo non de mari Galilææ,quod est lacus:sed de vero mari mediterraneo. [Qui venerãt vt audirent eum & sanarentur à languoribus suis.]Non solum venerant vt audirent Iesu doctrinam,sed vt sanarentur à suis ægritudinibus. [Et qui vexabãtur à spiritibus immundis curabãtur]Deest,etiã.Legẽdũ est [Etiam curabãtur.]. Ita ꝙ non solũ sanabãtur ęgritudines ex naturaliũ agentiũ exorbitantia causatæ.sed etiam vexationes hominũ ab immundis spiritibus. [Et omnis turba querebat eum tãgere:]Quãdoque Iesus curat solo imperio,quandoque tactu vt mõstret & authoritatem diuinã:& sanctitatem humanitatis suæ.propterea enim tactu vtitur ad curãdũ,vt cognoscamus naturam humanam in ipso esse organũ coniunctum deitatis:sicut manus mea est organum coniunctum personæ meæ,seu sicut lingua est organum cõiunctũ intellectus humani.coniunctũ autem non organice, sed personaliter [Quia virtus de illo exibat.]quo ad actionẽ,sanationem scilicet & curationẽ. [Et sanabat omnes.]nullo excepto [Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos.]Si dixisset in cœlũ,clara esset necessitas eleuationis oculorũ:sed dicendo in discipulos,insinuat ꝙ demissis oculis Iesus prædicabat:& propterea eleuare dicitur oculos à solita modestia demissorum oculorum. [In discipulos suos] Vt intelligamus principium sermonis subiuncti,dirigi ad discipulos eius. [Dicebat. Beati pauperes.]Discipulos suos quos ad voluntariã paupertatem quantum ad bona temporalia,& à carnalibus cõmoditatibus quantum ad corpus,& à delectabilibus mũdi quantũ ad animũ abstraxerat,& ad patiẽdũ mala omnia propter se Iesum asciuerat,alloquit & beatos fore ex singulis horũ prænũciat. Vnde non dicit, beati pauperes spiritu(vt in monte dixerat) sed beati pauperes.vt ad literam intelligamus de paupertate oppositã diuitijs.Proculdubio tamẽ loquitur de paupertate voluntaria, sed hoc non explicauit,quia discipulos alloquebatur voluntarie pauperes. Est enim sẽsus,beati vos mei discipuli pauperes.iam enim dixerat euangelista eleuatis oculis in discipulos suos. Beati autem modo in spe, & demũ in re.Et rursus perspicatius.beati inchoatione cœlestis beatitudinis. Significatur enim tanta virtutis perfectio vt inchoatio quædã sit æternę fœlicitatis,sicut gẽma arboris inchoatio est fructus.Sũma enim virtutis celsitudo in hac vita , per beatitudines

tudines tam apud Matthæum quàm Lucã ſcriptas ſignificatur, quæ perfectiſſimis à deo conceditur: ita quòd eorũ amor, contẽplatio & agendi patiendique ratio, in confinio eſt beatorũ & viatorũ. [Quia veſtrũ.] Clare patet ad diſcipulos ei⁹ dirigi ſermonẽ. [Eſt] Non dicit futurũ eſt, ſed iã eſt, propter celſitudinẽ virtutis in qua inchoatũ eſt regnũ dei. [Regnum.] Non dixit, quia veſtræ ſunt diuitiæ, paruipendẽs reddere diuitias pro paupertate ſed reditũ regnũ pro paupertate declarat. [Dei.] Apud Matthæum dicitur regnum cœlorum: hic vero regnum dei. Quod quamuis idem ſit regnum, excellentior tamen denominatio eſt à deo quàm à cœlis ad ſignificandum ſummos eſſe qui ad perfectionẽ diſcipulorũ ſuorũ perueniũt. [Beati qui nũc eſuritis.] Nõ dicit eſuritis iuſtitiã (vt in mõte dixerat, beati qui eſuriũt iuſtitiã) ſed dicit qui nũc eſuritis ad literã loquẽs de corporali fame. In qua cõprehẽdit voluntariã abſtractionẽ ab ijs quę ſunt carnis. Similiter enim nõ oportuit exprimere volũtarie eſuritis: quia ad diſcipulos ſuos loquitur, qui voluntarie amplexi ſunt ſtatũ eſuriendi. hoc eſt ſubeũdi neceſſitates quaſcũq; neceſſariorũ ad corp⁹. quorũ quia maxime neceſſarius eſt cibus, ideo in eſurie omnia comprehẽduntur. [Quia ſaturabimini.] Non dicit quia ſaturamini, ſicut dixerat, quia veſtrũ eſt regnũ. ſed quia ſaturabimini. nulla enim quantacunq; inchoatio cœleſtis fœlicitatis in hac vita ſaturat: ſed cœleſti patriæ ſatietas reſeruatur. [Beati qui nunc fletis.] Gradatim poſt abdicationẽ rerũ per voluntariam paupertatem: adiunxit mortificationẽ carnis per voluntariã eſuriẽ: & nũc tertio ad animũ aſcẽdit, cuius eſt tam ridere quàm flere. Et ſimili ratione de volũtario fletu, ſubiugante quęcũq; mũdi oblectamẽta famã, honorẽ, gloriã, amari, & reliqua huiuſmodi. Congruit aũt hmõi perfectis flere: tũ propter impedimentũ carnis: iuxta illud. infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? tũ propter dilatã gloriã cœleſtẽ, ſpes enim quæ differtur affligit animã: tũ ꝓpter infinitos laqueos mũdanorũ omniũ, & his ſimilia. [Quia ridebitis.] Sicut metaphorice riſu ſignificat gaudiũ, ita fletu ſignificata eſt interna ſecũdũ deũ triſtitia. [Beati eritis.] Quarto loco beatitudo in patiendo propter ipſũ Ieſum deſcribitur vt intelligamus Chriſti diſcipulos beatos nõ ſolũ volũtarijs actionibus, ſed etiã voluntarie ſuſtinendo paſſiones illatas ab alijs. [Quũ vos oderit homines.] Ecce primũ malũ, odio haberi ab hominib⁹. [Et quũ ſeparauerit vos.] Ecce ſecũdũ malũ ſeqſtrationis carceris, exilij. [Et exprobrauerint.] pro probis affectiuit, [& eiecerit nomẽ veſtrũ tãquã malũ propter filiũ hominis.]

Quem ad-

Quemadmodũ duo mala(odij.s.& ſeparationis)contra ipſos diſcipulos, ita duo mala contra nomẽ eorũ prædicit.s. affectionem probri,& eiectionẽ.Et primũ quidẽ experimentũ probauit: quoniã nominati ſunt ſuperſtitioſi,magicę artis,&c. Eiectum quoque Chriſtianorũ nomen tanquã malũ,antiquorũ geſta teſtãtur.[Gaudete in illa die & exultate:ecce enim merces veſtra multa eſt i cœlo.Secundũ hęc enim faciebant prophetis patres eorum.]Cõſolat diſcipulos paſſuros à Iudæis,ab exemplo prophetarum priſcorũ: inſinuando eis,quòd ſuccedunt priſcis prophetis in patiendo,& Iudæi qui perſequentur eos ſuccedent patribus ſuis perſecutorib⁹ prophetarũ.Aceſi aperte diceret:nõ eritis primi patientes hęc à veſtris,quoniã Iudęi etiã antiqui ſimiliter perſecuti ſunt prophetas. [Verũtamẽ,vę vobis diuitib⁹.]Cõſidera prudẽs lector hęc quatuor vę:& clara luce cõperies literalẽ ſenſum antedictarũ beatitudinũ eſſe quẽ dixim⁹.Clare ſiquidẽ cõtra pauperes,e regione ponit diuites.contra eſuriẽtes,ſaturatos:cõtra flẽtes,ridẽtes.cõtra exoſos & ſeparatos,laudatos ab hominibus eũ exẽplo pſeudoprophetarũ.¶Iuxta quatuor itaque rationes beatorũ,quatuor quoque rationes reproborũ ſubiunguntur per quatuor væ.& vbi prius allocutus fuerat diſcipulos ſuos,modo vertit ſermonẽ ad filios perditionis.Sicut pauperes voluntarij dicti ſunt beati,ita væ ęternæ dãnationis prædicitur diuitibus:hoc eſt affectis ad diuitias,qui ſeruiunt diuitijs.[Qui habetis.]pro,quia recipitis,[cõſolationẽ veſtram.]ideo erit vobis vę in alia vita, quia in hac vita recipitis cõſolationẽ veſtrã.i,recipitis à deo quicquid conſolationis vobis debetur, nulláque ſupereſt vobis in alia vita debita conſolatio.Vbi prudẽs lector indiciũ hinc habes æternæ dãnationis in proſperis ſucceſsibus iniquorũ.recipiunt enim hic mercedẽ aliquorũ bonorũ operũ q̃ faciunt ſeu fecerunt [Væ vobis qui ſaturati eſtis.] Intellige etiã affectu quorũ ſ.deſideria carnalia in hac vita adimplẽtur.[Quia eſurietis.Væ vobis q̃ ridetis nũc.]hoc eſt qui fruimini hoc mũdo.[Quia lugebitis & flebitis.Væ quum bñdixerit vobis.]Cõtra omnia mala inferẽda diſcipulis ſuis ponit vnũ.ſ.bñdici.hoc eſt laudari,cõmendari.[Oés homines.]vt diſtinguũtur cõtra deum. mundani enim homines non laudant niſi mundanos. [Secũdũ hæc enĩ faciebãt pſeudoprophetis patres eorũ.]Vt nihil deſit huic contrapoſitioni,ſicut diſcipulos aſſimulauerat in patiẽdo veris prophetis, ita laudatos ab hominibus aſſimilat pſeudoprophetis priſcis: dicendo quòd ſimiliter antiqui Iudæi approbauerunt laudarúntque pſeudoprophetas: vt patet in.4.lib.Reg.

Sed

[Sed vobis dico qui auditis.] Post ſpecialem ſermonem pri⁹ ad discipulos ſuos de ſecuritate æternæ beatitudinis, & deinde ad contrarios de certitudine æternæ damnationis, ad omnes auditores dirigit ſermonem. [Diligite inimicos veſtros] Inchoat ab actu charitatis erga inimicos. Nec eſt ſermo de inimicis inquantum inimici ſunt, ſed de ipſis hominibus qui ſunt inimici, vt non obſtante inimicitia illorum ad nos diligamus. Et huiuſmodi diligere aliquo modo eſt præceptum, & aliquo modo eſt conſultū. præceptum quidem in genere: hoc eſt vt à generali dilectione qua diligimus omnes homines, omnes Chriſtianos, omnes conciues, omnes conſanguineos, non excludamus inimicum, hominem, Chriſtianum, conciuem, cõſanguineum, & ſic de aliis generis eius communionibus. Conſultum autem in ſpeciali, ſub conſilio enim diuinæ charitatis comprehenditur vt diligam in particulari inimicum: ſicut ſiquidem non teneor in particulari diligere ſingulos homines, nec ſingulos Chriſtianos, conciues aut conſanguineos ita nec teneor in particulari diligere inimicum. ¶ Incæpit autem Ieſus à dilectione inimicorum: quia internus actus diligendi ad ſolos amicos aut non inimicos, naturalis eſt, ad inimicos autem diuini præcepti ſeu conſilij eſt, nulla enim ratione ducimur ad diligendum inimicos niſi propter deum. [Benefacite ijs qui oderunt vos.] Non ſufficit intus diligere, ſed oportet exterius benefacere. Quod cum prædicta diſtinctione intelligendum eſt: cum hac ſubdiſtinctione de diligere & benefacere in particulari, vel regulariter vel in articulo vrgentis neceſſitatis, nam regulariter conſilii non præcepti eſt tam diligere quàm benefacere in particulari: ſed ſi articulus vrgentis neceſſitatis cõtingeret, ſub præcepto teneor eſurientem paſcere, ſitientem potare, ſubmergendum erigere, & ſic de ſimilibus. [Benedicite maledicentibus vobis:] Præceptum hoc (ſicut & præcedentia & ſubſequentia) quia affirmatiuum eſt, non obligat pro ſemper & pro vbique, ſed pro loco & tẽpore. quando ſcilicet oportet, extra tempus ſiquidem neceſſitatis quãdoque conſilii eſt, quandoque imprudentiæ eſſet. Vnde & dominus Ieſus non benedixit (ſiue imprecando ſiue laudando) eos qui tempore paſſionis eius illi maledicebant: quia nec oportebat nec expediebat. Benedicite ergo quum oportet vel expedit. [Et orate pro calumniantibus vos.] Et hoc quoque affirmatiuum eſt præceptum, & cũ diſtinctione ſuperius dicta (in genere vel in ſpecie) intelligendum eſt. Conſilij ſiquidem eſt diuini orare in ſpeciali pro calũniantibus nos: præcepti autem vt à communi⁹

oratio-

orationibus non excludamus eos, vt declaratum est de benefacere & diligere. [Et qui te percusserit in maxilam vnam, præbe illi alteram.] Post charitatem ea quæ sunt patientiæ subiungit, Præceptum hoc quia affirmatiuum est, non obligat nisi quũ oportet, neque consulit nisi quum expedit. Vnde & ipse Iesus quia nec oportebat nec expediebat, percussus in maxilla non præbuit alteram: sed dixit, si male locutus sum &c. [Et ab eo qui aufert tibi vestimentum.] pro, tuum pallium. Pallium enim est summa vestis sub qua est tunica [Etiã tunicã noli prohibere.] pro, ne prohibeas. Præceptum est negatiuum & propterea obligat semper & ad semper. Sed bene nota quid præcipitur. Sola enim voluntaria prohibitio inhibetur, ad differentiam prohibitionis rationabilis. Quũ enim ratio cogit aut consulit ad prohibendum, non est voluntas quæ prohibet sed ratio, non fit contra hoc præceptum. Porro quum nec oportet nec expedit prohibere, præcipitur vt voluntatẽ nostram non expleamus prohibendo nam peccatum esset prohibere sicut & mentiri. [Omni autem petenti te, tribue.] Hoc affirmatiuum est, & ad misericordiam spectat, nec obligat nisi quum oportet, nec consulit nisi quum expedit quòd omni petenti à te tribuas quod petit. [Et qui aufert quæ tua sunt, ne repetas.] Præceptum hoc negatiuũ est, & consequenter obligans semper & ad semper. Sobrie tamen intellectum. Considerandum est enim quòd non repetere suum non est negatio actus ex proprio genere mali, sicut non furari & non mœchari, nã repetere suum, nullum crimen est ex proprio genere, quum iustitiæ innitatur. Sicut autem omnia affirmatiua præcepta & consilia dantur de solis actibus virtutum, ita nullum negatiuum tam præceptum quàm consilium datur contra virtutem, & propterea præceptum siue consilium hoc nouæ legis (quæ est lex gratiæ, quæ non aduersatur naturæ sed perficit illam) intelligitur de non repetere suum citra præiudicium virtutis, immo virtuose. Et quoniam repetere suum implicitam habet negationem relinquendi suum in potestate eius qui abstulit seu qui habet, consequens est quod quandocunque negatio ista occurrit necessaria aut expediens secundum rectam rationem, nõ præcipitur neque consulitur non repetere suum: quia tunc præceptum seu consilium militaret contra virtutem. Tunc ergo præcipitur aut consulitur non repetere suum quum rectæ rationi consonat vt necessarium aut expediens, vt necessarium quidem præcipitur: vt expediens autem consulitur. Sicut ieiunare tunc præcipitur aut consulitur quum virtuosum est, & non quum comedere infra

diem,

die necessariũ aut expediens est secundum rectam rationem. [Et prout vultis vt faciant vobis homines.] Præceptum hoc affirmatiuum generale est, comprehendens omnia: & est iuris naturalis... Quod ideo subiunxit Iesus, vt manifestaret præcepta sua, præcepta euangelica non aduersari præceptis naturalis iuris sed perficere illa. Quum autem audis quæcunque vultis, intellige de voluntate regulata naturali iure rectæ rationis. [Et vos facite illis similiter.] similitudine proportionali. Non enim præcipitur dominis qui recta ratione volunt seruiri sibi à subditis, vt subijciantur illis: sed vt proportionaliter exhibeant seipsos illis subditis, vt quemadmodum voluit subditos facere quod debent, ita ipsi quod debent subditis faciant, hoc est enim similiter facere. Et quod diximus de dominis & subditis, intellige similiter de viro & vxore, & reliquis disparibus conditionibus. [Et si diligitis eos qui vos diligunt.] Reddit rationem præceptorum suorum. Et ratio vrgens ad reddendam rationem est: quia præcepta hæc erant noua. In veteri siquidem lege dictum erat, diliges amicum tuum & odio habebis inimicum tuum, similiter dictum erat. mutua fratri tuo, ab extraneo autem accipies vsuram. Reddit itaque rationem suorum præceptorum ex parte meriti. Et intendit quòd diligere amicos, & benefacere ac mutuare rependentibus, actio communis est merentibus & non merentibus cœlestem beatitudinem, diligere autem inimicos & benefacere ac mutuare omnibus, actio est propria merentibus vitam æternam. [Quæ vobis est gratia.] reddenda à deo? quasi dicat nulla. [Nam & peccatores diligentes se diligunt.] Hoc est quia communis est huiusmodi dilectio vobis ac peccatoribus: ac per hoc non est meritoria. Et per hoc patet sensus sequentiũ. [Et si bene feceritis ijs qui vobis benefaciunt, quæ vobis est gratia? siquidem & peccatores hoc faciũt. Et si mutuũ dederitis ijs à quibus speratis recipere] scilicet alia vice mutuũ, [quæ gratia est vobis? nam & peccatores peccatoribus fœnerãtur] pro, mutuũ dant, [vt recipiant æqualia.] hoc est non vltra sortem sed æquũ beneficium. [Veruntamen diligite inimicos vestros.] Post rationem redditam repetit præcepta sua tanquam ex ratione meriti illata. [Benefacite.] Deest cõiunctio &. Legendũ est. [& benefacite & mutuum date, nihil inde sperantes.] Subintellige ab hominibus quibus benefacitis & quibus mutuatis. Parem dominus legem statuit benefacientibus & mutuantibus quo ad hoc nihil inde sperent: quia ad literam loquitur de benefacere, & mutuare meritorie. Et propterea vult nihil sperari inde:

hoc

hoc eſt ex mutuo, ex beneficio. ¶ Et bene notà quòd etiàm internam ſpem aliquid inde habendi prohibet, & non ſolum pactum: quia ſpes aliquid inde habendi ab hominibus tollit meritum tam in beneficio quàm in mutuo, & præter hoc in mutuo conſtituit peccatum vſuræ mentalis [Et erit merces veſtra multa.] Quia dixerat ſi dilexeritis amicos, ſi benefeceritis & mutuaueritis repẽdentibus, quæ vobis eſt gratia? & intulerat diligendos inimicos, benefaciendũ & mutuandum omnibus ſine vlla ſpe humanæ retributionis, declarat non ſolum manere eos gratiam ſed mercedẽ: vt intelligamus debitam fore talibus retributionem ęternam; merces enim debita eſt. Propterea dicebat Paulus, repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ quam reddet mihi iuſtus iudex. [Et eritis filij altiſſimi] non ſolum merces multa, ſed dignitas filialis promittitur altiſſimi dei. [Quia ipſe benignus eſt ſuper ingratos & malos.] Rationem filiationis diuinæ ex aſſimilatione ad deum reddit. ex hoc enim quòd deus benignus eſt ſuper gratos & ingratos, & vos diligendo inimicos benefaciendo & mutuando omnibus, aſſimilamini illi, ideo filij eritis altiſſimi. [Eſtote ergo miſericordes.] Infert vniuerſale præceptum miſericordiæ ex hoc quòd in filios dei aſciti eſtis. [Sicut & pater veſter miſericors eſt.] Ex iure imitationis paternæ tenemini ad miſericordiam, quia pater veſter miſericors eſt. Et eſt præceptum hoc affirmatiuum: obligans pro quando oportet, & conſulens pro quando expedit, etiam ſi non oporteat. [Nolite iudicare.] pro, ne iudicate. Prohibet iudiciũ voluntarium: hoc eſt non ex ratione ſed voluntate procedens, quod iniquum valde eſt. Vnde & præceptum hoc negatiuum eſt (obligans ſemper & ad ſemper) tam de iudicio publico quàm priuato. [Et non iudicabimini.] hoc eſt & hinc non merebimini iudicari. [Nolite condemnare] pro, ne condemnate. Prohibet condemnationem ex voluntate non ex recta ratione procedentem. quia hoc eſt iniquiſsimum, & ideo præcepto negatiuo prohibetur [Et non condemnabimini.] hoc eſt & hinc non merebimini condemnari. [Dimittite.] offenſas & iniurias veſtras, offendentes & iniuriantes vobis. Sed præceptum hoc affirmatiuum eſt: obligans pro loco & tempore quando oportet: & conſulens quando expedit, etiam ſi non oporteat. Aduerte tamen quòd in hoc præcepto clauduntur duæ negationes ſcilicet non habere odio offendentes & iniuriantes, & non iudicare priuata poteſtate iniurias & offenſas acceptas Et quo ad vtrũq; præceptum hoc obligat ſemper & ad ſemper. quo ad tertium autem

quod

quod affirmatiue faciendum præcipitur (ſcilicet parcere ſeu donare) obligat pro, quando oportet, & conſulit pro quãdo expedit vt dictum eſt, [Et dimittemini.] hoc eſt & merebimini vt dimittantur vobis iniuriæ & offenſæ veſtræ in deum. [Date.] bona fortunæ, doctrinæ, & miniſterij gratiæ. Et hoc ſimiliter quia affirmatiuum eſt, obligat pro quando oportet, & conſulit pro quãdo expedit. [Et dabitur vobis.] Ecce merces, & merebimini vt detur vobis. [Menſuram bonam & confertam & coagitatam & ſuperef fluentem.] Quatuor conditiones materialis menſuræ deſcribuntur, primo quòd ſit non auara ſeu adamuſsim iuſta, ſeu bona. Secundo quòd ſit conferta: hoc eſt preſſa, quum menſurantur enim arida non numero aut ponderе, ſed vaſe continente, preſsio eorũ quæ menſurantur auget bonitatem menſuræ. Tertio quod concutiatur vas inter menſurãdum, poſt preſsionem ſiquidem ſi agitetur vas, maiorem quantitatem capit, & hoc ſignificat & coagitatam. Quarto q̃ ſupereffluat, dicẽdo & ſupereffluentem [Dabũt.] veſtra merita, veſtrum dimittere, veſtrum dare, & ſimiliter veſtra demerita, veſtrum voluntarium iudicare, veſtrum voluntarium condemnare. Dabunt inquit, non dabit deus, nec dabunt iudicati, condemnati, dimiſsi & donati (quum iſtos non oporteat eſſe de numero electorum) ſed dabunt meritorie veſtra bona & mala opera: propterea enim omnes retributiones paſsiue ſunt dictę (nõ iudicabimini, non condemnabimini, dimittemini, dabitur vobis) vt omnia hæc ad merita referri intelligamus, vt meritorie intelligantur. Merita itaque datura ſignificantur menſuram bonam & cæ. Intendit enim ad literam deſcribere ac declarare tam præmia quàm pœnas futuræ vitæ reſpectu earum quę ſunt in præſenti pœnarum & ſimiliter præmiorum, fore ad ſimilitudinem menſuræ bonæ, confertæ, coagitatæ & ſupereffluentis, incomparabiliter ſiquidem exceduntur hæc bona & mala pœnæ præſentis vitæ à bonis & malis futuræ vitę [In ſinũ veſtrum. Eadẽ quippe menſura qua menſi fueritis, remetietur vobis.] Ne crederes puniendos aliquos ſupra condignum, declarat quòd menſura qua menſi fueritis bene vel male operando, eadem proportionaliter fiet retributio tam pœnæ quàm præmij. Ita [illegible] menſuræ ſeruabitur: hoc eſt iuxta q[illegible]antitatem meriti vel demeriti, reſpondebit proportionaliter præmium & pœna. Sed res pœnales & ſimiliter res premij in alia vita erunt velut mẽſura bona, cõferta, coagitata & ſupereffluens, relatæ ad pœnas & bona præſentis vitæ. [Dicebat autem illis & ſimilitudinem. Nunquid poteſt cęcus

cæcum

cæcum ducere,nõne ambo in foueam cadunt?] pro, cadent. Tribus similitudinibus contiguis declarat tria crimina eorum qui alios regunt. Et prima quidem similitudine declaratur ignorantia præsumens regere alios cum damno vtrorumque. Et clara est,de cæco cæcum ducente. [Non est discipulus supra magistrum.] deest suum. Secunda similitudine declaratur crimen nimis sapiendi: quod incurrunt rectores illi qui dũ plus volũt sapere quàm oportet,non seruant leges sed detrahunt illis. Cõtra hoc enim affertur similitudo,quòd non est discipulus supra magistrum suũ. [Perfectus autem omnis.] supple discipulus [erit si sit.] superfluũt duæ dictiones si sit. Legendum est. [Erit sicut magister eius] Et est clarissima sententia,quòd tunc omnis discipulus erit perfectus quũ erit sicut magister eius. discipulus enim in quãtum discipulus,nõ potest peruenire ad maiorẽ perfectionẽ quàm sui magistri. Vnde hic reprehenduntur qui volunt nimis sapere tã supra leges quàm supra prælatos suos. nam tã leges quàm prelati magistri locum tenent. [Quid autẽ.] Tertia similitudine damnat crimen hypocrisis facto. tum in actu interiori, dicendo quid vides festucam & non vides trabem,tum in actu exteriori, subiungendo quomodo potes dicere, sine eijciam festucam. Clare siquidem per hanc similitudinem damnantur inuoluti maioribus crimnibus, qui vident seu corrigunt minora in fratribus [Vides festucam in oculo fratris tui.] Nõ est sermo de videre,id est scire,sed de videre,id est põderare Damnantur enim qui magnipendunt parua aliorum crimina,quũ ipsi habent magna [Trabem,autem quæ in oculo tuo est nõ cõsideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo,frater,sine eijciã festucam] deest quæ, [in oculo tuo est,ipse in oculo tuo trabẽ non vides? Hypocrita.] Appellat crimen hoc hypocrisim. quia facto exercet officiũ boni viri,ponderando & corrigendo peccata fratris,& similiter facto est malus vir vtpote habens in se maiora crimina. Quia itaque officio põderãdi & corrigẽdi alienos defectus agit virum bonũ & nõ est vir bonus, ideo hypocrita dicitur. [Eijce primũ trabem de oculo tuo.] Ordinem dãnat cœlestis magister,dicendo eijce primùm. Ita quòd nõ dãnat reprehensionem aliorũ,sed ordinem reprehendendi: quia primũm debes videre & purgare teipsum,& deinde videre & purgare alios. [Et tũc perspicies vt educas.] pro,eijcias, [festucam quę est in oculo fratris tui. Non est enim arbor bona,] subiungit demum tria generalia documenta. Primum de connexione inter bonam voluntatem & bonum opus,ex similitudine arboris & fructus. [Quæ facit fructus

malos.]pro,fructũ malũ,[neque arbor mala faciens fructum bonum.] Per arborem intelligi voluntatem ipſemet dominus exponit,ſubiungens theſaurum cordis. per fructum autem intelligi nõ ſolum exteriorem operationem: ſed etiam locutionem exponit, ſubiungendo ex abundantia cordis os loquitur. Et aduerte vt diſtinguas inter fructum & effectum conſequentem fructum, inter operationem & effectum conſequentem ex illo opere. nam mala voluntas non poteſt bonum fructum tam operationis, quàm locutionis producere: cum quo tamen ſtat quòd ex illa operatione ſeu locutione ſequatur bonus effectus. Verbi gratia euangelizans propter inanem gloriam malum fructũ producit, quia prædicatio ipſa peccatum eſt: effectus tamen concomitans (puta conuerſionis auditorum ad pœnitentiam) bonus eſt ſed non à mala voluntate prædicantis, ſed à bona voluntate audientis. Et ſimiliter quum aliquis dat eleemoſynam propter inanem gloriam, eleemoſyna ipſa peccatũ eſt, releuatio autem pauperis ſubſequens bona eſt, ſed non eſt fructus malę voluntatis dantis, ſed eſt fructus rei, quæ datur. Manet ergo ſemper ſolida Ieſu Chriſti regula quòd non poteſt mala voluntas bonum opus facere neque bona malum. Vnde quum ad bonũ finem malas operationes proprias homo ordinat, non eſt hic fructus bonæ voluntatis [Vnaquæque enim arbor ex fructu ſuo cognoſcitur.]Non ſolum quãtum ad eſſe, ſed etiam quantum ad cognitionem: regulam infallibilis connexionis inter bonam voluntatem & bonam operationem, malam voluntatem & malam operationem tradit dominus. Ita quòd non eſt temerarium iudicium à propria operatione iudicare voluntatem. [Neque enim de ſpinis colligunt ficus: neque de rubo vindemiant vuam. Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bonum: & malus homo de malo theſauro profert malum. Ex abũdantia enim cordis os loquitur.]Legendũ eſt. loquitur os eius. [Quid autem vocatis me domine domine, & non facitis quæ dico?] Secundum generale documentum eſt de vanitate profeſsionis fidei ſine opere. Eſt enim ſenſus quòd fruſtra vocatis me domine domine(hoc eſt profitemini me dominũ, duplicando orationem orationibus, precibus, exteriori cultu,& ſimilibus)ſi non facitis quæ dico. [Omnis qui.] Tertium generale documentum eſt de ſtabili propoſito benefaciendi, fundato ſuper Chriſtum. Intendit ſiquidem declarare quis eſt benefaciens apud deum. Dixerat enim priore documento quòd profeſsio fidei ſine facere ea quæ Ieſus dicit, vana eſt nunc autem declarat

declarat quòd non quilibet modus faciendi præcepta Christi sufficit ad hoc vt sit benefaciens apud deum, sed requiritur, quòd habeat cor fundatum, firmum, & quantum est ex se immutabile ad facienda præcepta Iesu Christi. Et docet hoc distinguendo inter benefacientes quo ad hoc quòd aliqui bona opera faciunt sine deliberato immutabiliter proposito perseuerandi contra tentationes mundi, carnis & dæmonis: aliqui autem bona opera faciunt cum deliberato proposito perseuerandi & pugnandi contra tentationes. Primi enim assimilantur ædificanti domum super terram sine fundamento: alteri autem assimilantur ædificanti domum super petram. [Venit ad me. fide. & audit,] studio [sermones meos, & facit eos.] vere coram deo. [ostendã vobis cui similis sit. Similis est homini ædificanti domũ, qui fodit in altũ.] Legendũ esset, qui fodit & profundauit. Significatur enim quòd fodit in profundum pro fundamento ponẽdo. Per quod intelligitur hominis propositum ad intima cordis penetrare debere. [Et posuit fundamentum supra.] pro, super, [petram.] Per quod significatur soliditas ac firmitas propositi manendi in Christo innixi Christo. Vbi aduerte in similitudine hac tria dici de fundatione domus, scilicet fossionem, profundationem, & petrarum positionem pro fundamento. [Inundatione autem facta illisum est flumen domui illi.] Vniuersæ tentationes per hoc significantur. [Et non potuit eam mouere. (fundata enim erat super petram.] Bene nota dici, quòd exterior illisio non potuit eam mouere, ad differentiam casus seu ruinæ prouenientis desuper. Et hoc dicimus propter Petrum, Dauidem, Moysen, & similes, qui deserente eos diuina gratia, ceciderunt. quanuis enim ædificassent domos suas super petram, & ab exterioribus tentationibus non fuissent moti, deserente tamen modicum eos diuina gratia ceciderunt. Cuius signum est quòd minimis occasionibus non magnis tentationibus ceciderunt: [Qui autem audit & non facit.] cum firmo proposito omnia seruandi, quanuis velleitatem habeat omnia seruandi. [Similis est homini ædificanti.] pro, qui ædificat, [domum suam super petram sine fundamento in quam illisus est fluuius. & continuo cecidit: & facta est ruina.] pro, fractura, [domus illius magna.] Vbi è regione describi vides ruinam hominis qui congeriem operum suorum ædificauit super non integrum seu non firmum vsque ad intima cordis penetrans propositum perseuerandi in omnibus. vel propositum non fundauit super Christum: hoc est non est fiducia eius

innixa ſuper Chriſtum, ſed ſuper viribus proprij animi. Vtroque enim modo deeſt vtrum fundamentum. Propter primũ ſiquidem deeſt profunditas & propter ſecundum deeſt petra. Nec aliũ de ruina domus deſcribitur quam ex impetu fluuij: immo adiungitur quòd cõtinuo cecidit ex fluuij illiſione. vt intelligamus ex defectu fundamenti prouenire ruinam: cuius oppoſitum eſt in domo fundata ſuper petram. At ſi duriuſculam forte putas hanc expoſitionem, conſidera diligentius textum, & vbi compereris auditores Ieſu diſtinctos penes facere vel non facere (quæ ſunt extrema contradictionis, inter quæ nullũ poteſt etiã fingi medium) & omnes qui faciunt comprehenſos explicet ſub ijs qui ædificarunt ſuper petram. perpendes reliquos omnes appellari non facientes. & comprehendi ſub ijs qui ædificarunt ſuper terram ſine fundamento. nec miraberis ſi magna multitudo Chriſtianorum ſub hoc membro à Ieſu deſcribitur: quoniam pauci ſunt electi.

CAPVT VII.

Q Vum autẽ impleſſet omnia verba ſua in aures plebis, intrauit Capharnaũ. Centurionis autẽ cuiuſdam.] Hęc geſta & dicta circa curationẽ ſerui Centurionis, expoſita vide. Matt. 8. Ordo tamen rei geſtæ hic explicatur [Seruus.] Clare hinc cõſtat non filiũ fuiſſe Cẽturionis, ſed ſeruum ſeu famulũ. [Male habens, erat moriturus.] hoc eſt in periculo mortis. [Qui illi erat precioſus.] hoc eſt charꝰ & in precio habitus. [Et quũ audiſſet de Ieſu.] miracula & aduentũ eius in Capharnaũ. [Miſit ad eũ.] Hęc prima miſſio à Matthęo ſignificatur acceſſus Centurionis. quia vere acceſſit per ſeniores Iudęorũ ad Ieſum, quãuis nõ per ſeipſum. [Seniores Iudæorũ.] Centurio gentilis recognoſcens ſeipſum inferiorẽ Iudęis electis à deo ad cultũ vnius dei, arbitratus eſt ſe non eſſe dignum adhoc vt accederet ad Ieſum: & propterea miſit ad eum ſeniores Iudęorũ tanquam perſonas idoneas. Vnde nõ acceſsit ſed pluſquàm acceſsit ad Ieſum, & propterea Matthæus dicit quòd acceſsit, intentionem deſcribens centurionis. [Rogans eum vt veniret & ſanaret ſeruum ſuum.] Quia non quadrat intentioni & verbis Centurionis ſubiunctis iſtam petitionem iniunctam fuiſſe à Centurione, ideo intelligendum eſt Lucam ſcripſiſſe petitionem Centurionis ſecundum ſenſum, quo intellecta eſt à ſenioribus Iudæorum qui erant nuncij. Centurio ſiquidem miſit ſeniores ad Ieſum: nec aliud eis iniunxit niſi quod Matthæus refert

fert à Centurione dictum. ſ. puer meus iacet in domo paralytic⁹ & male torquetur ſed ſeniores Iudæorum neſcientes magnitudinem fidei & humilis cordis Cẽturiõis, intellexerũt Cẽturionẽ cupere vt Ieſus veniret, & ſanaret illum. quum tamen Centurio non cuperet niſi vt ſanaret. Et propterea Lucas deſcribit petitionem Centurionis ſecundum ſenſum quem intellexerunt & executi ſunt ſeniores, dicendo rogans eum vt veniret & ſanaret [At illi quum veniſſent ad Ieſum, rogabant eum ſolicite,] pro, ſtudioſe, ſeu ſedulo. [dicentes ei] ſuperfluit ei. [quia dignus eſt vt hoc illi præſtes.] Apposuerunt ſeniores rationes. tum ex parte animi [Diligit enim gentem noſtram.] In quo aperitur quòd Centurio nõ erat Iudæus. Tũ ex parte operis religioſi. [Et ſynagogã ipſe ædificauit nobis.] erat cũ ſynagoga locus public⁹ dicatus ad doctrinã diuinæ legis & orationem [Ieſus autem ibat cum illis. Et quum iam non longe eſſet] pro, abeſſet, [à domo, miſit ad eum Centurio.] Altera hęc miſſio ſcribitur à Matthæo ſub forma reſponſionis quia vera reſponſio fuit ad verba & aduentum Ieſu ad domum Centurionis. Annuerat enim Ieſus ſenioribus, & veniebat cum illis verſus domum Centurionis: quo audito Centurio miſit iſtos amicos ad obuiandum ne veniret. quod fuit vere reſpondere oblato & inchoato aduentui. [Amicos.] proculdubio etiam Iudęos. [Dicẽs, Domine noli vexari (non enim ſum dignus.] pro idoneus. ſeu ſufficiẽs. [vt ſub tectum meum intres) propter quod & me ipſum non ſum dignum arbitrat⁹ vt venirẽ ad te.] Hinc clare apparet quod ſupra diximus. ſ. quòd Centurio non petijt vt veniret. manifeſtat enĩ his verbis quòd à principio quo miſit, arbitrat⁹ eſt ſe non eſſe dignũ vt compareret coram Ieſu: & propter eandem rationem arbitrari ſe indignum tãto hoſpite. ¶ [Sed dic verbo & ſanabitur puer me⁹.) Profitetur Centurio non ſolũ quòd poteſt ſanare (quod etiam leproſus profeſſus fuerat) ſed quòd ſolo iperio poterat abſens ſanare. [Nam & ego homo ſum ſub poteſtate cõſtitutus, habẽs ſub me milites: & dico huic vade, & vadit: & alio.] pro alij, [veni & venit: & ſeruo meo fac hoc & facit. Quo audito, Ieſus mirat⁹ eſt.] Deeſt. eum. Significatur enim materia admirationis, ipſe Centurio per amicos tantam profitens fidẽ & humilitatem. [Et conuerſus ſequẽtibus ſe turbis.] pro ſequenti ſe turbæ, [dixit. amen.] Superfluit amen. [dico vobis, nec in Iſraël tãtam fidem inueni. Et reuerſi qui miſſi fuerant domũ inuenerunt ſeruum qui languerat ſanum.] Tacet hic ſignũ Lucas multa Ieſu verba à Matthæo relata. inter quæ continetur quod dixit Ieſus Centurioni per amicos illos: vade, ſi-

cui credidisti fiat tibi.]Secūdū rem Iesus dixit vadite(quoniam amicos Centurionis remisit)sed Matthæus coactus est vti numero singulari, quia introducit Centurionem accessisse.ita quòd Centurioni in amicis dictum intellige vade.Reliqua(vt diximus) exposita sunt Matthæi octauo [Et factum est deinceps,ibat Iesus in ciuitatem quæ vocatur Naim.]Ciuitas dicitur in Galilæa in sorte Zabulon,sita.sub monte Tabor [Et ibant cū eo discipuli eius.] Deest,multi,[& turba copiosa Quum autem appropinquaret portæ ciuitatis,ecce defunctus efferebatur filius vnicus.]pro, vnigenit⁹, [matris suæ,& hæc vidua erat.& turba ciuitatis multa cum illa, Quam quum vidisset dominus,misericordia motus super eā.]Materia mīsericordiæ manifesta est:vidua scilicet priuata vnigenito filio adolescentulo,ita quòd ex ætate apparet,quòd nō relinquebat matri nepotem.[Dixit illi,noli flere.]quia nunc restituetur tibi filius.[Et accessit.& tetigit loculū.Ij autem qui portabant, steterūt. Et ait:adolescens.]pro,adolescentule,[tibi dico surge.]Considera modū resuscitandi.non sicut Elias aut Eliseus precando aut incūbendo super puerum,sed imperando, solo verbo, non tangendo etiam adolescentulum,solum enim loculum tetigit.statim resuscitauit.non adhuc iacentem in lecto, sed extra portam ciuitatis iam delatū vt sepeliretur.[Et resedit.]vt clara pateret resurrectio.[Qui erat mortuus.]pro, qui fuerat mortuus:[& cœpit loqui.]vt clare omnes perciperent vere viuum.[Et dedit illum matri suæ.]Fruct⁹ miraculi,fruct⁹ misericordiæ significatur per hoc quòd datur matri.[Accepit autem omnes timor.]dei.Hic est fructus miraculi in alijs,intus timor,& foris glorificatio dei.[Et magnificabant.]pro glorificabāt,[deū,dicentes quia propheta magnus] promissus à Moyse Deuteronomi decimooctauo.[surrexit in nobis,& quia de⁹ visitauit.]tanto propheta.[plebem suam.Et exijt hic sermo in vniuersam Iudæam de eo,& omnem circa regionem.]pro, & omnem circumiacentem regionem.Miraculum siquidem hoc tam publice patratum est,& tam stupendum fuit,vt non sit admiranda diuulgatio eius.[Et nunciauerunt Ioanni.] in vinculis constituto.[discipuli eius de omnib⁹ ijs Et cōuocauit duos de discipulis suis Ioannes:& misit ad Iesum,dicens.tu es qui venturus es.]pro qui vēturus erat,seu ille veniens,[an alium expectamus? Quum autem venissent ad eum viri,dixerunt. Ioannes Baptista misit nos ad te,dicens.tu es qui venturus es.]pro, ille venturus,seu veniens, [an alium expectamus?]In ipsa autem hora multos curauit à languoribus suis,& plagis.]pro,flagellis.Significātur enim morbi,flagella

diuina

diuina.[Et ſpiritibus malis.& cæcis multis donauit viſum.Et reſpondens dixit illis.Euntes renunciate Ioanni quæ audiſtis & vidiſtis.quia cæci vident,claudi ambulant,leproſi mũdantur, ſurdi audiunt,mortui reſurgũt,pauperes euangelizantur.& beatus eſt qui cunque non fuerit ſcandalizatus in me.Et quum diſceſſiſſent nũcij Ioānis,cœpit de Ioanne dicere ad turbas.Quid exiſtis in deſertum videre,arundinem vento agitatam?ſed quid exiſtis videre,hominem mollibus veſtimẽtis indutum?Ecce qui in veſte precioſa.] pro,glorioſa,[& delitijs ſunt,in domibus regum ſunt.Sed q̃d exiſtis videre,prophetam?vtique dico vobis,& plus quam prophetã. Hic eſt de quo ſcriptum eſt: ecce mitto angelum meũ ante faciem tuam,qui præparabit viam tuam ante te.Dico enim vobis : maior inter natos mulierum propheta Ioanne Baptiſta,nemo eſt: qui autem minor eſt in regno dei,maior eſt illo]Hiſtoria hæc cum omnibus hic dictis,Matthæi vndecimo expoſita ſunt:& propterea nõ repetenda duximus.[Et omnis populus audiens & publicani.]Interrumpit Lucas ſermonem Ieſu vt reddat rationem ſequentium verborum Ieſu.interrumpit autem declarando quàm acceptæ fuerint laudes Ioannis Baptiſtæ apud populum & Publicanos baptizatos à Ioanne.diſtinguendóque eos à Phariſæis & legiſperitis non baptizatis à Ioanne.Contra hos enim Phariſæos & legiſperitos non acquieſcentes Ioanni,nec ipſi Ieſu tendunt directe verba ſequentia ſcilicet cui ergo aſſimilabo.[Iuſtificauerunt deum baptizati baptiſmo Ioannis]id eſt iuſtum(hoc eſt veracem) laudauerunt deum ſuper baptiſmo Ioannis. audientes enim Ioannem ſic laudari à Ieſu,laudauerunt deum tanquam veraciter adimpleturũ promiſſa baptizatis à Ioanne.[Phariſæi autem & legiſperiti conſilium dei ſpreuerũt ī ſemetipſos.]hoc eſt aduerſus ſemetipſos:hoc eſt in malum proprium Significatur enim quòd ſpernendo baptiſmum Ioannis ſpreuerunt conſilium dei in ſuum proprium malũ. [Non baptizati,ab eo,Ait autem dominus.]Iſtę tres dictiones nõ ſunt de textu ſed interpoſitæ ſunt ab interprete ad claritatẽ continuationis. Euangeliſta enim interiecta diſtinctione legiſperitorũ à plebe,continuat ſermonem Ieſu.[Cui ergo ſimiles dicam.]pro, aſſimilabo,[hoīnes generationis huiꝰ:& cui ſimiles ſunt? Similes pueris ſedẽtibꝰ ī foro,& loq̃ntibꝰ,]p,acclamãtibus,[adinuicẽ & dicẽtibꝰ:Cãtauimꝰ vobis tibijs &nõ ſaltaſtis:lamentauimꝰ.]deeſt, vobis,[& nõ ploraſtis.Vẽit aũt].pro,enī, Ioānes Bap.neq; mãducans panẽ, neque bibens vinum,& dicitis dæmoniũ habet. Venit

filius hominis manducans & bibēs & dicitis ecce hō deuorator.] pro edax, [& bibens vinū] pro, vini potor, [amicus publicanorū & peccatorū. Et iustificata est sapiētia ab omnibus filijs suis.] Explicata Phariſæorum & legiſperitorum generatione mala, explicatur generatio acquieſcentium Ioanni Baptiſtæ & Ieſu, appellando eam quòd ſunt filij ſapientiæ. Eſt enim ſenſus, quòd quanuis repulſa ſit diuina ſapiētia per Ioannem & Ieſum prædicata, eſt tamen iuſtificata, hoc eſt verax facta, ab omnibus filijs ſuis, ab omnibus (nullo excepto) filijs ſapientiæ: hoc eſt electis vere filijs diuinæ ſapientiæ dum credentes Ioanni & Ieſu, exercent opera ſecundum diuinæ ſapientiæ diſpoſitionē, regulas & ordinem. Reliqua vide expoſita Matthæi vndecimo. [Rogabat autem illum quidam de Phariſæis.] Nomen huius Phariſæi inferius explicatur Simō [Vt manducaret cum illo. Et ingreſſus domū Phariſæi, diſcubuit. Et ecce mulier.] Nomē mulieris huius tacetur à Luca propter honorem mulieris, quum deſcribitur peccatrix: quam tamen Ioānes duodecimo nominat Mariam, deſcribēdo tam à laudabili officio, quòd vnxerit dominum, & exterſerit pedes eius capillis ſuis: vt ibi declarabitur. Lucas enim ſicut tacuit nomen vſitatum Matthæi deſcribendo eum publicanum, ita modo tacet nomen Mariæ deſcribendo eam peccatricem. [Quæ erat in ciuitate.] Nomen ciuitatis tacetur, forte quia in partibus illis appellatione ciuitatis intelligebatur Hieruſalem. Ex eo enim quòd ciuitatis mentionem facit, & nullam nominat, videtur principalem ciuitatem ſignificare, ſicut etiam inferius cap. 22. dicitur. ecce introeuntibus vobis in ciuitatem occurret vobis homo. Et conſtat quòd de Hieruſalem loquebatur. ¶ Aduerte tamen plus poſſe ex textu Græco intelligi. nam legitur. Et ecce mulier in ciuitate quę erat peccatrix. vbi in ciuitate, poteſt iungi tam cum antecedentibus quàm cum ſequentibus. Et ſi quidem ſequentibus iungatur (vt interpres iunxit) expoſitum eſt. Si autem antecedentibus, demonſtrando mulierem in ciuitate, ſignificatur quòd non peregrina nec ruſticana, ſed ciuilis erat hæc mulier. [Peccatrix] Genus peccati non explicatur: ſed quum mulier abſolute dicitur peccatrix, peccata carnis intelliguntur. vtpote mulieribus propria quo ad infamiam. [Vt cognouit quòd Ieſus accubuiſſet in domo Phariſæi.] Nacta commoditas mulieri huic ſignificatur ex accubitu Ieſu in domo Phariſæi, aut ex vicinitate, aut quòd in eadem domo in alia tamen contignatione habitaret & forte ſanguine iuncta erat Phariſæo, omnino enim neceſſitudo aliqua [illegible] eos cōijcitur, ex eo quòd

mulier

mulier hæc ausa est Pharisæi domum introire tanquam commodam: præcipue quum Pharisæi huiusmodi consortia horrerent, aut horrere se simularent. An autem domus hæc Pharisæi fuerit in ciuitate Hierosolymitana an in castello Bethanię, incertum habeo. Textus iste non dicit domũ istam fuisse in ciuitate, sed mulierẽ peccatricẽ in ciuitate: significans quòd erat peccatrix in ciuitate Hierosolymitana, & non explicans an tunc fuerit in Bethania an in ciuitate. [Attulit alabastrum.] pixidem ex alabastro, vnguenti. [Et stãs.] Corporalis situs significatur [Retro.] ne inuerecundam putares & impudentis audaciæ. Idemque significatur ex eo quòd nõ iuxta caput aut latus, sed iuxta pedes Iesu se locauit. [Secus pedes eius.] Deest, flens, [lachrimis cœpit rigare pedes eius & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat.] Non dicit rigauit, sed cœpit rigare quia stans in tantũ prorupit fletum, vt antequam se inclinaret, inciperet rigare lachrymis pedes eius. Quatuor officia hic conspice: abluere lachrymis pedes Iesu, capillis tergere, osculari eosdem, & demum vnguento vngere. Nouum & inauditum genus oblationis ac sacrificij pro peccatorum venia adinuenit hæc mulier, proculdubio à spiritusancto inspirata: [Videns autem Pharisęus qui vocauerat eum, ait intra se, dicens: hic si esset prophęta, sciret vtique quæ & qualis est mulier quæ tangit eum: quia peccatrix est.] Ignorantiæ personæ ascribit Pharisæus, quòd Iesus permittat pedes suos tangi à peccatrice: putans quòd si sciret Iesus illam esse peccatricem non permitteret se tangi ab illa. Et hinc minorem concipit de Iesu opinionem, nõ arbitrans etiam eum esse prophetam. Quum tamen etiam in hoc erraret Pharisæus: quia etiam veri prophętæ ignorant aliqua quæ sunt facti: vt patet de Eliseo, dicente, anima illius in amaritudine est, & dominus celauit à me. [Et respondens Iesus, dixit ad illum. Simon habeo tibi aliquid dicere. At ille ait, magister, dic. Duo debitores erãt cuidã fœneratori.] pro, creditori: [vn⁹ debebat denarios quingentos, & ali⁹.] pro, alter, [quinquaginta. Nõ habentibus autẽ illis vnde redderẽt, donauit vtrisq; . Quis.] pro, vter, [ergo.] Deest, ipsorũ. Ita q; legendũ est, vter ergo ipsorũ dic [plus eũ diligit.] pro, diliget? [Respõdẽs Simõ dixit, æstimo.] q, existimo, [quis cui pl⁹ donauit. At ille dixit ei recte iudicasti. Et cõuersus ad mulierẽ, dixit Simoni: Vides hanc mulierẽ? intraui in domum tuã: aquã pedibus meis non dedisti: hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis [illegible] capitis sui, [tersit. Osculum mihi non dedisti: hæc [illegible], nõ cessauit osculari pe-

des meos. Oleo caput meũ nõ vnxisti: hæc autem vnguẽto vnxit pe des meos. Propter quod dico tibi remittuntur ei.]pro, eius, [pecca ta multa, quoniam dilexit multum] Inuersa conclusio infertur. nã ex dictis inferendum erat, quoniam remittuntur peccata eius mul ta, ideo diligit multum: & tamen infertur, quòd quia dilexit multũ, ideo dimittuntur peccata eius multa. ¶ Solutio est, quòd hæc duo conuertibiliter sese consequuntur: Et propterea licet vtrunque in ferre, & vtrunque Iesus intulit. multa remissio, & multa dilectio, mutuo se inferũt: & similiter parua remissio & parua dilectio. Sed vltra hoc docuit Iesus in his verbis rationem causalitatis. quòd sci licet dilectio est causa remissionis velut perficiens remissio autem est causa dilectionis velut disponens disponimur enim ad amãdũ benefactorem ex accepta remissione debiti: sed non perficitur in nobis peccatorum remissio, nisi charitate diuina infusa. Ne itaque intelligeremus similitudinem de remissione debitarum pecunia rum, per omnia currere cum remissione peccatorum, mutauit Ie sus causalitatem. In remissione enim debitarum pecuniarum, ex re missione sic disponimur ad amandum, vt amor non perficiat re missionem, sed sequatur ad eam ex nostra voluntate: in remissio ne autem peccatorum aliter est nam remissio non perficitur nisi in dilectione, quæ etiam magis ex deo est quàm ex nobis quia in funditur gratuito à deo. Et propterea dominus intulit, remittũtur eius peccata multa quoniam dilexit multum. ¶ Vbi etiam nota q̃ non dixit, quia dilexit multotiens, sed multum: vt hinc discas non oportere ad delendum centum peccata, exigi centum actus diligẽ di, exigi centũ contritiones: quoniam semel diligere multum, de let innumerabilia peccata. [Cui autem minus.]pro, parũ, seu pau lum [dimittitur, minus.]pro, parum diligit. Ecce altera conclusio adæquãs dilectionem remissioni. ¶ Vbi magna occurrit quæstio: quia sequitur quòd Ioannes Baptista cui parum dimittitur parum diligat, si verum est vniuersaliter, quòd cui parum dimittitur, pa rum diligit. ¶ Solutio est quòd sermo Iesu est formalis: hoc est de debitoribus quatenus debitores sunt, de peccatoribus inquan tum peccatores sunt infra siquidem hanc latitudinem solam lo quendo, vniuersaliter verum est, quòd cui parum dimittitur, pa rum diligit: quod est dicere quod quantum est ex beneficio remis sionis parua remissio parit paruam dilectionem. Cum quo tamen stat q̃ aliunde cui parum dimittitur, maxime diligit, & sic Ioãnes Baptista maxime dilexit aliun[redacted]issione peccatorum e ius. [Dixit aũt ad illã, rem[redacted] Et cœperũt q̃ simul accumbebant

accumbebāt dicere ītra ſe. quis eſt hic?]Paulo antè Simō nec prophetā reputabat Ieſum modo aūt ſtupēs cogitat quis eſt hic? Et vere ſtupendum erat: quia non homo tantum ſed deus erat hic. [Qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem, Fides tua te ſaluam fecit.] Præter officia exteriora, duas in hac muliere internas virtutes habes ex verbis Ieſu fidē ſcilicet & charitatem. Spes enim in officijs eius ſatis patebat. niſi enim ſperaſſet veniam, non tot fecisſet. Fides igitur per dilectionem operans te ſaluam fecit. ¶ Vbi prudens lector collige diuinam miſericordiam remittentem peccata, non remittere peccata nobis dormientibus, ſed cooperantibus fide, ſpe ac dilectione: ſine qua nulla eſt remiſſio, quantacunque ſit fides ac ſpes. Et ſignum in nobiſipſis hinc datum, ad cognoſcendum ſi nobis dimiſſa ſunt peccata multa ſcilicet ſi diligimus multum. nam ſi non diligimus multum, non remittuntur peccata noſtra multa: & ſi remittūtur nobis multa noſtra peccata, diligimus multum, iuxta has domini regulas, [Vade in pace.] Sentiebat intª mulier fructū magnum ex prçſentia Ieſu & proprerea percepta venia peccatorum & commendata eius fide, non recedebat, niſi Ieſus ſuaui præcepto receſſum imperaſſet. Vnde non abſolute dixit vade, ſed addidit in pace. tum ad continuandum internam mulieris conſolationem: tum futurum illius ſtatum præfigendo pacificum: quod poſtea rei probauit ſucceſſus.

CAPVT VIII.

ET factum eſt deinceps: & ipſe iter faciebat per ciuitates.] Deeſt ſingulas. Legendum eſt. [Per ſingulas ciuitates.] vt intelligamus ſigillatim viſitari ciuitates à Ieſu, & nō in genere prædicaſſe ipſum ciuitatibª. [Et caſtella prædicans & euangelizans regnū dei.] Materia prædicationis & annunciationis ſignificatur regnum dei, non regnum mundi. In quo comprehenduntur omnes virtutes in hac vita. & omnis fœlicitas in futura. [Et duodecim cum illo.] Comitātur Ieſum prædicantē vt diſcant omnia & vbique duodecim Apoſtoli. [Et mulieres aliquæ.] Fœmineus ſexus non repellitur à ſocietate Ieſu. [Quæ erant curatæ.] dupliciter. Quo ad animā [A ſpiritibª malignis.] Et quo ad corpus [Et infirmitatibª.] Intelligo tamē hæc reſpectiue: non quod omnes fuerint ægrotæ. [Maria quę vocatur Magdalene.] Magnum argumentum hinc habetur quòd hæc maria eſt illa peccatrix deſcripta in præcedenti capitulo, quoniā in appellatione p[illegible]ertur, conſtat autē cōmuni vſu nominum a[illegible]dalenam peccatricem illam.

lã,ſic enim accepimus à patribus noſtris,& illi ab auis,& illi ab at tauis &c. ita quod vſus iſte ab Apoſtolorum tempore videtur incœpiſſe. Propter quod Lucas tanquam à notiſſima appellatione deſcribit eam,quæ vocatur Magdalene. Dicitur autem quod vocaturMagdalene à Magdalo Galileæ oppido,cuius erat domina multam enim aliam communis vſus vocat Magdalenam. [De qua ſeptẽ dæmonia exierant.]Perſeuerat Lucas in abſtinentia à turpib⁹ adiectiuis huius mulieris. Noluit dicere quæ ſubiecta fuerat vniuerſis vitiis,ſed excuſando quodammodo eam & dæmones accuſando,dicit de qua exierant ſeptem dæmonia,ſeptem vitia quibus poſſidebatur à dæmoniis. Septenarius enim numerus vniuerſitatis eſt index Hebræo more. vnde& ſeptem angeli & ſeptem candelabra &c. deſcribuntur,quia ſeptem dies apud Moyſen vniuerſa comprehendunt.[Et Ioanna vxor Chuzæ procuratoris Herodis] Non ſine myſterio Euangeliſta etiam coniugatã mulierem deſcribit ſequacem Ieſu,non quod inuito viro hoc faceret(quoniam Ieſus non venit ad dirimendũ cõiugia,qui venit ad adimplendũ legem)ſed vt deuotionem mulieris ſimul & viri hoc concedentis, ad aliorum exemplum ſcriberet [Et Suſanna & alię multę. Quę miniſtrabant ei.]Morem fuiſſe aiunt apud Hebræos vt honeſtæ mulieres ſequerentur ſpirituales doctores qui diſcurrebant prędicando,& miniſtrarent eis de facultatibus ſuis. Et propterea antiquũ ſectãtes morẽ mulieres iſtæ ſequebãtur Ieſũ.] De facultatibus ſuis.] Hinc apparet q̃ nõ erant pauperes: immo ſi q̃ pauperes quandoque comites erant(vt Salome mater filiorum Zebedæi)quę nõ ad hoc ibant vt miniſtrarent de ſuis facultatibus,ſed ſolum vt audirent verbum dei,viuebant vt veriſimile eſt ſumptibus iſtarũ diuitũ. [Quũ autem turba plurima conueniret,& de ciuitatibus]pro, & de ſingulis ciuitatibus,[properarent ad eum,dixit per ſimilitudinẽ. Exijt qui ſeminat ſeminare.]pro,vt ſeminaret,[ſemẽ ſuũ. Et dũ ſeminat.]pro,ſeminabat,[aliud cecidit ſec⁹ viã,& cõculeatũ eſt,& volucres cæli comederũt illud. Et aliud cecidit ſupra.]pro, ſuper, [petrã.& natũ aruit,quia nõ habebat humorẽ. Et aliud cecidit inter ſpinas,& ſimul exortę ſpinę ſuffocauerũt illud. Et aliud cecidit ĩ terrã bonã.:& ortũ fecit fructum cẽtuplum. Hęc dicẽs clamabat, Qui habet aures audiendi audiat. Interrogabant autẽ eum diſcipuli eius quæ eſſet hęc parabola Quib⁹ ipſe dixit,vobis datũ eſt noſſe myſteriũ.]pro,myſteria,[[illegible] ceteris autẽ in parabolis:vt videntes nõ videãt,& au[illegible]ant.]Hęc verba vide expoſita Marc. 4. Relio[illegible]arabolam vide expoſi-

posita Matth.13[Est autem hęc parabola.Semen est verbum dei q̄ autē secus viam,hi sunt qui audiūt:deinde venit diabolus & tollit verbum de corde eorū,ne credētes salui fiāt.Nā qui]supra.]pro qui autem super[petrā:qui quū audierint cum gaudio suscipiunt verbum,& hi radices.]pro,radicem,[nō habent,quia.]pro,qui [ad tēpus credūt, & in tēpore tētationis recedūt.q̄ autē in spinas cecidit:hi sunt qui audierūt &a solicitudinibus & diuitiis & voluptatib⁹ vitę eūtes suffocātur,& nō referūt fructū.Quod aūt in bonā terram,hi sūt qui in corde bono & optimo.]pro,honesto & bono significatur cū cor honestū à morali virtute,bonū aūt ab exercitio vtili.Diuersitas siquidē cordiū diuersis gradibus electorū significatur,alij enī sibi ipsis tātū,alij sibi & aliis boni sunt in studijs suis,dū alij cor applicāt cōtēplatiuæ vitę aut soli ꝓpriæ saluti,alij vitæ actiuę aut aliorum incumbunt spirituali saluti [Audiētes verbū retinent & fructū afferūt in patientia.] Non sufficere cor honestum & vtile nisi adsit patientia in sustinendo aduersa & iniurias quascunque edocet dominus à similitudine terræ quæ quantumuis optima non affert fructum nisi patiendo aratrum & similia.[Nemo autem lucernam accendens operit eam vase, aut subtus.]pro subter,[lectum ponit,sed super candelabrū ponit, vt intrantes videāt lumen.]Dixerat,vobis datum est nosse mysteria regni dei,ne intelligerēt sibi solis credita hæc mysteria,sed ad hoc manifestata vt prædicent mundo, mōstrat ex triplici capite q̄ debent hęc prædicare aliis.Primum caput penes intentionem ipsius Iesu attēditur.& declaratur ex similitudine accendentis lucernam Sicut enim accēdens lucernam non accendit vt occultet, sed luceat,ita ego non accendo lucernam,euangelicam lucem in vobis ad operiendam eam,sed ad ponendum super candalabrum ecclesiæ meæ.vt intrantes in ecclesiam meam videant euangelicum lumen.[Non est enim occultū quod non manifestetur,nec absconditum,quod nō cognoscatur,& in palam]pro,apertum,seu propatulum.[veniat]Secundum caput penes naturam seu conditionem rerum euangelicarum attenditur:quia ex natura sunt honestæ,necessaria & vtilia ad salutem humani generis,hæc enim ratio significatur dicendo,non est enim occultum, euangelicum aliquid,quod non manifestetur &c.[videte ergo quid.]pro,quomodo,[audiatis.]Hinc clare apparet quòd de doctrina sua, de mysterijs euangelij dixit,non est aliquid occultum quod nō manifestet alioquin non intulisset monitionem hāc,videte igitur quomodo audiatis,ad prędicandum aliis & non pro vobis solis.[Qui.]pro,

quicunque,

quicũque,[enim habet, dabitur illi:& quicunque non habet, etiã quod putat ſe habere,auferetur ab illo.] Tertiũ caput penes eorũ proprium dãnum & luerũ attenditur. Et intendit quòd quicũque myſteriorũ notitiã habet recto vſu,lucrabitur, dabitur enim recte vtenti habitis,amplior adhuc notitia,ab eo autẽ qui nõ habet per rectũ vſum qui habitis non recte vtitur (quod perinde eſt ac non habere)etiã quod putat ſe habere, auferetur ab illo.datur enim in reprobũ ſenſum vt abutatur habitis aut etiã naturalibus: vt latius Matth.13.declarauimus [Venerunt aũt ad illum mater & frater eius.] Hic aduentus matris clarius deſcribitur Mar.3.Intellige autem fratres Hebraico more conſanguineos.[Et non poterãt adire eum prę turba.Et nunciatũ eſt illi,Mater tua & fratres tui ſtant foris,volẽtes te videre.Qui reſpõdens,dixit ad eos,mater mea & fratres mei hi ſunt,qui verbũ dei audiũt & faciũt.] Prædicabat actu Ieſus dũ hoc ei diceretur: vt Matthęus.12.teſtatur. Et propterea ſecundũ naturã negocij diuini, matrẽ & fratres appellauit audiẽtes & facientes verbũ dei.[Factũ eſt autem in vna dierũ:& ipſe aſcendit in nauiculã.]pro,nauim,[& diſcipuli eius: & ait ad illos.trãſfretemus trans ſtagnũ.Et aſcenderũt.]pro,receſſerũt.Significatur enim executio nauigationis, non conſcenſus diſcipulorum in nauim. [Nauigantibus autem eis, obdormiuit:& deſcendit procella venti in ſtagnum & compellebantur.]pro,complebantur, ſupple aquis [& periclitabãtur.Accedentes autem ſuſcitauerunt eũ,dicẽtes.præceptor.] Repetendum eſt.& legendũ.[Pręceptor pręceptor perimus.] Timor & inſtãtia ſuſcitantiũ duplicatione ſignificatur. [At ille ſurgens.]pro,expergefactus,[increpauit ventũ & tẽpeſtatem aquæ:& ceſſauit: & facta eſt tranquillitas. Dixit autem illis.vbi eſt fides veſtra?Qui timẽtes,mirati ſunt,adinuicẽ dicentes.Quiſputas hic eſt?qa & ventis & mari ĩperat, & obediũt ei.]Vide Matt.8. & Mar.4. expoſita circa hoc miraculũ in nauicula. [Et nauigauerũt ad regionẽ Geraſenorũ.]pro,Gadarenorũ:[quæ eſt cõtra Galilæã.Et quũ de naui egreſſus eſſet ad terrã,occurrit illi vir.] Deeſt.è ciuitate.Significatur enim homo ciuilis. [Qui habebat dæmoniũ.]pro,dęmonia,[iam.]Deeſt à.Legendum enim eſt.[iam à temporibus multis.]vt antiqua ſignificetur vexatio,[& veſtimento non induebatur:neque in domo manebat, ſed in monumentis: Is vt vidit Ieſum, procidit ante illũ:& exclamãs voce magna,dixit, quid mihi & tibi eſt Ieſu fili dei altiſsimi?obſecro te ne me torqueas.Pręcipiebat enim ſpiritui immũdo vt exiret ab homine.] Hinc clare patet pręceptum Ieſu ad exeundum fuiſſe tormentum diaboli,erat

li erat enim compulsiuum ad exeundum contrà libertatem tũ potentiæ tum voluntatis ipsorum demonum: & propterea torquebat eos. [Multis enim temporibus arripiebat.] pro, corripuerat, [illũ: & vinciebatur catenis, & cõpedibus custodiebatur: & ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deserta. Interrogauit autem illũ Iesus.] Non interrogat vt cognoscat ignotum aliquid, sed vt magnitudo miraculi cognoscatur: & humana miseria qua vnus homo multitudini subiectus erat dæmonum perpendatur ex hac occasione. [Dicens, quod tibi nomen est? At ille dixit. Legio: quia intrauerunt dæmonia multa in eum. Et rogauerunt illum ne imperaret illis.] Experimento enim sentiebant quòd solo imperio poterat illos compellere. [Vt in abyssum irent.] Non quod timerent submergi aut suffocari in aquis: sed ne in locum carceris vbi omnino ligata esset eorum potentia mitterentur. [Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte] Marci. 5. dicetur circa montem: vt intelligamus in infima parte montis porcos fuisse. [Et rogabant eum vt permitteret eis in illos ingredi.] Hinc clare apparet potestatem dæmonum ligatam esse nõ solum respectu hominum sed etiam rerum aliarum: alioquin non rogassent Iesum vt permitteret eis ingressum in porcos. naturalis siquidem sua potẽtia hoc possunt [Et permisit illis. Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos: & impetu abijt grex per præceps in stagnum: & suffocatus est.] Si rationem damni quæris, nulla est quæstio: quia dominus vniuersorum est Iesus. Si vero rationem facti ad literam quæris, apparet hoc ideo permissum vt cognoscamus quantum debet humanum genus diuinæ prouidentiæ, quæ non permittit homines qui à dæmonijs vexantur, occidi ab illis. facillime enim potuissent hominem illum quem tanto tempore vexauerant, occidere, qui tam facile potuerunt duo milia porcorum submergere. Vt diuinæ itaque gratiæ tribuamus quicquid non patimur à dæmonijs, docere voluit hoc facto. [Quod vt viderunt factum qui pascebant, fugerunt, & nunciauerunt in ciuitatem & in villas. Exierunt autem videre.] pro, vt viderent, [quod factum est: & venerunt ad Iesum. & inuenerunt hominem sedentem à quo dæmonia exierãt vestitum ac sana mente, ad pedes eius: & timuerunt. Nunciauerunt autem illis] qui venerant ex ciuitate. [Et qui viderant quomodo sanus factus esset à legione.] pro, à dæmonijs agitatus [Et rogauerunt illũ omnis multitudo regionis Gerasenorũ.] pro, circuniacentis regionis Gadarenorum, [vt discederet ab ipsis.]

Vidẽ

Vide differentiã inter istos & Nazarenos. isti enim quamuis damnum passi rogant Iesum vt recedat: illi autẽ nullo dãno affecti ad præcipitandũ eum concurrerunt. [Quia magno timore tenebantur.] ne iacturã maiorem incurrerent. Reliqua circa gesta in hac regione Gadarenorũ, vide exposita Matt. 8. & Mar. 5. [Ipse autem ascendens nauim, reuersus est: & rogauit illũ vir à quo dæmonia exierant vt cum eo esset. Dimisit autem eum Iesus, dicens, redi in domum tuã: & narra quanta tibi fecit deus. Et abijt per vniuersam ciuitatem, prædicans quanta illi fecisset Iesus. Factum est autem quum rediisset Iesus, excepit illum turba erant enim omnes expectantes eum.] Deuotio populi Galilæi (non Phariseorũ & Scribarũ) significatur. [Et ecce venit vir cui nomẽ Iairus: & ipse princeps synagogæ erat, & cecidit ad pedes Iesu, rogans eum vt intraret in domum eius: quia vnica filia erat ei fere annorũ duodecim, & hæc moriebatur. Et cõtigit] Superfluit & contigit. [Dum autẽ ipse iret, à turbis comprimebatur] pro, turbæ suffocabant eũ. Describit Euangelista iuxta humanum morem loquendi concursum turbarum, ita constringentium vt in similibus constrictionibus solemus dicere quod suffocant illum. [Et mulier quędam] pro, quæ, [erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim.] AEquale tẽpus ętatis puellę & ęgritudinis huius mulieris, non casu narrat sed ex intellecto ab Euangelista mysterio quare diuina prouidentia miracula hæc secundum hanc temporis æqualitatem disposuit. ad mysterium enim mystici sensus hæc spectare cognouit. Quod clare manifestatum est à sacris doctoribus: sed à nobis tacetur, quia solus sensus literalis sub nostri propositi intentione comprehenditur. [Quæ in medicos erogauerat.] pro, insumpserat. non enim donauerat sed sumptu consumpserat. [Omnem substantiam suam, nec ab vllo potuit curari, accessit retro, & tetigit fimbriã vestimenti eius: & confestim stetit fluxus sanguinis eius. Et ait Iesus. quis est qui me tetigit? Negantibus autẽ omnibus] Horũ negatio referenda videtur ad contactum ex proposito ad differentiam cõtactus ex impulsu: ita quòd omnes negarunt ex proposito illum contigisse. Petri autem & discipulorum verba de contactu quouis modo intelligenda sunt: vt sic vtrique verum dixerint [Dixit Petrus & qui cum illo erant. Præceptor turbæ te comprimunt & affligunt] pro, afflictant. Crebra enim afflictio significatur. [Et dicis quis me tetigit? Et dicit Iesus. tetigit me aliquis] Assertiue legenda sunt. affirmat enim Iesus quòd aliquis tetigit eum tactu ex proposito. Quod & manifestat, subiungens.

tangens [Nã & ego noui virtutem]ſanatiuã. [de me exiſſe.]exe quendo effectũ ſanationis. [Videns autem mulier quia nõ latuit, tremens venit & procidit ante pedes eius:& ob quam cauſam tetigerit eũ, indicauit corã omni populo.& quemadmodũ confeſtim ſanata ſit.] Quia miracula ſua Ieſus ordinabat magis ad propagandã fidem noui teſtamenti quàm ad ſalutem corporũ,& ſciebat futurum tunc eſſe vt nunciaretur Iairo mors filiæ, & propterea oportere Iairi fidem cõfortari, ideo miraculũ hoc manifeſtari voluit præſente Iairo, vt fides illius roboraretur & augeretur. [At ipſe dixit ei.filia.] Deeſt cõfide Legendum eſt [Cõfide filia.] Tremebat enim mulier illa:& propterea cõfortatur à Ieſu. [Fides tua te ſaluam fecit.] Etiam verbo manifeſtat coram Iairo quo tendit ſua intentio, & quomodo obtinentur miracula.Audientes enim quòd fides illius mulieris in ipſum Ieſum ſanauit eam, diſcere debebãt credendum eſſe in ipſum. [Vade in pace.Adhuc illo loquente venit quidã ad principẽ.] pro,à principe, [ſynagogæ.] Non q̃ ab alio principe nũcius veniret ad Iairum,ſed quòd à domo ipſius Iairi principis nũcius veniebat. Et ſignificatur per hoc quòd erat certus nuncius mortis,domeſticus & non caſu nunciãs mortẽ puellæ. [Dicens ei quia mortua eſt filia tua, noli vexare illum.]pro, magiſtrum. Sperabant enim quòd poſſet forte illã ſanare dũ viueret.ſed poſtquã mortua eſt, nullam habebãt ſpem quòd poſſet ipſam reſuſcitare.& propterea dicunt noli vexare magiſtrũ. Acſi dicant negocium eſt deſperatum. [Ieſus autem audito hoc verbo,reſpondit patri puellæ.Noli timere.]Inuaſerat enim eum timor irreparabilis vitæ propriæ filiæ. [Crede tantum.] Ecce propter quid voluit,manifeſtari miraculum curatę mulieris. [Et ſalua erit.Et quũ veniſſet ad domũ,non permiſit intrare ſecum quẽquã.]in aulam in qua iacebat mortua puella. [Niſi Petrum & Iacobum & Ioannem,& patrem & matrẽ puellæ. Flebant autem omnes,& plangebant illam.At ille dixit,nolite flere:non eſt mortua puella.]mihi,ſeu apud me, quãuis vere ſit mortua. [Sed dormit.] quoniã tã facile poſſum eam ſuſcitare à morte quàm excitatur aliquis à ſomno. [Et deridebant eũ.] non intelligentes myſterium verborum Ieſu.Et hæc deriſio ad cumulum ſpectat teſtimonij veræ reſuſcitationis ſubſecutæ.[Sciẽtes quia mortua eſſet.Ipſe autẽ] deeſt.eiectis foras omnibus. Eiecit ſiquidem omnes quos inuenit in aula in qua iacebat puella mortua: & remanſit cum ijs qui cum eo ingreſſi erant quinque perſonis,in textu nominatis [Tenens manũ eius,clamauit, dicens.puella ſurge:]Imperando ſuſci-

tat acſi à ſomno excitaret, tenendo manum & clamando: vt experimento cognoſcerent myſterium verborum quæ dixerat, non eſt mortua puella ſed dormit. [Et reuerſus.] pro, cõuerſus, [eſt ſpiritus eius.] Deſcribit enim Lucas ſpiritum puellæ ad ſimilitudinẽ conuerſi ad corpus: tãquam prius auerſus fuerit à corpore. Et vere quadrat ſimilitudo nam in morte ſpiritus auertitur à corpore deſinendo animare ipſum: in ſuſcitatione autem quaſi conuertitur ad viuificationem corporis. [Et ſurrexit continuo.] Vt perfectũ miraculum non ſolum reſtituræ vitæ, ſed valetudinis monſtraretur. Surrexit enim & ambulauit: vt alter euangeliſta teſtatur. [Et iuſsit illi dare manducare.] pro, ad manducandum. Vt omniquaque veritas miraculi comprobaretur: & nullus relinqueretur locus ſuſpicandi phantaſma eſſe. [Et ſtupuerunt parentes eius. Quibus præcepit ne alicui dicerent quod factum erat.] Semper prudens magiſter inuenitur Ieſus. quum oportuit manifeſtari miraculum curatæ fœminę voluit nõ latere: modo autem quia non imminebat ibi neceſsitas firmandi fidem præſentium, indicit ſilentium, humilitatis affectu vero vt aliâs declarauimus.

CAPVT IX.

C Conuocatis autem Ieſus duodecim Apoſtolis, dedit illis.] Vere deum ſe eſſe comprobat, dando alijs poteſtatem ſuper dæmones & ægritudines. vix enim inuenti ſunt aliqui qui haberent huiuſmodi poteſtatem: Ieſus autẽ non ſolũ habet ſed dat alijs. [Virtutẽ & poteſtatem] pro, poteſtatem & authoritatẽ. Data poteſtas, clare monſtrat conceſſum Apoſtolis vt ex poteſtate miracula facerent, & non ſolum pręcando. Data vero authoritas mõſtrat dignitatem ac præſidentiam quandam. [Super omnia dæmonia & vt languores curarent.] Crediderim ego diſtribuendas poteſtatem & authoritatem ſic, vt authoritas intelligatur ſuper omnia dæmonia, poteſtas vero ſuper curandos languores. Quadrat ſiquidem hic intellectus illi ſententiæ, qua dominus dixit. hoc genus dæmoniorum non eijcitur niſi in oratione & ieiunio. [Et miſit illos prædicare.] Hactenus duxerat ſecum duodecim Apoſtolos vt diſcerent à doctrina & exemplo ipſius. modo inſtructos mittit ad prædicandum. [Regnum dei.] Illud idem quod ipſe prædicat, mandat ab Apoſtolis prædicandum: non reſeruans ſibi altius aliquid. [Et ſanare infirmos.] Non ſolum dedit poteſtatem curandi: ſed etiam pręcepit vſum poteſtatis. [Et ait ad illos.] Poſt

iniunctum

iniunctum officiũ, poſt datã poteſtatem, modum eundi diſponit expeditum. [Nihil tuleritis in via]pro,in viam.hoc eſt pro via pro, viatico. Vniuerſa enim ſolita deferri à viatoribus prohibet. Et vt clarius intelligatur deſcendit ad ſpecies quinque: vt ex his alia quæ nõ nominantur intelligamus: puta poculũ,cui⁹ nulla fit in ſpecie mentio.[Neque virgã.]pro,virgas.hoc eſt arma quęcũque etiam minima: qualia ſunt virgæ. [Neque perã.]cum cibarijs. [neque panẽ.]Non ſolum diuerſa cibaria ſed etiã panem portandũ prohibet [Neque pecuniã]pro ſumptu occurrente,[Neque duas.]p,binas,[tunicas habeatis.]Duplicata prohibet veſtimẽta: hoc eſt vnã tunicã pro itinere & alterã pro quiete.nõ enim prohibet veſtiri diſcipulos pluribus veſtimẽtis, ſed mutatoria prohibet induméta.[Et in quancunque domum intraueritis,ibi manete: & inde ne exeatis.] Legendũ eſt affirmatiue,& inde exite.Non præcipit Ieſus clauſos manere domi, ſed præcipit nõ mutari domum quandiu in eadem eſſent ciuitate. Hoc enim ſignificatur dicẽdo. Et inde.hoc eſt nõ ex alia domo,exite, quum migrabitis in aliam ciuitatẽ.Si enim mutata fuiſſet domus, non manſiſſent in eadẽ donec exirent ex ciuitate: & ſic nõ inde exirent.[Et quicũque nõ receperint vos,exeuntes de ciuitate illa, etiã puluerem pedũ veſtrorũ.]pro,è pedib⁹ veſtris,[excutite in teſtimoniũ ſupra]p,aduerſus,[illos.tãquàm indignos regno cœlorũ,] tãquã nihil cõmune habẽtes cũ ciuib⁹ cœleſtibus. [Egreſsi aũt circũibãt per caſtella, euãgelizãtes & curantes vbique.]Efficaciã poteſtatis acceptæ,exe cutione curationũ nõ in vno loco,ſed vbique circũeũdo caſtella, cõprobant.[Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebãt ab eo:& hęſitabat.] Hinc apparet qp verba Herodis relata Matth. 14.(A.hic eſt Ioannes Baptiſta,ipſe ſurrexit à mortuis,& ideo virtutes operantur in eo)non afferendo ſed conferendo cum ſuis domeſticis dicta ſunt.vt dubiæ mentis homines ſolent in aliquã partem argumentando declinare. [Eo quod diceretur à quibuſdam quia Ioãnes ſurrexit à mortuis:à quibuſdã vero qa Elias apparuit: ab alijs aũt quia ppheta vnus de antiquis ſurrexit.Et ait Herodes, Ioãnem ego decollaui.quis eſt autẽ iſte de quo ego talia audio? Et quærebat videre eum] vulpino conſilio,non ſtudio vitæ aut doctrinæ bonæ.[Et reuerſi Apoſtoli narrauerunt illi quæcũque fecerant.] Ideo hoc ſcriptum eſt vt inde diſcant miſsi referre geſta, & prælati ſtudioſos ſe exhibere ad audiendum, quæ prædicatores eorum dicunt & faciunt. [Et aſſumptis illis ſucceſsit ſeorſum in locũ deſertũ qui eſt Bethſaidæ.]pro, ciuitatis quę vocatur

Bethſaida.]Significatur enim quòd eſt locus infra diſtrictum ſeu territoriũ illius ciuitatis. [Quod quũ cognouiſſent turbę, ſecutæ ſunt illũ. Et excepit eos, & loquebatur illis de regno dei.]Quanuis ſeorſum quietis cauſa ſeceſsiſſet, deuotione tamen turbarũ vincit: & omiſſa orationis quiete, ſuſcipit benigne turbas, docens eas de regno dei. [Et eos qui cura.]pro, curatione, [indigebant, ſanabat. Dies aũt cœperat declinare: & accedẽtes duodecim, dixerũt illi. Dimitte turbas, vt euntes, in caſtella villaſque quæ circa ſunt diuertãt & inueniant eſcas: quia hic in loco deſerto ſumus. Ait aũt ad illos, Vos date illis mãducare. At illi dixerunt, Nõ ſunt nobis plus quã quinque panes & duo piſces. niſi forte.] Superfluit forte. [nos eamus & emamus in omnẽ hanc turbã eſcas.]Hęc verba ad mõſtrãdam impoſsibilitatẽ dandi ad manducandũ turbę illi, apponuntur ab Apoſtolis primũ enim excuſarunt ſe quia non habẽt niſi quinque panes & duos piſces: & modo apponunt rationẽ omnimodæ impoſsibilitatis, quia nec habẽt vnde poſsint emere. Hoc enim reuerenter ſignificant ſubiungendo niſi nos eamus & emamus. ſubaudientes quod tu noſti eſſe nobis impoſsibile. Vnde etiam Lucas ſubiungit magnam multitudinis quantitatem: vt intelligamus impoſsibilitatem ſignificatam tali loquendi modo hominibus referentibus conſueto. [Erant autem fere virorum quinque milia. Ait autem ad diſcipulos ſuos Facite illos diſcũbere per cõuiuia.] pro, per diſcubitus, [quinquagenos.] Significatur enim quòd diſtributi ſunt ſic ꝙ quinquaginta in ſingulo erãt diſcubitu, omnia enim ordinate Ieſus diſponebat [Et ita fecerũt: & diſcubuerunt.] pro, fecerãt diſcũbere, [omnes.]Effectꝰ ſubſecutus præſidentibus diſcipulis ſignificatur: [Acceptis autẽ quinque panibus & duobus piſcibus, reſpexit.]pro, ſuſpexit, [in cœlũ.]vt omnes viderẽt diuina virtute fieri ſubſecutũ miraculum. [Et benedixit illis.]hoc eſt multiplicauit. benedictionẽ enim ad multiplicationem ſpectare ſacra ſcriptura in multis teſtatur locis. [Et fregit.]proprijs manibꝰ: vt etiam ſic virtutem naturæ aſſumptæ monſtraret. [Et diſtribuit diſcipulis ſuis vt ponerent ante turbas. Et manducauerũt omnes, & ſaturati ſunt. Et ſublatũ eſt quod ſuperfluit illis, fragmentorum cophini duodecim.]Vt ſuperflua fragmenta cõprobarent etiã nõ fuiſſe phãtaſma, ſed veros panes & veros piſces. [Et factũ eſt quũ ſolus.]pro, ſolitarie. hoc eſt ſine turba. nã diſcipuli erant cum eo. [Eſſet orans, erant cũ illo & diſcipuli, & interrogauit illos.] Hinc apparet quòd non de actuali oratione dixit cum ſolitarie eſſet orans, ſed de tempore & loco electo ad vacandum orationi. nam

ſtultum

ſtultum eſt intelligere, quòd quum actualiter oraret interrogauit diſcipulos. ſed deſcribitur quòd in loco & tempore electo ad orationis quietem ſine turba, medio tempore quo repetenda intermittit oratio, interrogauit Ieſus diſcipulos ſuos de ſeipſo. Et apte orationis tempori miſcetur huiuſmodi interrogatio: vt inde incipiat manifeſtare eis myſterium paſſionis & mortis ſuæ, ſimul & accendat eos ad martyrium. hæc enim omnia intermedio orationũ tempori congruunt. [Dicens, Quem me dicunt eſſe turbæ? At illi reſponderunt & dixerunt. Ioannem Baptiſtam. alij autem Eliã: alij vero quia vnus propheta de prioribus ſurrexit. Dixit autem illis, Vos autem quem me eſſe dicitis? Reſpondens autem Simon Petr⁹ dixit, Chriſtũ dei.] Lucas nec Petri reſpõſionẽ ĩtegre, nec verba domini ſubiũcta narrat: & propterea vide hęc Mat. 15. integre & diffuſe ſcripta. [At ille increpans illos.] pro, interminatus illis. Significatur enim comminatio quædam adiecta præcepto. [Præcepit ne cui dicerent hoc.] ſcilicet quòd ipſe eſſet Meſias. Sciebat enim hoc non eſſe prædicandum vſque poſt reſurrectionem: quoniam (vt rei probauit euentus) ſtatim vt acclamatus eſt Meſias, fuit delatus ad Pilatum tanquam reus læſæ maieſtatis, & crucifixus. Verum conſidera, quòd Ieſus prædicabat factis miraculorum & nouæ doctrinæ regni dei, & doctrinæ diuinitatis ſuæ, ſe eſſe Meſiam: quanuis nec prædicaret nec vellet prædicari ſub titulo Meſiæ. Cum hoc tamen priuatis ſermonibus aſſerebat ſe Meſiam [Dicẽs quia oportet filium hominis multa pati, & reprobari à ſenioribus & principib⁹ ſacerdotum, & Scribis, & occidi, & tertia die reſurgere.] Poſtquam diſcipulos inſtruxerat, & illi crediderant ipſum eſſe verum Meſiam, incipit eis aperire futuram paſſionem & mortem ſuam: vt abſtraheret eos ab appetitu gloriæ humanæ, & aliorum temporalium bonorum comitantium humana regna, expectabat enim Meſias rex magnus, redintegraturus regnum Iſraël. Ne itaque intrent in ambitioſas, aut mundanas appetitiones, proponit eis ſtatim ignominias paſſionis & mortis ſuæ. [Dicebat autem ad omnes.] Tacet Lucas hoc in loco verba Petri (abſit à te domine) & reſponſionem Ieſu ad eum: & tranſit ad ſubiuncta verba Ieſu ad omnes diſcipulos & non ad ſolum Petrum. [Si quis vult.] Non ſuffecit cœleſti magiſtro prædicere eis mortem propriam, ſed adiunxit neceſſitatem imminentem cuique ſuo diſcipulo patiendi: vt non ſolum abſtrahantur ab appetitu vanorum, ſed præparent ſe ad perpeſſionẽ malorũ. [Poſt me venire.] Dixerat quòd tertia die eſſet reſurrecturus, proculdubio ad immortalẽ vitã & regnũ æter-

num,ſciebátque omnes cupere participes fieri tantæ fœlicitatis.& propterea viam veniendi ad corregnandum ſecum, intendit declarare: proponens ſub conditionali, quòd ſi quis vult poſt me reſuſcitatum & regnantem venire, oportet, opus eſt vt faciat hæc. [Abneget ſemetipſum.]Ecce primũ. Magnum eſt hominem abdicare à ſe exteriora bona,ſed longe maius eſt abdicare à ſe ſeipſum:hoc eſt proprium velle,propriũ ſapere,& alia huiuſmodi ſpectantia ad interiorem animi partem.& tamen hoc eſt primũ quòd exigitur ad perueniendum ad Ieſum regnantem. [Et tollat crucem ſuam quotidie.]Superfluit quotidie.Secundum quod exigitur, ad corporis cruciatus ſpectat: quos oportet vel volũtarios ſubire exercitationibus pœnitentialibus,vel illatos ab alijs ſuſtinere: regulare enim eſt electos pati in hac vita.Et omnes paſſiones appellatione crucis comprehenduntur. [Et ſequatur me.] Non corporali greſſu ,ſed quòd ratio actionum & paſſionum eius ſim ego: alioquin fruſtra abnegaret ſeipſum & tolleret crucẽ ſuam.[Qui.] pro quicunque. [enim.] Rationem neceſſitatis horum trium reddit ex lucro & damno.Et inchoat à ſecundo: ſcilicet tollat crucem ſuam quæ contrariatur vitæ corporali.[Voluerit.] ſine me.[animam ſuã.]hoc eſt vitã ſuã[ſaluam facere.] ſimpliciter & abſolute, non hic aut nũc,nõ certo loco aut certo tẽpore, vt dei cultores intendunt ſaluare fidẽ ſuã·ad fideles enim loquitur,credẽtes & ſperantes veram ſalutem in alia vita.[Perdet illam.]æternaliter.[Nã qui.]pro,quicunque autem,[perdiderit animam ſuam.]hoc eſt vitam ſuam.[Propter me:]Hic prudens lector perpendere potes,q̃ exiſta particula propter me,habetur quòd quum dixit quicunque enim voluerit,intelligitur ſine me.[Saluam.]Pręponi debet pronomẽ hic: & legi.[Hic ſaluam faciet illam.] ad emphaſim faciendam eius quod inopinabile apparet: vt qui perdit vitam ſuam, ipſemet ſaluet,eã in æternũ.Hęc enim eſt noua Ieſu Chriſti doctrina ſaluberrima. [Quid enim proficit homini ſi lucretur vniuerſum mundum.] Reddit rationem primi, ſcilicet abneget ſemetipſum: comparando lucrum totius mundi ad damnũ ſuijpſius·ſatis clare ſupponendo(vt eſt)quòd abnegans ſeipſum, ſeruat ſeipſum, non abnegans autẽ ſeipſum,perdit ſeipſum aut iacturam ſui facit. [Seipſum autem perdat & detrimentum ſui faciat] pro,aut iacturam ſuijpſius faciat?Vterque modus ruinæ proprię ſignificatur:vel tãquã voluntarie perdendo ſeipſum,vel tanquã incurrendo ſeu patiendo iacturam ſuijpſius: Altero enim iſtorũ modorũ reprobi omnes damnantur.Et alludit hic ſermo ad negociatores.qui ob ſpẽ

magni

magni lucri aut ſponte nonnulla à ſe abdicant, aut nõ curãt incurrere illorũ iacturã. Similiter enim reprobi, vel tanquam volũtarie poſtponũt ea quæ ſunt ſpiritus, vel appetitiones malas proſequentes, incurrũt æternæ damnationis iacturam. [Nam qui me] pro, quicũque enim [me & meos ſermones.] Reddit rationẽ tertij (ſcilicet & ſequatur me) & pœna & præmio. Et pœna quidem clare ſignificatur in litera: præmium autẽ per locũ ab oppoſito ſubintelligendum reliquit. [Erubuerit] Non dicit quicunque non crediderit, ſed qui erubuerit me: hoc eſt erubuerit confiteri fidẽ meam, laudẽ meã, doctrinã meã, & huiuſmodi: eſt enim de neceſſitate ſalutis exterior confeſſio: quam omittit erubeſcens. Intellige concurrẽtibus debitis circunſtantijs: quia eſt præceptum affirmatiuũ. Erubeſcere tamẽ Chriſtũ, importat actũ ſemper vitioſum: quoniã importat actũ poſitiuę erubeſcentiæ de re optima. Et propterea erubeſcere Chriſtum, ex ſuo genere peccatum mortale eſt. poſſet tamẽ propter imperfectionẽ actus, eſſe peccatũ veniale [Hũc filiꝰ hominis erubeſcet.] Metaphorica eſt locutio, ſicut deꝰ dicitur iraſci. Ieſus enim erubeſcet quo ad effectũ, illũ q erubuit Chriſtũ hic: quia nõ agnoſcet eũ ĩter ſuos, abijciet illũ à ſuis ĩdignũ à ſuis habebit illum [Quũ venerit in maieſtate.] prõ, gloria, [ſua & patris & ſãctorũ angelorũ. Dico autẽ vobis vere, ſunt aliqui hic ſtantes q nõ guſtabũt mortẽ donec videãt regnũ dei.] Ne putaret legiore ſpe expectandũ eſſe promiſſum in premiũ regnũ dei, ſubiunxit tã propinquũ eſſe, vt aliqui ex illic ſtãtibus viſuri ſint regnũ dei antequã moriãtur. Et vere adimpletum eſt: quoniam multi ex illis viderunt Chriſtum poſt reſurrectionẽ, & aſcendentẽ in cœlum. Conſtat aũt regnũ dei glorioſum, in Chriſti reſurrectione inchoaſſe, quũ mortale corpus induit immortalitatem: teſtante ipſo domino inferius dicente. non bibam de generatione vitis donec regnũ dei veniat. [Factũ eſt aũt poſt hęc verba fere dies octo.] Nõ diſcrepat numerꝰ iſte à numero ſex dierum ſcripto ab alijs euangeliſtis. nam alij poſt diẽ illũ quo loquebaꝫ Ieſus, numerauerũt dies ſex & ſic poſt ſex dies octauus illuceſcebat dies, cuius meminit Lucas. Memineruũt aũt euangeliſtę numeri horũ dierũ non ea ratione qꝫ in trãſfiguratione Chriſti adimpleta deſcribatur promiſsio antedicta de regno dei videndo à quibuſdã, ſed ea ratione quia in tranſſiguratione Chriſti monſtrata eſt quædam ſpecies regni dei. fuit enim velut quædam prælibatio viſus regni dei. [Et aſſumpſit Petrum & Iacobum & Ioannem, & aſcendit in montem vt oraret. Et facta eſt dum oraret] vt etiam animus totus in diuina actualiter tenderet.

[Species vultus eius altera.] Proprijſſime locutus eſt, accidentalem mutationem ſignificans dicendo altera ſubſtantiæ enim vultus figura eadem perſeuerauit, ſed qualitas altera fuit: quoniã ſplẽdida facta eſt facies eius. [Et veſtitus eius albus & refulgens.] pro fulgurans. Tam temperata fuit lux illa, vt colorem permitteret, & fulgorem ſimul emitteret: alioquin non potuiſſent diſcipuli in tantam lucem figere oculos. [Et ecce duo viri loquebantur cum illo. Erant autem Moyſes & Elias viſi in maieſtate.] pro, gloria. Deſcribitur enim quòd apparuerunt glorioſi Moyſes & Elias. [Et dicebant exceſſum.] pro, exitum [eius.] hoc eſt mortem. loquebãtur enim de morte Ieſu qua exiturus erat de hoc mundo [Quem completurus erat in Hieruſalem. Petrus vero & qui cum illo erãt, grauati erant ſomno.] Hinc apparet aut nocte aut matutina hora octaui diei hęc geſta fuiſſe & propterea Lucas dixit fere dies octo. Ieſu ſiquidem orante Petrus, Iacobus, & Ioannes à prolixa oratione repẽte ſomno retrahuntur. propter quod veriſimilius eſt, quòd poſt aliquas noctis horas hoc fuerit. [Et euigilantes] Non ſolũ fuerunt grauati ſomno, ſed dormierunt Ieſu orante [Viderunt maieſtatem eius.] hoc eſt gloriam eius [Et duos viros,] ſcilicet Moyſen & Heliam. Incertum eſt de Moyſe an cum naturali corpore an cum aëreo corpore apparuerit: vtroque enim modo vere appellantur duo viri. Elias quidem integer: Moyſes autem ſecundum id quod præcipuum eſt in viro ſcilicet ſecundum animam, ſi corpus ſuum naturale non habuit. [Qui ſtabant cum illo.] Corporalis ſitus deſcribitur. Et dixit hoc euangeliſta, ne intelligeres euigilaſſe Apoſtolos, & vidiſſe Moyſen & Eliam venientes vel in fine rei geſtæ. [Et factum eſt quum diſcederent ab illo: quum valefacerent: ait Petrus ad Ieſum. Præceptor, bonum eſt nos hic eſſe, & faciamus tria tabernacula: vnũ tibi, & vnum Moyſi. & vnum Eliæ.] Hinc clare apparet, quòd antequam diſcederent quum eſſent diſceſſuri Moyſes & Elias, Petrus dixit hæc verba præoccupãs diſceſſum, vt impediret licentiam. ¶ Si quæris quomodo Petrus cognouit illos eſſe Moyſen & Eliam. reſpondetur, quòd vel ex verbis eorum, vel ex ſimilitudine ad pictos Moyſen & Eliam, agnouit eos. Teſtatur enim Ambroſius, quum reuelata ei fuerunt corpora Geruaſij & Prothaſij, apparuiſſe ſibi Paulum Apoſtolum qualem eum pictura docuerat. [Neſciens quid diceret] Vere neſciebat quid diceret. proponens impedire diſceſſum illorum, proponens habitandum in monte tribus tabernaculis. [Hæc autem illo loquente facta eſt nubes, lucida, & obumbrauit eos.] diſcipulos: hoc eſt temperamentum

peramentum præstitit discipulis vmbræ suæ, ne à multitudine lucis splendentis in facie Iesu sicut sol, opprimerentur oculi corporei. [Et timuerunt intrantibus illis in nubem.] Quia nubes non obumbraret discipulos, nisi media esset inter lucem & ipsos, ideo explicando vndique rem gestam subditur quòd illi tres visi in gloria (scilicet Iesus, Moyses & Elias) intrarunt in nubem. Et quia nō dicitur, quòd nubes descendit ad eos, sed quòd ipsi intrauerunt in nubem (quę teste Petro apostolo in primo capite. 2. epist. supereminens describitur, dicendo de cœlo, nisi enim fuisset eminentior, non sonuisset vox de ipsa exiens tanquam de cœlo) ideo intelligendum est, quòd illi eleuati sunt à terra Paulum vsque ad nubem illam inclusiue. & hoc significatur per hoc quod dicitur illis intrantibus in nubem. Vnde hinc dicit Lucas causatum timorem discipulorum. Et merito timebant enim se relinqui videndo Iesum cum Moyse & Elia intrare in nubem. [Et vox facta est de nube,] non à Moyse, non ab Elia, sed ab obumbrante superius nube. [Dicens. Hic est filius.] Persona patris manifeste hic loquitur, dicendo de Iesu hic est filius, naturalis. [Meus.] Mei solius. [dilectus.] omniquaque. [Ipsum audite.] Præcedentia verba dixerat quoque pater in baptismo: hæc autem primum dixit quando iam Iesus docendi officium exercebat, quando doctorem se mundi iā manifestauerat. Præceptum diuinum datur primis Apostolis de audiendo Iesum. Vnde & Petrus Apostolus postea scripsit, quòd non indoctas fabulas secuti, manifestam facimus Iesu virtutem: quoniam nos audiuimus cœleste testimonium quum essemus in monte sancto cum ipso. 2. Pet. 1 [Et dum fieret vox] pro, & dum facta esset vox. Significatur enim quòd statim completa voce cœlesti. [Inuentus est Iesus solus.] hoc est, sine Moyse & Elia. Vnde habetur quòd Apostoli nec viderunt incipere gloriam Iesu, nec desinere illam, sicut nec viderunt venire, nec redire Moysen & Eliam. [Et ipsi tacuerunt: & nemini dixerunt in illis diebus quicquā ex ijs quæ viderant. Factum est autem in sequenti die.] Et hoc attestatur quod nocte facta est trāsfiguratio: & sequens dies est dies artificialis. hoc est ab ortu solis. non enim est verisimile quod tota illi die & nocte sequenti perseuerauerint soli in mōte. [Descēdēti-bꝰ illis de mōte, occurrit illis turba multa. Et ecce vir de turba exclamauit dicēs. magister obsecro te respice in filiū meū: quia vnicꝰ est mihi. Et ecce spiritus apprehēdit eū & subito clamat & elidit.] Supfluit & elidit. [Et dissipat eū cū spuma: & vix discedit.] Deest, ab eo, [dilanians.] pro, cōterens, [eū. Et rogaui discipulos tuos vt

ejicerent

eijcerent illum: & nõ potuerunt. Respondẽs autẽ Iesus, dixit. O generatio.] Hinc apparet, quòd ex defectu eorũ proueniebat, quòd filius eius non curaretur. [Infidelis.] Ecce defect⁹ fidei, nõ in vno, sed in multis, per generationẽ significatis. [Et puersa] pro, distorta. Non solum deficiũt in intellectu, sed etiã in affectu: vtpote non recto, sed distorto à rectitudine siquidẽ regulę diuinæ declinabãt, tum nõ credendo in Iesum, tum non sectando sanctorum patrum mores. [vsquequo.] Non sunt hęc impatientis, aut irati animi verba: sed arguentis tarditatem Iudæorum ad credendum, & recta via incedendũ, [Ero apud vos & patiar vos?] Magna enim afflictio est sanctorũ virorũ iniquitas eorum apud quos conuersãtur: sicut vniuersaliter contrariũ à contrario iuxta posito patitur. Et dixit hoc vt vel hinc resipiscant, vt tantũ tolerãtiã agnoscant. [Adhuc huc filiũ tuũ. Et quum accederet, elisit illũ dęmoniũ & dissipauit.] pro, laniauit. [illũ dæmoniũ & cõcerpsit.] Et intelligo scissionem referri nõ ad membra, sed ad vires. Ita quòd tũc quum duceretur ad Iesum, dæmonium apprehendit illum, ex integro scindendo interiores vires: & sic proiecit in terram ita vt volutaretur spumans: vt Mar. refert. c. 9. [Et increpauit Iesus spiritũ immundum.] Qualis fuerit increpatio à Marco recitatur. [Et sanauit puerũ: & reddidit illũ patri eius.] Eleuauit enim puerũ propria manu Iesus de terra qui erat velut mortuus. & ꝓpterea dicitur. & reddidit illũ patri. Vide hiſtoriã hanc latius Mar. 5. Et dicta subsecuta circa hoc Mat. 17. [Stupebant autem omnes in magnitudine.] pro, magnificẽtia, [dei.] Significãtur enĩ magnifica facta diuina per Iesum. [Omnibusq; mirãtib⁹ in omnibus.] pro, super omnibus, [quæ faciebat, dixit ad discipulos suos.] Exẽplum Iesus humilis cordis mõstrat dũ mirãtibus atque stupẽtib⁹ omnibus super operib⁹ eius mirabilibus, ipse sermonem conuertit ad humilitatem passionis suę futuræ. [Ponite vos:] Nõ dico hæc ad turbas, sed vobis electis ad notitiã mysteriorũ regni dei [In cordibus vestris.] pro, in aures vestras, [sermones istos.], applicate aures vestras non ad humanas laudes quibus omnes mẽ commendant. sed ad sermones quos dicã de passione mea. Attentos enim studuit reddere discipulos ad verba passionis: sciens eos valde remotos esse ab intellectu passionis ei⁹. [Filius enim hominis futurũ est, vt tradatur in man⁹ hominũ.] Prædicit secundo passionem suam: vt quum viderint cũ cruci fixum, recordentur verborum eius. [At illi ignorabant verbum istud.] Quanuis Iesus clare loqueretur, discipuli tamen non intelligebant: dubitantes quòd parabolice loqueretur de seipso, & nõ secundum

eundum proprietatem verborum. [Et erat velatum ante eos.] pro, ab eis. [vt non sentirent illud.] Explicat euangelista quare non intelligebant: scilicet non ex parte verborum Christi, sed ex parte discipulorum. Et ratio quidem ex parte intellectus eorum iam dicta est: ex parte autem affectus, erat quia adhuc carnales non sapiebãt ea quę mysterij erucis sunt. Verum super hæc omnia præcipua ratio erat negatio diuini luminis, & diuini spiritus interius in eorum anima operantis. relinquebantur enim à deo sibijpsis quo ad notitiam & affectum huius mysterij & propterea euangelista dicit, & erat absconditum ab eis, vt non sentirent illud. Sentire enim non puræ notitiæ, sed notitiæ affectæ est: iuxta illud ad Philip. 2. hoc sentite in vobis & in Christo Iesu. [Et timebãt.] ne forte audirent quod nollent: scilicet repeti sermonem de morte. Sciebant enim quòd Petrus quum ægre tulit futuram mortem Iesu, reprehẽsus fuerat, & idem retulit. [Eum interrogare de verbo hoc.] Intrauit autem cogitatio in eos quis eorum maior esset. Marci. 9. latius narratur non solũ cogitatio, sed disputatio inter discipulos de maioritate. Audierant Petro dictum tibi dabo claues regni cœlorum, viderant Iesum soluisse censum pro se & Petro, & cum hoc viderant tres discipulos (Petrum Iacobum & Ioannem) ductos in montem: vnde humanæ ambitionis passio orta est. prorumpens etiam in disputationem. [At Iesus videns cogitationes.] pro, cogitationẽ, cordis illorũ. Vna communis ambitiosa cogitatio significatur. Significantiusque euangelista dicit Iesum vidisse cogitationẽ cordis eorum. vt intelligamus quòd ad cor eorum loquitur, quanuis ipsi verba inuerterint, scripta Matt. 18. [Apprehendit puerũ.] pro, puellum [& statuit illũ secus se: & ait illis. Quicũque susceperit puerũ.] pro, puellũ, [istum in nomine meo, me recipit: & quicunque me receperit, recipit eum qui me misit.] Idiotas discipulos à parua quantitate pueruli instruit, & monet ad affectum humilium ministeriorum: vt non appetant magna & celsa, sed parua & humilia, vt corde sint non elati & magni, sed humiles & parui. Et ad hoc affert rationẽ: quia quicunque est sic paruulꝰ, vices meas gerit, ac per hoc vices dei qui me misit. [Nã qui minor est inter vos omnes, maior.] pro, magnus. [est.] Rationẽ quã adduxerat ex parte sui habitantis in paruulo, confirmat ex parte eorũ, soluẽdo eis quęstionẽ de qua disputauerat. Declarat enĩ quis eorũ est maior dicendo, quòd qui minor est inter vos, ille est magnus. Et loquitur procul dubio de minore secũdũ cor: hoc est, de affectãte minoritatẽ, talis enĩ secũdũ veritatẽ est magnꝰ apud deũ.

[Respondens

[Respondens autē Ioannes.] Dixerat Iesus quicunque receperit puellum istum in nomine meo, & intellexerat Ioannes (& bene) non de sola receptione ad hospitium, sed in instructorem aut doctorem aut etiam quomodo libet approbando, & propterea inquirit de eiciente dæmonia in nomine Iesu, an sit prohibendus an approbandus. [Dixit. Præceptor, vidimus quēdam in nomine tuo eijcientem dæmonia, & prohibuimus eum.] Petit post factum edoceri: quoniam ex his verbis Iesu incœpit dubitare, bene an male fecerit. in quo ostenditur & quòd bono animo fecerit, & quòd paratus est corrigi. [Quia non sequitur nobiscum.] Videbatur Ioanni quod ille esset velut schismaticus, quòdq; vsurparet inuocationem nominis Iesu: eo quod corporali conuersatione non sequebatur Iesum sicut alii discipuli. [Et ait ad illos.] pro, ad illum. sci licet Ioannem. Iesus. Nolite prohibere.] Non dixerat Ioannes prohibui, sed prohibuimus: multos prohibentes significās, & propterea Iesus pluraliter respondet. [Qui enim nō est aduersū vos.] pro, nos, [pro vobis.] pro, nobis. [est.] Nullus est medius inter eos qui sunt pro Christo & inter eos qui sūt cōtra Christum, tam in moralibus quàm in religiosis actibus, & propterea qui nō est contra nos pro nobis est. Quilibet exercens rectos actº moris aut religionis, vt sic est pro Christo, & propterea iste qui sanctæ religionis actum exercebat, pro Christo erat. [Factum est autem dum cōplerentur dies assumptionis eius.] Futuram passionem & mortem vocat assumptionem, quia per eam assumendus erat ex hoc mundo Et describitur tempus non solum propinquum passioni eius sed prædiffinitum, dicēdo dum complerentur dies assumptionis eius. [Et ipse faciem suam firmauit vt iret in Hierusalem.] Magnanimitatem quam monstrabat etiam exterius Iesus volendo ire in Hierusalem non obstante quòd Iudæi in Hierusalem vellent ipsum occidere, describit Euangelista à firmitate faciei. prætendebat enim etiam in facie, animi constantiam & magnitudinem [Et misit nuncios ante conspectum suum.] ad disponendum animos hominum vt audirent verbum dei ex ore tanti magistri. [Et euntes intrauerunt in ciuitatem.] pro, castellum. [erat enim oppidulum Samaritanorum.] Qui nec gentiles nec Iudæi erant, sed simul colebant deum verum & propria idola: vt patet. in. 4. lib. Reg. [Vt pararent illi.] populum auditorem. [Et non receperunt eum.] noluerunt ipsum audire. [Quia facies eius erat eūtis.] pro, iens, [in Hierusalem.] Indignatio Samaritanorum ea ratione significatur quia Iesus tendebat in Hierusalem, erat enim lis specialis inter Samaritanos

ritanos & Iudæos de loco adorandi deum : vt pater ex verbis Samaritanæ Ioan. 4. patres noſtri in monte hoc adorauerunt, vos autem dicitis quòd in Hieroſolymis eſt templum in quo oportet adorare. Ieſus enim ibat tunc ad ſolennitatem paſchalem ad adorandum in Hieruſalem, & propterea tanquam directe euntem cõtra ipſos Samaritanos, noluerunt recipere eum. [Quum vidiſſet autem diſcipuli eius Iacobus & Ioannes, dixerunt, domine vis dicimus.] pro, dicamus, [vt ignis deſcendat de cælo & conſumat illos.] Deſunt quatuor dictiones. [Sicut & Elias fecit.] Iacobus & Ioannes zelo accẽſi vindictæ, afferunt exemplum Elię ſcriptum. 4 Reg. 1 & magna fide credentes ſe ſolo verbo poſſe ſimile efficere ſi Ieſus vult, conſulunt voluntatem Ieſu. [Et conuerſus increpauit illos.] Non ſimpliciter reſpondit ſed increpando. [Dicens neſcitis cuius ſpiritus eſtis vos.] Hic apparet intellectum in culpa fuiſſe, non diſcernendo ſpiritum gratiæ in nouo teſtamento à ſpiritu cõceſſo in veteri teſtamẽto. Acſi aperte diceret adhuc nõ diſcernitis differentiam inter impulſum conſonum gratiæ quam ego affero mundo, ab impulſu gratiæ conceſſæ Eliæ & in patribus veteris teſtamẽti. in illis enim fuit impulſus ad iuſtitiam vindicatiuam ſic enim congruebat illi tempori modo autem vniuerſus impulſus eſt ad miſerendum & ſaluandum. [Filius hominis non venit animas perdere ſed ſaluare.] Declarat ſpiritum noui teſtamenti à proprio ſpiritu, à proprio officio. [Et abierunt in aliud caſtellum. Factum eſt autem ambulantibus illis in via.] Nota hæc tria genera circa ſequelam Chriſti. [Dixit quidam.] non plebeius, ſed Scriba, ſed doctor fuit iſte, vt apud Matth. 8. patet. [Ad illum. Sequar te quocũque ieris. Dixit illi Ieſus. Vulpes foueas habẽt & volucres cæli nidos, filius autem hominis nõ habet vbi caput ſuum reclinet.] Hinc apparet quòd lucri gratia Scriba iſte offerebat ſe ad ſequẽdum Ieſum. niſi enim lucro ſtuderet, nõ repelleretur allegando quòd ipſe Ieſus cum tot officiis & laboribus prædicando tam alienus eſt à lucro vt pauperior vulpibus & auibus ſit. Et exemplũ reliquit poſteris prelatis & prædicatoribus, non admittendi ad eõ ſortium ſuum homines lucri cupidos. Multo ergo magis nõ ſunt ad prædicandum mittendi inhiantes lucris, quum repellãtur à conſortio prædicatorum. [Ait autẽ ad alterum.] Hic diſcipulus erat, Mattheo teſte. [Sequere me.] Scribam cupidum, quanuis offerentem ſe repellit, diſcipulum inuitat ad corporalem ſequelam, ad indiuiduum conſortium. [Ille autem dixit. domine permitte mihi primum ire, & ſepelire patrem meum.] Ab officio ſepulturæ indu

cias

cias petit temporis totius vitæ paternæ : sicut Euthitia Luciæ mater ab officio tegendi oculos petebat etiam inducias temporis totius vitæ suæ. tege inquit primum oculos meos Affectus enim carnalis ad patrem significatur. Verisimile autem est quòd patrem haberet senem: & propterea non videbatur sibi petere morã multi temporis. [Dixit autem ei Iesus. sine vt mortui sepeliant mortuos suos.] Metaphorico sermone intendit dicere. Sine vt similes similium curam habeant. Et accepit metaphoram à morte, appellando homines mundanos mortuos eo quòd studium eorum circa mortalia est. Vnde non intendit per mortuos reprobos, sed homines mundanis cutis occupatos. omnium enim horum cura circa mortalia est diuerso tamen affectu nam aliqui citra prejudicium diuinorum præceptorum occupantur circa mortalia: aliqui contemptis seu neglectis diuinis præceptis. Quia tamen commune ijs omnibus est studere & laborare circa hæc mortalia, ideo cõmuni nomine appellantur mortui. [Tu autem vade, & annuncia regnum dei.] E regione contra mortuos distinguitur ordo perfectorum : quorum studium totum est ad annunciandum alijs regnum dei. vt hinc cognoscas non reprobos, sed (vt diximus) studentes mortalibus appellatos mortuos. Et optime quadrat vt relicta cura temporalium & mortalium omnium, officiũ exerceatur prædicandi regnum dei. ¶[Habetur quoque hinc quòd non erat sermo de modico tempore occupando in officio sepulturæ patris iã mortui, sed (vt dictũ est) de toto tempore vitæ paternæ quia de tempore impediente officium annũciandi regnũ dei est sermo. cõstat aũt modicũ illud sepulturę tempus pro nihilo reputari: ac per hoc non esse inter impedimenta cõputandũ. [Et air alter.] Istius tertij conditio scripta nõ est. [Sequar te domine.] Proculdubio de sequela corporali ad indiuiduam societatem more discipulorum sequaciũ, loquitur promittendo sequelã. [Sed permitte mihi primũ renũciare.] pro, vt vale dicã, [ijs qui domi sunt.] Dictio Grę-ca significat nõ solũ dicere vale, sed datis mãdatis dicere vale. Vnde intelligimus q̃ iste petijt tempus componendi negocia sua domi, seu cum domesticis : & cõpositis negocijs sequuturũ se Iesum pollicebatur. [Ait ad illum Iesus. Nemo mittens.] pro, qui misit, [manum suam ad aratrum & aspiciens retro.] Ex hac responsione apparet primo hunc fuisse de numero discipulorum : alioquin non assimilaretur ei qui applicauit manum suam ad aratrum.
¶[Apparet secundo quod diximus, scilicet velle prius componere negocia sua, & non tantum dicere vale: alioquin non dixisset

de eo

de eo dominus, & aſpiciens retro. Intendit enim per hanc metaphoram: quòd qui applicauit ſe ad officium prædicandi, ſi affectu reuertitur ad mundana negocia, ineptus ſit ad euangelizandũ regnum dei. Et in promptu ratio eſt: quia vincitur ab affectu mũdano, intantum quod non afficitur ad euangelium propter mundana negocia. Secundum enim metaphoram, habens manum ad aratrum & retro aſpiciens, ineptus eſt ad arandum. quia arandi opus exigit applicationem non ſolum manus, ſed oculi ad arandum. Quantum vero ad ſenſum intentum, aſpicere retro eſt mentem affectũque habere ad impertinentia & contraria euãgelizandi ſtatui & officio: qualia ſunt mundana negocia. [Aptus eſt regno dei.] ſubaudi euangelizando (ad hoc enim diſcipuli eligebantur ad ſequelam Ieſu) ſicut non eſt aptus ad arandum, proſequendo metaphoram.

CAPVT X.

Oſt hęc autem deſignauit dominus & alios ſeptuaginta duos.] Superfluit dictio duos. Quis autẽ ipſã addiderit tam hic quam inferius neſcimus. [Et mi]ſit illos binos.] Mutuum teſtimonium, mutuam cuſtodiam morum mutuamque cõſolationem ſtatuit Ieſus in ſuis diſcipulis peregrinantibus: exemplum prębens poſteris, ſimilibus officijs addictis. [Ante faciem ſuam in omnem ciuitatem & locum quo erat ipſe venturus.] Et hoc ad cumulum vrgentis ſtimuli ad recte exequendum iniunctum officium. ſcientes enim diſcipuli quod ſubſequeretur magiſter, cogebantur omni ſtudio bene exequi iniuncta ſibi. [Et dicebat illis: meſsis quidem multa.] Metaphorica eſt locutio, aſsimilans prædicationem euangelicam meſsi ratione fructus. non enim euangelizatur niſi ad referendum fructum ex fidelium cordibus: ſicut metitur ad referendum fructum granorum tritici, ordei, & ſimilia. Multa autem dicitur ex parte metendorum: quia multitudo magna humanorum cordium ex quibus euangelica prædicatione quærendus eſſet fructus, erat & eſt. Et apte officium euangelizandi vt exercetur per diſcipulos, aſsimilatur meſsioni: vt autem diuina in eo operatur virtus, aſsimilatum eſt ſeminationi. vt intelligamus quòd ſicut metens, fructus non ſuos ſed ſeminis refert, ita diſcipuli fructũ non ſuum ſed diuini ſeminis in cordibus auditorum vegetati referunt. [Operarij autem pauci.] Non dicit prædicatores ſed operarij: vt intelligamus paucos eſſe qui opere ſe exhibent prædicatores, quanuis exercitatione vocis multi prædicent. [Rogate ergo do-

go dominum messis.] Primum præceptū quod datur prędicatoribus, est vt orent pro seipsis & pro populo in ordine ad deum. [Vt mittat.] pro, emittat. Significatur enim non simplex missio, sed cum celeritate vel impulsione. [Operando.] Ecce preces pro seipsis, vt mittat euangelizantes non verbo sed opere. hoc est, vt & faciat ipsosmet operarios, & multiplicet operarios. [In messem.] Ecce vtilitas populi. corda enim populorū fructificātia sunt messis. [Suam.] Ecce relatio ad deum: vt totum studium & intentio operis referatur ad deum, cuius sunt, cuique debentur humana corda. ¶ [Vbi prudens lector aduerte duo, Primum quod deus vult rogari à nobis pro messe sua: contra incuriam dicentium de deo, res eius agitur. propterea enim in oratione dominica, primas petitiones docuit de ijs quæ Dei sunt. Alterum quòd hoc rogare necessario incumbit nobis. nam huiusmodi necessitas significatur ex nota illationis, dicendo rogate ergo. Ex hoc enim quòd multitudo magna populorum dispositа est ad fructum diuinæ gratiæ, & vere operarij sunt pauci, coguntur veri discipuli Christi (qui vere amant & quærunt non quæ sua sunt sed quæ Iesu Christi) rogare deum vt emittat operarios in messem suam ne pereat. [Ite ecce ego mitto vos sicut agnos.] mansuetos sine offensione & defensione. [Inter lupos.] pro, in medio luporum. Parum erat mittere sicut agnos: sed addendo in medio luporum, declarauit quòd vorandos eos destinabat. Et vere præparatos ad martyrium oportet esse eos qui à Christo mittuntur ad prædicandū. [Nolite portare.] pro, ne portate. Optime explicat Lucas præcepta sequentia, dicendo ne portate. Voluntaria enim portatio prohibetur, eo ipso quod præcepta ad electionem referuntur. nihil enim præcipitur quod in electione hominis non consistat. Et hinc habetur quòd gratia materiæ secundum se indifferentis, in hoc & similibus præceptis excluditur vrgens necessitas. [Sacculū.] locū pecuniæ [neque perā.] cū cibarijs. [neque calciamenta.] mutāda. Non prohibet enim calciamenta quibus erant calceati: vt clare patet apud Mar. [Et neminem per viā salutaueritis.] Qui iubet diligere inimicos & benefacere illis, non prohibet ne salutemus homines: sed ad literam, ociosa verba in via (vtpote familiaria viatoribus) prohibet à salutationibus, quæ videntur minus ociosæ & humanitate quadam excusari. Ita quòd prohibendo vanas salutationes in via, vult intelligi & multo magis prohibeat omnem vanam fabulationem. [In quācunque domum intraueritis, primum dicite.] Prohibuit in via salutationes vanas: præcipit autem

ante

ante omnia, in ingreſſu domus ſalutare: vtpote congruum loco & hoſpitibus. [Pax huic domui.] Optima ſaluratio, imprecatiua omnis boni ſub vno nomine pacis. pax enim fert ſecum omne bonum: quoniam fert ſecum tranquillitatem animorum etiam deficientibus rebus. [Et ſi ibi fuerit.] Hinc apparet quòd vanas ſalutationes vanaque verba prohibuit in via: dum tanto ſtudio declarat fructum verborum quæ præcepit dicere ſalutando, niſi enim ad hoc tenderet, quòd omnia diſcipulorum verba eſſent fructuoſa, non tanto ſtudio declararet iuſſam ſalutationem, in omnem euentum fructuoſam fore. [Filius pacis.] Hebraico more ſicut dicitur filius nuptiarum, filius mortis, & huiuſmodi, ita dicitur filius pacis dignus pace, vacans paci. [Requieſcet ſuper illū pax veſtra.] Ecce fructꝰ ſalutationis. [Sinautem.] pro, ſin minus. Hoc eſt ſi non fuerit dignus pace in quo poſsit quieſcere pax veſtra. [Ad vos reuertetur.] ſupple pax veſtra, quo ad meritum: hoc eſt non perdidiſtis meritum ſalutationis, quanuis non acquiſieritis fructū in ſalutaris. [In eadem autē domo manete.] Præcipit diſcipulos non diuidi quo ad hoſpitium: ſed ſicut bini eunt: ita bini hoſpitentur. [Edentes & bibentes quæ apud illos ſunt.] pro, quæ ab illis ſunt. Vult cœleſtis magiſter vt comedant & bibant quæ à dominis domus offeruntur. Per quod vetat eos inquirere hoc vel illud. ſed cōtenti ſint ijs quæ illis offerūtur. [Dignus eſt enim operarius mercede ſua.] declarat per hoc quòd iuſte veſci poſſunt ijs quæ ab illis offeruntur. Dico autem iuſte, non vt diſtinguitur contra illicitum ſed vt diſtinguitur contra gratuitum. Docet enim debita eſſe ſuis diſcipulis alimenta ab ijs quibus prædicant. Et ad hoc affert metaphoram de operarijs mercennarijs. & propterea adiunxit mercede ſua, vt debiti rationem clare ſignificet. [Et bene nota, quòd parabolica ſeu metaphorica doctrina eſt hæc. Abſit enim vt operarij Chriſti pro mercede habeant alimenta. non eſt hic ſenſus intentus ad literam: ſed à ſimilitudine mercedis debitæ operarijs, intelligi vult deberi operarijs alimenta, non tamen tanquam mercedem, ſed tanquam neceſſaria adminicula vitæ. Prædicatores enim operarij ſunt ad vtilitatem audientium: ſicut operarij in vinea, agris, & huiuſmodi, operantur ad vtilitatem conducentium. eos [Nolite tranſire] pro, ne tranſite, [de domo in domū.] Mutationem hoſpitij in eadem ciuitate prohibet. Verum prohiberur hic voluntarius tranſitus de domo in domum, non autem neceſſarius. poſſent enim multi euenire caſus vrgentes ad tranſitū ad aliam domum. Vnde & Paulus Actuum decimooctauo mu-

tauit hoſpitium Corinthi. [Et in quamcunque ciuitatem intraueritis,& ſuſceperint vos, manducate quæ apponũtur vobis.]Nullã cibi ſpeciẽ Ieſus prohibet.] Et curate infirmos qui in illa ſunt.] in teſtimonium euangelij. [Et dicite illis.] Materiam porrigit prædicandam.[Appropinquabit.]pro,appropinquauit.Ecce materia prædicanda, propinquitas regni dei. appropinquauit inquã per aduentum Ieſu,quod ab initio mundi vſque modo diſtãs fuit. [In vos]non ad veſtras res,non ad veſtras opes, ſed ad vos, ad veſtra corda. [Regnum dei.] non regnum humani principis aut humani potentatus:hoc eſt quòd deus regnet in humano genere, in humanis mentibus & cordibus, in quibus regnauit & regnat peccatum, regnat diabolus, regnãt vitia &c.Hoc regnum per aduentum Chriſti factum eſt propinquũ hominibus,fide, ſpe ac charitate Ieſu Chriſti propinquũ illud reddente.& ita propinquum vt ſtatim poſt mortem fruantur homines regno dei,niſi obicem ponant: quod præteritis ante Chriſtum ſeculis conceſſum non erat. [In quamcunque autem ciuitatem intraueritis,& non ſuſceperint vos, exeuntes in plateas eius dicite. etiam puluerem qui adhæſit nobis de ciuitate veſtra, extergimus in vos.] Cerne differentiam. In ciuitate ſuſcipiente diſcipulos manducant, curant infirmos,& prædicant regnum dei appropinquaſſe illis: in ciuitate autem nõ ſuſcipiente,non manducant,non curãt infirmos.ſed publice proteſtantur nihil illis ſecum commune,non ſolum verbo, ſed opere exterſionis pulueris de pedibus.[Tamen.]pro,veruntamen. [hoc ſcitote.] Benignus dominus non vult obſtante repulſa priuare eos notitia eius quod repellunt: vult eis manifeſtari materiam quę erat illis prædicanda, vt ſic vel reſipiſcant, vel ſibiipſis imputent inexcuſabiliter propriam damnationem. [Quia appropinquabit.] pro, appropinquauit, [regnum dei.] Non additur in vos, quod additum eſt in ciuitate ſuſcipiente. Et in promptu eſt ratio diſparitatis: quia ciuitas ſuſcipiens diſpoſita eſt ad fructificandum regno dei, ciuitas autem repellens indiſpoſita eſt. [Dico vobis, quia Sodomis in illa die remiſſius.] pro, tolerabilius.quantum ad genus peccati. [Erit quam illi ciuitati.] Ciuitas enim Sodomorum rea eſt peccatorum in proximum, ciuitas autem repellens apoſtolos rea eſt peccati in deum .vtpote repellens altitudinem diuini conſilij circa ſalutem humani generis per fidem Ieſu Chriſti. [Væ tibi Corozain, væ tibi Bethſaida.] Ad demonſtrandum grauitatem criminis repellentium euangelicam prædicationem, ſubiungit ſimilem grauitatem in ciuitatibus impœnitentibus

tentibus post tot miracula in eis facta ab ipso. [Quia si in Tyro & Sidone.] Nomina sunt ciuitatum gentilium. [Factæ fuissent virtutes. [hoc est miraculosa opera. [Quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere sedentes pœniterent.] pro, pœnituissent. [Veruntamen Tyro & Sidoni remissius.] pro, tolerabilius, erit in iudicio quam vobis.] Et clara est ratio: quia impœnitentia Tyri & Sidonis non est rea obdurationis ad miracula & prædicationem Christi, quorum rea est impœnitentia Bethsaidæ & Chorozain ciuitatum Israelitarum. [Et tu Capharnaum.] Meminit specialiter Capharnaum, quia ciuitatem illam elegerat in suã habitationem. [Vsque ad cœlum exaltata.] præsentia mea, doctrina mea, miraculis meis, & tamen impenitens. [Vsque ad infernum demergeris.] Pœna respondens ingratitudini tantæ exaltationis. congruit enim vt summe exaltata ad imum demergatur. [Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui misit me.] Reddit rationem dictorum omniũ in vtranque partẽ. ¶ Et consistit ratio in hoc quòd tam auditus quàm iniuria præstatur deo. Graduat enim discipulos, se & deum: ita quòd à discipulis ad se, à se in deum omnia refert. Et vere sic est: quoniam discipuli non nisi in Christi nomine, qui non nisi in dei nomine venit. [Reuersi sunt autem.] Narratur reuersio. 70. discipulorum: non solum propter subiuncta, sed etiam vt intelligamus omnia ab illis ad magistri examen relata. [Septuagintaduo.] superfluit duo. [cum gaudio.] Humani aliquid passi videntur gaudendo de eo de quo non oportebat. [Dicentes domine etiam dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo.] Deest coniunctio &, Legendum est [Subijciũtur nobis & in nomine tuo.] Emphasis enim quædam nominis Iesu significatur. est sensus quòd non solum languores corporum, sed etiam dæmonia subijciuntur nobis: & hoc est in nomine tuo, hoc est in inuocatione nominis tui. [Et ait illis. Videbam.] non mihi rem nouam dicitis: olim enim ego videbam. [Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem] Casum diaboli à sua celsitudine quam obtinebat in mundo causatum ab aduentu Christi, assimilat casui fulguris de cœlo: quia de summa celsitudine repente eiectus sic est vt euanuerit. Experientia enim testatur post aduentũ Christi corruisse cultum idololatriæ, defeciſſe tantam multitudinem obsessorum à dæmonijs. ita vt non appareat cadentium dæmoniorum nisi quædam micatio. [Ecce dedi.] pro, ecce do, [vobis potestatem calcãdi super serpentes & scorpiones & super omnem

virtutem inimici.] Dederat prius eis poteſtatem curandi languores: dat modo eis explicite poteſtatem ſuper animalia venenoſa & ſuper omnem virtutem dæmonis. Aptéque iungit venenoſa animalia cum diabolo: quia diabolus maxime venenoſus eſt humano generi. [Et nihil vobis nocebit.] Securos eos reddit inter animalia venenoſa & dæmones: vt ſecuri de ſeipſis, audeāt alienæ dare operam ſaluti. [Veruntamen in hoc nolite gaudere.] pro, ne gaudete. Vere dulcis magiſter, non prius reprehendit diſcipulos de gaudio quàm accumulauerit poteſtatem: vt reprehenſionē ſuauiter ſuſcipiant. Et culpabile gaudium tollendum ſignificat inhibendo ne gaudete, ad differentiam naſcentis naturaliter gaudij de bono [Quia ſpiritus vobis ſubijciuntur.] In hoc conſiſtit tota reprehenſionis ratio. non enim erat culpabile gaudium quòd ſpiritus ſubijcerentur nomini Ieſu: ſed quòd ſubijcerentur eis, culpabile gaudium erat. [Gaudete autem] Tranſfert gaudium in aliam materiam. [Quod nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis] Acſi aperte diceret. ſpiritus ſubijci vobis non ſpectat ad veſtram ſalutem, non eſt initium neque pars materiæ duraturi in ſempiternum gaudij: nomina autem veſtra ſcripta eſſe in cœlis (hoc eſt vos eſſe prædeſtinatos) ſpectat ad veſtram ſalutem, eſt initium & prima pars & ratio duraturi in æternum veſtri gaudij: & propterea de hoc gaudete. ¶[Significatur autem prædeſtinatio ipſorum per ſcripturam nominum in cœlo. Scriptura ſiquidem firmitatem electionis ſignificat. cœli autem cœleſtem patriam ad quam aſciti ſunt (proculdubio ab eò qui in cœlis regnat) ſignificant, nomina vero propria explicant illos non in communi ſed ſingulariter ſingulos (velut nominatim) ſcriptos eſſe electos. Vtitur autem hoc modo loquendi, vt humano more diuina explicet. conſueuerunt enim principes ſcribere nominatim electos ad tractandum ſecum propria, quæ præcipua & ardua ſunt. Ex hoc textu clare habetur omnes. 70. diſcipulos eſſe ſanctos: meliuſque quo ad hoc fuiſſe collegium ſeptuaginta quàm duodecim apoſtolorum, quorum vnus fuit damnatus. [In ipſa hora exultauit in ſpiritu ſancto.] Superfluit ſancto: & deeſt Ieſus. Exaltio iſta actuale gaudium, ſpirituale etiam foris oſtenſum ſignificatur. [Et dixit confitebor.] pro, cōfiteor. confeſsione laudis. [tibi domine pater.] pro, pater domine nam pater refertur ad ipſum Ieſum, confiteor tibi pater. quod autem ſubditur domine, refertur ad ſequentia ſcilicet. [Cœli & terræ.] Et iunxit vtrunque vt intelligerent diſcipuli quòd pater Ieſu eſt dominus cœli & terræ: vt intelligeremus

remus nos quòd naturalis pater Iesu est ille qui solus est dominus cœli & terræ. hoc est totius vniuersi. [Quod abscondisti hæc.] negatiue: hoc est non reuelasti hæc fidei mysteria [A sapientibus & prudentibus] pro, intelligentibus. Duo genera hominum significantur (sapientes & intelligentes) ambo secundum supremã animę partem. Intelligere siquidem tam supremus est actus nostræ animæ vt parum valde participet anima intelligere. vniuersa siquidẽ actio animæ in ratiocinatione consistit: & non nisi in principijs participamus intelligere: vtpote superioribꝰ spiritibus proprium. Sapientes autem, iudicio maxime vigent. & simpliciter hi sunt qui secundum superiores causas optime iudicant: quales. philosophi reputantur. Vigentes itaque naturali acumine ingenij, & exercitatione effecti sapientes, hic significantur materia diuinæ laudis quòd eis non sunt reuelata mysteria fidei. Et merito, tum quia constat eos aburi naturalibus & acquisitis bonis. nam quum deum cognouissent, non sicut deum glorificauerunt &c. vt dicitur Rom. primo tum, quia non apparuisset diuinum opus, sed humanæ sapientiæ opus conuersio mundi ad fidem, si reuelata essent hæc sapientibus & intelligentibꝰ [Et reuelasti ea paruulis] Dictio Græca significat vel infantes vel insipientes. Et quia dixerat abscondisti hæc à sapientibus & intelligentibus, consequenter, ẽ regione appositum creditur, & reuelasti ea insipientibus Interpres autem credidit opponi, & reuelasti ea infantibus & propterea trãstulit paruulis. Sed parui refert quo ad sensum euangelij. quoniã vtrunque est verum, & in idem redit. Reuelauit siquidem deus mysteria fidei insipientibus: dicẽte Paulo apostolo 1 ad Corinth. 1. quæ stulta sunt mundi elegit deus vt confundat sapientes. & rursus quod stultum est dei sapientius est hominibus. Reuelauit itaque insipientibus, non mente captis aut dementibus, sed inerudi-tis & qui habentur velut stulti: vtpote docentes diuina non instructi. Idem quoque appellantur infantes. tum ab impotentia loquendi quum sint ex se ignorantes. tum propter figuram infimi status per ætatem & quantitatem infantum repræsentati. reuelauit enim deus mysteria fidei piscatoribus (& id genus reliquis infimi status hominibus) ignorantibus, nihil scientibus diuinorum mysteriorum. qui velut insipientes & stulti ad differendum & docendum diuina erant quantum est ex se & mundi opinione. Et merito hęc est materia diuinæ laudis vt per infimos & ignorantes propagauerit fidem in vniuersoꝫ mundo, subiecerit iugo fidei sapientes, principes & magnates mundi. [Etiam pater] Confirmantis est. vt

subiungat rationem. [Quoniam sic placuit.] pro, quoniam sic fuit bona voluntas, seu beneplacitum ante te. Tota ratio quare discreuit inter sapientes & infimos idiotas, quare istis & non illis reuelauit, redditur ex parte diuinæ voluntatis non qualiscunque, sed bonæ. Non dicit quoniam sic fuit voluntas, sed voluntas bona, & quum omnis voluntas dei sit bona (tam si referatur ad actum volendi quàm ad volitum) specialiter hæc voluntas bona dicitur, ad significandum vtilitatem magnam huius voluntatis. Est enim hæc voluntas valde bona humano generi. Non facile. siquidem esset credere mysteria CHRISTI, si Apostoli fuissent viri docti & sapientes huius mundi, si ipse Iesus fuisset vir eruditus in scientijs humanis. putassemus enim humanis artibus Christianam religionem mundo illatam: sed vbi Iesus faber filius fabri qui nunquam literas didicit, apostoli piscatores & huiusmodi fuerunt, valde bene consultum agnoscimus nostræ fidei. [Omnia mihi.] Desunt hic quinque dictiones ante dictionem omnia. Legendum enim est [Et conuersus ad discipulos dixit. Omnia mihi tradita sunt à patre.] Hactenus allocutus fuerat deum: modo conuertit sermonem ad discipulos. omnia mihi &c. Dixerat Iesus alloquẽdo patrem audientibus discipulis, quòd ipse pater discreuerat inter sapientes &c. ita quòd totum opus attribuerat patri. ne autem hîc putarent discipuli minus aliquid de diuinitate ipsius Iesu, ad tollẽdum hunc errorem, subiungit æqualitatem sui ad patrem cum authoritate tamen originis in patre Dicendo enim omnia: æqualitatem significat: vtpote nihil excludens, inchoando ab ipsa deitatis natura. nam pater generando filium dedit illi naturam diuinam: cum natura autem diuina tradidit ei omnipotentiam, & quicquid dei est. Dicendo autem tradita sunt, origo ipsa significatur. Dicendo vero mihi à patre meo, distinctio personarum cũ authoritate originis in patre significatur. [Meo.] mihi proprio, soli[9] mei naturali patre. [Et nemo scit quis sit filius nisi pater, & quis sit pater nisi filius.] Declarata in genere æqualitate patris & filij, declarat modo in specie æqualitatẽ eorũdẽ: tũ quo ad scientiã, tũ quo ad naturã incognoscibilẽ à quocunque intellectu creato. Et æqualitas siquidẽ scientiæ significatur dicendo, & nemo scit nisi pater: & similiter nisi filius. Naturæ aũt incognoscibilitas ab alijs, significatur subiungẽdo, quis sit filius & quis sit pater. Quis enim est relatiuũ substãtiæ. [Et cui voluerit filius reuelare.] Quãuis deus aliqualiter cognoscatur naturali cognitiõe ab angelis & ab hominibus, à nullo tamen creato intellectu clare videtur sicuti est, trinus in

nus in personis & vnus in substantia: sed per reuelationẽ communicatur huiusmodi notitia altior notitia naturali. Et propterea de notitia clara loquendo, postquam dixit quòd nemo nouit quis sit filius, nisi pater & e diuerso, subiungit & cui voluerit filius reuelare. In quibus etiam verbis æqualitas filij ad patrem quo ad voluntatem insinuatur. declarando in voluntate filij consistere reuelare mysterium trinitatis Dubiũ enim non est hoc pendere ex voluntate patris. sed vt eadẽ voluntas patris & filij significaretur, explicauit specialiter de filio & cui voluerit filius reuelare. [Et conuersus ad discipulos suos.] Superfluit suos. & deest. [seorsum, dixit.] Vbi aduerte verba quæ subiunguntur nõ fuisse continuata à Christo cum prędictis: sed transit Lucas ad alia nam Matthęi decimotertio, subiuncta verba dicta sunt à Iesu discipulis petẽtibus, vt declararet eis parabolam seminis. Et quoniam Marci quarto. clare dicitur hoc fuisse quũ esset separatus à turbis, propterea Lucas introducens hæc, dicit & conuersus ad discipulos seorsum. Significatur enim quòd seorsum à turbis, quadam affabili conuersione vultus ad discipulos dixit subiuncta verba. [Beati oculi qui vident quæ vos videtis.] Duo videnda proposita sunt, docente & miracula faciente Iesu. Alterum quod visum est à bonis & malis, scilicet ipsa miracula, ipsa persona Iesu. Alterum quod visum est à bonis tantum, scilicet credibilitas quòd ipse esset Messias, quòd esset filius dei, quòd esset saluator mundi, & huiusmodi. Non dicit beatos oculos qui vident primum (quum hoc viderint etiam multi iniqui) sed qui vident vtrunque. propter hoc enim limitando dixit. quæ, vos electi & boni, videtis. Videbant enim ipsum esse filium dei, & cætera. non in ipsis rebus creditis, sed in ipsa credibilitate: hoc est videbant ipsa esse credibilia, & ideo credebant. [Dico enim vobis, quod multi prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & nõ audierunt.] Desiderauerunt reges & prophetæ videre in actu exercito tam manifesta testimonia præsentis personaliter filij dei, & non viderunt, sed à longe futurorum reuelationem acceperunt. & similiter desiderauerunt audire ex ore Messiæ doctrinam euangelicam, & non audierũt. Vnde beantur interni oculi discipulorum tum ex visis, tum ex eo quòd præferuntur totregib⁹ & prophetis. immò quòd ipsis vltro occurrit quod illis desiderantibus negatum est. [Et ecce.] Non dicit tunc. non enim significatur continuatio sequentium gestorum cum præcedentibus transit enim ad alia. [Quidam legisperitus surrexit.] Hinc

clare apparet, quòd hoc non fuit tunc quum Iesus seorsum erat, sed quum communicaret se populo: & doctoribus sedentibus iste surrexit. [Tentans illum.] explorando quid respõdeat [Et dicés. magister quid faciendo, vitam æternam possidebo? At ille dixit ad eũ, in lege quid scriptum est? quomodo legis? ille respõdens dixit: Diliges dominum deũ tuũ ex toto corde tuo: & ex tota anima tua: & ex omnib⁹.]pro, totis, [viribus tuis: & ex omni.]pro, tota, [mẽte tua.]Hęc de dilectione dei scripta sunt Deute. 6. & declarata Matthæi. 22 [Et proximum tuum sicut teipsum.]Hoc præceptum habetur Leuiti. 19. expositum vbi supra [Dixitque illi: recte respondisti.]quoniam in his duobus mandatis vniuersa lex pendet & prophetæ. [Hoc fac.]non cogita, non dic non scribe, sed fac. Nec dixit hæc, sed hoc quoniam vnũ sine altero fieri nequit. [Et viues.] proculdubio in æternum. Interrogauerat enim legisperitus, quid faciendo vitam æternam possidebo? Et dominus directe respondit, hoc fac & viues. [Ille autẽ volens iustificare seipsum.]hoc est, intendés seipsum declarare iustum. Declarauerat siquidem se doctũ laudante Iesu eius responsionem secundum legem. supererat vt declararet etiam se iustum. Viderat hic, quòd interrogatio tentatiua successerat sibi ad gloriam doctrinæ: & propterea cogitans quòd etiam hęc interrogatio successura sit sibi etiam ad laudem vitę seu affect⁹, nouam proponit quæstionem. [Dixit ad Iesum, & quis est meus proximus?]putauit iste appellari proximos, solos viros iustos aut Israelitas. & hoc responsurum Iesum, & quia prę ferebat se amicum iustorum seu Israelitarum ideo hac interrogatione intendebat iustificare seipsum. [Suspiciens.] pro, suscipiens, [autem Iesus. [Non significatur, quòd Iesus oculos in cœlum leuauit, sed quòd acceptauit quæstionem, & respondentis personam suscepit. [Et dixit hoc euangelista ad differentiã ipsiusmet Iesu. in. 5. quæst. nam in prima quæstione non fuit suscipiens: sed reijciens eam interrogationem, efficiendo de interrogante respondentem. [Dixit Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones: qui etiam despoliauerunt eum: & plagis impositis abierũt, semiuiuo.]pro, semimortuo, [relicto. Accidit autẽ vt sacerdos quidam descẽderet eadẽ via: & viso eo præteriuit. similiter & Leuita quũ esset secus locũ & videret eum, pertransijt. Samaritanus autem quidã iter faciens, venit secus eum. & videns eum, misericordia motus est.]Quia declarare intendit proximum definiri natura non iustitia, genere aut affectu, ideo à naturæ nomine inchoat parabolã. dicendo homo. Parabola secundũ ipsum parabolicum sen-

sum

ſum clara eſt. Et quantum ad loca itineris deſcripta congruitatem habet: quia ab Hieruſalem in Hiericho deſcenditur. Congruunt quoque, perſonæ ſacerdotis, Leuitæ, & Samaritani: ad ſignificandum eos qui maxime erant perſonæ communes (ſacerdotes ſcilicet & Leuitas qui viuebant ex communibus toti populo decimis, oblationibus, &c.) non eſſe proximos. & vterque ordo (maiorum in ſacerdote & minorum in leuita) inhumanus ſignificetur. extraneus autem & reprobi generis Samaritanus, proximus monſtretur: ad confutandum arrogantiam legiſperiti qui ſolos iuſtos aut Iſraëlitas expectabat declarari proximos. [Et appropiãs alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinũ. Et imponens illũ in iumentum ſuum, duxit i ſtabulum.] pro, hoſpitium. Et ſignificatur hoſpitium meritorium, non gratuitum. [Et curam ei⁹ egit. Et altera die] Deeſt, egrediens, [protulit duos denarios: & dedit ſtabulario.] pro, hoſpiti. [& ait ei. curam illius habe: & quodcũque ſupererogaueris, ego quũ rediero reddã tibi. Quis.] Deeſt [Igitur, horũ triũ tibi videtur proximus fuiſſe illi qui incidit in latrones? At ille dixit, qui fecit miſericordiam in illum.] pro, cum illo. [Et ait illi Ieſus. vade] Honeſte percutit legiſperiti intentionem, quia volebat iuſtificare ſeipſum. Ac ſi aperte dicat. recede à tua intentione, noli proſequi ceptum propoſitum. ſed vade. [Et tu fac ſimiliter.] Vtere miſericordia in hominem obuium indigentem, non diſcernẽdo genus, mores, aut affectus. Aduerte hic prudens lector, quòd quantũ ad ſatiſfaciendum motæ quæſtioni hęc ſufficiunt ad literalem ſenſum parabolæ quoniam hinc habetur quòd omnis homo eſt proximus: quũ Samaritanus (plus exoſus Iudæis quàm Gentiles) proximus indicatus ſit. Tam accutata tamẽ fictio huius parabolę meretur, vt fere literalis ſenſus parabolæ ſit myſtica interpretatio de Chriſto: quam ſacri doctores diffuſe proſequuntur [Factũ eſt autem dũ irent, & ipſe intrauit in quoddam caſtellum.] hoc eſt paruum oppidũ. [Et mulier quædã Martha nomine excepit illũ in domum ſuã. Et huic erat ſoror nomine Maria. Quæ etiã ſedens ſecus pedes domini.] pro, Ieſu, [audiebat verbũ illius.] Ex euangelio Ioannis clare patet Marthã & Mariam fuiſſe ſorores Lazari. propter ꝙ caſtellũ hoc videtur eſſe Bethania. quã etiã Ioannes vocat caſtellum. Et ſi Lucas ordinem inchoati itineris in fine capitis noni ſeruat, hiſtoria hæc geſta eſt paulo antè ſolennitatem Paſchalem in qua Ieſus crucifixus eſt. [Martha autẽ ſatagebat.] pro, diſtrahebatur. Significatur enim diſtractio animi ad multa adnitentis. [Circa frequẽs miniſteriũ.] pro, multã miniſtrationẽ. [Quę ſtetit.] hoc

eſt

eſt ſubſiſtit, ægre ferens oportere ſe ſolam diſtrahi: volebat enim partem curæ ſororem ſubire: vt ſic non immineret ſibi tanta diſtractio. [Et ait. Domine non eſt tibi curæ quòd ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare?] Ad compaſſionem ſui Martha intendit prouocare Ieſum: vt adiuncta ſorore, releuetur in parte à multitudine operarum. [Dic ergo illi vt me adiuuet.] Ex cura erga ipſam Martham à Ieſu habenda, infert vt præcipiat ſorori vt illam adiuuet. Sciebat enim ſororem non niſi dominico præcepto auelli poſſe ab auditione verbi. [Et reſpondens, dixit illi dominus.] pro, Ieſus. [Martha Martha.] Duplicauit nominationem Ieſus in ſignum beneuolentiæ. videtur enim conſuetum tunc fuiſſe ad maiorem affectus explicationem, duplicatione huiuſmodi vti. Vnde & Iudas dixit Rabbi Rabbi, magnam beneuolentiam ſimulans. Et Ieſus dicit, Nō omnis qui dicit mihi domine dñe, ad cumulum affectus honorandi. ¶ Duplicauit rurſus nominationem propter myſterium doctrinæ ſubiunctæ de vita actiua & contemplatiua. Actiuæ enim vitæ vacantes egent repetitione doctrinæ ad hoc vt imbibant illam: eo quòd diſtracti interius ſint. Et hinc prudentes viri bis repetunt mandata occupatis & diſtractis.

[Solicita es. es.] Ad literam myſterium vitæ actiuæ deſcribit. Primo in parte cognoſcitiua. Sollicitudo enim pars eſt intellectus practici, circa exequenda inquietam vigilantiam adhibens.

[Et turbare erga plurima.] pro, circa multa. In parte affectiua turbatio comitatur, nō culpabilis ſed ſub ſeruiens multiplici actioni. Quemadmodum enim paſſio iræ ſubſeruit actiuæ reprehenſioni vitiorum, ita turbatio ſubſeruit actiuo miniſterio circa multa. Et ſicut iram ſubſeruientem, moderatam intelligimus, ita moderatam intellige huiuſmodi turbationem. ¶ Circa multa autem deſcribitur actiua vita, quia obiectum eius multiplex eſt: tum quo ad genera: vt paſcere eſurientem, potare ſitientem, veſtire nudum, & ſimilia. Tum quo ad executiones: quoniam multis opus eſt occupationibus ad huiuſmodi exequenda: vt experientia teſtatur. [Porro vnum eſt neceſſarium.] pro, vno autem eſt opus. ſeu vnius autem eſt neceſſitas. E regione diſtinguit contra multa vnum ſignificans per hoc obiectum contemplatiuæ vitæ. Deſcripta vita Marthæ actiua, ſubiungit aduerſatiuè communem omnium ſaluti neceſsitatem conſiſtere in acquiſitione vnius. Acſi apertius diceret. vita hæc tua quanuis bona, non tamen ipſa eſt quę eſt de neceſsitate ſalutis omnibus: quoniam ipſa eſt circa multa. ad ſalutem verò omnium neceſſarium eſt acquirere

quirere vnum: ac per hoc etiam vita tua tendit ad vnum : nec ipsa vita tua bona est nisi quia ducit ad vnum quo est opus, quod est necesse acquirere. Ex differentia itaque inter multa & vnum intendit tria. Primum quod communis necessitas omnibus incumbit acquirendi non multa sed vnum. Secundum quòd etiam ipsa vita actiua necessitatem habet vnius acquirendi. Tertium quod hic vita contemplatiua Marię prefertur vitæ Marthæ. ¶Et describit sub nomine & ratione vnius, æternam fœlicitatem. Ex parte quidem ipsius fœlicitatis quia consistit in vno, immo summe vno obiecto deo scilicet & in vna applicatione mentis ad videndum & fruendum deo, absque multiplicatione & successione quacunque, illa siquidem vna applicatio, continua æterno perseuerabit actualiter, & in adunatione omnium vitium hominis sub illa fœlicitate: ita quod nulla erit distractio. Quorum trium opposita descripta sunt in vita Marthæ. nam circa multa, inquieta mens & distractus animus descriptus est. Et hinc patet ratio ex parte materiæ de qua erat sermo, quare sub nomine & ratione vnius, fœlicitatem descripsit æternam: ita quod occasio materiæ & conditio ipsius fœlicitatis effecerunt vt sub nomine & ratione vnius fœlicitatem describeret omnibus necessariam. [Maria optimam.] pro, bonam. Veruntamen articulus appositus nescio quid plus quàm bonam significat: tanquam dictum sit illam bonam, demonstrando affectatam ab omnibus partem. propter quod interpres posuit optimam. Descripserat vitam vtriusque: & adiunxerat quo tam Marthæ quàm Mariæ vitam tendere oportet respõdet modo querelę Marthę, nõ solũ excusãdo sed laudando Mariam contemplationi verbi dei audiendo vacantem: & consequenter ad necessarium omnibus vnum æternæ fœlicitatis, laudat Mariæ vitam: quia illud elegit quod perseuerabit cum ea in æternum. Vide tamen singula. Illa bonam, bonitate honesti delectabilis ac vtilis spiritui. [Partem.] non totum Marthæ enim sua pars relinquitur: contemplatiua siquidem vita distinguitur contra actiuam vt pars à parte. Rursus partem ad differentiam vitæ Apostolicæ & pastoralis. hæc enim non est pars: sed totum, sed integra vita constans ex vtraque parte, contemplatiua scilicet & actiua. Vacant siquidem contemplationi & contemplata impertiuntur alijs: quod est vacare operibus misericordiæ spiritualibus: prædicando, monendo, corrigendo & cætera. Vnde & Petrus in actibus apostolorum vtrãque vitam suam esse clare describit. Actu 6. dicens.

nos

nos vero orationi(ecce vita contemplatiua) & ministerio verbi (ecce vita actiua)instantes erimus. [Elegit.] vt viam & mediũ ad illud vnum electio enim est eorum quæ sunt ad finem [Quæ non auferetur ab ea.] Directe hoc dixit ad differentiam vitæ Marthæ,quæ auferetur ab ipsa quum peruenerit enim ad vnum cessabit occupatio circa multa: Maria autem perueniente ad vnũ non cessabit contemplatio electa,quanuis desinet imperfectio contemplationis.In præsenti enim vita contemplatur per speculum & in ænigmate,in patria autem contemplatur videndo facie ad faciem. Modus itaque contemplandi tolletur ab ea,sed contemplatio non auferetur ab ea,sed perseuerabit cum ea in æternum.

¶Et cum hoc alia tangitur differentia in hac vita inter actiuam & contemplatiuam,quoniam vita actiua potest tolli ab inuito,potest enim multipliciter quis impediri vt non vacet operibus misericordiæ puta rapinis,direptionibus & huiusmodi Sed contemplatio non potest tolli ab inuito, quoniam omnia secum portat contemplatiuus,& inter tormenta maxime contemplatur vt gesta sanctorum testantur,Quocirca Maria quæ timuerat ne ad preces sororis Iesus præciperet sibi vt surgeret,iam secura sedet secus pedes domini audiendo verbum illius.

CAPVT XI.

ET factum est quum esset in quodam loco orans.]vt verum hominem se monstraret,& formam vitæ Apostolis præberet [Vt cessauit,dixit vnus ex discipulis eius ad eũ.Domine doce nos orare,sicut docuit Ioannes discipulos suos. Et ait illis .Quũ oratis, dicite, pater sanctificetur nomẽ tuum,adueniat regnum tuũ.]Orationem dominicam Lucas refert nõ totam vt Matthæus,sed parui refert quoniam tertia petitio tacita,in præcedentibus duabus quodãmodo continetur.Et similiter vltima continetur in præcedentibus. [Panẽ nostrum quotidianũ da nobis hodie.]p,quotidie Et certe satis quadrat vt quotidianũ panem petamus dari quotidie,ne aliquando desit,& suo detur tempore.[Et dimitte nobis peccata nostra:siquidem & nos dimittimus omni debẽti nobis.] Explicat Lucas sensum illius particulę apud Matthæum,sicut & nos dimittimus:declarando super hoc firmari quôd nos dimittendo debitoribus petimus dimitti nobis. Necessitas ergo indicitur oranti & petenti dimitti sibi debita,parcendi aliis,alioquin frustra orat,vane petit.¶At si instes dicendâ nõ esse orationem dominicã ab iis qui non remittunt offensas.Respondetur quòd in persona eccle-

siæ

ſiæ poteſt illam vere dicere, in propria autem perſona peteret contra ſeipſum quantum ad illam particulam ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: & mentiretur dicendo ſiquidem dimittimus omni debenti nobis. Et intellige obligari hominem ad dimittendum, non pœnam non vindictam pro offenſa & iniuria ei illata, debitam illi qui offendit, quoniam poteſt petere & exigere à iudice vt vindicet puniendo &c. Sed teneri ad dimittendum odium & appetitum vindicandi ſe per ſeipſum: quoniam vtrunque eſt iniquum. [Et ne nos inducas in tentationem. Et ait ad illos. Quis veſtrum habebit amicum: & ibit ad illum media nocte, & dicet illi. Amice commoda mihi tres panes: quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum, & ille deintus reſpondens dicat, Noli mihi moleſtus eſſe iam oſtium clauſũ eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili: non poſſum ſurgere & dare tibi.] Poſtquam docuit ipſam orationem, declarat vtilitatem orationis: & hoc ad confutandum errorem putantium vanum eſſe petere aliquid à deo, qui omnia nouit & ab æterno definiuit. quorũ confutationem vide. Matt. 7. Affert autem parabolam ſatis claram ad manifeſtandum fructum petitionis perſeuerauter quærentis. talis enim oratio fructuoſa eſt. [Et ſi ille perſeuerauerit pulſans.] Quanuis hęc verba in nonnullis codicibus Græcis non habeantur, ipſe tamen contextus monſtrat codices illos in hac parte deficere. Sicut etiam aliqui Græci codices abundant, habendo integram orationem dominicam in tex. Lucæ. [Dico vobis etſi non dabit illi ſurgẽs eo quod amicus eius ſit, propter improbitatẽ] p, propter impudẽtiam Significatur enim inuerecunda perſeuerantia in pulſando quam non inepte interpres improbitatem appellauit. [Tamen eius ſurget, & dabit illi quotquot habet neceſſarios.] Vide fructum importunitatis. Petierat tres panes mutuo, victus importunitate amicus nõ mutuat ſed dat, nõ tres ſed quotquot indiget panes [Et ego dico vobis.] Ecce quorſum attulit parabolam [Petite-] à deo orando. [Et dabitur.] Ecce fructus proprius directe reſpondens petitioni ¶ Sed bene nota quod non dicit & dabitur quicquid petitis, ſed abſolute dicit dabitur: quoniã inferius declarabit quicquid dabitur. [vobis.] Ad differentiam petentium pro aliis non enim promittitur dari aliis ſed vobis petentibus. [Quærite.] Petere orantis eſt, quærere facientis. petere nanque ad orationem ſpectat, quærere factorum eſt. quærimus enim factis quando vere quærimus. [Et inuenietis.] Ecce fructus proprius inquiſitionis. Et hoc quoque inferius explicandum ſecundũ

mate-

materiã relinquitur. [Pulsate.] Ad perseuerantiã significandã adiunctum est, immo deductum ex parabola in qua petijt, quæsiuit, & pulsando vt peritum ac quæsitũ, tãdem obtinuit. Perinde itaque dictum est pulsate ac si dictum fuisset perseuerate petendo & quærendo. [Et aperietur.] Proprius pulsationis fructus redditur. [Vobis.] ad differentiam aliorum. Nullus enim nisi Christus perseuerando ad ostium regni cœlorũ, meretur aperiri illud alijs, sed sibi tantum. [Omnis enim qui petit accipit, & qui quærit inuenit: & pulsanti aperietur.] Ne intelligeremus discipulis iustis solis hæc dici, subiungit vniuersalem propositionem comprehendentem iustos, & peccatores. Nec eget adminiculo glosarum: quoniam ipsemet saluator subiũgit expositionem. Verba textus verissima sunt, absolute vt iacent intellecta vt in ipso textu exponuntur. [Quis.] pro, quem, [autem ex vobis patrem.] Alloquitur patres in multitudine auditorum. [Petet.] Deest. filius, [panem, nunquid lapidem dabit.] pro, porriget, [illi? aut piscem, nunquid pro pisce serpentem dabit.] pro, porriget, [illi? Aut si petierit ouum, nunquid porriget illi scorpionem] Dixerat petite & dabitur, & omnis qui petit accipit: nec declarauerat quid. Et propterea declarat primo negatiuam scilicet quòd nõ quodcunque petitum. Hanc enim negatiuam ex hac parabola ad literam significat. Intendit enim quòd sicut nullus vestrũ carnalis pater existens, petenti filio panẽ piscem aut ouum, dat lapidem, serpentem, aut scorpionem, ita deus homini petenti quæ sibi videntur necessaria vtilia aut delectabilia, non dat inutilia aut nociua aut contristantia. Vbi subaudi quòd ea quæ petimus, quantumcunque nobis videantur bona (vt panis, piscis & oua) deus tamen qui videt quæ petimus si darentur fore nobis inutilia (vt lapides) aut nociua & contristantia (vt serpentes & scorpiones) ideo paterno affectu negat quandoque ea quæ petimus, quæ si nosipsi cognosceremus non peteremus. Quum ergo dictum est petite & dabitur, & omnis qui petit accipit, non intelligitur de omni petito: quia inutile aut nociuum esset quandoque. ¶ Si quæris cur panis, piscis & oui mentionem fecit? Scito quòd trinario numero omnia petibilia quæ in malum verti possent comprehendit: eo quòd trinarius perfectionis est numerus. His autem tribus omnia ad esum hominis spectantia comprehenduntur. sub pane quidem omnia vegetabilia: sub pisce vero omnia animalia. sub ouo autem intermedia quæque. Et quoniam Galilæos alloquebatur pauperes, ideo consueta peti ab eorum filijs

filijs nominauit: panem, ouum, & piſcem paruulum. [Si ergo vos.] Infert ex parabola manifeſtiorem ſenſum. [Quum ſitis mali.] Tum conditione: quia creati ex nihilo. tum voluntate: quia ſi dixerimus quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus. [Noſtis bona data.] pro, dona. ſeu potius bonas dationes. non mala dona, non malas donationes. [Dare filijs veſtris: quanto magis pater veſter.] Superfluit veſter, & ſimiliter ſuperfluit de cœlo. Ita quòd legendum eſt. [Quanto magis pater cœleſtis dabit.] qui non ex parte eſt bonus & ex parte malus, ſed omniquaque bonus. [Spiritum bonum.] pro, ſpiritum ſanctum. Non ſufficiebat declaratam eſſe negatiuam, ſed oportebat ſubiungi affirmatiuam. non quieſcebat mens audiendo non quodcunque petitum dandum eſſe petentibus niſi determinatum fuiſſet quid eſt illud petitum quod dandum eſt. Et propterea hoc hic determinatur, dicendo ſpiritũ ſanctũ. Quũ itaque dictũ eſt petite, intellige ſpiritum ſanctum, & dabitur vobis, & ſimiliter quærite, ſpiritum ſanctum, & inuenietis illum. Et demum pulſate, ad oſtium ſpiritus ſancti, & aperietur vobis, regnum cœlorum. Quia omnis, tam iuſtus quam peccator, qui petit ſpiritum ſanctum accipit illum: & qui quærit ſpiritum ſanctum, inuenit illum: & pulſanti, pro ſpiritu ſancto ad cœleſte oſtium, aperietur illi. Spiritus autem ſanctus proprie loquendo, non eſt hic nomen tertiæ perſonæ trinitatis, ſed participationis illius, ſed participationis diuinæ ſpiritualitatis ac ſanctitatis, immo ſanctæ ſpiritualitatis in ſpiritu noſtro: vt non ſit ſpiritus noſter ad carnalia & mundana promptus aut affectus, ſed ad ſpiritualia bona, & hoc ſancte: hoc eſt munde & eleuate ab omni contagione humanæ immo creatæ famæ, laudis, gloriæ & huiuſmodi. [Petentibus ſe?] Pronomen ſe, demonſtrat patrem cœleſtem. Cernis iam prudens lector non opus eſſe gloſis. quoniam infallibiliter vera hæc ſunt ſecundum contextum intellecta. Et continent omnes conditiones neceſſarias ad obtinendum ſpiritum ſanctum, ſcilicet orare mente quærere factis, & perſeuerare in vtriſque. & explicite dicitur vobis, & declaratur quòd omnia quæ docuit peti in oratione dominica, comprehenduntur in hac vna petitione qua petitur ſpiritus ſanctus. [Et erat eijciens dæmonium.] Miraculum hoc ſcribitur etiam Matthæi. 12. [Et illud erat mutum.] Intellige cauſaliter: hoc eſt efficiebat hominem mutum. [Et quum eieciſſet.] pro, exiſſet, [dæmonium, locutus eſt mutus: & admiratæ ſunt turbæ.] ſimplici corde facta penſantes admiranda

admiranda vt erant. [Quidam autem ex eis.] ſcilicet Phariſæi: vt patet Matth.12. Et Scribæ qui à Hieroſolymis deſcenderant: vt patet. Mar.3. Hi enim malignitate pleni nitebantur inuertere ſancta opera in diabolica [Dixerũt in Beelzebub.] deo accarũ, [principe dæmoniorum eijcit dæmonia.] Vt colorarent dicta ſua, dicũt quòd virtute principis dæmonum eijcit inferiores dæmones. Et faciunt Ieſum non ſolum virum malum, ſed peſsimum magum diuináque opera fingunt diabolica [Et alij.] de ſcribis & phariſeis: vt ex Matth.12.& Mar 8.colligitur. [Tentantes.] non ad credendum, ſed ad tentandum potentiam Ieſu an extenderetur ad ſuperiora. Videbant enim ipſum in inferioribus multa miracula operari. [Signũ de cœlo quærebãt ex eo] Si per cœlũ intelligebãt ſuperiorem aerem, ad Eliam & Moyſen ſpectant. ille enim ignem iſte manna de cœlo attulit. Si vero de cœlo proprie loquuntur, ad Eſaiam & Ioſue ſpectant. ille enim ſolem per quindecim lineas retroduxit: iſte autem ſolẽ fixit in cœlo contra Gabaon. [Ipſe autem vt vidit.] pro, ſciuit. Significatur enim quod non exterioribus ſignis vidit ſed internis mentis oculis cognouit cogitationes eorum: tam tentantium qui ab ipſo petebant ſignum de cœlo, quàm blaſphemantium, qui ipſo non audiente dicebant in Beelzebub eijcit dæmonia. [cogitationes eorum. dixit eis. Omne regnũ.] prima ratio ex ſimilitudine regni & domus ſumitur. Et clare ponitur in litera [In ſeipſum diuiſum, deſolabitur.] p, deſolatur. Ipſa enim diuiſio deſolat illud [Et domus ſupra domum.] pro, ſuper domũ, [cadet.] Eſt enim ſenſus. & domus aduerſus ſeipſam diuiſa ruet ſuper domum hoc eſt ſuper ſeipſam. Nec legendum eſt cadet ſed cadit eadem ratione: quia diuiſio domus contra ſeipſam eſt illius caſus. ¶ Et ſimile adiungitur Matth. 12. de ciuitate. Ita quòd dominus induxit ſimilitudinem à regno, ciuitate & domo: vt ab his tribus declararet quòd omnis congregatio diuiſa in ſeipſam, ruit. [Si autẽ & Sathanas in ſeipſum.] hoc eſt contra ſeipſum [diuiſus eſt.] vt vos dicitis quòd princeps dęmoniorum expellit alios. [Quomodo ſtabit regnũ eius?] hoc eſt totum incõueniens ad quod deducit: ſcilicet quòd princeps dæmoniorum ageret contra regnum proprium. quòd eſt manifeſte incõueniens. [Quia dicitis in Beelzebub me eijcere dæmonia. Si aũt ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij veſtri in quo eijciunt?] Prima ratio ſumpta eſt parte principis dęmoniorũ & regni eius: hæc vero ſecunda ſumitur ex parte propriorum filiorum ipſorum Iudæorum. Et cõſiſtit in hoc quod ſi ego accuſor à vobis, filij veſtri

quos

quos non accusatis testantur quòd non in Beelzebub eicio dæmonia Et appellat filios vestros discipulos suos, qui eijciebant dæmonia, & tamen non reputabantur magi. [Ideo ipsi.] filij vestri discipuli mei. [Iudices vestri erunt.] Tum comparatione: quia ipsis credentibus vos non creditis, Tum assessoria dignitate: quia sedebunt iudicantes & condemnantes vos. [Porro si in digito dei eijcio dæmonia.] Tertia ratio ab effectu diuinæ operationis sumitur. Vbi prudens lector aduerte quòd dominus procedit contra istos in virtute subintellectæ disiunctionis talis, aut eiicio dæmonia in principe dæmoniorum aut in digito dei. Et prius prosecutus est alterum membrũ (scilicet si eijcio in principe dæmoniorum) dupliciter vt patuit. Modo prosequitur reliquum membrum: scilicet si eijcio dæmonia in digito dei. Et intendit per digitum dei specialem & exactam operationem diuinam, qualis sit digito proprio ipsius artificis. Ab hac enim metaphora propriam sibi filio dei potestatem eijciendi dæmonia significat: vt intelligatur digitum dei esse digitum ipsius Iesu, nec alium esse digitum dei & aliũ digitum ipsius. [Profecto peruenit in vos.] pro, ad vos, [regnum dei.] Cerne illationem, si eijcio in digito dei dæmonia, iam aduenit ad vos, Iudæos, Israelitas, regnum dei, à prophetis prædictum regnum Messiæ. Et apte contra regnum diaboli (quod desolari intulerat si Sàtanas in seipsum diuisus est) è regione infert regnum dei ex hoc quòd in digito dei eijcit dæmonia. Acsi aperte diceret ab effectu cognoscite me in digito eijcere dæmonia, quia attuli ad vos regnum dei: non enim aliud annuncio per me & per discipulos meos nisi regnum dei, non studeo & laboro ad aliud nisi ad regnum dei: hoc est ad hoc quòd excluso regno peccati, regno carnis, regno mundi à cordibus hominum, regnet deus in illis. [Quum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea, quę possider.] Probat consequentiam ex similitudine sumpta ab homine forti armato custodiente atrium suum. Et parabola quidem duorum fortium quorum alter prius quiete possidens & custodiens vincitur, exarmatur & perdet spolia, clara est. Intendit autem per hanc similitudinem quòd dum diabolus fortis & armatus custodiuit regnũ mũdi huius sibi velut atrium suum, quiete possedit genus humanũ: sed postquàm Iesus fortior illo superuenit & vicit illum proprijs meritis & propria fortitudine sustinẽdo tot mala & tandem crucem, tollit in primis arma quibus armatus erat diabolus (quę proculdubio vitia sunt, sicut arma Christi sunt virtutes) & demũ spolia eius distribuit quæ homines sunt

velut res poſſeſſæ à dæmone. Hinc enim clare patet quòd ipſo in digito dei eijciente dęmonia vincendo illa, deſtruitur regnum diaboli (in vitijs hominũ cõſiſtens) & introducitur regnũ dei, diſtribuẽdo ſpolia in regnũ dei. [Si autẽ fortior eo ſuperueniens viceritęũ, vniuerſa arma eius auferet.] pro, aufert, [in quibus cõfidebat: & ſpolia eius diſtribuet.] pro, diſtribuit Cõficit ſiquidẽ parabolã eorũ quæ fiunt inter armatos quũ alter vincit. [Qui non eſt mecũ, cõtra me eſt.] Quarta ratio à negatione medij inter ſe & cõtra ſe, ſumitur. Et directe tendit contra calũniantes fingendo adhibitionem malorũ mediorũ ad bonũ finẽ. tanquam Ieſus adhibeat opera dęmonũ ad regnũ dei. Contra hoc inquit qui nõ eſt mecũ. qui nõ cõuenit mecũ in bona voluntate & actione, contra me eſt, non ſolum nõ ſuffragatur mihi nec adiuuat me, ſed eſt cõtra me: ac per hoc dæmon qui non eſt mecum in bona voluntate & bona actione, contra me pugnat & non adiuuat regnũ dei. [Et qui non colligit mecũ.] Et ſimiliter qui non colligit, qui non congregat & adunat ad regnũ dei, mecũ, cõcordi mecũ voluntate. [Diſpergit] nõ ſolũ nõ adiuuat ad colligendũ, ſed etiã cõtrariaẽ diſpergendo. Ita ꝙ non datur medius inter colligentẽ mecũ & diſpergentem: ac per hoc quũ dæmon ſit diſpergens homines à regno dei, non poteſt fieri vt me adiuuet qui colligo ad dei regnũ homines. [Quũ immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquoſa, quęrẽs requiẽ. & nõ inueniens, dicit. reuertar in domũ meã vnde exiui. Et quũ venerit, inuenit eã ſcopis mundatã.] deeſt. & ornatã. [Et tũc vadit & aſſumit ſeptẽ alios ſpiritus ſecũ nequiores.] ꝑ, malignores, [ſe: & ingreſſi habitãt ibi, Et fiũt nouiſsima hominis illius peiora priorib⁹.] pro, primis. Parabola hæc ad pœnã ſignificãdam generationis illi⁹ Iudæorũ affertur: vt expreſſe patet Matt. 12. Excluſa ſiquidẽ calumnia, ſubiungit Ieſus pœnã ſpiritualem quã incurret illa Iudæorũ generatio refutans Chriſtũ. Deſcribitur autem quantũ ad parabolã dęmon egreſſus ab homine & diſcurrens per loca inepta ad habitandum (hæc enim ſignificantur per loca inaquoſa. ſunt enim hæc loca humano more inhabitabilia) & ſic non inueniens vbi habitet, reuerſus ad hominem inuenit illũ paratum immo prouocatiuum ad hoc vt inhabitetur. talis enim homo ſignificatur per domum ſcopis purgatã & ornatam nã domus ſcopis mundata & ornata prouocat ad hoc vt habitetur &c. Et intendit per hãc ſimilitudinem ꝙ diabolus qui exijt à gente Iudæorũ per patriarchas & propheras, nõ inueniẽs requiẽ in gentilib⁹, in quibus per euãgelium regnabit deus, reuertetur ad nationẽ Iudæorum

dæorũ tanquã domũ ſcopis purgatã & ornatã, tanquam prouocatiuã dæmonis ad hoc vt inhabitetur. Et erũt nouiſsima nationis Iudęę peiora primis. vt experientia teſtatur. ſunt enim Iudęi longe peiores modo repugnando Chriſto quã fuerint à principio antequã illuminarentur per prophetas. quoniã effecti ſunt pertinaces cõtra veritatẽ Meſiæ. [Factũ eſt autem quũ hęc diceret, extollens vocẽ quędam mulier de turba, dixit illi.] Superfluit illi. Quãuis ſermonẽ mulier dixerit ad Ieſum (vt pronomen te ſignificat) non tamen vt alloqueretur Ieſum, ſed vt laudaret, extulit vocẽ. [Beatus venter qui te portauit & vbera quę ſuxiſti.] Aptiſsimè mulier laudat ventrẽ & vbera: quę muliebria ſunt. beatificat matrem à fructu ventris & vberum quæ talem ac tantum filium aluerunt. [At ille dixit. Quinimmo.] Non negat vere dictum beatum ventrem & beata vbera: ſed hoc affirmans adijcit formalem ad communem beatitudinis rationẽ. Dictũ eſt enim quinimmo, perinde ac diceretur quin potius. vbi affirmatur dictum & adijcitur potior beatitudinis ratio. [Beati.] in ſpe. [qui audiunt verbum dei & cuſtodiunt illud.] hoc eſt curã habẽt verbi dei ne in vanũ audierint, ſed in corde in ore & in opere ſeruetur. in hoc enim cõſiſtit forma beatitudinis in ſpe. Et eſt hæc beatitudinis ratio communis omnibus electis. & maxime cõueniens beatæ virgini. Ita quòd magis commendata eſt beata virgo (in genere tamẽ) per hæc filij verba quàm fuerit in ſpecie cõmendata per verba mulieris: quoniã verbis Ieſu laudata eſt ex parte animæ, in verbis vero mulieris laudata eſt ex parte corporis. Illa ſiquidem laudauit naturalia corporis officia: Ieſus autem liberi arbitrij (diuina affectu gratia) officia commẽdauit. In qua commendatione aduerte, quòd non dicit qui audierunt & cuſtodierunt, ſed qui audiunt & cuſtodiunt: vt intelligamus ſolos perſeuerantes audiendo & cuſtodiendo eſſe beatos.
[Turbis aũt concurrentibus.] hoc eſt condenſantibus ſe circa Ieſum. [Cœpit dicere generatio hęc.] Directe reſpõdet ad alios Phariſæos, & Scribas qui tentãtes ſignũ de cœlo quęrebãt, poſtquã eõ fatauit illos qui dicebant in Beelzebub principe dęmoniorũ eijcit dęmonia. [Generatio nequam eſt.] Superfluit generatio. Et ſignificatur, q̃ generatio Phariſæorũ & Scribarũ tentantiũ, & calũniantium peior eſt quàm creditur eſſe. [Signum quærit: & ſignũ nõ dabitur ei, niſi ſignum Ionæ prophetæ. Nam ſicut fuit Ionas ſignum Niniuitis.] Modus quo Ionas fuit ſignũ diuinæ legationis ipſius ad Niniuitas, conſtat ex factis & verbis. Factis quidem in eo, quòd mirabiliter triduo in ventre cęti ſeruatus, eiectus in terrã eſt

uiuus & incolumis ad ſalutem Niniues. Verba autem in prædicatione ipſius apparuerunt. [Sic erit & filius hominis generationi iſti.] Non dicit ſic eſt, ſed ſic erit: quoniã modus ſimilis modo Ionæ, futur⁹ erat in morte & reſurrectione ipſius. Triduo enim mortuus, & immortalis reſurgens ſignum fuit diuinę ſuę miſsionis ad pœnitentiam & ſalutem generationis illius quam non poſtea vt Ionas per ſeipſum, ſed per diſcipulos ſuos prædicauit. Vnde dicũt apoſtoli in die pentecoſtes Iudęis compunctis quęrentibus quid facerent, pœnitentiam agite & baptizamini &c. & acceſſerunt die illo animæ circiter ter mille [Regina auſtri ſurget in iudicio cum viris generationis huius, & condemnabit illos.] comparatiue. [Quia venit à finibus terrę audire ſapiẽtiã Salomonis: & ecce pl⁹ quã Salomon hic.] Nõ eſt pronomen hic, ſed aduerbiũ loci. Et ſimiliter quũ ſubiũgitur plus quàm Ionas hic, aduerbiũ eſt loci. Et vtriuſque cõdemnationis ſenſus eſt cõparatiuus: hoc eſt q⁹ Niniuitis pœnitentibus vos pœnitentiã non agitis: & ſimiliter reginã veniente ad audiendum, vos non auditis me plus quàm Salomonem. ſic enim & non authoritatiuè condemnabunt. [Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cũ generatione hac, & condemnabunt illam: quia pœnitentiã egerunt in prædicationem Ionæ: & ecce plus quã Ionas hic.] Nemo lucernã accẽdit, & in abſcõdito ponit neque ſub modio, ſed ſuper candelabrum: vt qui ingrediuntur, lumen videant.] Parabola hęc inducitur ad monſtrandum finem & fructum euangelicę doctrinę per os ipſius Chriſti. Quia enim dixerat ſe fore in ſignum generationi iſti quẽadmodum Ionas fuit in ſignum Niniuitis. & ſubiunxerat effectum contrarium in generatione iſta & in Niniuitis (nam illi egerunt pœnitentiam, iſti autem impœnitentes condemnandi deſcripti ſunt) ideo fructum aduentus ſui modo ſubiungit: ne putares ipſum veniſſe in damnationem generationis illius. Monſtratur enim hac ſimilitudine lucernæ quòd ipſe eſt lucerna, euangelica lucens doctrina & diuinis operibus, ideo accenſa non vt lateat, ſed vt ſuper eccleſię candelabrum ſit: ad hoc vt qui ingrediuntur eccleſię domum, videant lumen, non in tenebris ſe inueniant ſed videant quid operentur, quo erant in lumine fidei & euãgelicę doctrinę. Hic eſt enim finis & fructus in præſenti vita intentus per aduentum Chriſti: & non damnatio, quæ ex demeritis impœnitẽtiũ ſubſequit [Lucerna corporis tui.] Superfluit tui. & ſimiliter ſuperfluit pronomen tuus, quũ ſubiungitur eſt oculus tuus. Legendũ enim eſt [Lucerna corporis eſt oculus.] Altera parabola penes lucernã affertur. Vbi diligenter aduerte quòd pri⁹

loquutus

locutus est de lucerna cõmuni quũ dixit nemo accendit lucernam &c. de lucerna accensa ad illuminationem aliorum ingredientium domũ, modo vero loquitur de lucerna vnicuique propria, nó relata ad aliorum illuminationem, sed ad proprij corporis claritatem. Nec solum in hoc differt lucerna hæc à prius dicta: sed etiam in hoc quòd lucerna illa non est nisi lux, lucerna autẽ hæc potest esse lumen & tenebræ. Et ambæ differentiæ in textu clare patent. ¶ Est itaque parabola hæc sumpta à membris humani corporis, inter quæ oculus habet officium lucernæ. Sicut enim lucerna facit nos videre quod facimus, quod comedimus, quo imus, ita oculus facit nos videre exercitia aliorum membrorum. hoc enim significatur dicendo, lucerna corporis est oculus hoc est officium lucernæ, in exercitijs corporalibus gerit oculus. Et hinc consequẽter fit vt oculo existente simplici, hoc est puro & mundo ab omni lippitudine & huiusmodi, vniuersa corporis officia, clara reddãtur. & per oppositum si oculus fuerit male dispositus, officia quoque membrorum corporalium tenebrosa redduntur hoc est velut in tenebris fiunt: dum homo male videt quod facit. ¶ Verum dominus ad rem parabolæ festinans, ad interiorem oculũ transfert fere statim sensum. Et intendit per internum oculum, naturalem rationẽ etiam scientia præditam. Hæc enim pars animi est velut lucerna in homine. Et hanc ad literam intendit significare Iesus per hanc parabolam. hæc est enim vniuersi corporis, hoc est vniuersæ congerici operationum humanarum, lucerna. hæc potest esse lux & tenebræ, bona & mala quo ad vsum. Et propterea subditur. [Si.] pro, quum igitur, [Oculus tuus fuerit simplex.] A genere (lucerna corporis est oculus) descendit applicando ad te, cum igitur oculus tuus. Et integram rectitudinem vsus mentis ac scientiæ appellat simplicitatem, dicendo fuerit simplex: vt intelligamus omnem abusum omnémq; malitiam spectare ad admixtionem alicuius cõtrarij tam naturali lumini quàm cuicunque virtuti intellectuali nã tam naturale lumen, quàm adiunctum per virtutes intellectuales, sua simplicitate tendunt ad bonum: & si cõformiter ad eorum simplicitatem vteremur eis, non nisi recte vteremur illis, non nisi lumen essent. [Totum corpus tuum lucidum erit.] Deest coniũctio & Legendũ est enim. [Et totum corpus tuum lucidum erit.] Et sumitur & pro etiam: hoc est vniuersa quoque congeries humanorũ operum tuorum lucida erit. Qualiter autem intelligatur lucida, inferius declarabit [Si autem nequam fuerit.] pro, [postquam autem nequam fuerit.] Significatur enim vtrobiq; ordo originis: &

quòd ex oculo ſimplici emanat vniuerſa congeries operũ lucida, & quòd ex oculo nequã (hoc eſt malo) prouenit corpus tenebroſum. Contrà ſimplex non diſtinxit duplex aut compoſitum aut mixtũ ſed malum vt intelligamus omne à ſimplicitate alienũ, malum eſſe. Et eſt ſermo de malo culpabili, quod in poteſtate tua eſt: vt ſubiũcta teſtantur. [Etiam corpus tuum.] Nõ dicit etiam totum vt prius dixerat: quoniã malum non eſt integrum quemadmodum bonum. bonũ enim oportet conſtare ex cauſa integra (hoc eſt ex vniuerſis partibus bonis) alioquin bonũ non eſt, malum autẽ cõſurgit ex quocunq; particulari defectu. [Tenebroſum erit.] Apte contra lucidum opponit tenebroſum: ſignificans quòd congeries quoque operationũ tuarum erit tenebroſa hoc eſt inhabilis vt videatur. Per quod ſignificatur operũ deformitas ſeu iniquitas. omnis enim qui male agit odit lucẽ. [Vide ergo] Niſi in poteſtate liberi arbitrij tui eſſes, non diceretur tibi vide ergo. [Ne lumẽ quod in te eſt.] Quod prius appellauit lucernam ac oculũ, modo appellat lumen. ratione naturalem, ſcientiã, fidem & vniuerſam intellectus ſupellectilem. Et merito appellatur lumen: quia ſuapte natura lumen eſt intra te. [Tenebræ ſint.] quo ad vſum. In poteſtate tua eſt quod eſt in mente tua ſuapte natura lumen, efficere tenebras, abutendo illo ad ea quæ ſunt tenebrarũ, ad ea quæ ſunt inhabilia ſeu inepta vt videantur: qualia ſunt culpabilia & reprehenſibilia omnia. Sic enim lumen tranſit in tenebras quo ad officium. reddit enim & ſeipſum & opera ſua obſcura. [Si ergo corp⁹ tuum totum lucidum fuerit.] hoc eſt ſi vniuerſa congeries humanorum operũ tuorũ erit lucida [Non habẽs aliquam partem tenebrarum.] pro, tenebroſam. Non ſat fuit dicere totũ lucidum, ſed addidit ſingulas partes exemptas à tenebris: ad differentiam corporis quod totum dicitur lucidum ratione totius nõ ratione ſingularũ partiũ. ſicut luna tota dicitur lucida in plenilunio, quanuis pars tenebroſa appareat. deſcribit enim corpus lucidum & totum & ſecũdum ſingulas partes [Erit lucidum totum, & ſicut lucerna fulgoris illuminabit.] pro, vt quũ lucerna fulgore illuminat te Inducitur vna cõditionalis ad declarandũ id quod dictũ fuerat, totũ corpus tuũ lucidũ erit hoc eſt ad declarandũ qualiter lucidũ erit. Et antecedẽs huius conditionalis eſt, ſi totũ corpus tuũ lucidum fuerit nõ habens aliquã partem tenebroſam: conſequens vero eſt, erit lucidum totum vt quum lucerna fulgore illuminat te. Et eſt ſenſus quòd non erit lucidum vt lucens vt illuminans alios. ſed erit lucidum vt clarũ quod videtur ſub fulgore lucernæ. Hic eſt ſenſus literalis. hunc

enim

enim ſenſum clare ſignificat adiecta ſimilitudo, vt quum lucerna fulgore ſuo illuminat te. Et dixit hoc declarando officiũ propriæ cuiuſque hominis lucernæ nõ eſſe lucere alijs, ſed clarificare vniuerſa propria opera. Et dixit hoc deſcribendo quales ſunt illi de quibus dixerat, vt qui ingrediuntur lumen videant: qui ſcilicet ingreſſi eccleſiam, in lumine Chriſti ſe reperiunt, lumine Chriſti vtuntur. vt hinc perciperemus quales ſunt ad quorum fructũ euangelica lucerna accẽſa eſt. Nã tales, quorũ tota congeries humanorũ ſuorũ operũ eſt clara, nihil habent culpabile quod indignũ ſit luce, ſed vniuerſa opera eorũ ſunt habilia & apta vt ab omnibus videãtur vt corã omnibus appareãt. hoc eſt enim eſſe lucida ſicut tu es lucidus quando lucerna fulgore ſuo illuminat te. [Et quũ loqueretur.] hoc eſt antequã recederet à loco locutiõis [Rogauit illũ quidã Phariſæus vt pranderet apud ſe. Et ingreſſus recubuit.] hoc eſt ſtatim vt ingreſſus eſt domũ, abſq; lotione recubuit [Phariſæus aũt cœpit intra ſe reputans dicere quare nõ baptizatus eſſet.] p, quũ vidiſſet, admiratus eſt q nõ prius lotus eſſet. Et eſt ſermo de lotione manuũ. [Ante prãdiũ. Et ait dominus ad illũ, Nũc vos Phariſei.] Occaſione ſumpta ab admiratiõe Phariſei q nõ ſeruaſſet Ieſus traditionẽ patrũ omittendo ablutionem manuũ, reprehẽdit Phariſæos multipliciter. Et dicit vos Phariſæi: ad ſignificandum quòd alloquitur genus Phariſæorum, & non alloquitur perſonas Phariſæorum ibi præſentes. ita quòd totus iſte futurus ſermo eſt ſermo in genere ad Phariſæos. Quod autem dicit nunc, innuit peccatũ eſſe apud præſentis temporis Phariſæos: ac per hoc nõ reprehẽdit ſectam, ſed multos ex eis modernos. [Quod deforis eſt calicis & catini mundatis.] Nõ intelligo exteriora poculi & catini mundari: interiora autem poculi & catini non mundari: ſed intelligo id quòd deforis eſt appoſitiue poculi & catini mundari. vt per id quod deforis eſt, intelligamus totum catinum & totum poculum intus & extra, quod extra hominem eſt [Quod autem intus eſt veſtrum.] pro veſtri. hoc eſt animus ſeu cor. [Plenum eſt rapina & iniquitate.] pro, malignitate. Hęc eſt prima peruerſitas Phariſæorum: curam habere munditiæ exterioris, intus autem immunditia malignitatis & rapinæ repleri. Vnde Ieſus nõ reprehẽdit exterioré munditiam, ſed hanc peruerſitatẽ q curã habẽt exterioris. [Stulti.] pro, imprudentes. Non contumelioſe, ſed rationẽ erroris proponendo, appellat eos imprudentes, ad diſcernendum inter immunditiam interiorem & exteriorem. [Nonne qui fecit quod deforis eſt, etiã id quod deintus eſt fecit?] Hinc apparet ratio mãda-

ti de munditia exteriori. Docebant enim quòd ideo abluenda essent pocula & catina & manus, quia corpus humanum factum est adeo mundum: & propterea cum omni munditia seruandũ esset. Ita quòd curam munditiæ exterioris referebant in solicitudinem operis diuini, nisi enim hac ratione fulcirent Pharisæi hęc mandata, non afferret dominus contra eos hanc rationem quòd idẽ deus fecit quod foris est, & quod intus est. Intendit siquidem confutare eos ex identitate factoris quòd si propter opus diuinum tanta est vobis cura exterioris mũditiæ, nõ minor debet esse cura interioris munditiæ quum idem deus qui fecit exterius corpus fecerit internum animum. propterea enim appellauit eos imprudentes seu stultos, curando de minimo & non curando de maximo opere eiusdem factoris: immò mundando minimum, & fœdando maximum opus dei. [Veruntamen quod supereſt.] pro, quæ adsunt, [date.] pro, datis, [eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis.] Aduerte hic Græcam dictionem interpretatam datis, ancipitem esse ad indicatiuum & imperatiuum modum ad date vel datis. Contextus ipse apud me sonat indicatiuum. complet enim Iesus peruersitatem Pharisaicam circa curam munditiæ his verbis, quibus significat, quòd vos Pharisæi pleni malignitate & rapina, datis quę adsunt per fas & nephas eleemosynam: & hoc adiuncto ad exteriorem munditiam, omnia tam intus quàm extra munda sunt vobis: hoc est apud vos, non munda in veritate. Acsi legitur date, ad eũdem sensum reducendus est textus. Et est increpatiue & ironice dictum. veruntamen date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Secundum enim eorum doctrinam omnia erant mũda post datam eleemosynam, quanuis pleni essent rapina & iniquitate. Et vtinam non perseueraret doctrina hæc in hodiernum vsq3 diem. ¶Cogor autem ad intelligendum textum hunc in malam partem: quia licet verba ista absolute bene sonent, contextus tamen clare explicans quòd plenis rapina dicuntur, efficit vt non bene sonent. constat enim diabolicum esse consilium plenis rapina, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. [Sed væ vobis Pharisæis.] Alia peruersitas arguitur. [Qui.] pro, quia, [decimatis.] decimã offertis, [menthã & rutã, & omne olus.] Ecce curã minimorum: menthæ, rutæ, & huiusmodi. [Et præteritis,] Ecce, peruersitas, cũ tanta minimorum moralium cura, tanta transgressio maximorũ pręceptorũ. [Iudicii] quo ius dicitur, in quo violatio iustitiæ ad proximos significatur [Et charitatem dei.] ita quòd nec præceptorum erga deũ nec præceptorũ erga proximũ curam habetis.

betis. [Hęc autem oportuit facere & illa non omittere.] ne errare⁹ intelligendo reprehendi curam minorum præceptorum moraliũ, subiungit quòd oportuit hæc maiora facere, & illa minora non omittere. peruersitas enim curæ est quæ reprehenditur. [Væ vobis Phariſæis: quia diligitis.] Tertio loco vana gloria affectata reprehenditur. Non dicit qui præſidetis, ſed qui diligitis: & ſimiliter non dicit qui ſaluramini, ſed qui diligitis: quoniam affectus eſt cui palilis, non præſidere aut ſalutari. [Primas cathedras.] pro, præſidentiã, [In ſynagogis, & ſalutatiões í foro,] p, foris [Vę vobis.] Deſunt quatuor dictiones. [Scribæ & phariſæi hypocritæ.] Hactenus locutus eſt ad genus Phariſæorũ tribus vę: modo loquitur ad Scribas & Phariſæos ſimul. Genus enim ſcribarum genus doctorũ eſt: quorum multi erant de ſecta Phariſaica & multi non. [Quia eſtis vt monumenta quæ nõ parent] pro, apparent. Per ſepulcra nõ apparentia ad literam deſcribit ſepulcra ita operta terra quòd non diſcernitur eſſe ibi ſepulcra. Et hunc eſſe ſenſum literalem, ex eo patet quod ſubditur. [Et homines ambulantes ſupra neſciunt.] Hinc enim liquet quòd locus ille ſepulcrorum exiſtimatur ab ambulantibus ſicut reliqua terra. Et aſſimilat Ieſus Scribas & Phariſæos hypocritas talibus non apparentibus ſepulcris: quia tales in veritate ſunt vaſa fœtidorum vitiorum ſicut ſepulcra ſunt vaſa mortuorũ, ſed non apparent coram hominibus, latet apud homines eos eſſe intus plenos vitiorum, & conuerſantes cum eis, ita cum illis ſe habent ſicut cum reliquis hominibus, qui ſi ſcirent cauerent ab eis: ſicut ambulantes ſupra ſepulcra non apparentia, exiſtimant ſe ambulare ſuper communem terram, & ſi ſcirent eſſe ſepulcra nõ ambularent ſupra ipſa. [Reſpondẽs autem quidam ex legiſperitis, ait illi, magiſter, hæc dicens, etiam nobis contumeliam facis.] Scriba iſte quanuis verba Ieſu dicerẽtur in genere, arrogat ſibi iniuriam, conſcientia forte accuſante ipſum. [At ille ait. Et vobis legiſperitis væ.] Tribus væ conuertit ſermonem ad Scribas. [Quia oneratis homines oneribus.] mandatorũ vt multi etiam inter Chriſtianos doctores faciunt multiplicando doctrinas præceptorũ. [Quę portari nõ poſſũt] pro, difficilibus portatu. [& ipſi vno digito veſtro non tangitis.] pro, non attingitis. [ſarcinas.] Similitudo eſt, ſumpta à portantibus onera ſuper humeros: & tamen alter nec digito attingit ad ſupportandũ. Tales ſunt prælati intolerabilia fere præcipiẽtes, à quibus ſe eximunt. [Vę vobis: quia ædificatis monumẽta prophetarũ] Mat. 23. expoſita eſt ratio quare Ieſ⁹ retorquet op⁹ religioſum ex tuo genere in malũ. [Patres autẽ veſtri occiderunt illos.

illos,profecto teſtificamini.]cõplemento facti.mors em̃ complet̃ ſepultura.[Quod conſentitis.] pro,cõprobatis,[opera patrũ veſtrorũ,quoniã ipſi quidẽ eos occiderunt:vos autem ædificatis eorũ ſepulcra.Propterea & ſapientia dei.]Ipſemet Ieſus ſecundũ diuinã naturã ſapientia dei eſt [Dixit.]definiuit.[Mittam.] Apud Matthæũ ipſe dicit mitto: quia ipſe homo exequitur quod diuina ſapientia definiuit,mittã [Ad illos Iudæos.] Crediderim aliquam ſcripturam autenticam citari hic à Ieſu quæ non habetur à nobis: alioquin non allegaſſet in præterito dixit,& in futuro mittam:ceterum enim ſignificat hæc verba fuiſſe olim dicta à diuina ſapientia. [Prophetas & Apoſtolos.]Prophetæ ad tẽpus ſpectant ante Chriſtum:Apoſtoli ad tempus Chriſti.[Et ex illis occidẽt & perſequentur,vt inquiratur.]pro vt requiratur.Et coniunctio,vt meritoriam cauſam ſignificat.[Sanguis omnium prophetarum.]quantum ad pœnã,[qui effuſus eſt.]pro,qui effundit.Significatur enim quòd perſeuerant effundendo.[A conſtitutione mundi,à generatione iſta,]Iudæorum.[à ſanguine Abel vſq; ad ſanguinem Zachariæ.] Vide expoſita circa hęc Matth.vigeſimotertio.Et adde quòd idcò etiam horũ duorum meminit,quia ſunt primus & vltimus nominati in ſacra ſcriptura pro religione interfecti. Quanuis enim multi fuerint interfecti à Manaſſe Rege Iuda poſt illum Zachariã,& Hieremias dicatur poſtea obrutus lapidibus à Iudæis in Aegypto autentica tamen ſcriptura nullum nominatim tradit occiſum pro religione poſt Zachariam filium Ioiadæ. [Qui perijt inter altare & ædem.]hoc eſt domum dei. [Ita dico vobis requiretur ab hac generatione.] Confirmando repetit certe requirendum eſſe ab hac natione ſanguinem omnium prophetarum.Et vere ſic meruerunt.quoniam maius crimen commiſerunt occidendo Chriſtum & perſequendo fidem Chriſtianam quam fuerint crimina commiſſa contra omnes præteritos prophetas: vt ſubſecuta pœna ſpiritualis & corporalis teſtatur.[Væ vobis legiſperitis.quia tuliſtis.] id eſt abſtuliſtis,[clauem ſcientiæ.] Scientia recondita in lege & prophetis ſignificatur,clauis autem ſcientiæ metaphorice eſt eruditio, inſtructio ac doctrina apertiua & manifeſtatiua ſcientiæ clauſæ in lege & prophetis. Tunc autem tollitur clauis ſcientiæ, quum tollitur eruditio,inſtructio ſeu doctrina,aperiens ſenſum legis & prophetarum. Quod tunc quidem effecerunt legiſperiti,introducentes mandata hominum,& non docentes ea quæ legis & prophetarum ſunt.Poſtea vero hoc idem efficiunt qui prędicationes & eruditiones populi in fabellas, in humanas leges,in poetas

&

& philosophos conuerterunt. [Ipsi non introistis.] Vtrunque malum fecistis Qui tollunt clauem materialem, etsi alijs vetant ingressum, sibi tamen ipsis consulunt ad ingrediendum. vos autem nec vobis consuluistis (quia ipsi non introistis in scientiã legis & prophetarum) & prohibuistis alios. [Et eos qui introibant prohibuistis.] Iudæi appetentes & conantes discere, & scire legem & prophetas, introeuntes appellatur: quia quantum ex eis erat veniebãt ad templum, ad synagogas vt discerent legem & prophetas. sicut hodie populus vadit ad prædicationem, vt discat euangelicam scientiam, sed doctorum culpa prohibentur intrare, conuersa doctrina euangelica in impertinentia. [Quum autem hæc ad illos diceret, cœperunt Pharisæi & legisperiti grauiter insistere.] pro, imminere. siue vrgere. Significatur enim quòd cœperunt simul tendere ad hoc vt Iesum velut in angusto stringerent, non quo ad corpus, sed quo ad locutionem. & hanc intentionem non mediocriter, sed grauiter cœperunt exequi. Modus autem subiungitur. [Et os eius opprimere multis.] pro, & os eius tentare de multis. Ecce modus grauiter vrgendi. Nec significatur quòd cœperint obturare os eius, sed quòd tentauerint interrogando simul multa vt multis interrogationibus simul pulsatus, confunderetur, & aliquid falsi seu mali diceret. [Insidiantes ei.] Qualia interrogauerint non scribitur: sed quoniam insidiando interrogabant, perplexa aliqua videntur fuisse. Et cerne malignitatem quòd quanuis multis interrogationibus vacarent, ab insidiando tamen non recedebant. [Et quærentes aliquid capere.] pro, venari. [de ore eius, vt accusarent eũ.] Venatoriam artem & operam Lucas describit in istis. Nam si recte consideres, Iesum more feræ cœperunt vrgere multis interrogationibus velut multis canibus appositis insidijs, & quærendo venari aliquid ex ore eius dignum accusatione.

CAPVT XII.

M Vltis autem turbis concurrentibus.] pro, myriadib⁹ autem turbæ simul aggregatis. Et describitur numerus infinitus à finito. myrias enim decem milia significat: & vt aiunt, Græci met vtuntur huiusmodi locutione ad significandum innumeram multitudinem. Vnde non dicit duabus vel tribus myriadibus, sed indefinite myriadibus. [Ita vt seinuicem cõculcarẽt, cœpit dicere ad discipulos suos.] deest primũ. Anceps tñ est cõstructio huius aduerbij, cũ sequẽtib⁹ vel cũ precedẽtibus. Et aptius videtur cõstrui cũ sequẽtib⁹ dicendo

dicendo primum attendite. Vbi etiam deest vobisipsis ita quòd legendum est [Primum attendite vobisipsis a fermento Phariſæorum, quod est hypocrisis.] Nisi ipse Iesus explicaret quid nomine fermẽti intelligit, quærẽdum esset significatum, sed vbi explicauit quòd est hypocrisis, non est opus glosa. Monet itaque vt ante omnia caueant ne imitentur Phariſæorum hypocrisim, quam fermentum appellat, eo quòd latens virtutem habet eleuatiuam ad similitudinem fermenti. modicum enim fermẽtum eleuat totam massã. Phariſæi siquidem sub specie religionis inflati erant studentes auaritiæ. Primum ergo cauendũ à discipulis, est internum malum hypocrisis: quia præcipua & pernicioſiſſima doctorum plaga est hypocrisis. [Nihil enim opertum.] Affert rationem vitandæ hypocrisis ex euentu contrarii. ideo enim subiiciunt ſe homines hypocrisis vitio, quia putant latere ſuum vitiũ, & propterea contra hoc directe prædicit eis, quod nihil est opertum in præsenti vita. [Quod non reueletur.] pro, reuelabitur. hoc est, discooperietur in futura. hoc enim directe contrariatur ad opertũ. Et tãgit naturam hypocrisis, operientis sub religionis specie vitiũ. [Neque abscõditum.] A specie procedit ad genꝰ, vt vnico verbo omne occultum in hac vita cõprehendat. [Quod nõ sciatur] pro, scietur. [similiter in futura vita. Quoniã quæ in tenebris dixistis, in lumine dicẽtur.] pro, audientur. [Et quod in aure] pro, aurem, [locuti estis in cubiculis.] pro penetralibꝰ, [prædicabitur in tectis.] Rationẽ reddit dicti sui ex oppositione luminis ad tenebras & tectorũ ad penetralia: ad significãdũ q̃ nec tenebræ nec modus dicendi secretus (scilicet in aurẽ) nec locꝰ (scilicet in penetralibus) retinebit aliquid occultum, sed omnia in lumine, hoc est in manifesto audiẽtur, & prædicabũtur super tecta, hoc est in locis patulis & publicis. [In tectis.] Alludit ad morẽ patriæ illius in qua domꝰ tabulatis tectis finiuntur sub diuo. Huiusmodi enim tecta loca patula erãt. Et propterea distingũtur contra penetralia domꝰ. [Dico autẽ vobis amicis meis.] seruos suos (quos in discipulos admisit) dignatur appellare amicos tũc quũ ad martyriũ eos accendit: vt intelligamus præsentis vitæ mala (tormẽta mortẽq3) parari amicis eius, & talia esse amicitiæ eiꝰ pignora. [Ne terreamini ab iis q̃ occidũt corpꝰ.] Absque timore necis corporalis vult esse amicos suos, quia sciebat vltimũ terribiliũ dici mortẽ. Hãc ansã timoris humani intẽdit excludere subiungendo. [Et post hæc nõ habẽt amplius quid faciant.] Acsi apertius diceret non est vltimum terribilium occidi, sed est vltimum eorum quod potest inferri ab occisoribus corporis: quo-

niã

niam post occisionē corporis non habent amplius quid mali vobis faciant. [Ostendam autem vobis quem timeatis.] Ad sensum apparet vltimum terribilium esse mortem, quia nihil ex sensibus percipimus eorum quæ succedunt morti, & propterea Iesus docēs vltimum terribiliū non esse mortem, dicit. ostendam vobis, sub lumine fidei, quem timeatis. [Timete eum qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam.] Ecce vltimum terribilium in veritate. Appellatione autem gehennæ constat intelligi pœnā inferni. ¶ Aduerte hic quòd quum timor non sit mali, vt eius quod timetur incurrendū extenditur tamen ad potentem inferre malū, vt eum quo timetur. Et secundum huiusmodi relationem dicitur hic ne terreamini ab iis qui occidunt, & quem timeatis & timete eum, & in sacra scriptura sæpe repetitur quòd timeamus deum. [Ita.] Id est profecto, certe. pro aduerbio enim valde affirmātis sumitur [Dico vobis, hunc timete.] Repetit monitionem timendi, vt hic solus timor imbibatur. [Nonne quinque passeres] pro, passerculi. Tam hic quam inferius diminutiuum est. [Væneunt dipō dio] pro, assiculis duobus, est enim diminutiuum, [& vnus ex illis non est in obliuione coram deo.] Dixerat vt non timerent occidi, immo plus vt non timerent ab iis qui possunt occidere: quod est non timere quæcunque mala aut tormenta antecedentia occisionem. Et sciebat magnipēdi huiusmodi dāna ab hominib⁹, ideo declarat discipulis, deum omnium & singulorum curam habere, omniaque damna ponderare. Et hoc arguit à minori, ab auibus scilicet minimi precii. Nec hyperbolice dictum intelligas, nec vnū passerem obliuioni dari coram deo, quoniā deus secūdum veritatem (quanuis nobis mirabilem) curam habet de singulis passeribus, non solum in genere aut in specie, sed etiā in indiuiduo. Spectat enim ad immensitatem prouidentię eius & videre singula quę que indiuidua, & curam illorum habere, sine vlla mutatione aut multiplicatione actuum videndi, volendi, disponendi, curandi, &c. in ipso. Nec hoc est vertendum in dubium apud Christianos. quanuis philosophi hoc non credant: metientes dei prouidentiā ex iis quæ apud nos cognoscimus. [Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt.] Cerne quod dixi, non esse hyperbolem sed veritatem euangelicam, capillorum omnium numerum esse apud deum. ita quod non solum cognoscit quot capillos habem⁹ sed curam habet ne capilli vnius iacturam retineat amicus eius. [Nolite ergo timere.] Merito infert non timendum, ex quo nullius damni periculum est. sed omnia in integrum restituen-

tur.

tur. [Multis passeribus.] pro, passerculis, [pluris estis vos.] Applicat ad propositum quòd multo magis curam vestri deus habet qui præstatis non quinque sed vniuersæ multitudini passerum. [Dico autem vobis: omnis quicunque.] Parum erat prætulisse amicos suos passerib⁹ & declarasse restitutionem in integrũ à deo, nisi gloriam quam ipse Iesus homo rependet adiungeret. [Confessus fuerit me.] pro, in me. hoc est confessus fuerit quæ in me sunt diuinam humanamque naturam, virtutem, dignitatem &c. & quæ in me fuerunt, mortem, passionem: & vniuersaliter quæ mea sunt. Et est sermo de confessione fidei & laudis. [Coram hominibus, & filius hominis confitebitur illum.] pro, in illo. hoc est quæ in illo fuerunt merita & quæ in illo sunt partes omnes, laudabit glorificabit. [Coram angelis dei.] Longe præstantior retributio est pro confessione coram hominibus confessio coram angelis. præterhoc, quòd confessio tua serui est: filijs autem hominis cõfessio regis erit vniuersorum. [Qui autẽ negauerit me corã hominibus.] Ne crederes promitti præmium cõfitenti absque pœna neganti, subiungit paratam pœnam negantibus eum coram hominibus: vt hinc intelligeremus non qualiscunque virtutis, sed virtutis necessariæ ad salutem, esse confiteri Iesum coram hominibus. alioquin pœna neganti ipsum non esset parata. Et appellatione negationis intellige non solum negatiuam vocem, sed & negatiua facta (qualia sunt eorum qui confitentur se nosse deum, factis autem negant) & omissionem confitendi quæ sunt fidei aut morum quando oportet. [Negabitur.] Sicut cõfessio Christi approbatio est electorum, ita negatio, reprobatio est eorum qui eum hic negauerunt verbo vel facto. [Coram angelis dei.] ad plenitudinem confussionis. [Et omnis qui dicit.] pro, dicet. Duo dederat præcepta. Alterum ad euitandum fermentum Phariſæorum: alterum ne timerẽt ab occisoribus corporis. Et primum præceptum firmauerat ex vanitate hypocrisis: prosequitur modo illud ex alio capite scilicet ex irremissibilitate criminis: quia fermentum Phariſæorum vsqueadeo in corruptionem prorupit vt incurrerit irremissibilitatem. ad hoc enim proposito subiunguntur hęc verba. [Et omnis qui dicet verbum in filiũ hominis, remittetur illi: ei autem qui in spiritũ sanctũ blasphemauerit, nõ remittetur.] Quorum sensus declaratus est Matth. 12. [Quũ autẽ inducent.] pro, adducũt, [vos in synagogas & ad magistratus & potestates, nolite soliciti esse qualiter aut quid respondeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim sanct⁹ docebit vos in ipsa hora, quid oporteat vos dicere.] Prosequitur

secundum

recundū pręceptum, quod vsque ad confessionem coram hominibus deductum erat adiungendo securitatem affuturæ responsionis tunc à spiritusancto. Et in hoc monstrauit se esse deum promittens spiritumsanctū in quacunque hora oportebit coram principibus loqui. [Ait autem ei quidā de turba magister dic fratri meo vt diuidat mecum hæreditatem. At ille dixit ei. homo quis me constituit iudicem aut diuisorem super vos.] Docet hoc exemplo dominus prædicatores vt euitent secularia negocia, vt etiam quātuncunque requisiti non se immisceant negocijs secularibus. Et rationem explicat verbis suis: quia scilicet impertinentia sunt hæc ad officium prædicatoris. huiusmodi enim impertinentia significatur dicendo, quis me constituit iudicem aut diuisionem. [Dixitque ad illos.] Subaudi turba. [videte & cauete.] Videte, mētis est. cauete executionis. [Ab omni auaritia.] Superfluit omni. Quia non in abundantia cuiusquam vita eius est ex ijs quę possidet. Ordo literæ est. quia vita eius nō est in abundantia cuiusquam ex ijs quæ possidet. Et est sensus. quia vita hominis corporalis non est, in facultate abundantiæ cuiuscūque rei possessæ [Dixit autem similitudinem ad illos.] clare monstrantem prædictum sensum. vniuersa enim hæc parabola manifestat quod quantuncunque res abundent, non tamen sufficiunt ad seruandam vitam, sed cum summa abundantia, repentina accidit mors. [Dicens. Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit: & cogitabat intra se dicens. quid faciam quod non habeo quo congregem fructus meos. Et dixit hoc faciam destruam horrea mea, & maiora faciam: & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi & bona mea: & dicam animæ meæ anima habes multa bona posita in annos plurimos.] ꝑ, multos, [requiesce, comede, bibe, epulare.] pro, lętare. [Dixit autem illi deus.] Dicere dei, facere est: ac per hoc initia repentinæ mortis facta, sunt dicere dei: quoniam ferunt secum subiunctam increpationem, & propterea tanquam locutio dei inducitur. [Stulte.] pro, imprudens. Ecce significata increpatio. Et vere imprudens: quia non prouidit sibi de necessarijs ad salutem animæ. [Hac nocte.] Ecce mors repente inopinata. [Animam tuam repetunt à te.] ministri diuinæ iustitiæ exigunt à te animam tuam velut depositam apud te. Non dicit hac nocte morieris (quod significat finem vitæ) sed animam tuam à te repetunt, quod significat requirere & cogere ad reddendam animam tuam immortalem, ad standū iuri. Significatur enim clare per hoc status alteri⁹ post corporis

poris mortem vitæ: pro qua iſte nihil ſibi prouideat. [Quæ autem parasti.] pro præſenti vita, [cuius erũt.] pro, cui erunt? Tibi enim non erunt vtilia, cui ergo præparasti? Et propterea vndique imprudenter egisti. [Sic eſt.] Vniuerſale infert ex parabola documentum. [Qui ſibi theſaurizat, & non eſt in deum diues.] Non damnat theſaurizantem ſibiipſi, niſi ſimul adiunctam habeat alteram conditionem ſcilicet non eſſe diuitem in deum ad differentiam eorum qui theſaurizant ſibi, & cum hoc ſunt diuites in deum. hoc eſt vtuntur diuitijs ſuis ad ea quæ dei ſunt. Qui enim vtrunque facit, expers eſt huius damnationis. Poſſunt ſiquidem homines licitè & ſibi & filijs theſaurizare, dummodo vtantur etiã diuitijs ſuis in ijs quæ dei ſunt: paſcendo pauperes Chriſti, & reliqua quæ pietatis ac religionis ſunt exequendo. Qui autem ſibi tãtum theſaurizat, ſimilis eſt diuiti hic deſcripto. [Dixitque ad diſcipulos ſuos.] Præcedens ſermo de auaritia vitanda communis fuit turbæ: ſubſequens autem ad diſcipulos dirigitur: quos ad profeſsionem perfectionis vitæ vocauerat. [Ideo dico vobis.] Proportionaliter doctrina ſubſequens reſpicit diſcipulos, ſicut doctrina præcedens reſpicit communiter homines, & propterea dixit ideo dico vobis diſcipulis. [Nolite ſoliciti eſſe animæ veſtræ quid manducetis: neque corpori quid induamini. Anima plus eſt quam eſca: & corpus plus quã veſtimentũ.] Doctrina hæc declarata eſt Matthæi. 6. Vnde hic tantũ diſtinguẽtur rationes Prima itaque ratio ſumitur ex eo quod deus prouidit de maiori (ſcilicet de anima & de corpore) ſine veſtra ſolicitudine. [Conſiderate coruos quia nõ ſeminãt neque metũt, quibus non eſt cellariũ.] pro, penu, [neque horreũ: & deꝰ paſcit illos. Quãto magis vos pluris eſtis illis.] pro, volucribus? Secunda ſumitur ex parte auiũ clara. [Quis autẽ veſtũ cogitãdo.] p, ſolicitudine, [poteſt adijcere ad ſtaturã ſuã cubitum vnũ? Si ergo neque quod minimũ eſt poteſtis, quid de cęteris ſoliciti eſtis?] Tertia ratio ex impotentia ſolicitudinis ad augẽdum ſtaturam ſumitur. [Conſiderate lilia quomodo creſcunt. non laborant neque nent. Dico autẽ vobis, quod nec Salomõ in omni gloria ſua veſtiebat ſicut vnũ ex iſtis. Si autem fœnũ] pro, herbã, [quæ hodie eſt in agro & cras in clibanũ mittitur, deus ſic veſtit, quanto magis vos puſillę fidei?] Quarta ratio ex floribus ſumitur. [& vos nolite quęrere.] pro, ne quęrite Superiꝰ internã anxietatẽ prohibuerat, dicendo ne ſoliciti ſitis: modo exteriorem inquiſitionem prohibet. Sed de voluntaria vt diſtinguitur contra neceſſariam inquiſitionem eſt ſermo hoc eſt de quærere ex appetitu,

non

non ex rectę rationis iudicio. nam ſoli actus à virtute deuij, ſub prohibitione communi omnibus Chriſti diſcipulis comprehenduntur. [Quid manducetis aut quid bibatis.] Parui refert quale futurũ ſit. ſed quo ad rem poteſt intelligi & de cibo & potu abſolute (vt paulo ſuperius, quid manducetis) & de ſpecie cibi & potus ita quòd ſpecies cibi prohibeatur dicẽdo quid comederitis, & ſpecies potus dicendo quid biberitis. Ita ꝙ prohibetur diſcipulis per hoc mandatum, vt voluntatem ſuam non flectant ad quærendum ſpeciem cibi quem appetũt, aut quam appetũt ſpeciem potus. Decet enim valde Chriſti diſcipulos conſentire huiuſmodi appetitionibus: & multo magis dedecet quærere, niſi ægritudinis neceſsitas cogat. [Et nolite in ſublime tolli.] pro, ne in ſublime tollã mini. Græca dictio interpretata ſublime, ſignificat ea que ſunt in nubib⁹, ſeu in ſublimi aeris regione, propter quod exiſtimatur inferi hic præceptũ ne diſcipuli curent de ijs, quæ ſupra nos fiũt impreſsionibus in aere. Magis tamen ad contextũ & propoſitũ materiæ ſpectat præcipi hic vt quũ hæc omnia ſeruauerint & laudati plurimum fuerint, tanquã ſublimiorẽ vitam ducentes, non cõſentiant ſe tolli in ſublime. Nec ſolus conſenſus ſed etiam occaſio prohibetur: ne. ſ. occaſionem dent vt in ſublime tollantur opinionibus & laudibus humanis: iuxta illud Pauli. parco autem ne quis me exiſtimet ſupra id quod videt in me aut audit aliquid ex me. 2. ad Cor. 12 [Hęc enim omnia gẽtes mundi quærũt.] Quinta ratio ex differentia inter ipſos & ethnicos ſumitur. [Pater autem veſter ſcit quoniã his indigetis.] Sexta ratio ſumitur ex patris ſcientia. In qua ratione nota ſingula. ſ. indigentiã noſtram & ſcientiam dei & paternitatẽ: in qua clauditur amor & cura prouidendi filijs de ijs quibus indigent. Et hæc ſola ratio ſufficit ad confitendum de diuina prouiſione illis filijs qui contenti ſunt ijs quibus indigent: quales vult Ieſus ſuos eſſe diſcipulos. [Verũtamẽ quærite primũ.] Superfluit primũ, [regnum dei & iuſtitiam eius.] Superfluit & iuſtitiã eius. Ita quod legendũ eſt [quærite regnum dei, & hæc omnia adijcientur vobis.] Septima ratio ſumitur ex eo ꝙ tãquam adiectitia bona temporalia dantur à deo quærentibus nõ quæ ſua ſunt ſed quæ dei ſunt: quærentibus: quòd deus regnet per fidẽ ſpẽ & charitatem hic in hominibus, & per gloriam demum in futura vita in eiſdem. hoc eſt enim regnũ dei quęrere [Nolite timere puſillus grex.] pro, parue gregule. Ardua dederat mandata: & propterea radicem quærendi huiuſmodi bona temporalia eradicare volens adiungit nolite timere mali aliquid ex non ſolicitudine

& inquisitione temporalium. Et describit eos à paucitate numeri, vnde timendum magis illis erat. Acsi apertius diceret, non obstante quòd sitis tam pauci, nolite tamẽ timere. [Quia complacuit patri vestro dare vobis regnũ.] Magna ratio excludendi timoris: ex hoc quòd complacuit patri dare vobis nõ parua aliqua aut diuitias magnas, sed regnum cõprehendens omnia bona. [Vendite quæ possidetis & date eleemosynam.] Ad perfectionem discipulis cõgruam spectat mandatum hoc. hinc enim discipuli post pentecostem vendebant agros, & precium ponebat ad pedes apostolorum pro eleemosyna distribuenda. [Facite vobis sacculos qui nõ veterascũt, thesaurum non deficientem in cœlis.] Fructus eleemosynę describitur ad similitudinem recondentiũ pecuniam in sacculis & congregantium thesaurum. Iuxta has enim similitudines meliores describit sacculos: quia sacculi pecuniarum consumuntur, eleemosynarũ vero non veterascunt. & similiter thesaurus terrestris deficiens est: thesaurus autem eleemosynarum indeficiens: quia tam sacculi quàm thesaurus eleemosynarum in cœlis fiunt. [Quo fur non appropriat, neque tinea corrũpit.] Prosequitur cõtrarias conditiones ad terrestria. Quæ enim hic reconduntur, aut à tinea læduntur aut furẽ timent. Per quæ duo, internæ & externæ omnes causæ damni significantur: per tineam internæ, per furem externę. neutræ autem contra recondita in cœlis militant. [Vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit] Ratio quare gratus est deo descriptus neglectus temporalium propter cœlestia subiungitur, non ex parte rerum sed ex parte affectus quia cor comitatur thesaurum. Ita quòd locus thesauri trahit ad se cor. hinc enim fit vt thesaurizantes in terra, habeant cor affectum terrenis: & thesaurizantes in cœlis, habeant cor affectum cœlestibus. vbi enim res amata, ibi est cor amantis. [Sint lũbi vestri præcincti.] Adiungit parabolam declaratiuam quales esse debemus respectu cœlestium & præparatione lumborum. Si ad iter tenderet parabola, præcinctio lumborum apte describeretur: sed quum ad expectationem domini redeuntis à nuptijs parabola tendat, præparatio lumborum non pro similitudine sed pro significato præposita est. Significatur enim ad literam præparatio corporalium officiorum: vt scilicet sint ad corporalia officia præparati. A præcinctione autem lumborum huiusmodi præparatio describitur: quantum ad metaphoram quidem, quia præcinctio lumborum vltimum est inter spectantia ad induendum hominem promptum ad officia corporalia. Tanquam si dixisset, sitis induti,

indaci, ita quòd etiam sint lumbi vestri præcincti. Nocturno enim tempore (de quo loquitur) solemus nos exuere: & nec lumbos præcinctos nec etiam indumenta habere. ¶ Quod ad significatum vero quia maximum impedimentum præstant venerea exercitia quæ in lumbis vigent, ideo à præparatione circa principale officium corporale, describit præparationem ad vniuersa corporalia officia: qualia sunt comedere, bibere, & reliqua exercitia corporalia. [Et lucernę ardẽtes in manibus vestris.] Superfluit in manibus vestris. Quantum ad parabolam, nocturnum tempus descriptum quo expectatur dominus reuersurus à nuptijs, exigit lucernas accensas ne in tenebris offendantur aduenientę domino. Quantum vero ad sensum parabolæ lucernæ (quę vasa lucis sunt) partes cognoscitiuæ sunt: quæ tunc sunt accensæ, quum claritate fulgent scientiæ eorum quæ spectant ad salutem. [Et vos.] Nõ sufficit vobis præparata habere tam spectantia ad corporalia officia quàm spectantia ad intellectum & scientiam salutis (hæ enim sunt partes quędam) sed oportet vos qui estis velut totum esse paratos, secũdum enim partem affectiuam appellauit vos: quoniam in illa consistit salus. [Similes hominibus expectantibus dominũ suum quando reuertatur à nuptijs, vt quum venerit & pulsauerit cõfestim aperiant ei.] Ex similitudine ad expectantes tales, tria significantur. Primo vigilantia: deinde desiderium aduentus domini: & tertio intentum, scilicet confestim aperire. Homines enim expectantes, oportet primum vigilare. & quoniam expectant redeuntem á nuptijs, iucundum ac lætum dominum expectant: ac per hoc ipsi quoque læti & cupidi talis aduentus expectant. tertium autem manifeste in litera scribitur. ¶ Vbi si collegeris hæc, videbis mandari discipulis vt expediti quo ad ea quæ sunt carnis & sulti scientia salutis læti expectent Iesum redeuntem à cœlestibus nuptijs ad domum animarum suarum: vt quum venerit circa tempus mortis, & pulsauerit, ægritudine, tormento siue repentino interitu confestim aperiant ei, hoc est confestim ianuis corporis apertis in animabus suis puris gaudeant recipere illum. Et vere qui sic expectant, nõ timent aperire, nõ timent absque quocũque velamine quæ sunt in animabus suis deo patefacere. [Beati serui illi.] Vere beati. [quos quum venerit dominus.] Quantũ ad parabolam, non eget expositione. quantum ad sensum, iam dictum est quòd de aduentu mortis tempore est sermo. [Inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere.] Ad parabolam spectant hæc officia domini erga seruos

vigilantes. Ita quòd rationem beatitudinis assignat quia dominus eorum præcinget se (præparando seipsum ad ministrandum illis) & faciet illos discumbere tanquam dominos. [Et transiens ministrabit illis.] Quantum ad parabolam spectat, ministrare transeundo dicitur, ad differentiam fixorum ad ministrandum. Describitur enim dominus tanquàm superintendens ministerio quod fit transeundo de mensa ad mensam, ne aliquid alicui desit. Quantum vero ad sensum intentum, significatur æternũ conuiuium in quo discumbent electi: ad quod ipse Iesus se præcinxit immortalitatis corporalis gloria, & superintendens ministrat omnibus beatitudinẽ. [Et si venerit in secũda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi] Per vigilias intellige custodiarum nocturnarum tempora. Et describuntur tres tantum: quia ternarius, numerus perfectionis est, vt omnes custodię tribus cõprehendantur & ad literam parabolæ, vltra tertiam custodiam noctis non consueuit differri reditus à nuptijs. Significantur autem per has tres custodias, omnes differentiæ ætatis humanæ. & quòd in quacunque ætate inuenti fuerint vigilantes, beati sunt serui illi: vt nullus desperet qui in senectute incœperit vigilare. [Hoc autem scitote.] Adiungit parabolæ parabolam declaratiuã periculi Præcedente enim parabola declaratum est præmium seruorum vigilantium: subsequente autem declaratur damnum ac periculum non vigilantiũ. [Quoniam si sciret paterfamiliâs qua hora fur veniret, vigilaret vtiq;, & nõ sineret, perfodi domũ suã] Omnia hæc præterita imperfecta subiunctiui modi (sciret, veniret, vigilaret, sineret) præterita sunt: sciuisset, venturus fuisset, vigilasset fuisset Describitur enim perfossa domus à fure quæ perfossa non fuisset si paterfamiliâs sciuisset horam qua fur venturus fuisset. Vbi damnum ex non vigilantia ratione ignotæ horæ describitur. [Et vos estote parati.] Quod superius appellauerat vigilare, modo appellat esse paratum: ne impossibilis homini continua vigilantia præcepta intelligatur. is enim continue vigilat qui continue est paratus. [Quia qua hora non putatis] Incerta est enim mortis hora, & sæpe inopinata [Filius hominis veniet.] tum ad vniuersale iudicium, tum ad singulare cuiusque iudicium tempore mortis [Ait autẽ ei Petrus domine ad nos dicis hãc parabolam, an etiam ad omnes?] Dixerat Iesus parabolam de seruis expectantibus dominum, adiuncta altera parabola de patrefamiliâs non vigilante Petrus autem sciens se & condiscipulos electos ad officium patrisfamiliâs, dubitabat, an hæc parabola quæ

pro

pro vltima parte ſpectat ad patremfamiliâs, ſit eis propria an ſit communis omnibus. [Dixit autem dominus.] Non directe reſpõdet ad quæſtionem, ſed plus dicit quoniam inſtruit Petrum de differentia inter ipſos electos ad paſtorale officium & alios, & quo ad meritum, & quo ad præmium, & ſimiliter quo ad crimen & pœnam: ex quibus facile intelligere poſſet dictam parabolam ſecundum proportionem, communem eſſe omnibus cum differenti præmio ac pœna. [Quiſputas.] Inchoat ab ijs quæ ſunt propria paſtoribus ſeu præpoſitis. Et quoniam rari ſunt habentes omnes requiſitas conditiones, ideo dicit quiſputas (ſeu quiſnam) ſignificando raritatem. [Eſt fidelis.] vt non fallat [diſpenſator] non dominus. Officium præpoſiti à diſpenſatione nominauit. vt intelligãt prælati, officium ſuum non in agendo pro libito, ſed in diſpenſando conſiſtere. Diſpenſatio enim rationis recte diſtribuentis actio eſt. [Et prudens.] vt non fallatur. [quem conſtituit.] pro, conſtituet [dominus.] Non ipſe vſurpabit aut aſſumet diſpenſandi officium, ſed conſtituetur à domino [Super familiam ſuam] pro famulitium ſuum. Significatur enim prepoſitus ſuper minores, quãtum ad parabolam. Quantum vero ad rem tangitur neceſsitas cõſtituendi diſpenſatorem. maiores enim non egent præpoſito: quoniam ipſi ſibi ſunt lex, ſed imperfecti & minus boni ſimiles famulitio egent curatore. [Vt det illis.] Ecce quorſum ſuperior conſtituitur, non vt accipiat ab illis, ſed vt det illis. Dare enim ſpiritualia officium eſt propter quod directe inſtituta eſt à Chriſto ſuperioritas in eccleſia: accipere autem temporalia introductum eſt tanquam quiddam conſequens. vnde & hic coniunctio cauſalis apponitur, dicendo vt det illis. [In tempore] congruo. [tritici menſuram.] Dictio Græca compoſita dicitur non à tritico, ſed à frumẽto & mẽſura ſeu à cibo & menſura. Propter quod interpretes non omnino conueniunt: ſed alij à cibo & menſura intelligentes interpretantur demenſum: alij frumenti menſuram. Magis tamen quadrat legere demenſum nam hoc nomine proprie ſignificatur id quod ſeruis dabatur pro alimento: & vt aiunt menſibus ſingulis. Quod quia quædam menſura erat frumenti, ideo neutra lectio abijcienda videtur. Intentus tamen ſenſus clarus eſt: quoniam ſignificatur commenſuratus famulis cibus. Debent enim præpoſiti doctrinam, correctionẽ, curá nque adhibere iuxta proportionem ſubditorum: iuxta quod ſcriptum eſt ego dominus docens te vtilia. [Beatus ille ſeruus quẽ cũ venerit dñs.] Deſcripto bono diſpenſatore, ſubditur eius præmium. deſcribendo eũ beatum

tum,in re,tunc quum venerit dominus mortis tempore [Inuenerit ita facientem.]Non quòd ita fecerit,sed quòd ita perseueret faciendo:hoc est cum prædictis conditionibus pascentem Christi famulos minimos.[Vere dico vobis,quod super omnia quæ possidet constituet illum.] Vide disparitatem præmij præparati ad confestim aperiendum. Discumbunt enim & superintendente domino præcincto ministratur illis fidelis autem & prudens dispensator constituitur in alia vita super omnia quæ dominus possidet. Et vere super omnia constituitur, non solum quoniam omnia in bonum illius cedunt(quod commune est omnibus electis)sed speciale quoddam gaudium superioritatis recte administratæ habebunt tanquam constituti etiam in cœlis superiores super res domini.Describit enim Christus spiritualia illa præmia à similitudine sensibilium quæ nouimus.[Quod si dixerit seruus ille in corde suo.]Declaratis merito & præmio boni dispẽsatoris, subiiciuntur crimina cum pœna mali dispensatoris. Seruus enim ille est qui cõstitutus est super familitium. [Moram facit dominus meus venire.]Ex mora domini ad iudicandum & puniendum,licentiã accipiunt prælati male operandi. [Et cœperit percutere seruos & ancillas.]Ecce crimen iræ & iniustitiæ.in quo intellige omne crimen in proximos [Et comedere & bibere,& inebriari.] Ecce crimen gulæ in quo intellige omne crimen in seipsum cuiuscunque intemperantiæ [Veniet,] Per mortem illius ignotam quo ad diem & horam [Dominus serui illius in die qua non sperat,& hora qua nescit Et diuidet.]pro,dissecabit [eum.]Significatur enim quòd scindet eum in duas partes:in animam scilicet & corpus seorsum.quòd constat fieri per mortem.[Partemque eius.]Miserũ statũ parte eius appellat:quoniã ex toto vniuerso miseria est pars ei debita ex propriis meritis.[Cum infidelibus ponet.] quorũ dãnatio manifesta est Et merito quoniã infidus fuit domino suo.[Ille autem seruus,qui cognouit voluntatem domini sui,& nõ se præparauit,& non fecit secundũ volũtatem eius,vapulabit multis qui autẽ nõ cognouit,& fecit digna plagis,vapulabit paucis.]Hactenus respondit Petro quid propriũ est ipsis ascitisin dispensatores: modo subiungit quod modo commune est vnicuique secundum proportionem suam , secundum differentiam scientiæ & ignorãtię Docet enim quòd duorum malefacientium,quorũ alter cognouit voluntatem domini sui & alter non,plus punietur sciẽs quàm ignorans.Quod intellige cæteris paribus.Et sentẽtia clara est in litera.[Omni autem cui multũ datum est,multum quęretur ab eo,&

cui

cui commendauerunt multum, plus petent ab eo.] Vniuerſalior ratio dicti redditur. Dico autem vniuerſalior: quoniam extenditur doctrina hæc non ſolum ad donum ſcientiæ, ſed ad quodcunque donum. Et explicatur tum in datis qualia ſunt quæ naturalia dicimus dona tum in commendatis: qualia ſunt adiecta dona, ſiue gratiarum quæ dicuntur gratis datæ, ſiue poteſtatum ſeu officiorum, ſiue etiam bonorum temporalium. Cui enim multum datum eſt donorum naturalium, multum quæretur ab eo: & per oppoſitum cui parum datum eſt, parum quæretur ab eo. Et ſimiliter cui commendauerunt multum (ſiue bonorum exteriorum ſiue bonorum interiorum) multum etiam petent ab eo. Hæc enim ſunt quę ſunt communia omnibus [Ignem veni mittere in terrã.] Parabola hęc declaratiua eſt officij ei⁹ ſcilicet ipſius CHRISTI officio ſiquidem diſcipulorum par eſt, vt adiungat officium proprium magiſter. Et ſignificatur ſimilitudine ignis amor ſpiritus ſancti, quem ipſe attulit mundo tanquam ignem arſurum in cordibus humanis. [Et quid volo niſi vt accendatur.] pro, & quid volo ſi iam accenſus eſt? Et eſt ſermo imperfectus. relinquens ſubintelligendum quid ipſe deſiderat ex quo iam accenſus eſt Vnuſquiſque enim ſubintelligit quid deſiderat qui venit ad mittendum ignem quando videt iam accenſum. deſiderat enim vt creſcat, & extendatur. accenſio enim eſt principium, & proculdubio deſiderat complementum. Significatur autem per hoc, quòd ex quo incœperat accendi ignis amoris ſpiritualis in diſcipulis, deſiderabat vt extenderetur ad vniuerſum mundum. Vbi declarat non ſolum ſuum officium, ſed fructum quem expectat mediantibus officiis diſcipulorum [Baptiſmo autem habeo baptizari.] Aliud ſuum officium Ieſus adiungit. ſignificans illud à ſimilitudine lauacri. Et Hebrææ linguæ conſuetudine deſcribit ſe abluendũ ablutione. Significatur enim hoc loquendi modo perfectio negocij de quo eſt ſermo: puta vt eſt propoſita perfecte ablutio. Significatur autem per huiuſmodi ablutionem mors eius, in qua ablutus eſt proprio ſanguine iuxta id quod aliâs filijs Zebedæi dixit. poteſtis baptizari baptiſmo quo ego baptizor? [Et quomodo coarctor donec perficiatur?] Deſiderium propriæ paſſionis & mortis ſignificatur, diuerſa tamen expoſitione. Nam vel ſignificatur affirmatiõe afflictionis: iuxta illud. ſpes quę differtur affligit animam. Et ſic affirmatur coarctatio. i. afflictio. & ſub admiratione ponitur modus quomodo: quia incredibili modo affectabat perfectionem paſſionis ſuæ. Vel ſignificatur à negatione angustiæ ſeu

constrictionis, & est sensus: & quomodo velut inuitus, seu impotens inuadere, coactor, angor, stringor? Quasi diceret, nullo modo, sed desidero absolutionē sanguinis mei perfici. ¶Et hęc expositio magis consonat, tum verbo coarctationis, amoris enim non est coarctare, sed magis dilatare. Tum similitudini lauacri: quæ ideo apposita est vt significaretur res desiderata, & quadrat vt proposita re desiderata, subiungatur tanquam manifeste consequens exclusio angustiæ animi donec compleatur desiderium. protenditur enim continue desiderium, & non arctatur. Tum interrogatiuo modo quo in textu hæc proponuntur. Et sensus planior est. expecto lauacrum desideratum: & quomodo interim donec perficiatur angustor? quasi dicat nullo modo consequens est vt angustet, sed vt propensior sim ad ablutionem. [Putatis quia pacem veni mittere.] pro, vt mitterem, [in terram? non dico vobis, sed separationem.] Nō significatur tertium officium Iesu, sed effectus duorum præcedentium describitur: declarando quòd effectus suæ passionis & sui ignis non erit pax mundana aut carnalis, sed separatio à carnalibus & mundanis hominibus. Et apte contra pacem posuit separationem. quia pacis est iungere. [Erunt enim ex hoc.] Deest. nunc. Significatur enim tempus euangelicæ doctrinæ. [Quinque in domo vna diuisi tres in duos, & duo in tres.] Imparitatē vtrinque significauit: quandoque enim duo conuertentur, & tres contra illos insurgent. quandoque autem tres conuertētur, & duo contra illos insurgent. [Diuidentur.] pro, Diuidetur. Constituitur enim hoc verbum cum sequentibus: legendo. [Diuidetur pater in filium, & filius in patrem suū mater in filiā & filia in matrem: socrus in nurum suam, & nurus in socrum suā Dicebat aūt & ad turbas.] Subiuncta verba indicāt, quòd turbas alloquitur ratione hominū peritorum. [Quum videritis nubem orientē ab occasu, statim dicitis nimbus.] pro, imber, [venit & ita fiet.] pro, fit. [& quum austrum flantem, dicitis quia æstus erit & fit. Hypocritę faciem cœli & terræ nostis probare.] Hic apparet quòd non ex ignorantia, sed ex malo affectu peccabant. arguuntur enim quòd quum sciant prognostica tam pluuiæ quàm æstus cognoscere ex apparentibus in aere nubibus, & in terra vento, nosse quoque deberent aduentus eius tēpus, Et propterea subdit. [Hoc autem tempus quomodo non probatis?] Id est, præsens aduentus mei messiæ tēpus quo pacto deseritis certis argumentis immò manifestis indicijs cognoscere? Et arguit eos ab euidētioribus. manifestiora enim & certiora signa habebant, quòd hoc esset tēpus aduentus messiæ,

quam

quàm quòd nubes oriens ab occaſu ſignificaret pluuiam. Et propterea ex hypocriſi eorum prouenicbat, q̃ hoc nolebant cognoſcere. [Quid autem & à vobiſipſis.] pro, cur autem & ex vobiſipſis, [non iudicatis quod iuſtum eſt?] Cæcitatem electionis maiorẽ in iſtis peritis ſubiungit. Dixerat increpatiue quomodo ſigna temporis huius non probatis, qui ſigna temporis pluuiæ & æſtus probatis? Peius quid modo ſubiungit, cur non ex internis veſtris iudicatis quod iuſtum eſt? longe ſiquidem peius eſt habere apud ſe intus exemplaria & errare, quàm errare circa cognitionem pendentem ab exterioribus ſignis. Habem⁹ enim apud nos ſyndereſim & virtutum ſemina, naturæ iura, ex quibus debemus quod iuſtum eſt iudicare: à quorum ſequela nullus poteſt ſe excuſare. Et propterea arguẽdo, quod etiam in moribus errabant hypochrytæ iſti dicit. cur non ex vobiſmetipſis (hoc eſt ex ijs quæ intus habetis virtutum ſeminibus ac principijs) quod iuſtum eſt iudicatis? Acſi aperte diceret non eſt mirum ſi hypocriſis veſtra abducit vos à probatione temporis aduentus mei: quum ipſamet abducat vos à iuſto iudicio circa moralia, & ea quæ ſunt ad proximum quorum tamen rationem habetis intus [Quum autem vadis.] pro, quum enim vadis. Sequens ſiquidem parabola ſignificatur ſpectans ad præcedentia. Vbi aduerte & diſcerne, quòd hæc parabola ſubiuncta ſcribitur etiam Matthæi quinto, ſed ibi affertur ad materiam iræ & præcepti non occides: hic autem affertur ad materiam longe alienam. Et quantum contextus inſinuat, affertur ad materiam litis inter ſtimulum rationis & malum affectum. præcedens ſiquidem ſermo increpat hypocritas peritos, quòd habentes euidentia ſigna temporis meſiæ non curant examinare illa: & ſimiliter habentes in ſeipſis rationes iuſtitiæ moralis, non ſequuntur illas, ac per hoc ſignificat litem inter rationem (tum naturalem, tum euidentium ſignorũm aduentus Chriſti) ex vna parte, & malum affectũ hypochritarum ex altera parte. Et propterea ſubiungit benignus magiſter optimum conſilium per parabolam euntis cum aduerſario in via. Et parabola quidẽ clara eſt: & in propoſito applicatur ad hominem cuius affectus, cuius electio atque operatio contrariatur rationi. Ita quòd aduerſarij nomine intelligitur ſyndereſis: quæ continue aduerſatur mordendo, ſtimulando animum praue agentis, præcipue extantibus in promptu rationibus malæ actionis vt patet contigiſſe iſtis. Propter quod ſignificantius deſcribitur ire ſimul cum illo in via: quoniam eſt individua comes remordens ratio, ſtimulánſque conſcientia. [Cum aduerſa-

rio

rio tuo ad principem.]hoc est ad magistratum,ad habentem officium iudicis.[In via da operam liberari.]pro,vt libereris, [ab illo.]Optimum ac solum consilium est,vt dum es in via huius vitæ libereris à conscientiæ remorsu [Ne forte.] Sub dubio euentus futurus significatur:quia etsi non ex tua cautela,ex diuina tamen gratia posset euenire contrarium.[Trahat te ad iudicem: & iudex tradat te exactori.] pœnarum:qui diabolus est minister diuinæ iustitiæ[& exactor mittat te in carcerem.Dico tibi,nõ exies inde donec etiã nouissimũ minutum reddas.]Aduerbiũ donec determinat tempus careeris coæuũ tempori non solutionis & nõ determinat certum tempus:ac per hoc si nunquam soluis,nunquam exibis de carcere:& quia in inferno nunquam soluitur, ideo nunquam carcer finitur.Oportuit autem sic significari hoc in loco perpetuũ inferni carcerem,propter parabolam de lite,quæ terminatur ad carcerem donec soluatur vniuersum debitum vsque ad minima.

CAPVT XIII.

A Derant autem quidem ipso in tempore nunciãtes illi de Galilæis.]Nihil certi inuenio de causa quare isti Galilæi occisi fuerint à Pilato.[Quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificijs eorum.] Incertum est an de legitimis sacrificijs in Hierusalem ad quæ offerenda venerant isti Galilęi,an de proprijs eorum sacrificijs extra templum domini,sit sermo.Admixtio enim sanguinis proprijs cũ sacrificijs eorum, significat quòd inter sacrificandum occisi sunt. [Et respondens dixit illis.] Occasione sumpta ex facto nunciato, prædicit eis similem futuram eis ruinam nisi pœnitentiam agant. [Putatis quod hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint,quia talia passi sunt.Nõ dico vobis.]Declarat primo quòd tam horrida mors non accidit Galilęis illis ex hoc,quòd peccauerint magis quàm alij Galilæi.Ita quòd non excusat eos à peccato, sed à maiore peccato. vt discant posse quoque sibi simile euenire. [Sed nisi pœnitẽtiam habueritis.]pro,egeritis.seu (vt alijs placet) nisi resipueritis.[Omnes similiter peribitis.] Pœnitentiam eis necessariam demonstrat ad euadendum à simili interitu.Vnde appareat,quòd alloquitur istos in persona populi Hebręi: quorum similis fuit interitus,ex quo nõ resipuerunt infra quadraginta annos. nam fuerunt in solennitate Paschali à Romanorum exercitu interempti [Sicut.]pro,aut,[illi decem & octo.]Exemplo Galilæorum

rum adiungit exemplum Hierosolymitanorum [Supra]pro,super,[quos cecidit turris in Siloa,& occidit eos.] Natatoria Siloe constat fuisse in Hierusalem: historia autem huius casus tantũ hic scripta apparet. vnde nescitur modus: modernus tamen casus tunc fuisse videtur [Putatis.] Similem sententiam subiungit,referendo illos decem & octo ad reliquos habitantes in Hierusalem: & eandem ruinam prædicit. Vnde & ipsa repetitio, signum firmitatis est, quòd euenient eis similis interitus, quod rei probauit euentus. [Quia & ipsi debitores fuerint præter omnes homines habitantes.] pro,præ omnibus hominibus habitantibus [In Hierusalem?]Nõ dicit qui habitauerunt. hinc enim apparet quòd modernus erat tunc casus turris.[Non dico vobis: sed si pœnitentiam non habueritis.] pro, non egeritis, seu nisi resipueritis.

[Omnes similiter peribitis. Dicebat autem & hanc similitudinem.] Adiungit parabolam declaratiuam pœnæ nisi pœnitentiam agant. [Arborem fici.] Parabola clara est. Sensus autem intentus est explicare futurum excidium Iudæorum post expectationem tanti temporis ad fructificandum deo, qui tamen fructum non produxerunt. Vnde per ficum cultum diuinum in sacrificijs & cæremonijs legis significat. [Habebat quidam plantatam in vinea sua.] Vinea domini sabaoth, domus Israël est apud Esaiam: in qua plantatus est diuinus cultus. [Et venit] personaliter ille quidam innominatus verus deus innominabilis [Quærens fructum in illa.] Ad hoc enim venit Iesus, vt quæreret fructum in Iudæis cultoribus dei. [Et non inuenit] quoniam populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. [Dixit autem ad cultorem vineæ.] Michael archãgelus (qui Danielis decimo, præpositus est populo Iudæorũ) nomine cultoris vineæ, cõgrue intelligitur. [Ecce anni tres sunt ex quo venio quærens fructum in ficulnea.] pro, ficu, [hac, & non inuenio.] Vniuersum expectationis tempus perfectum iam esse, trinario annorum numero significat. Et cõgrue in ficulnea tres anni absque fructu, perficiunt tempus expectationis. [Succide ergo illã.] Meritũ Iudaici populi significatur præcepto succidendi: hoc est iã meretur succidi, & exterminari cultus iste. [Vt quid etiam terrã occupat.] pro, onerat. Significatur enim quòd ad onus est terræ, suggens illam, & tamẽ fructum non reddens. Et vere non solum cultores templi, sed Iudæi habitantes in terra promissionis, suggebant bona temporalia terræ dei. & fructum bonorum operum nõ reddendo tanquam onera erant terræ. [At ille respondens dixit] pro, dicit, [ille.]

Michael

Michael archangelus intercedit pro populo, petens adhuc ſpatiũ fructum ferendi. [Domine dimitte illam & hoc anno] Spatium quadraginta annorum hoc anno ſignificatur. [Vſque dum fodiam circum illam & mittam ſtercora.] pro, ſimum. Non enim ſignificãtur excrementa animalium, ſed ſimus: hoc eſt lætamen. Et ad literam ſignificatur per foſsionem & ſtercorationem adhibitio omnium opportunorum & quæ accommoda ſunt ad hoc vt arbor fructificet. Et vere infra illud quadraginta annorum ſpatium miſſo ſpiritu ſancto prædicauerunt Apoſtoli, facta ſunt tot miracula in populo illo, vt nihil prætermiſſum ſit eorum quæ ad prouocandum populum illum ad ferendum fructum bonorum operum, ſpectarent, & tamen multos Apoſtolos occiderunt, & eccleſiam Chriſti perſecuti ſunt. [Et ſi quidem fecerit fructum.] Defectiua locutio eſt, & ſubauditur, non eſt ſuccidenda. Si enim fructum boni operis Iudæa reddidiſſet, non fuiſſet per Romanum exercitum ſucciſa & exterminata. [Sin autem.] pro, ſin minus, [in futurum ſuccides eam.] Et ita euenit quòd infructuoſa ſucciſa eſt. [Erat autẽ docens in ſynagoga.] pro, in vna ſynagogarum, [eorũ ſabbatis.] hoc eſt die ſeptimo, qui ſemper eſt ſabbatũ. & ideo pluraliter ſignificatur. [Et ecce mulier quæ habebat ſpiritũ infirmitatis.] Significatur infirmitatis cauſa malignus ſpiritus. [Annis decem & octo, & erat inclinata.] pro, deflexa. [nec omnino poterat ſurſũ reſpicere.] pro, reflecti. Significatur enim diſpoſitio corporis huius mulieris, talis quod erat ex toto corpore deflexa verſus terrã ita quòd nõ poterat reflecti, hoc eſt illum geſtum corporis habere quo vtuntur ſurſum aſpicientes. [Quam quum videret Ieſus, vocauit eam ad ſe: & ait illi, Mulier dimiſſa es ab infirmitate tua. Et impoſuit illi manus.] Hoc eſt q̃ offẽdit archiſynagogũ hypocritã. [Et confeſtim erecta eſt: & glorificabat deũ. Reſpondẽs autẽ archyſynagog⁹.] Reſpõdere dicit archiſynagog⁹ ad factũ Ieſu. [Indignans quia ſabbato curaſſet Ieſ⁹, dicebat turbę Sex dies ſunt in quibus oportet operari.] Hinc apparet quod dies ſeptim⁹ erat [In ijs ergo venite & curamini, & nõ in die ſabbati. Reſpõdẽs autẽ ad illũ dominus, dixit Hypocrita.] ſub verbis religionis diuina opera arguẽs, ſub prętextu obſeruatiõis legis auertẽs populũ à veta fide. [Vnuſquiſque veſtrũ ſabbato nõ ſoluit bouẽ ſuũ aut aſinum a pręſepio, & ducit adaquare.] pro, aquatũ? [Hãc autẽ filiã Abrahæ quã alligauit ſatanas ecce decẽ & octo annis.] Hinc clarẽ apparet ægritudinem mulieris à dęmone fuiſſe [Nõ oportuit ſolui a vinculo iſto, die ſabbati? Et quũ hæc diceret, erubeſcebãt oẽs aduerſarij

aduersarij eius: & omnis populus.]pro,turba,[gaudebat in vniuersis quę glorioſe fiebãt ab eo. Dicebat ergo.]pro,aũt.[Cui ſimile eſt regnũ dei: & cui ſimile ęſtimabo.]p,faciã,[illud?]Duę ſubiũgũtur parabolę.altera de grano ſynapis.altera de fermẽto abſcondito. Quarũ expoſitiones vide Matth.13.[Simile eſt grano ſynapis.quod acceptũ homo miſit in hortũ ſuũ:& creuit, & factũ ẽ in arborẽ magnã: & volucres cœli requieuerunt.]pro,nidificaueruũt,[in ramis eius Et iterũ dixit cui ſimile æſtimabo.]pro,faciã,[regnũ dei? Simile eſt fermẽto quod acceptũ mulier abſcondit in farinę ſatta tria, donec fermentatũ eſt totũ. Et ibat per ciuitates & caſtella docens,& iter faciens in Hieruſalẽ. Ait aũt illi quidã, Domine ſi.]p,an,[pauci ſunt qui ſaluant. Ipſe autẽ dixit ad illos,Cõtẽdite.]pro,certate,[intrare per anguſtã portã]Quærenti an pauci ſint qui ſaluantur, reſpondet Ieſus vt adnitantur omni conatu ingredi per anguſtam portam. ex anguſtia portæ ſignificans paucos eſſe qui ſaluantur. Et appellatur anguſta porta via virtutis media inter extrema vitia. extrema ſiquidẽ ſphæræ ſeu circuli, lata & ſpatioſa ſunt, mediũ autẽ anguſtũ. ſic enim ſe habet virt⁹ ad vitia. Et ſignificantius dicit certate: vt feſtinẽt quodãmodo alter alterũ præuenire,dum tempus eſt introcundi. [Quia multi(dico vobis) quærent intrare,& non poterunt.]Ecce ratio feſtinandi,quia multi quærent intrare & non poterunt. Illi deſcribuntur qui non ſuper opus ſed fidem, exteriores cærimonias & verba,fundant merita ſua. his enim meritis quęrent in fine vitę intrare in ſalutem,& non poterunt.[Quum autem intrauerit.]pro,ex quo vtique ſurrexerit,[paterfamiliãs.]Per hanc parabolam ſignificatur tempus ſecundi aduentus. Ieſus enim paterfamiliãs totius domus eccleſiæ, ſedet modo à dextris dei, velut expectans in domo ingredientes per anguſtam portam. Et propterea durante iſta ſeſsione, durante expectatione, adnitendum nobis eſt & feſtinandum vt ingrediamur quia quum ſurget ad iudicandum. [Et clauſerit oſtium.] Simul ſurgit & claudit oſtium: quia quando tempus tam iudicij vniuerſalis quam iudicij ſingularis aduenit, claudit oſtium gratiæ. [Et incipietis foris ſtare.] Qui ante clauſum oſtium gratiæ per bona opera ingreſsi ſunt, inueniuntur intus in regno cœlorum, in domo Chriſti: qui autem vſque ad illud tunc diſtulerunt pœnitentiam veram, incipient foris ſtare. hoc eſt incipient cognoſcere quod ſtant foris extra domũ dei: vel incipient ſe habere ſicut foris ſtantes qui hactenus non exiſtimabant ſe foris remanſuros,ſed cum aliis communiter progredi.[Et pulſate oſtiũ.]

precibus

præcibus. [dicentes, Domine.] Deest repetitio. Legendum est [Domine domine aperi nobis.] Confidentia in pfessione fidei & exterioris cultus diuini per hoc significat. [Et respõdens dicet vobis.] Paterfamilias Iesus respondebit in iudicio: respondet quotidie huiusmodi impœnitentibus. [Nescio vos vnde sitis.] Scientia adprobationis, scientia gratiæ qua nouit electos suos, negatur respectu horũ. [Tunc incipietis dicere.] Allegatio meritorũ tanquã manifestantiũ vnde sint subiungitur. [Manducauimus corã te & bibimus.] Cultus exterior in sacrificijs iuxta morem illius temporis significatur. Sacrificantes enim manducabant & bibebant coram domino: hoc est in loco dicato ad diuinum cultum & secundũ legis ritũ. [Et in plateis nostris docuisti.] Publica professio fidei cũ publico cõuentu ad audiendũ diuinũ verbum significatur. [Et dicet vobis.] Deest dico. Legẽdũ est [Et dicet, dico vobis, nescio, vos vnde sitis.] Repetit Iesus primam responsionem firmando illã, nescio vnde sitis: quia nõ ex ipso est iniquitas ex qua sunt secundũ opera. [Discite à me.] Eijcit eos à se: hoc est à suo consortio. [Omnes operarij iniquitatis.] Hic clare apparet quod quanuis fide & cultu exteriori christiani fuerint, operibus tamẽ christiani non fuerunt. [Ibi erit fletus & stridor dentiũ.] Pœnæ inferni significantur in tristitia animi causa fletus, & in cõfusione totius corporis vsque ad stridorem dentium: vt pœna animi & corporis cõprehendatur. [Quũ videritis Abraham & Isaac & Iacob & omnes prophetas in regno dei, vos autẽ expelli foras.] Multiplicãtur pœnæ. Prima enim fuit eiectio à consortio Iesu, quæ est pœna damni. Secunda fuit fletus & stridor: hoc est pœna sensus in animo & in corpore. Tertia subiungitur, degeneres se experiri à patribus, Abraham, Isaac, &c. Et addidit hoc Iesus Iudæos alloquens, vt vel sic resipiscant: considerãdo patres suos in regno dei, seipsos autẽ expelli foras. [Et venient ab oriente & occidente, & aquilone & austro: & accumbent in regno dei.] Ad cumulum demum pœnæ adijcitur salus futura omnium nationum mundi. [Et ecce sunt nouissimi,] modo. [qui erãt.] pro, erunt, [primi.] Quum venient ab oriente & occidente &c gentiles, qui modo sunt nouissimi, erunt primi. [Et sunt primi,] modo [qui erant.] pro, erũt, [nouissimi.] hoc est & Iudæi modo sunt primi (vtpote pollentes fide & cultu diuino) qui tũc erunt nouissimi. vel quia vltimo conuertentur post plenitudinem gentium vel propter damnationem incredulorum. [In ipsa die accesserũt quidam Phariseorũ, dicentes illi.] Vt terrerent Iesum Pharisæi inimici Christi, hoc dicunt. [Exi & vade hinc.]

hinc.] Sub ſpecie charitatis volebant quod Ieſus à Galilea recederet, in qua dominabatur Herodes. [Quia Herodes vult te occidere.] Non vſquequaque mentiebantur, ſi Ioſepho creditur dicenti quod Herodes Ioannem Baptiſtam interfecit propter eius prædicationem valde gratam populo · eadem quippe (immo maior) ratio militabat contra Ieſum. [Et ait illis. ite, dicite vulpi illi.] Hinc manifeſte apparet ſimulatus animus Herodis verſus Ioannem Baptiſtam, libenter eum audiendo &c. Doloſus enim ſignificatur appellatione vulpis. [Ecce eiicio dæmonia & ſanitates perficio.] Declarat ſe Ieſus non timere interrumpi ab Herode opus ſuum. quod deſcribit ab eiectione dæmonum & collatione ſanitatum. Vbi etiam poteſtatem ſuam tantam vt ſibi timendum non ſit ab Herode, manifeſtat qui enim eijcio dæmonia, qui ſanitates confero, qua ratione timebo Herodem? [Hodie & cras & tertia die cõſummor.] Per hodie & cras & tertiam diem, vniuerſi tẽporis requiſiti ad opus ſuum perfectio ſignificatur. Acſi apertius dixiſſet ecce perficio vniuerſum tempus diffinitũ pro opere meo. Diſſentiunt autem interpretes circa dictionem conſummor. alijs legentibꝰ cõſumor per ſimplex m: alijs conſummor per duplex m in quibus etiam videtur actiue dicendum fuiſſe conſummo. Græcam ſiquidem dictionem aiunt eſſe verbum medium: quemadmodum ſunt verba communia apud nos. ¶ Poteſt itaque eſſe triplex ſenſus Primus conſummo, hoc eſt perficio, & ſignificatur quod non antè ſed completo tempore perficio ſeu abſoluo opus meum. ¶ Vel conſummor: hoc eſt perficio ſecundum omnia quæ ſcripta ſunt de me. Vnde in cruce poſitus clamauit cõſummatum eſt, & ſimiliter ſignificatur quod non antè, ſed completo tempore perficitur ſecũdum omnia ſcripta. ¶ Vel conſumor morte, & ſimiliter ſignificatur quod non antè ſed completo tempore morior. [Veruntamen oportet me hodie & cras & ſequenti die ambulare.] Quanuis non propter Herodis timorem, veruntamen oportet me hinc abire in itinere trium dierum: hoc eſt vſque Hieruſalem hoc enim ſignificatur dicendo, hodie & cras & ſequenti die ambulare. [Quia non capit.] pro, non contingit. Habet enim Græca dictio vim perſonalis. Et eſt ſenſus quod oportet prophetam perire in Hieruſalem. Ratio ſiquidem quare oportet ipſum triduanum iter verſus Hieruſalem ſubire, eſt, quia non contingit vt propheta pereat extra Hieruſalem: ac per hoc oportet me perire in Hieruſalem: Et dixit hoc, quia tanta erat iniquitas Hieroſolymitana, vt crimen occidẽdi pro-

di prophetas non permitterent alijs, sed ipsi occidebant omnes prophetas ex hoc enim consequens erat vt essent etiam occisuri Iesum dominum prophetarum,tãquam vnum ex prophetis. [prophetam perire extra Hierusalem.Hierusalem Hierusalem.] Ad maiorem exaggerationem duplicat [Quæ occidis.] pro,occidit,[prophetas,& lapidas.] pro, lapidat.Non dicit in præterito occidit & lapidauit,sed in presenti occidit & lapidat,quia perseuerat in statu occidendi & lapidandi.Et prius quidem repleta fuerat sanguine prophetarum:postea autem occidit dominum & apostolos,lapidauitque Stephanum. [Eos qui mittuntur ad te.] pro, ad se. Et explicat per hæc verba id quod dixerat scilicet non contingit prophetam perire extra Hierusalem.[Quotiens volui congregare filios tuos.] Alloquitur Hierusalem in secunda persona, & interiecta ipsamet cum relatiuo in tertia persona,prosequitur sermonem ad secundam.Sic enim iacet in textu Græco. Non est hic sermo de voluntate proprie(de qua scriptum est.omnia quæ voluit fecit) sed de velle metaphorice.Et est sensus,quotiens volui: hoc est ad similitudinem volentis me habui,mittendo prophetas,monendo, præcipiendo,comminando. Et per hoc declarat se esse verum deum:vtpote curam habentem populi & congregandi in vnitatem veræ charitatis filios Hierusalem,quæ erat caput regni. [Quemadmodum auis] pro, gallina. Anceps tamen est dictio Græca ad auem & gallinam:sed gallinæ conuenit congregare sub pennis nidi sui pullos,potius quam aliis auibus. [Nidum suum sub pennis,& noluisti.] pro,noluistis, Significat inobedientiam, crimina & obicem,quem toties Hierosolymitæ opposuerunt bono proprio. [Ecce relinquetur.] pro, relinquitur. In proximo monstrat desertionem Hierusalem & propterea vt præsentem demonstrat [Vobis] Vere post passionem Christi tunc imminẽtem relicta est domus dei Iudæis,non deo amplius fructificans, [Domus vestra.] Templũ dei nõ iam dei sed domũ eorum appellat.Vnde & velum templi in passione Christi scissum est.[Deserta. Dico autem vobis] An sermo iste dirigatur ad Hierosolymitas an communiter ad Israelitas,non clare constat. Et de Hierosolymitis quidem constat verificari hæc verba subiuncta quo ad visionẽ corporalem:quia non viderunt Iesum vsque ad diem palmarum quo dixerunt benedictus qui venit in nomine domini. Quo ad Israelitas vero verificatur de visione spirituali. Et vere dicitur q̃ nunquam videbunt eum oculis fidei,donec dicant benedictus qui venit in nomine domini. Et hic sensus videtur magis quadrare

textui

textui, dicenti tanquam quiddã ſpeciale, dico autem vobis ad preſentes enim videtur conuertere ſermonẽ, poſtquàm alloeutus fuerat Hieruſalẽ abſentem. [Quia nõ videbitis me.] oculis fidei. [donec veniat] ſupple tempus. [quum dicetis, benedictus qui venit.] Et eſt præſentis temporis venit. [In nomine domini.] Ego inquit ipſe, veni in nomine pãtris mei. Et ad literam videtur deſcribere & prædicere tempus quo Iſraelitæ poſt deſertã Hieruſalem ſuſcepturi ſunt fidem Chriſti & dicturi de Chriſto benedictus qui venit in nomine domini. Quod tempus (inquit Apoſtolus) erit tunc quum intrauerit plenitudo gentium.

CAPVT XIIII.

ET factũ eſt quũ introiſſet Ieſus in domum cuiuſdã principis Phariſæorum ſabbato manducare panẽ & ipſi obſeruabant eũ.] Phariſęi deſcribuntur obſeruantes Ieſum tum quo ad verba, tum quo ad facta, ſi in aliquo offenderet. [Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illũ.] non audens petere ſanitatem. Timebat forte offendere Phariſæos petendo curationem ſabbato præſentauit ſe tamen cõſpectui Ieſu petens facto vt ſe curaret. [Et reſpondens Ieſus.] non ad verba ſed ad obſeruationem Phariſęorũ. [Dixit ad legiſperitos & Phariſæos, dicens ſi licet ſabbato curare? At illi tacuerunt.] timentes contra ſe militare vtranque reſponſionis partem. Nam dicendo quòd licet, loquerẽtur contra ſuam obſeruationem dicendo vero quòd non licet, timebat confundi à Ieſu: vt de facto euenit [Ipſe vero apprehenſum ſanauit eũ, ac dimiſit.] Ex induſtria Ieſus manibus hydropicum apprehendendo ſanauit: vt ſtultitiam Phariſæorum ſic confutaret. [Et reſpondens ad illos.] tanquàm ſcandalizatos de corporali apprehenſione facta. [Dixit. Cuius veſtrum aſinus aut bos in puteum cadet, & non cõtinuo extrahet eum die ſabbati] Confutat eos Ieſus ab opere corporeo quod ipſimet exercebant ſabbato. quod lõge minus erat neceſſarium curatione hominis. [Et non poterant ad hæc reſpondere illi. Dicebat autem & ad inuitatos parabolam.] Hinc manifeſte apparet quòd ſequens doctrina (quæ ſecundum literam morale ſonat documentum) alio tendit quàm ad docendum morem ſeruandum circa accubitus in conuiuio [Intendens quomodo primos accubitus eligerent.] Occaſio parabolę deſcribitur attẽtio Ieſu ad modum quo eligebant primos accubitus. An autem iſte modus fuerit interior affectus, an exterius aliquod ſignum, non explicatur. [Dicens ad illos. Quũ inuitat⁹ fueris ad nuptias, nõ diſ-

cumbas in primo loco: ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo: & veniens is qui te & illū vocauit, dicat tibi, da huic locum: & tūc incipias cum rubore nouissimū locum tenere. Sed cum vocatus fueris vade, recumbe in nouissimo loco: vt quum venerit qui te inuitauit, dicat tibi, amice ascende superius. tunc erit tibi gloria coram simul discumbētibus.] Parabola satis clara est. [Quia omnis qui se exaltat humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.] Ecce quò tendit parabola, ad pœnam superbiæ & præmium humilitatis. Propriissime autem superbum describit ex proprio actu, dicendo qui se exaltat, obiectum enim superbi non est exterior gloria aut honor aut quæcunque res alia sed ipsemet. Et similiter obiectum humilis est ipsemet. Propter quod humilitatis virtus & superbiæ vitium latuerunt philosophos euangelica siquidem est virtus humilitas: & diabolicum vitium superbia. Quod enim alij laudant (hominem scilicet exaltare seipsum quantum potest) euangelica doctrina detestatur: vt latius Matthæi vigesimotertio declarauimus. [Dicebat autem & ei qui se inuitauerat.] Prius ad inuitatos, modo ad inuitantem doctrinæ beneficium dirigit [Quū facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos neque diuites.] Superfluit vltimum neque. Legendum est. [Neque vicinos diuites.] Sermo præsens non est de prandio aut cœna morali (hoc est ad morem gerendum ijs quibus conuiuitur) sed de conuiuio meritorio æternæ vitæ. Non enim prohibet Iesus consuetos tam nuptiarum quàm aliorum conuiuiorum mores (vocando fratres, cognatos, amicos &c.) sed declarat non esse hæc conuiuia ex suo genere meritoria. conuiuia autem exhibita pauperibus propter deum, esse ex suo genere meritoria æternæ vitæ. Hæc est ad literam sententia huius doctrinæ. [Ne forte.] pro, nequando, [& ipsi te reinuitēt, & fiat tibi retributio. Sed quum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, cæcos, & beatus eris.] in spe. [quia non habēt.] pro, non possunt, [retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. Hæc quum audisset quidam de simul discumbentibus, dixit illi, Beatus qui manducabit.] Pro, manducat, [panem in regno dei. At ipse dixit ei.] Occasione sumpta ex verbis simul discumbentis, affert parabolam discretiuam primo inuitatorum ad cœlestem cœnā ab alijs. [Vbi diligenter aduerte in hac parabola, omnes primo inuitatos describi recusantes venire hora cœnæ ad conuiuium & reprobatos: dicente patrefamiliās, nemo illorum qui vocati sunt gustabit cœnam meam. Et quantum ad

parabo-

parabolam quidem homo iſte inuitauit diuites ſeu communes ciues: quibus recuſantibus hora cœnæ venire, iuſsit vocari pauperes ac debiles & reliquos huiuſmodi, in ciuitate tamen manentes, quibus non ſufficientibus ad conuiuium, iuſsit peregrinos compelli per vias & ſepes. Quantum vero ad ſenſum parabolæ, deſcribuntur in primis inuitatis non omnes reprobi (quũ nullus deſcribatur homicida, blaſphemus, fornicarius) ſed illud reproborum genus qui humanis negocijs licitis ex ſuo genere impediuntur à cœleſti conuiuio ex inordinato affectu ad humana negocia ſeu officia licita. tales enim deſcribuntur inuitati ad cœleſte conuiuium: quia ſecundum exteriora opera nihil præ ſe ferunt indignum cœleſti beatitudine, & tamen quum hora cœnæ venit inordinatus affectus manifeſtatur Et hæc parabola directe contra Phariſæos exteriorem iuſtitiam ſectantes tendit. ¶ Vide itaque ſingula. [Homo quidam.] Ieſus eſt. [fecit cœnã magnam.] æternæ beatitudinis. [Et vocauit multos.] Multi enim ſunt vocati per fidem. [Et miſit ſeruum ſuum.] angelicũ miniſterium ad incitandum homines ad cœleſte cõuiuiũ [Hora cœnę.] Tẽpus migrandi ex hac vita ad cœleſtem patriam, hora cœnę eſt [Dicere.] pro, vt diceret. excitando eos ad amorem cœleſtis conuiuij. [Inuitatis.] hominibus bonorum operum exteriorum tantũ. [Vt venirent.] pro, venire, [quia iam parata ſunt omnia.] Temp⁹ noui teſtamenti ſignificatur in quo iam per Chriſtũ parata ſunt omnia ſpectantia ad cœleſte conuiuiũ. [Et cœperũt ſimul omnes excuſare.] pro, recuſare. Hinc apparet quòd non de omnibus inuitatis ad cœleſte cõuiuiũ, ſed de omnib⁹ huius generis tractat. nã nõ oẽs inuitati recuſant, ſed omnes huius generis inuitati recuſant. Apparet etiã hinc q̃ tertio numero recuſantium ſubiũcto, omnes intelliguntur. Et quãtum ad parabolam quidem, recuſatio fit verbo (vt patet in ſingulis ſubiunctis) quantum autem ad ſignificatum, recuſatio fit facto. fit enim affectu præponẽte humana officia cœleſti beatitudini. [Primus dixit ei.] ſeruo dicenti venite. Hoc dicere eſt affectu inordinato præponere villam amori cœleſtis conuiuij. [Villã emi.] In hoc ordine ſunt occupati maiorib⁹ negocijs humanis licitis. nõ enim malum eſt emere villam, ſed inter magna negocia eſt. eſt ſiquidem emere dominatum quendam [Et neceſſe habeo exire & videre illam.] Ecce perſeuerans affectus inordinatus vrgens ad præponendum villam cœleſti conuiuio. [Rogo te habe me excuſatum] Quanquàm iſti habent affectum inordinatum, commendant tamen ſe angelis & deo, tanquàm putantes acceptandam eſſe

excuſationem ſuam. Vnde & moriuntur acceptis omnibus ſacramentis eccleſiæ tanquàm iactantes ſe diuinæ miſericordiæ [Et alter dixit. Iuga boum emi quinque,& eo probare illa:rogo te habe me excuſatum.] Non differt hic à primo niſi ſecundum maius & minus. Ille circa maiora negocia, iſte circa minora occupatur. Ille enim emit villam: iſte autem quinque iuga boum. Vnde & ſimiliter rogat rationem ſuæ cauſæ acceptari:perſeuerans in affectu inordinato ad probandum iuga boum, tanquàm ſi tunc incipere. [Et alius dixit.] carnalibus delectationibus (licitis tamen) ſubiectus. Hic tertius eſt qui vxorem duxit. [Vxorem duxi. & ideo non poſſum venire.] Non rogat iſte ſed impotentiã veniendi pro ratione affert: quia animus carnalibus delectationibus deditus, tam eſt à ratione alienus vt non roget rationem ſui haberi, omni no elongatus à ſpiritualibus. hoc enim ſonat & ideo non poſſum venire. ¶ Vbi collige prudens lector nullum iſtorum trium vacaſſe malo operi ex genere. ſed omnes & ſingulos prępoſuiſſe ſua (ſcilicet villam, iuga boum, vxorem) conuiuio cœleſti [Et reuerſus ſeruus nunciauit hæc domino ſuo.] Angelicus ordo huma no more ad deum reuertitur, quum merita hominũ qui opere exteriori ſunt boni,affectu autem inordinati, diuino offerunt iudicio. [Tunc iratus paterfamiliâs.] Ira dei,punitio eſt iuſta quam merita iſtorum exigebãt [Dixit ſeruo ſuo,]angelico ordini. [Exi cito.]accelera miniſteriũ. [In plateas & vicos ciuitatis.] tanquàm in viciniora loca. Infra præmiũ eccleſiæ ſurrogari alios iubet. [Et pauperes ac debiles & cæcos & claudos introduc huc.] Intelligo per hos omnes defectum aliquem patientes, peccatores in operibus exterioribus. tales enim tanquã manifeſte indigni cœleſti cõuiuio,non cõputantur inter primo inuitatos,ſed tanquam ſurrogati in locũ priorũ introducuntur:iuxta aliã clariorẽ domini ſententiam meretrices & publicani præcedent vos in regno cœlorũ. [Et ait ſeruus, Domine factum eſt vt imperaſti: & adhuc locꝰ eſt.] Rurſus angelici ordinis ſolicitudo de implendo numero electorũ deſcribit, proponendo qꝫ adhuc locus nõ eſt plenus [Et ait dominus ſeruo] angelico ordini. [Exi in vias & ſepes.] Non ſolũ peccatores intra eccleſiã exiſtentes, ſed etiam ex ijs qui extra eccleſiam vagantur & qui ſepti legibus aut dogmatibus contrarijs eccleſiæ ſunt, vult deus cœleſte intrare conuiuium [Et compelle intrare] Modus quodammodo violentus conuertendi iſtos ſignificatur. Conſidera conuerſionem Pauli: & videbis compelle intrare. Si ſciremus quibus viis deus aliquos conuertit, videremus pluries impleri

impleri quòd compelluntur intrare non quòd cõpellatur voluntas, ſed mutantia voluntatem talia ſunt vt compellatur quis mutare voluntatẽ. vt vides in exemplo Pauli. [Vt impleatur dom's mea.] hoc eſt vt compleatur numerus electorum. [Dico autem vobis.] Ad propoſitũ reducit parabolam. [Quia nemo virorum illorũ qui vocati ſunt, guſtabit cœnam meam.] Hic clare apparet omnes illos vocatos eſſe in numero reproborum. Et vt dictum eſt, dixit ad diſcumbentes Phariſæos ne præponant affectui cœleſtis conuiuij affectum terrenorum quantũcunque licitorum officiorum. [Ibant autem turbæ multæ cũ eo: & conuerſus dixit ad illos. Si quis venit ad me.] fide, [& non odit patrem ſuum & matrem & vxorẽ & filios & fratres & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus.] Intellige hec de odio patris, matris &c. non abſolute ſed quatenus impedirent adhæſionem ad Chriſtum. gratia enim non deſtruit ſed perficit naturam. qua naturaliter diligimus patrem matrem & vitam propriam. Odium autem etiã animę ſuæ (hoc eſt etiã propriæ vitæ) retrahentis ab obſequio Chriſti conſtat eſſe de neceſſitate ſalutis. Et propterea merito dicitur non poteſt meus eſſe diſcipulus, [Et qui.] pro, & quiſquis, [nõ baiulat crucem ſuam.] Nõ ſufficit ad ſalutem internus amor Chriſti tantus vt odio habeantur pater, mater, filij, fratres ac etiam vita propria, pro quanto impedirent Chriſti amorem ſed quia probatio dilectionis exhibitio eſt operis, oportet exterioribus tum paſſionibus tum actionibus quę ſunt charitatis diuinæ exequi. Et propterea quantum ad exteriores paſſiones ſubditur, & qui nõ baiulat crucem ſuam. Baiulare ſiquidem propriam crucem quũ ſit portare proprium ignominioſum ſupplicium (erat enim tunc mos vt crucifigendus portaret ſibi ipſi crucem) poſitum eſt ad ſignificandum paſſiones omnes inferendas Chriſtianis, tam contra honorem quàm contra vitam & integritatem corporis. Oportet enim Chriſtianum quemque pro Chriſti nomine hæc ſi inferantur ſufferre. Quo ad actiones autem ſubiungitur [Et venit poſt me.] imitando vitam meam, mores meos, gradiendo ſecundum doctrinam meam. [Non poteſt meus eſſe diſcipulus.] Quodcunque eũ horum trium defecerit, non poteſt eſſe Chriſtianus. non nomine ſed re. [Quis enim ex vobis volẽs turrim ædificare, nõne prius ſedens cõputat ſumptus qui neceſſarij ſunt, ſi habeat ad perficiendũ: ne poſtquã poſuerit fundamentũ, & nõ potuerit perficere, omnes qui viderint incipiant illudere ei, dicentes quia hic hõ cœpit ædificare & non potuit conſummare.] Communi doctrinæ neceſſarię

omnibus christianis, adiũgit doctrinam propriam Apostolis (hoc est discipulis perfectioris vitæ statũ profitentibus) tribus parabolis. Prima est de homine volente ædificare turrim. quæ satis clara est. Quo ad significatum autem ædificatio turris professio est perfectioris vitæ: merito turri sua celsitudine comparatę. Sumptus autem opportuni (vt ipsemet dominus dignat⁹ est declarare) sunt abrenũciare omnibus quæ homo possidet. Debet itaque antequam quisquam profiteatur perfectioris vitæ statũ, sedens quieta mente cogitare & diligenter atque exactè examinare affectus suos an sint alieni ab omnib⁹, quæ possidet, an in veritate renunciet nõ solum rebus, sed affectibus rerũ exteriorũ: computando inter possessa nõ solum agros, sed etiã honores. Si enim hi sumptus desunt, melius est non incipere quàm postquàm posuerit fundamentum professionis carendo sumptibus perfectæ renũciationis non posse perficere ædificium turris vitæ celsioris. Fieret enim tunc ludibrio videntibus dæmonibus & etiam hominibus, Et merito: tanquàm demens inchoans ædificium quod non potest perficere. [Aut quis rex iturus committere bellum.] pro, vt congrediatur prælio, [Aduersus alium regem. nonne sedens prius cogitat si possit cũ decem millibus occurrere ei qui cum viginti millibus venit ad.] pro, cõtra, [se alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittens rogat ea quæ pacis sunt.] Secunda parabola ad idem, similitudinẽ regis satis claram affert. Et significatur regis nomine, similiter professurus statũ perfectoris vitæ tanquam alijs celsior ducatum belli suscepturus. Bellum aduersus alium regem est perfectior vita ad superandum mundum quantum ad licita communiter alijs: puta habere agros, vacare humanis negocijs & officijs & reliqua huiusmodi, hominib⁹ quidem licita, apostolicę autẽ perfectioni interdicta. Debet enim similiter hic quieta mente prius cogitare, si affect⁹ sui vires (per decem milia hominum significatę) sufficiunt ad occurrendum mundo venienti cõtra ipsum cum viginti milibus, cũ dupla fortitudine. Et describitur mundus duplicata potentia aduersus professionem vitam perfectiorem: quia & pugnat communi impugnatione, trahendo ad illicita communiter omnibus: & pugnat speciali impugnatione, trahendo ad interdicta apostolicæ vitæ. Si enim considerata proprij animi dispositione imparẽ se videt tanto prælio, sapienter præuenit antequam bellum inchoet, rogans ea quæ pacis sunt: hoc est non aggreditur statum perfectioris vitæ, non vult bellum ad superandum licita communiter alijs, sed velut pacem rogans contentus est statu communis

vitæ,

vitæ. [Sic ergo omnis ex vobis qui non renunciat.] pro. valefacit, [omnibus quæ possidet.] Hinc clare apparet quòd quo ad profecturos perfectiorem vitam, attulit vtranque parabolam, renunciare siquidem omnibus quæ possidemus, non mandatur à Christi omnibus Christianis, sed profitentibus apostolicæ vitæ perfectionẽ. Et intelligo renunciare facto, quicquid sit de voto, illa enim est vera renunciatio quam in Actibus legimus apostolorum & in sanctis patribus antiquis, Ambrosio, Antonio, Paulo, Benedicto. [Non potest meus esse discipulus.] quales erant tam duodecim quàm septuaginta. [Bonum est sal.] Tertia parabola perfectioris vitæ homines comparans sali. Sal nanque bonum est ad cibos omnes cõdiendos & seruandos. [Si autem sal euanuerit] pro, infatuatum fuerit. Significatur enim si fuerit insulsum. huiusmodi siquidem insipida fatua dicimus. [In quo condietur?] hoc est per quid condietur ipsum sal? Quasi dicat. nihil restat quo possit condiri. Et hinc iuncto Matth 5. apparet quòd de præpositis alijs loquitur nam illis dictum est vos estis sal terrę, cum reliquis hic subiunctis. [Neque in terram.] hoc est neq3 ad officium terræ. [Neque in stercorilinium.] ad officium stercoratiõis agrorum [Vtile] pro, accõmodum. [est.] Et vere qui perfectionis vitæ gradum tenent sine sapore vitæ & doctrinæ, nihil prosunt ecclesiæ dei, [Sed foras mittetetur,] pro, sed foras proijciũt illud. Incorrigibiles enim per alios sunt, & propterea tãquam omnino inutiles, foras merentur proijci [Qui habet aures audiendi audiat.] Sciebat Iesus de prælatis ecclesiæ se loqui, quos nullus corrigit & propterea præueniendo salem in scriptis excitat aliquem (quanuis rarum) ad resipiscendum. Propter raritatem enim dicit, qui habet aures ad audiendum: habent enim omnes aures mentis, sed non ad audiendum spiritussancti vocem vt faciant mandata eius.

CAPVT. XV.

E Rant autem appropinquantes ei.] Deest. omnes, [Publicani & peccatores.] significatur quòd omnis generis Publicani & peccatores sine delectu appropinquabant ad Iesum. [Vt audirent illum] Sanctus finis ac impertiendus omnibus [Et murmurabant Pharisæi & Scribæ, dicẽtes quia hic peccatores recipit & mãducat cũ illis.] Magna Iesu comitas relata ad fructũ diuini verbi significat, ad hoc enim vt Publicani & peccatores traherentur ad fructum verbi diuini, recipiebat eos comiter & exhibebat se eis conuiuam [Et ait ad illos.] Pharisæos & Scribas [Parabolam istam, dicens.

Quis ex vobis homo qui habet cẽtum oues:& si perdiderit vnã ex illis,nonne dimittet nonagintanouem in deserto, & vadit ad illã quę perierat donec inueniat eam. Et quum inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens,& veniẽs,domum,conuocat amicos & vicinos,dicens illis.congratulamini.]pro,cõgaudete,[mihi: quia inueni ouem meam quæ perierat.]Parabola satis clara est. Et significat ipsum Iesũfiliũ dei habentẽ cẽtũ oues (hoc est vniuersos electos)quarũ vna pdita natura est humana nonaginta vero nouẽ dimissę in deserto,omnes sunt electi angeli,qbus deest ad perficiẽdum electorum numerum genus humanum Desertum autem,cœlum est separatum omnino à nobis. Aduentus ad quærendum ouem perditam,incarnatio est filij dei Impositio ouis in humero,redemptio est humani generis in proprio corpore. Et hoc quia spontefecit,ideo gaudens describitur. Reditus in domũ, resurrectio & ascensio est in cœlum. Conuocatio amicorum & vicinorum,assotiatio est angelica gaudẽs de reparatione humana [Dico vobis] Conclusio parabolæ directe percutiens Pharisæos & Scribas: si mulque prouocãs publicanos & peccatores ad pœnitẽtiã. [Quod ita gaudium erit in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente quam super nonagintanouem iustis qui non indigent pœnitentia.]Specialis ratio gaudij est pœnitẽtia vnius peccatoris,'quę specialis ratio nõ habet locum in iustis nõ egẽtibus pœnitentia. Nec propterea pœnitentia istius præfertur iustitiæ illorum: sicut specialis ratio gaudendi de eo qui euasit periculum aut recuperauit sanitatem, non præfert eum alijs qui semper fuerunt sani,qui nõ fuerunt in periculo.noua siquidem ratio gaudendi significatur, non maior.[Aut quæ mulier habens drachmas decem.]Secunda parabola ad idem affertur de dragma perdita. Et ipsa quidem clara est: significatũ autem simile præcedenti. Nam mulier, diuina est sapiẽtia. Decem dragmæ, nouem sunt ordines angelorum & humana natura.imaginem habentes dei sicut numismata quæ drachmæ appellantur imaginem habent principis. Drachma perdita,est humana natura. Lucerna accensa,mysterium est incarnationis,verbum in carne tanquam lux in testa. Amicæ & vicinæ angelicæ mentes sunt. Et conclusio est eadem.[Et si perdiderit drachmam vnam, nonne.]pro,nõ. Quod quo interrogatiue sumitur,ideo interpres ad claritatem maiorem explicauit dicendo nonne [Accendit lucernam & euertit domum.] Errore scriptorum mutatum est r in t. Legendum est euerrit: quod est purgare scopis. hoc enim officio vtuntur quærentes numum perditum in aula. Et hoc officio vsa

est

est diuina sapientia, purgando mundum per Iesum. [Et quærit diligenter donec inueniat eam? Et quum inuenerit, conuocat amicas & vicinas, dicens. congratulamini.] pro, cõgaudete, [mihi, quia inueni drachmam quam perdideram. Ita dico vobis, gaudiũ erit.] pro, fit, [coram angelis dei super vno peccatore pœnitentiã agente. Ait autem, Homo quidam] Tertia parabola ad idem de filio prodigo adhiberur. [Habuit.] pro, habebat, [duos filios.] Parabola hæc in se clara est: sed significatum eius ad literam eiusdem propositi habet aliqua obscura seu difficilia. Homo igitur quidam, deus est. Duo filij gen' iustorum perseuerantium in tota vita sine peccato mortali & genus lapsorum (pœnitentium tamen) sunt. & propterea vterque appellatur filius, non solum natura, sed adoptione. [Et dixit adolescentior ex illis patri.] Merito adolescentior ad peccandum pronior describitur. [Pater da mihi portionem substantiæ.] Velle suijpsius curam habere, est petere portionem substantiæ. [Quæ me contingit.] pro, quæ mihi obuenit. Nolebat enim sub paterna cura viuere in communi cum fratre Hoc petit qui confidit in proprijs viribus ad vtendũ donis naturæ & gratiæ: confidit dico non deliberando huiusmodi confidentiam, sed ita procedendo ad opera sua acsi confideret in proprijs viribus absque speciali nouo gratuito dei auxilio Quod tunc fit quum non recurritur ad curam dei vt patris, vt gratuita cura specialiter custodiat, seruet, illustret, & cætera. sed animæquior est homo ad occurrentia, sciens se habere bonam voluntatem prudentiam & reliqua: & cum hoc credens ex coniecturis se esse in statu charitatis. [Et diuisit illis substantiam.] Ne aliquid subtractum intelligamus petenti filio, ne putemus actum sicut egit Abraham (filijs concubinarum largiendo munera, & solum Isaac faciendo hæredem) explicatur diuisio. Dedit enim petenti integram partem donorum naturalium & gratiarum, sed non remansit sub cura patris sicut remanebat alter: quia ipse petijt eximi à paterna cura, petendo portionem sibi obuenientem [Et post non multos dies congregatis omnibus.] Confidentia in omnibus donis naturæ, animi & corporis & gratiæ, est congregatio. [Adolescentior filius peregre profectus est] non solum à paterna domo, sed ab vsu gratiæ cito recessit. [In regionem longinquam.] deformitatis ac dissimilitudinis à forma tã naturalis quàm gratuitæ rectitudinis. [Et ibi dissipauit substantiam suam, viuẽdo luxuriosè] Dissipatio substantiæ est donorum tã spectãtium ad intellectũ quã ad affectum continua diminutio. nam hæc luxuriosè viuendo

(hoc

(hoc eſt indulgendo appetitui delectabilium) minuuntur.ea enim quæ ſunt ſcientiæ bene viuendi,& ea quæ ſunt affectus ad rectitudinem, continue debilitantur.[Et poſtquam omnia conſummaſſet.] pro, conſumpſiſſet.Ad ſimilitudinem eius qui exteriora bona omnia conſumpſit,peccator eſt qui ſuperfluis delectationibus (non ſuperbis aut contumacibus) in profundum culparum venit, malis habitibus iam habilitatus totaliter ad delectabilia, conſumpſiſſe enim omnes inclinationes ad bonum,tunc eſt quum habitus ſunt geniti ad delectabilia .[Facta eſt fames valida in regione illa.]Minor penuria eſt in regione diſſimilitudinis quandiu partim peccatores inclinantur ad delectabilia ,& partim inclinantur ad actus virtutum:ſed quum totaliter inclinantur ad delectabilia, valida penuria eſt diuini verbi & virtutis actuum. [Et ipſe cœpit egere.] Ad ſimilitudinem egentis deſcribitur quando etiam naturale lumen in agibilibus minus inuenitur. Videmus enim ſubiectos luxui,etiam male ſe habere circa humana negocia. [Et abijt.] amplius elongando ſe à ſeipſo [Et adhæſit vni ciuium regionis illius] ſubiecit ſe totaliter dæmoni, qui vere eſt ciuis regionis peccati [Et miſit illum in villam ſuam.] pro, villas ſuas, [vt paſceret porcos.]Ab vrbanis luxib⁹ degenerat ad bruta les ac tales: vt maior miſeria interioris partis ſignificetur ita quòd rationis officia abſorpta deſcribuntur,in hoc, quòd ad paſcendos porcos (non ſolum bruta, ſed immunda animalia) mittitur.[Et cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis quas porci manducabant: & nemo illi dabat.] Poſtquam diabolus in ſeruitutem redegit hominem, inuidet ei hoc quòd faciet ſuum appetitum delectabilibus. propter quod vt augeat peccatum, immittit cupiditates vanorum delectabilium: vt autem non ſatientur, priuat eos concupitis delectabilibus.Hæc enim eſt diſpoſitio iſtius,cupiētis ſaciari de ſiliquis(hoc eſt vanis) & tamen nemo illi dabat. Quieto ſiquidem domino iam poſſidentes dæmones hominem, inuident illi (vt dictum eſt)ſatietatem appetitus: quam tamen procurabant quouſque illum plene ſibi ſubiecerunt. [In ſe autem reuerſus.] Hinc clare apparet, quòd à ſeipſo abierat, à forma naturalis rectitudinis procul iuerat in deformitatem naturæ animæ:[& rurſus à forma doctrinæ fidei(quam infuſam ex diuina habuerat gratia) procul abierat, exercens contraria diuinis præceptis. Reuerſio autem ad ſe, per actum intellectus facta deſcribitur: inchoando à memoria & relatione domus paternæ, & relatione ſui ad mercennarios,ſuæ egeſtatis ad abundantiam

iam eorum. [Dixit quanti.] pro, quot seu quam multi. Apte non sola memoria ac collatio sui cum mercennarijs iam dictis verbis, sed suspirium in modo dicendi intelligitur. ita quòd suspirando dixit quàm multi. Ecce quid in se considerauit, gradum scilicet suum respectu mercẽnariorum hoc est considerauit se filium tanti patris scilicet dei. Memor fuit domus paternæ, hoc est spiritualis gratiæ. memor fuit magnæ abundantiæ spiritualium donorum in ijs qui apud patrem sunt: hoc est qui diuinis vacant obsequis & seruitijs. [Mercennarij in domo patris mei abundant panibus] Collatio hæc congruit ijs qui à magnis donis ceciderunt. Habent se enim isti ad alios sicut filij ad mercẽnarios. qui enim magna sunt à deo sortiti dona, velut filij sunt: qui autem parua, velut mercẽnarij sunt. Vnde illi tanquam perfectiores. non tam beatitudinem quàm patrem considerant. isti autem tanquam imperfecti beatitudinis mercede alliciuntur. vtrique tamen grati in domo dei abundant panibus spiritualibus. [Ego autem hic fame pereo?] Superfluit hic. Nota singula. Ego filius, illi mercẽnarij: fame pereo non esurio, illi abundant panibus: nec est vnus abundans mercẽnarius, sed quàm multi? Hæc consideratio intus habita, parturit propositum sequens. [Surgam.] qui deiectus iaceo, eleuabo mentem & animum à tanta miseria. [Et ibo.] affectibus, ab hac cõsuetudine male operandi. [Ad patrem meum.] ad deum qui me creauit ad imaginem & similitudinem suam. [Et dicam ei.] Adhuc non dicit, sed proponit dicere: iuxta illud Psalmistæ. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino. [Pater.] Cerne iam incipere affectum velut filij ad patrem. [Peccaui.] fateor me peccasse. [In cœlum & coram te] Hominem alloquens dicit se peccasse in primis in cœlum. hoc est in deum habitantem in cœlis. & deinde coram te, homine patre. Vnde referendo ad deum, idem est peccare in cœlum, & coram te: quanuis iuxta proprietatem seruorum augeatur oratio prius dicendo peccaui contra te, & postea adiungendo & coram te, in conspectu tuo iuxta illud. Tibi soli peccaui & malum coram te feci. [Etiam non.] pro, & non posthac, [sum dignꝰ vocari filius tuꝰ.] Proponit non solum fateri se peccasse, sed etiam adeo degenerasse, vt sit indignus vocari filius eius Et verum dicit. [Fac me sicut vnum de mercennarijs tuis.] Tertium proponit petitionem humilem. ita quòd ex gratia petit tractari sicut mercennarium: hoc est, non audendo petere redintegrationem in statum filij, in pristina dona grandia, sed petam dona incipientium

cipientium, qui amore æternæ mercedis seruiũt deo. [Et surgẽs,] Hinc apparet quòd non velleitate, quòd non cogitando vellem, sed voluntate deliberata proposuit surgam & ibo & dicã &c. effectus enim hoc testatur. Et surgens, à consuetudine male operandi. [venit.] desideriis & precibus [ad patrem suũ.] deum. [Quum autem adhuc longe esset.] pro abesset. Nulla exurrectio humana, nullus conatus humanus ad veniendum ad deum, sufficit ad reddendum propinquum hominem deo Et propterea quanuis peccator surrexerit & venerit ad deum,, adhuc tamen longe abesse describitur. vniuersæ enim iustitiæ nostrę quasi pannus menstruatæ [Vidit illum pater ipsius.] Paternis oculis vtitur deus, quum videt ad non permittendum amplius elongationem filij. Visus siquidem & prius erat, sed oculis iustitiæ permittentis elongationem. [Et misericordia motus est.] Ecce affectus humano more compassionis diuinæ, filij miseriam tanquam propriam æstimans. [Et accurrens] Ecce affectus misericordiæ. acceleratio veniæ accursus est. [Cecidit super collum eius & osculatus est eum.] Amplexus cum osculo, ipsa gratia reconcilians est, his signis descripta ad significandum magnitudinem affectus & effectus diuinæ benignitatis erga pœnitentem. Multo enim maior est quã amplexus & osculum significent, sed spiritualia per hæc sensibilia significãtur. osculo enim amor amicitiæ redditus, amplexu autem collata gratia significatur. [Dixitque ei filius.] Suscepta gratia non excludit sed exequitur sanctum propositum. [Pater] Ecce affect⁹ filialis. [peccaui in cœlum & coram te.] Fatetur se peccasse vt proposuerat. [Et iam non.] pro, & nõ posthac, [sum dignus vocari filius tuus.] Fatetur quoque se indignum esse nomine filij, sed non subiungit petitionem quã tertio loco proposuerat. scilicet fac me sicut vnũ de mercennarijs tuis, quia non est in eodem statu nunc in quo erat quando proposuit hoc petere. nam tunc vrgente fame anhelabat ad panem, hoc est recognita miseria proprij status mouebatur affectu ad proprium bonum: nunc autem amplexus & osculatus à patre occurrente ad ipsum, tanquam absorptus à paterna benignitate. tanquam iaciens se totum in paternam gratiam, nihil petit, sed solum confitetur peccatum & indignitatem. [Dixit autem pater ad seruos suos.] Non respondet pater filij verbis, sed factis conuertendo sermonem ad seruos ecclesiæ pastores [Cito proferte.] superfluit cito. [stolam primam.] Stola, vestis longa vsque ad pedes vniuersum tegens corpus, prima, hoc est præcipua Vnde & in Græco habetur articulus, quasi significãs stolã illam primam,

primam,demonſtrando certam & inſignem quandam notam ſeruis ſtolam,quia noua vita eſt, non qualiſcunque ſed præcipua hoc eſt condigna non ſolum ad bonum ſed etiam ad ſatiſfaciendum pro præteritis.Stola prima eſt quæ alibi ſignificatur dicendo,facite fructus dignos pœnitentia.Hanc proferendam pœnitenti iubet à ſeruis:quia vere pœnitentium,paſtores eccleſiæ debent vniuerſam vitam dirigere in bonum, nulla parte neglecta: alioquin ſtolam non proferunt.nec ſolum debent dirigere ad bonam vitam,ſed ad præcipuam.hoc eſt etiam ſatiſfactoriam pro præteritis:alioquin non proferunt primam. [Et induite illum.] Parũ eſſet quod paſtores proferrét ſtolam primam,docendo & inſtruẽdo,niſi induerent illum,niſi ſic ad hoc attenderent vt applicarét ſtolam primam ad pœnitentem.Magnum ergo ſtudium prælatis indicitur, quum induendi officium eis iubetur, oportet enim in hac indutione vti magna prudentia & ſuauitate.[Et date anulum in manum eius.]Anulus in manu,ornamentum eſt manus.ac per hoc ornamenta operum ſignificãtur. Et hoc quoque ornamentũ à paſtoribus dandum iniungitur.oportet enim vt efficiant(quantum in ipſis eſt)vt pœnitentium opera exteriora per manus ſignificata,non ſolum ſint bona ſed ornata,alioquin non ſunt condigni fructus pœnitentiæ.oportet enim opera talium non ſolum ab omni ſpecie mali eſſe aliena ſed palam velut decora & ornata apparere,ſicut turpia apparuerunt præterita. [Et calciamenta in pedes.] Pedes pro affectibus ſumuntur:calciamenta autem quę ex pellibus mortuorum animalium fiunt,exempla ſunt mortificationis præcedentium pœnitentium.huiuſmodi enim exempla exhibenda ſunt à paſtoribus affectibus pœnitentium. ¶Vbi nota quod deſcribendo: quæ debeant à paſtoribus erga pœnitentem effici deſcribitur quæ debeat pœnitens complecti, deſcribitur quid filius iſte pœnitens ſuſceperit.ſuſcepit enim de manu ſeruorum ſtolam primam in vniuerſa vita:& ſpecialiter ornamenta in operibus exterioribus,& exempla aliorum vere pœnitentium in affectibus ſuis. Hæc eſt enim optima pœnitentiæ forma. [Et adducite vitulum ſaginatum.] Aduerte in textu Græco haberi articulum:quaſi diceretur illum vitulum. Vitulus hic inſignis valde eſt:vt pote Chriſtus,ipſe pinguis ad ſatietatem & delitias totius mundi ſufficiens. [Et occidite.] pro, mactate. Myſterium mortis Chriſti ad memoriam reuocandum præcipitur talem,vt ſit cibus ac delitiæ animi pœnitentis [Et manducemus & epulemur.] pro,lætemur. Commune conuiuium communiſque

niſque lætitia patri, filio & ſeruis deſcribitur: quia fructus paſſionis Chriſti in pœnitente, materia eſt gaudij non ſolum ipſi pœnitenti & eccleſiæ paſtoribus, ſed etiam ipſi deo, cuius gaudium quanuis non poſsit augeri, materia tamen gaudij multiplicatur in nouis fructibus gratiæ eius. Metaphoriceque deus quoque dicitur conuiua quoniam ad ſimilitudinem conuiuæ dignatur concurrere quum nos paſcimur bonorum operum fructibus. Perinde enim gratum habet ac ſi ipſe paſceretur. [Quia hic filius meus.] creatione, redemptione & adoptione. [Mortuus erat.] quo ad vitam gratiæ quæ eſt vita æterna. [Et reuixit.] vita gratiæ. [perierat.] mors erat ipſi filio, perierat autem mihi. perdideram enim filium. [Et inuentus eſt.] nobis. Metaphora eſt, ſumpta à rebus perditis, ab ouibus perditis & ſimilibus quæ poſtea inueniuntur. [Et cœperunt epulari.] pro, lætari. ſonis & canibus. Aduerte prudens lector omnes iſtas tres parabolas concludere lætitiam communem ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. tum ad confundendum Scribas & phariſæos murmurantes quod Ieſus cum peccatoribus manducaret. tum ad declarandum humano generi quàm grata deo & angelis, & quàm grata eſt veris eccleſiæ paſtoribus conuerſio cuiuſcunque peccatoris ad pœnitentiam. [Erat autem filius eius ſenior.] Hic alter filius non pro toto iuſtorum genere ponitur. ſed illorum iuſtorum perſonam gerit, qui in timore dei perſeuerantes, ſpiritualibus conſolationibus interni gaudij non reficiuntur in hac vita [In agro.] Agriculturæ ſuperintẽdens perſonam iuſtorum vitæ actiuæ repræſentat. [Et quum veniret & appropinquaret domui.] Aduentus ex agro & appropinquatio ad domum paternam, vocatio eſt ad ea quæ in eccleſia geruntur. [Audiuit ſymphoniam & chorũ.] pro, choros. An ſolus concentus chororum ſaltantium, an etiam ſonus muſicus per ſymphoniam ſignificetur, certum non eſt. deſcribitur enim chorea cum muſica audita foris. Et ſignificatur audita lætitia in eccleſia. [Et vocauit vnum de ſeruis.] hoc eſt de famulis domus doctorem aliquem eccleſiæ [Et interrogauit quid eſſent hæc.] Videntes enim actiui iuſti, peccatores cum magna lętitia, in eccleſia, petunt à doctoribus vnde hæc tanta lætitia. & audiunt diuinæ eſſe gratiæ erga aliquem quanuis ſceleratum pœnitentem. [Iſque dixit illi frater tuus venit & occidit pater tuus vitulum ſaginatum, quia ſaluum illum recepit. Indignatus eſt autem & nolebat introire] Primi motus humanarum paſsionum in hoc iuſtorum genere deſcribuntur: tum in indignatione, tũ in recuſa-

tione

tione intrandi domum. Conferendo siquidem merita propria meritis nouiter pœnitentium, & consolationes spiritualis gaudij quibus ipsi carent collatis nouiter pœnitentibus, insurgunt indignationis motus & recusandi communicare cum huiusmodi festiue se habentibus. [Pater ergo illius egressus cœpit rogare.] pro, rogabat, [illum.] Hinc apparet quod primi motus non deliberati actus fuerunt indignatio & nolle intrare. maior siquidem dei beneuolentia erga hunc seniorem filium describitur, in eo quod statim audita eius indignatione non solum egreditur, sed rogat vt ingrediatur quod non fecerat alteri filio. Et significatur per hunc egressum & rogationem diuinæ collatio gratiæ ad reprimendum & superandum hos malos motus insurgentes. [At ille respondens dixit patri suo. Ecce tot annis.] Hæc quæ filius dicit, rationes sunt ex quibus insurrexerunt illi motus mali. consistunt enim in collatione meritorum suorum ad merita pœnitentis filij, & consolationem negatarum sibi: concessarum autem pœnitenti. Vide singula. [Seruio tibi] in cura rerum tuarum in actiua vita. [Et nunquam mandatum tuum præteriui.] Alteram partem iustitiæ (scilicet facere bonum) adimpleui, tot annis seruiendo tibi: alteram autem (scilicet declinare à malo) etiam adimpleui, nunquam mandatum tuum transgrediendo. Nec intelligas omnimodã innocentiam per hãc negatiuam (quoniam si dixerimus quod peccatũ non habemus, ipsi nos seducim⁹ sed innocẽtiã à peccatis mortalibus. hoc enim proprie significat, nunquã mãdatum tuum præteriui. Nam proprie loquendo peccata venialia nõ sunt peccata nisi secundum quid: ac per hoc peccando venialiter, non transgredimur mandata dei simpliciter & absolute, sed secundum quid. Verum ergo dixit iste (quanuis venialiter peccauerit) nunquam mandatum tuum præteriui: quia simpliciter & absolute loquitur. [Et nunquam dedisti mihi hædum.] Post narrata propria merita, subiungit negatum internarum consolationum gaudium, conferendo cum tot meritis hanc negationem. [Vt cum amicis meis epularer.] pro, lætarer. Amicos eius intelligo partes animi inter se concordes ad bene operandum. in viro siquidem iusto amicitia est interna inter partes animi: sicut per oppositum, iniustorum animus à seipso discordat. [Postquam autem filius tuus hic.] Conferendo merita propria meritis fratris sui, nominat fratrem filius tuus hic, contemptiue. vt merita actæ vitæ exigebant. [Qui deuorauit substantiam suam,] pro, tuam. Et vere dicit tuam, quia dei dona consumpserat. [Cum

meretri-

meretricibus.] Luxuriosam vitam à præcipua parte nominauit. Vi de merita quę contraponit. [Venit.] pœnitens. [occidisti illi vitulum saginatum.] Et hic quoque habetur articulus, significans vitulum illum saginatum. Mihi nunquam dedisti hædum & huic occidisti vitulum, nõ qualemcunque sed opimum, pinguem hoc est replesti eum consolationibus interni gaudij tam affluenter, & mihi nec minimam partem dedisti. Hæc merita & hæc velut præmia collata, in causa sunt motuum insurgentium. [At ipse dixit illi.] interna ratione. [Fili.] Alteri non respõdit, sed huic respõdet, filiúmque appellat: vt filiali nomine paternam recognoscat beneuolentiam [Tu semper mecum es.] Duo hinc apparent. Alterum quòd iste semper iustus perseuerauit: alioquin non dixisset, semper mecum es. Alterum quòd ratio exhibitæ lætitiæ fratri, non habet locum in ipso: quoniam nouitas ratio gaudij significatur, dicendo huic, tu semper. nulla est in te ratio nouitatis, quæ est ratio gaudij specialis de fratre tuo. [Et omnia mea tua sunt.] Non solũ hædus aut vitulus sed omnia mea tua sunt, nihil habeo quin iam hæreditario iure tuum sit. Minus dixit & plus significauit. nam non solum mea omnia sed egomet tuus sum, in cœlesti enim patria me frueris: & vniuersa mea bona nõ minus tibi communicabuntur quam si solius tui essent. Omnia siquidem cœlestis patriæ bona, sunt ita communia omnibus ac si essent propria singulorum. [Epulari.] pro, lætari, [autem & gaudere oportebat.] Rationem reddit specialis lætitiæ & gaudij ex noua speciali ratione gaudendi. Et è regione contraponit ad id quod dixerat, tu semper. [Quia frater tuus hic mortuus erat & reuixit: perierat & inuẽtus est.] quod superius expositum est. Aduerte hic prudens lector deum quandoque nouiter pœnitentes afficere magna consolatione interni gaudij donec firmentur in via dei. vt patet de Paulo Apostolo rapto ad tertium cœlum: & de Augustino qui non satiabatur diebus conuersionis considerare altitudinem diuini cõsilij super salutem generis humani. huiusmodi enim consolationes significantur exhibitæ huic filio prodigo pœnitenti in vitulo saginato & festiuitate. Hæc autem nõ sunt maioris perfectionis fructus: sed delitiæ quædam seu blanditiæ cœlestis patris quæ perfectioribus multis negantur.

CAPVT XVI.

[Dicebant

Icebat autem & ad discipulos suos. Homo quidam erat dives qui habebat villicũ.] pro, œconomum.
D Significatur enim præpositus dispensationi vniuersæ domus,& non curam habens villæ tantum.propter quod Latino vocabulo dispensationis vtemur in reliquo huius parabolæ. [Et hic diffamatus est.] p, delatus est. denũciatus est [apud illum, quasi dissipasset.] pro, velut dissipãs, [bona] pro, facultates, [illius. Et vocauit illum.] Hinc canonistæ regulã sumunt nõ esse à iudice ꝑcipitandã sententiã cõtra delatũ, sed prius esse vocandũ [Et ait illi Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis.] pro, dispensationis, [tuæ.] Parabola hęc clara est sed applicatio eius per singula, valde difficilis si non impossibilis est Prima tamen hęc pars facile applicatur ad hominem dituitem, cui credita est á deo dispensatio facultatum temporalium, hoc est rectus vsus illarum, qui tamen abutitur illis . cuius merita quum á deo discutiuntur (vel per internam inspirationem, vel per ægritudinem, vel per prædicatores, vel per aliorum exempla) quodammodo citatur ad reddendam rationem qualiter vsus est diuitijs, potestate & reliquis huiusmodi: [Iam enim non poteris.] pro, non enim poteris posthac, [villicare.] pro, dispensare. Comminatio est hæc significans comminationem mortis, qua deus mouet hominem quandoque ad resipiscendum. finitur enim vsus harum rerum temporalium simul cum hac vita. [Ait autem villicus.] pro, œconomus. seu dispensator, [intra se.] Ecce effectus diuinæ comminationis, redire ad seipsum & cogitare vt prouideat vitæ suæ ęternæ. [Quid faciã, quia dominus meus aufert á me villicationẽ] pro, dispensationem? [Fodere non valeo, mendicare erubesco.] Negatio harum duarum viarũ viuendi (scilicet vel labore vel mendicitate) significat consilium hominis de æterna vita non quęrenda labore ieiuniorum nec mendicitate orationum. Et vere quum comminatio mortis adest, ieiunare non valemus: & orare erubescimus, conscij male actæ totius vitæ. nulla enim suppetit ratio quòd exaudiamur. [Sio.] pro, noui, [quid faciam.] Consilium optimum inijt, deliberando tertiam viam scilicet eleemosynarum. [Vt quum amotus fuero á villicatione.] pro, dispensatione. [recipiant me in domos suas. Cõuocatis itaque.] pro, & accersitis, [singulis debitoribus domini sui, dicebat primo. quantum debes domino meo? At ille dixit. centum cados.] pro, batos, [olei.] Hebræa dictio est batus: & est nomen mensuræ liquidorum. [Dixitque illi. accipe cautionem.] pro, literam, [tuam: & sede.] pro, & quum sederis

deris. Qui es significatur: immo silentium videtur indici, vt nec verbo nec signo aliquid monstretur huius fraudis. [Cito scribe quinquaginta. Deinde alio]pro,alij, [dixit.tu vero quantum debes? Qui ait,centum coros tritici] Corus mensura quoque est solidorum.[Ait illi. accipe literas tuas.] pro, literam tuã: [& scribe octoginta.] Hæc pars parabolæ adamussim inapplicabilis appareret ad propositum consequenter loquendo. Verum non ad hoc affertur vt sic applicetur: sed quid inde hauriendũ sit,dominus ipse explicabit.[Et laudauit dominus villicum.]pro,œconomum [iniquitatis.] Vtrunque explicatur· & quòd iniuste fecit, & quòd laudatus est à domino suo.[Quia prudenter fecisset] Non laudatur de iniustitia sed de prudentia. Et appellatur prudentia, non recta ratio absolute, sed recta ratio ad suam vtilitatem. [Quia filij huius seculi] hoc est habentes pro fine quæ sunt seculi huius horum enim rationes,affectus & opera quia procedunt ex fruitione huius seculi tanquam ex fine qui est pater & principium in moralibus,ideo filij huius seculi Hebraico more dicuntur. [Prudentiores.]non absolute [filijs lucis.] hoc est habentibus pro fine bona æternæ lucis.[In generatione sua sunt.]Ex hoc quòd isti dicuntur filij lucis & illi huius seculi, congrue intelligimus generationem filiorum huius seculi coincidere cum generatione tenebrarum.cõtra lucem enim tenebræ distinguntur. Quo fit vt filij huius seculi sint filijs lucis prudentiores,non absolute sed in natione tenebrosa.sicut noctuæ melius vident in tenebris animalibus diurnis. Et experientia testatur hanc domini sententiam esse veram. innumeras enim astutias & versutias exercent filij huius seculi pro hac vita,quas filij lucis ignorant, simpliciter gradientes in luce diuinæ gratiæ. Coniunctio autem causalis (quia filij) denotat quòd hoc non fecisset dispensator filius lucis quod fecit dispensator iniquus: propter quod prudentior dicitur filius lucis. [Et ego dico vobis] Declarat applicationem huius parabolæ [Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.] Mammona Chaldaica dictio est, in vsum Syrorum deducta: & significat diuitias. Nec mãmona iniquitatis intelligas diuitias iniuste acquisitas(quoniam repugnat diuinis præceptis eleemosynæ sacrificium offerre de rapina) sed diuitiæ in genere appellantur diuitiæ iniquitatis, hoc est inæqualitatis: eo quòd inæqualiter diuisæ sunt. ita quòd non à vitio sed à relatione inæqualitatis appellantur diuitiæ iniustæ seu iniquæ. Possunt nihilominus à vitio iniustitiæ denominari: eo quòd raræ vel nullæ sunt diuitiæ in quarum congregatione

seu

ſeu conſeruatione non interuenerit peccatum, vel habentium, vel miniſtrorum, vel patrum ſeu auorum. ¶[Facere autem amicos ex diuitijs nobis à deo creditis, nihil aliud eſt quàm eleemoſynam dare. [Vt quum defeceritis.] à præſenti vita. [recipiant vos.] amici ex eleemoſynis facti. [In æterna tabernacula.] non in temporalia Et vtitur hoc modo loquendi, vt concludat concluſionem ſimilem parabolæ: vt ſicut diſpenſator fecit ſibi amicos ſe recepturos in domos ſuas, ita vos facite vobis amicos eleemoſynis, vt merita diuinæ amicitiæ per eleemoſynas comparatæ recipiant vos in æterna tabernacula. Et hoc eſt primum deductum ex hac parabola. [Qui fidelis eſt in minimo, & in maiori] pro, multo, [fidelis eſt: & qui in modico.] pro, minimo, [iniquus eſt, & in maiori] pro, multo, [iniquus eſt.] Intendens alterum ex eadem deducere parabola documentum (de pœna ſcilicet mali diſpenſatoris temporalium facultatum) præponit vniuerſales reguſas duas. Altera eſt fidelis in minimo eſt quoque fidelis in multo. Altera eſt iniquus in minimo eſt quoque iniquus in multo Et ambę ſunt veræ per ſe intellectę: hoc eſt q ex fide recte ſe habet in diſpenſatione rerum quantuncunque paruarum, multo magis recte ſe habet ex eadem fide, diſpenſando res magnas: & ſimiliter qui ex iniquitate male ſe habet diſpenſando minima, multo peius ſe haberet ex eadem iniquitate diſpenſando maiora. [Si ergo in iniquo māmona fideles nō fuiſtis.] Infert in virtute iſtarū regularum vniuerſalium, ex antedicta parabola pœnam mali diſpenſatoris, applicando ad auditores. Et intendit per iniquū mammona temporales diuitias tanquā minimū quid ita ꝙ ſenſus eſt. Si in facultatibus ſecularibus (quæ ſunt minimū quid) nō fuiſtis fideles. [Quod verū eſt.] hoc eſt facultates ſpirituales quæ ſunt multo maiores ſecularibus facultatibus. [Quis credet vobis.] diſpenſandas? quaſi dicat nullus. Significatur ergo pœna malè diſpenſantis temporalia quòd indignus eſt vt committatur ei diſpenſatio ſpiritualium. [Et ſi in alieno fideles non fuiſtis.] Idē ſub alia ratione repetitur. quod prius dixit iniquum mammona, modo appellat alienum: quia quicquid ſeculare eſt, alienum eſt à perfectione animi alienū eſt quia poteſt ab inuito auferri. Et propterea ſi in alieno (hoc eſt in ſecularibus quæ poſſunt ab inuito auferri, quæ minima ſunt) fideles non fuiſtis. [Quod veſtrum eſt.] genus ſpiritualium quod veſtrum eſt, quod non poteſt à vobis inuitis auferri, quod ad perfectionem veſtri animi ſpectat, quod multo maius eſt toto genere ſecularium. [Quis dabit vobis?] quaſi dicat nullus.

¶Vbi nota prudens lector quòd contra iniquum mammona (hoc est diuitias seculares) è regione posuit quod verum est: significando per hoc non esse vera bona, sed apparentia, sed instrumenta veri boni temporales diuitias. & similiter contra alienum è regione posuisse quod vestrum est: significando per hoc aliena extranea esse (sicut vere omnia corporea extranea sunt à perfectione animi) & tantummodo spirituale bonum esse proprium. Et dixit hæc omnia ad instruendum humanum genus, ne paruipendamus malam rerum temporalium à deo nobis concessarum administrationem. Hæ enim pœnę testantur quod huiusmodi abusus temporalium, indignum reddunt hominem spiritualibus, indignum reddũt hominẽ vt dentur illi â deo spiritualia dona. ¶Cerne quoque hic prudẽs lector, ad quæ & quot parabola inducta fuerit. Inducta siquidem est primo vt sicut dispensator prouidit sibi de amicis recepturis se priuatum dispensatione, ita homo cui deus dispensandas dedit diuitias, comparet sibi eleemosynis cœlestem amicitiam profuturam sibi post mortem. Inducta est secundo ad ponderandum malam dispensationem qua dispensator dissipauit bona domini sui: adijciendo pœnam quæ inde incurritur. Et in hoc clauditur tertium implicite: quòd deus est ille dominus qui temporalium administrationem diuitibus dat, quòd ipse idem est negans male dispensantibus quod verum & proprium bonum ipsorum esset. [Nemo seruus.] Adiungit aliam parabolam magis vrgentem contra auaritiã: prædicta enim parabola magis sonat contra prodigalitatem. militat tamen in veritate contra abusum diuitiarum per auaritiam: nam cõtra auaritiam eleemosyna est. Hæc parabola de seruo non valente duobus dominis seruire, Matt. 6. tractata est. [Potest duob⁹ dominis seruire.] quaten⁹ duo, hoc est diuersi sunt. nam inquantum conuenirent in vnum, non solum duobus sed decẽ dominis potest vnus seruus seruire. [Aut enim vnũ odiet, & alterum diliget aut vni adhærebit, & alterũ cõtemnet.] Odium & dilectio interni affectus sunt: adhæsio autem & cõtemptus, ad exteriores spectant actiones. Et est sensus quòd aut intus vnum diliget & alterum odio habebit: aut saltem vni seruiet, obediendo illi, & alterum facto contemnet, non exequendo quod alter iubet. quũ impossibile sit vtriusque iussa exequi. [Non potestis.] Ecce applicatio parabolæ ad duos dominos deũ & mãmona. [Deo seruire & mãmonæ.] Non dicit non potestis deo seruire & mammona habere: sed dicit q̃ non potestis seruire deo & mãmonæ, hoc est diuitiis: quoniã contraria iubent. deus enim vult præpo-

prę̃poni ſpiritualia omnibus rebus. diuitiæ autem volunt ſe præponi ſpiritualibus. [Audiebant autem hec omnia.] Oportet hic facere punctum. eſt enim ſenſus, quòd hæc omnia audiebant pariter diſcipuli & alij. Deinde adiungenda eſt coniunctio &. Legendum eſt enim. [Et Phariſæi qui erant auari.] Ita quòd inter audientes annumerantur etiã Phariſæi. & non ſoli ipſi deſcribuntur audientes. [Et deridebant.] ꝑ, ſubſannabant, [Illum.] Significatur enĩ ſpecies deriſionis quæ naſo fit. geſtu enim vulgus monſtrabant irriſionem, non omnes audientes ſed ſoli Phariſęi auari. [Et ait illis] ſcĩ licet Phariſæis auaris. [Vos eſtis qui iuſtificatis vos.] Oporteret quòd deus iuſtificaret vos q̃ cognoſcit corda veſtra, ſed vos iuſtificatis voſmet ipſos. [Coram hominibus.] qui non vident corda veſtra auara. [Deus autem nouit corda veſtra. Quia quod hominibus altum eſt, abominatio eſt ante deum] Dixerat iuſtificationem Phariſæorum eſſe coram hominibus, non coram deo. probat modo hoc quia quod hominibus (ſubintellige tantummodo) altũ pro excelſum eſt, abominatio eſt coram deo. ſuperbia enim eſt, vana gloria eſt quod in ſolis hominum oculis excelſum eſt. [Lex & prophetæ.] Hinc inſinuatur ratio qua iuſtos ſe dicebant coram hominibus Phariſæi palliantes auaritiam ſuam. inſinuatur enim quòd ex conditione ſtatus promiſſi in lege & prophetis, Iudæis, debebãt eſſe diuites & ſabundare valde in temporalibus diuitijs viri iuſti. vnde quanto magis erant diuites, tanto magis prædicabant ſe iuſtos: tanquam diuinæ promiſſiones iuſtis factæ, adimplerentur in ipſis. Cõtra hoc enim tendunt hæc verba domini [Lex & prophetæ vſque ad Ioannem.] hoc eſt ſtatus veteris teſtamenti, ſtatus legis & prophetarum vſque ad Ioannis Baptiſtæ tempora durauit. [Ex eo.] Pro, ex tunc. hoc eſt â tempore Ioãnis. [Regnum dei euãgelizatur.] Durãte ſtatu veteris teſtamenti, annunciatum eſt à lege prophetis regnum terrenum, opulentia rerum temporalium à tempore autem Ioannis Baptiſtę euangelizatur regnum Dei, regnum cœlorum, non terrenum Vnde & Ioannes Baptiſta incœpit prædicare, Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorũ. Et ſimiliter idem incœpit prædicare Ieſus: & in toto euangelio continue de regno cœlorum tractat. Ac ſi apertius dixiſſet. finitũ eſt tempus opulentiæ ſecularis promiſſæ in ſtatu veteris teſtamẽti: & iam venit tempus regni, dei, regni ſpiritualis, quo deus regnum ſuum propagare vult in cordibus totius humani generis. [Et omnis in illud vim facit.] hoc eſt & quilibet appetens regnum dei, exercet ſuas vires, adnititur vniuerſo ſuo conatu ad partici-

pandum illud regnum dei: tanquam violentiam inferens. Metaphorico siquidem vtitur sermone, à similitudine vtentium omni qua possunt vi ad assequendum regnum terrenum. multo enim maiore vi vtendum est ad assequendum regnum cœlorum, ad corregnandum in regno dei: quum terrenum quanuis difficile, possibile tamen sit vt humana vi assequatur? cœleste autem superat omnem vim humanam. Et tamen quia euangelizatur quodammodo rapiendum magna violentia omnis conatus appetentium illud, ideo quilibet appetens illud vim facit affectibus & operib⁹ in illud. [Facilius est autem cœlum & terram præterire quam de lege vnum apicem cadere.] Ne intelligeres legem & prophetas sic finiri, vt à tempore Ioannis euanuerint, subiungit hunc erroneum intellectum tollendo, quòd facilius est cœlum & terram præterire (perdendo esse suum) quàm minimum apicem à lege & prophetis cadere hoc est deficere ab esse suo, hoc est fieri quin impleatur, fieri quin duret in æternum. Et verum est, quòd facilius est naturæ nexus vinculáque solui quàm ordinem diuinæ prædestinationis: vtpote superiorem naturæ ordinẽ. cœlum autem & terra ad ordinem spectant naturæ: lex vero & prophetæ ad ordinem diuinæ prædestinationis. [Omnis qui dimittit.] Ne errares iterũ male intelligendo hæc dicta verba de lege & prophetis, adiunxit vnum ex quo sanus intellectus prædictorum verborum insinuatur. ¶ Quod vt intelligas, aduerte primo sensum perpetuitatis legis, & prophetarum etiam in minimo apice esse, quòd Iesus non soluit, sed implet legem & prophetas. Quod quantum ad promissiones, in dubium nõ vertitur: quantum vero ad præcepta de quibus potest dubitari, declaratur modo in hoc textu, quòd tunc implentur quum sublatis imperfectionibus ad perfectionem reducuntur, hoc est enim quod in hoc vno præcepto de dimittente vxorem significatur. ¶ Propter quod recole secundo quòd in lege & prophetis concessus erat libellus repudij: ac per hoc præcepta circa coniugium imperfectionem huiusmodi habebant annexam. Iesus autem noui testamenti author, hanc imperfectionẽ tollit à præceptis circa coniugium: & sic non soluit, sed perficit legem & prophetas. Et quod dicitur in hoc præcepto, intellige vniuersaliter ab hoc exemplo in vniuersis præceptis legis & prophetarum. Significat ergo Iesus subiungendo hoc exemplum, quòd præcepta legis implenda omnino sunt quemadmodum istud. hoc est sublatis imperfectionibus. Vide præceptum. [Omnis qui dimittit vxorem suam & alterã ducit, mœchatur.] Manifeste hic tollitur

litur licentia dimittendi vxorem per libellum repudij. [Et omnis qui dimiſſam à viro ducit, mœchatur.] Manifeſte tollitur licentia nubendi, conceſſa à lege repudiatæ vxori [Homo quidam.] An hiſtoria ſit vel parabola narratio hæc de diuite & Lazaro mendico, non clare conſtat. Lucas enim parabolæ titulum, non ſolum huic negauit, ſed etiam paulo ante propoſitæ de homine diuite habente œconomũ. Nomen tamen proprium Lazari argumentum eſt pro hiſtoria, non tamen vrgens: quoniam Ieſus parabolæ conſtructor ex induſtria mendicum nominauit, diuitem autem ſine nomine deſcripſit, (homo quidam) ad mõſtrandum contrarium eſſe ordinem ſpiritus ordini mundano Apud mundanos ſiquidem diuitum nomina ſciuntur, & quum de eis verba fiunt, nominatim explicantur: pauperum autem nomina nec ſciuntur, nec ſi ſciuntur, digna exiſtimantur propria appellatione ſed ſi de aliquo eorum ſermo accidit, dicitur quidam pauper. Totum oppoſitum eſt ſecundum ordinem ſpiritus: & propterea diues appellatur homo quidam: pauper autem nominatim appellatur Lazarus. Et hæc eſt literalis ratio, ſiue ſit hiſtoria ſiue ſit parabola. [Erat dives.] In quo abundantia temporalium facultatum ſignificatur. [Qui induebatur purpura.] Peccatum luxus in immoderato veſtitu exteriori ſignificatur. purpura enim regum non cuiuſque diuitis eſt. [Et byſſo.] Luxus in camiſia deſcribitur. eſt enim byſſus lini molliſſimi genus, reginarum delitijs forte commodum, nõ cuicunque diuiti. [Et epulabatur quotidie ſplendide.] Tertius hic eſt luxus congruit enim quandoque epulari, ſed quotidie, nimis eſt: Hęc autem non ideo commemorantur, vt ſignificentur peccata eſſe mortalia ſecundum ſe, ſed ſigna animi dediti totaliter vitæ ſenſuali quæ iũcta cum inhumanitate verſus Lazarum teſtãtur quòd diues ſeipſum tantum amabat, quod eſt manifeſte mortale peccatum. [Mendicus autem, è regione ad diuitem, quidã erat nomine Lazarus: De quo iam dictum eſt, qui iacebat.] pro, porrectus erat. Significatur enim quòd non qualitercunque iacebat, ſed iacebat extenſus. velut qui ſe non poteſt mouere [Ad ianuam.] pro, veſtibulum, [eius.] Vt nullam poſſet diues ignorantiam prætẽdere miſeriæ Lazari. [Hulceribus plenus.] pro, hulceroſus Abundantia enim hulcerũ ſignificatur magis quàm plenitudo hæc enim cõtra purpuram & byſſum. [Et cupiẽs ſaturari de micis quæ cadebãt de mẽſa diuiti.] cõtra epulas quotidie ſplẽdidas. In quo apparet vrgẽs neceſſitas iſtius mendici [Et nemo illi dabat.] Superfluũt hæ quatuor dictiones [Sed & canes veniebant, & lingebant hulcera eius.]

Nuditas Lazari describitur ex hoc, quòd canes lingebant hulcera eius. Et simul inhumanitas cõfutatur ex officio canum, non nihil boni præstantium linguendo. [Factum est autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis.] Metaphora est ad similitudinem portantium mortuum ad sepeliendum. nihil enim describitur de sepultione Lazari. Significatur autem per hoc, meritorum Lazari oblatio coram diuino iudicio rationabile siquidem est angelorum officio merita iustorum colligi in morte quum hic nesciamus qui actus nostri fuerint meritorij, Congregatio itaque meritorum Lazari angelico ministerio ꝓducta, portatio est Lazari ad quietis locum. [In sinum Abrahæ.] Sinus Abrahę tunc temporis erat limbus patrum Qui ideo Abrahæ sinus dicitur, eo quòd merito fidei Iesu Christi qui primo promissus est Abrahæ quietem illam iusti assequebantur [Mortuus est autem & diues. & sepultus est.] fiat hic punctum. Ad cumulum bonorum præsentis vitæ, diues describitur sepultus, quod de Lazaro non est dictum: nõ quia inhumatus relictus fuit, sed quia non fuit cum honore sepultus. [In inferno.] Deest coniunctio præcedens. Ita quòd legendum est. [Et in inferno eleuans oculos suos.] Superfluit enim coniunctio autem, post eleuans. [Vbi duo describuntur scilicet locus animæ infernus, & eleuatio oculorum. Ordinatio intellectus animæ diuitis ad Abraham & Lazarum, & eleuatione oculorum metaphorice significatur. [Quum esset in tormentis.] Torqueri animas in inferno dubium non est: modus autem quo torquentur, quo ad detestationem voluntatis facile patet. perseuerant siquidem cum eodem velle iniquo quod hic habebant: & dum experiuntur se priuatas beatitudine quam potuissent adipisci, valde hanc priuationem detestantur: & propterea valde affliguntur de pœna damni. Et quia etiam experiuntur se deputatas ad locum inferni (non circunscriptiue, sed diffinitiue) ita quòd adimitur eis libertas absoluendi se ab illa diffinitione, detestantur tam viliſſimum carcerem: & propterea valde hinc affligũtur de hac pœna sensus. Rursus experiuntur vires animæ (intellectum scilicet & voluntatem) cogi illum ad actualem consideratione pœnarum suarum, istam ad actualem renitentiam contra pœnas. Ita quòd non possunt paululum quietis (velut dormientes aut non cogitantes) percipere: sed semper oportet eas sic sentire intellectu & voluntate pœnas sicut à principio. hæc enim maxime affligunt animum. Inter pœnas quoque damnatorum computa vincula intellectus: hoc est, quòd non permittitur eis vti intellectu ad intelligendum quęcun-

quæcunque possent naturaliter intelligere. Et præter hoc in dæmonibus est alia pœna scilicet alligatio potestatis, vt non possint vti illa ad omnia ad quæ se extendit naturalis eorum potestas. Omnia enim impedimenta detestãtur, & inuiti sustinent damnati omnes. Et propterea affliguntur, tristitia enim est de ijs quæ nolentibus insunt nobis. Hæc sunt tormenta animarum & vniuersaliter spirituum damnatorum. De pœna autem corporum post resurrectionem, non est præsentis propositi. [Vidit] pro, videt, [Abraham,] Si quæris quomodo agnouit Abraham, nõ facile certa redditur responsio quoniam etsi anima diuitis videt alias animas, qualiter tamen discreuerit hanc fuisse animam Abrahæ, & illam Lazari ex naturalibus, non patet. Præsenti tamen proposito descripta eleuatio oculorum (hoc est ordinatio intellectus ad Abraham & Lazarum) intelligi potest diuinitus facta, ac per hoc patet modus quo agnouit Lazarum & Abraham ordinatio siquidem diuina effectrix est huius discretionis: vt in theologia speculatiua declaratur. [Alõge.] non solum distantia locali, sed magis distantia status. [Et Lazarum in sinu.] pro, sinibus, [eius.] Tanquam complexus vtraque sinus parte describitur Lazarus: vt valde charus significetur Abrahæ [Et ipse clamans dixit. Pater Abraham.] Israelita, erat ex semine Abrahæ, Et propterea patrem eum appellat. [Miserere mei.] Ex affectu amoris proprij prodit vniuersa hæc precatio. [Et mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma.] More sensibilium describit spiritualia. Non habet anima corpoream linguam, non eget corporea aqua: nec anima Lazari habebat digitos. Et similiter ibi non erat cruciatus flammæ sed per maximam pœnam apud nos (qualis est cruciari flamma ignis) significatur multo maior pœna, immò incomparabiliter maior pœna spiritus. Et similiter significatur aliquantula remissio per refrigerationem quæ fieret per guttę aquæ infusionem. Et specialiter describitur cruciatus linguæ: quia in gustu specialiter peccauerat, & alimentum Lazaro negauerat. ¶ Aduerte prudens lector vere impeditum intellectum istius diuitis apparere in hac petitione: dum petit Lazarum mitti ad sui refrigerationem cui meminit se tam inhumanum fuisse [Et dixit illi Abraham,] Fili. Recognoscit filium natura [Recordare quia recepisti bona.] Deest tua. [in vita tua.] Commemorat præteritam mercedem. Ac si aperte dicat recordare quòd siquid meruisti boni, recepisti ãtequam morereris. vnde non supersest tibi boni aliquid recipiendum. Significantius autem

tem dicit bona tua, hoc est à te concupita: ad differentiam bonorum simpliciter. Et similiter dicit in vita tua, in vita à te concupita: in qua finem tuum tu constituisti. [Et Lazarus similiter mala.] Lazarus non recepit mercedem suam in priori vita, sed recepit mala. hoc enim significat similiter sicut tu recepisti bona, ita iste recepit mala: vnde superest vt meritis eius reddantur nunc bona. [Nunc autem hic.] Non est pronomen, sed aduerbium loci. continuatur siquidem oratio de Lazaro quòd olim suscepit mala: nũc autem (hoc est post mortem) in hoc loco, in sinu meo. [Consolatur.] In passiua ponitur significatione. In limbo patrum erat cõsolatio tum securitatis æternæ beatitudinis, tum sanctæ societatis, tum exemptionis ab omni pœna sensus. [Tu vero cruciaris. Et in his omnibus.] pro, & super omnia hæc, [inter nos & vos chaos magnum.] pro, hiatus magnus. Non enim significatur confusio denotata per chaos: sed apertura, vorago magna similis hiatui terræ. [Firmatum est.] Consequenter legendum est, firmatus est. Inaccessibilitas hinc inde firmata significatur per huiusmodi magnam voraginem intermediam, immutabilitas vtriusque status per hoc describitur stabilita & firmata. Et hæc manifeste declaratur per impotentiam hinc illuc eundi & econuerso. [Vt ij qui volunt hinc tranſire ad vos.] Non significatur voluntas deliberata, sed voluntas naturalis affectus velut ad miserendum. In limbo enim quanuis confirmatam habuerint voluntatem in bono, non tamen adhuc erant beati. ac hoc naturalis voluntas ad miserendum aliquibus damnatis non videtur eos dedecere. [Nô possint.] Non est impotentia hæc pœna aliqua, non est ademptio libertatis animabus existentibus in limbo: sed est immutabilitas voluntatis firmatæ in conformitate ad voluntatem diuinæ iustitiæ. [Neque inde huc transmeare. Et, ait, Rogo ergo te pater vt mittas eum in domum patris mei.] Non proueniunt hæ præces ex bono affectu ad salutem fratrum (quoniam damnati habent voluntatem firmatam ad malum) sed proueniunt ex affectu superbiæ. Superbus enim videns se deiectum in miseriam, quanuis omnes vellẽt esse miseros similes sibi aut miseriores se, videns tamen aliquos euasuros miseriam, appetit suos esse qui euadant miseriam, vt vel sic (hoc est in suis) exaltetur. Ex hoc affectu procedunt istæ preces. Videbat enim diues multos saluari. & propterea apperebat suos fratres euadere miseriam, vt vel sic in suis fratribus exaltaretur. [Habeo enim quinque fratres.] Si historia non est ad cumulum fœlicitatis temporalis istius diuitis describi-

tur

tur fultus quinque dilectis fratribus, ſuperſtitibus, adultis inter tot diuitias, delitias & pōpas. [Vt teſtetur illis ne & ipſi veniāt in hūc locum tormentorum.] pro, tormenti [Et ait illi Abraham, Habent Moyſen & prophetas, audiant illos.] Optima reſponſio ſecundum ordinem diuinæ prouidentiæ. [At ille dixit, non pater Abrahā: ſed ſi quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent.] Hic apparet īprudens iſtius petitio. petit reſuſcitationem vnius mortui ad ſuam inſtantiam fieri: & quod dementius eſt, audet docere Abraham, dicendo. non pater Abraham ſed ſiquis ex mortuis &c. [Ait autē illi, Si Moyſen & prophetas non audiunt, neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit credent.] Nota ſententiam hāc incredule. qui dicis ſi viderem reſuſcitari vnum mortuum, facerem & dicerem &c Ecce Abrahæ ſententia contra te quod ſi Moyſen & prophetas non audis, neque ſiquis ex mortuis reſurrexerit credes. Et vere ſic eſt: quoniam credere donum dei eſt, quoniam pœnitere peccatorū donū dei eſt. Et vere ſic de facto fuiſſe apparet in euangelio Ioannis: ſcribentis quod pręſentiū in reſuſcitatione Lazari aliqui crediderunt, & aliqui iuerunt ad Phariſæos & inde collegerunt concilium pontifices, & concluſerunt occidere Ieſum.

CAPVT. XVII.

Dixit autem ad diſcipulos ſuos. Impoſſibile eſt vt nō veniant ſcandala.] Non impoſſibilitate logica ſed impoſſibilitate morali. tā proni eīn ſunt homines ad malum, vt ineuitabilis ſit euentus ſcandalorum. [Vę autem illi per quem veniunt.] Quāuis in genere impoſſibile ſit vitari ſcandala. quilibet tamen ſcandalizans, voluntarie ſcandalizat. Et propterea non excuſatur ex impoſſibilitate in genere: ſed væ illi per quem ſcandalum venit. imputatur enim ei ad pœnam ſcandali culpa. [Vtilius eſt illi.] pro, expedit illi, [ſi lapis molaris] pro, mola aſinaria. In idem tamen redit: niſi quod magnitudo molæ deſcribitur ad quam aſinus deputatur. [Imponatur circa collum eius & proijciatur in mare, potius quam vt ſcandalizet.] Ratio huius dicti eſt: quoniam quęcunque atrociſſima huius temporis pœna, minor eſt pœna debita ſcandalizanti. præter hoc quod omnis pœna expedit ad euitandam culpam ſcādali. [Vnū de filijs iſtis.] Appoſuit hoc ad differentiā ſcandali Phariſæorum: quod alibi negligendum docet. [Attendite vobis.] hoc eſt cauete ne incidatis in ſcandala. De ſcandalis enim tractans,

tria

tria dicit. Primum neceſſitatem ſcandalorum in genere, deinde culpam ac pœnam ſcandalizantis, & nunc demum cautelam ne ſcãdalizemur quantumcunque alij offendicula ponant. Hoc enim eſt attendere nobiſipſis: cauere ſcilicet ne impingamus in huiuſmodi offendicula. Et de his vide ſcripta Matt. 18 [Si peccauerit in te.] Non dicit in deum aut in proximum, ſed contra te [Frater tuus.] Non dicit ſuperior tuus, ſed frater. relatio enim æquiparantię ſignificatur. [Increpa illum.] prouoca illum dulci reprehenſione vt reſipiſcat, noli negligere ſalutem illius. Intellige hoc præceptum fraternæ correctionis pro loco & tempore, ſuppoſita ſcilicet ſpe fructus, & ſeruatis congruis circunſtantijs. [Et ſi pœnitentiam egerit] pro, pœnituerit. Non enim ſumitur hic pœnitentiam agere proſatisfacere. ſed pro pœnitere ſeu reſipiſcere [Dimitte.] pro, remitte, [illi] non ſolum offenſam, ſed ſatiſfactionem quam tibi deberet per offenſã [Et ſi ſepties in die peccauerit in te & ſepties in die] Significatur per numerum ſeptenarium toties quoties ponitur enim numerus finitus pro infinito. [Conuerſus fuerit ad te.] Superfluit ad te. [dicens pœnitet me.] ſapiens præceptor Ieſus vult vt homo videns quæ foris ſunt, & non cor alterius dicẽtis pœnitet me, vt pœnitentem ſuſcipiat. [Dimitte.] pro, remittes, [illi] Recole hic quòd tractatur de remiſſione offenſæ, non in deum aut in proximum, ſed in te. in cuius libera poteſtate eſt remittere quod tibi debetur. Et propterea vult dominus quòd potius fallaris remittendo fratri dicenti pœnitet me, quàm fallaris non remittendo. Secus autem eſt quum de offenſis publicis agitur. quę non ex tuo libero pendent arbitrio. oporteret enim attendere ne fallaris. De his vide ſcripta Mat. 17 [Et dixerunt Apoſtoli domino.] Tranſit Lucas ad aliam materiam. [Adauge] pro, adijce [nobis fidem.] Reſponſio domini aperit ſenſum petitionis apoſtolicę. Audierant enim Apoſtoli ſæpe Ieſum magnificantem fidem, attribuẽdo fidei miracula & ſalutes, & conſiderantes in ſeipſis non ita vigere fidem, petunt hoc donum, adiice nobis fidem. Fidem petendo, fidem magnam ſe habere monſtrant, credendo quòd Ieſus poſſit infundere in animis eorum donum fidei Nec fidei nomine ſignificatur credere ea quæ ſunt neceſſaria ad ſalutẽ (quoniam hãc fidem habebant,) ſed confidentia in deo ſeu in ipſo Ieſu, ad virtutes & miracula operandum, ad exercendum quæcunque incũbũt circa p̃dicationis officium, & alia Xp̃i mandata ſeruãda. hanc enĩ fidem adijci ſibi petunt ſuper eam quam habent [Dixit autem dominus. Si habueritis.] pro, habetis, [fidem ſicut granum ſinapis, dicetis.] pro, dixiſſetis, [huic arbori moro.] p, ſycamino, [eradi-

care & transplantare in mare.]pro,plantare in mari,[& obediet.] pro,obedisset,[vobis]Contemplare textum:& vide mirum loquẽ di modum.Si habetis fidem in præsenti,dixissetis,in præterito, & similiter obedisset.Ineptus apparet loquendi modus & absque ne xu,si habetis dixissetis.respondeti siquidem potest nullam esse se quellam,si nunc habeo dixissem. ¶Sed dominus minus dicit & plus significat.Dicendo enim si habetis, negat eos habere fidem sicut granum sinapis. Et in hac negatione de præsenti significat negationem pro vniuerso quoque tempore præterito ita quod negationem temporis præteriti durantem vsque ad tempus præsens inclusiue,significat à negatione præsentis. Et est sensus.Si vsque in præsens habuissetis fidem sicut granum sinapis (significando quod nec habuistis nec habetis fidem sicut granum sinapis)hoc est fidem in minima quantitate,multæ tamen virtutis: sicut granum sinapis minimum est quantitate,magnum tamen virtute. Et dixit hoc vt recognoscerent apostoli maiorem defectum fidei in se quam putarent:& magis accensi desiderio doni fidei, capaciores ac idonei redderentur ad suscipiendum tantũ donum [Dixissetis huic sycamino.] Virtutem minimæ fidei sicut grani sinapis(hoc est paruæ in quantitate, magnæ tamen in virtute confidentiæ in deo) explicat ab effectu quem potuissent efficere solo verbo circa vegetabilia:vt ab hoc exemplo mirabili & incredibili discant quanta sit virtus fidei sicut grani sinapis. Nec intendit quod si habuissent talem fidem dixissent hoc: sed quod potuissent dicere,& effectum fuisset quod dixissent. Et quia præsens erat arbor illa sycamini(quæ arbor dicitur peculiaris Syriæ, nobis ignota)ideo dicit huic sycamino. [Eradicare.] Ecce primum factum mirabile. [Et plantare in mari.] Ecce secundum mirabilius. Et sunt hæc imperatiua passiua. [Et obedisset vobis.] tanquam subdita imperio vestro. In quo significatur homo confidens in deo,sic deo vnitus vt ei imperio obediat creatura insensibilis sicut deo, [Quis autem vestrum habens seruum arantem.] Petierant apostoli adiungi sibi donum confidentiæ:quod & eis collatum subintelligitur. Et quoniam superbia etiam bonis operibus insidiatur vt pereant,ideo Iesus adiũgit parabolam conseruatiuam eorum in vera recognitione suimet, ne extollantur.Et tum parabola,tum applicatio eius clara habetur in litera.[Aut pascentem boues.]Superfluit boues. Describitur enim seruus pascens,sed non describuntur animalia quæ pascit,nihil nanque refert an sit pastor ouium, an caprarum,[Qui regresso-

greſſo de agro dicat illi]pro,dicet.& ſuperfluit illi. [ſtatim tranſi & recumbe,& non dicit.] Deeſt.ei. [para quod cœnẽ:& præcinge te,& miniſtra mihi donec manducem & bibam:& poſt hęc tu mãducabis & bibes? Nunquid gratiam habet ſeruo illi.] tanquam pro gratuito beneficio recepto. [Quia fecit quæ ei imperauerat? Non puto.Sic & vos.]Hæc eſt concluſio parabolæ.[quum feceritis omnia.]non quædam ſic & quædam non. [quæ prȩcepta ſunt vobis dicite.ſerui inutiles ſumus.]vtpote debita tantum perſoluẽtes & nihil vtilitatis ſuperaddentes. hunc enim ſenſum teſtãtur ſequentia verba. [Quod debuimus.]pro,debebamus,[facere,fecimus.] Nota parabolam pro memoria, & concluſionem pro documento. Si ſeruando omnia præcepta ſumus inutiles, nec habemus vnde ſuperbiamus,quid ſentiendum de nobiſipſis eſt qui nõ omnia ſeruamus, qui multorum rei ſumus?ſed quid de nobis dico:quum nullus dicere poſsit quod debebam feci, niſi qui exemptus eſt à dicendo,dimitte nobis debita noſtra.Quod ergo dicitur quum feceritis omnia nõ ideo dicitur quod facturi eſſent omnia: ſed quod ſi etiam facerent omnia, ſed quum merita habuerint facientium omnia præcepta, recognoſcant ſe ſeruos inutiles: vt a fortiori recognoſcant ſe minus quàm inutiles,hoc eſt debitores & reos multorum quæ debebant ſeu debent facere. [Et factum eſt dum iret in Hieruſalem, tranſibat per mediam Samariam & Galilæam. Et quum ingrederetur quoddam caſtellum, occurrerunt ei decem viri leproſi,qui ſteterunt à longe, & leuauerunt vocem, dicentes,Ieſu præceptor miſerere noſtri. Quos vt vidit,dixit ite,oſtẽdite vos ſacerdotibus.Et factũ eſt,dum irent,mundati ſunt.]Iuxta præceptum legis Leuit.14.ſacerdotum erat iudicare de vera mundatione à lepra,& propterea Ieſus non mundatos ſed mundandos mittit ad ſacerdotes cenſores vere mundationis. ¶Vbi nota fidẽ leproſorum confidentium in verbis Ieſu quod inueniendi eſſent mundi coram ſacerdote. Dicendo enim ite oſtendite vos ſacerdotibus: mundos futuros promittit: vt clare patet ex eo, quod dum irent mundati ſunt. [Vnus autem ex illis vt vidit quia mundatus eſt, regreſſus eſt, cum magna voce magnificans.] pro, glorificans, [deum. Et cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens.]Deeſt.ei. [Et hic erat Samaritanus.] genere,non fide & cultu.vt patet ex eo quod ibat vt oſtenderet ſe ſacerdoti.erat ſiquidẽ proſelytus. [Reſpondens autem Ieſus dixit. nonne decem mundati ſunt? nouem autem vbi ſunt? Non eſt inuentus qui rediret & daret.] pro,non ſunt reperti qui redierint vt darẽt,[gloriam deo,

niſi

niſi hic alienigena. Et ait illi ſurge, vade: quia fides tua.] Superfluit. quia. [ſaluum te fecit. Interrogatus autem à Phariſæis quãdo venit.] pro, veniet regnum dei. An in veritate an irriſorie interrogauerint Phariſæi de tempore quando veniet regnum dei, certum non eſt: reſpõſio tamen domini tanquã vere interrogantibus quadrat. prædicante enim Ieſu & ſæpe reperente regnum dei propinquum petunt (ſiue irridendo ſiue vere inquirendo) quando veniet. [Reſpondit eis, & dixit. Non veniet regnum dei] Regnum dei duplicem habet ſtatum. Alterum ſpiritualem in præſenti vita in cordibus fidelium. regnat enim deus per fidem, ſpem & charitatem Ieſu Chriſti in cordibus hominum. Alterum non ſolum ſpiritualem ſed etiam corporalem, regnante deo non ſolum in animabus ſed etiam in corporibus hominum iam glorificatorum in anima & corpore. Quærentibus itaque Phariſæis quando veniet regnum dei, reſpondet primo Ieſus de aduentu regni dei abſolute, vt commune eſt vtrique ſtatui. [Cum obſeruatione] temporis neuter enim ſtatus eget obſeruatione temporis: quia ſpiritualis ſemper, ſenſibilis autem publicus ac repentinus erit. [Neque dicent.] vere euangelizantes regnum dei. [Ecce hic aut ecce illic.] Superfluit aut. Sicut non veniet cum obſeruatione temporis, ita nec cum obſeruatiõe loci, omnis enim locus eſt locus regni cœlorum ſecundum ſtatum ſpiritualem: & vbique clarus apparebit Chriſtus in ſecundo aduentu. [Ecce enim regnum dei intra vos eſt.] Ratio excludens tam certum tempus quam certum locum, quantum ad ſtatum ſpiritualem ſubiungitur & eſt quia regnum dei ſpirituale eſt in ſpiritibus veſtris, intra vos eſt. Ita quod ſpecificat hac ratione regnũ dei ſecundum ſtatum ſpiritualem, incipiendo deſcendere ad ſingulos regni ſtatus. hoc nanque teſtatur coniunctio enim. ¶ E ſi quæſitum fuerit quomodo Phariſæis vere dicitur, ecce enim regnum dei intra vos eſt. Reſpondetur quod erat in eis per veram vnius dei fidem, per quam inchoatur regnum dei ſecundum ſtatum ſpiritualem, vel demõſtratur proxime futurum regnum dei intra illos poſt miſsionem ſpiritusſancti. Et pronomen vos non oportet exercere demonſtrationem perſonalem (hoc eſt demonſtrare illos ad quos loquitur) ſed in illis fideles omnes, fide non mortua ſed viua. [Et ait ad diſcipulos ſuos.] Reſpõſurus de regno dei quo ad ſtatũ manifeſtum etiam in corporibus (qui erit in aduentu Chriſti glorioſo) conuertit ſermonem ad diſcipulos ſuos tum quia intendit eis declarare multa præcedentia ante talem aduentum regni

dei

dei: tum quia ad vtilitatem discipulorum non Pharisæorum sciebat hæc profutura. [Veniét dies quando desideretis.] pro, desiderabitis, [videre vnũ diem filij hominis.] Nõ clare constat an per vnum diem filij hominis significetur dies quietis pacificę qualem habebant Iesu discipuli tunc quum conuersabantur cum eo, an significetur dies aduentus glorioſi Iesu Christi. vtrunque enim sensum textus admittit. Et iuxta priorem sensum prædicitur discipulis. venient dies tribulationis & angustiæ vestræ antè aduentum manifestum filij dei, & tantæ tribulationis quòd desiderabitis naturali desiderio habere hanc quietem quam modo habetis. Acsi apertius diceret. paupertas & reliqua quæ modo suffertis relata ad ea quæ passuri estis, desiderabilia reddentur vobis: peiora passuri estis his quæ modo suffertis, ita quod hæc desiderabuntur à vobis tanquam bona. Nec sola magnitudo persecutionum futurarum sed continuitas significatur dicẽdo quod desiderabitis videre vnum diem. suspirabitis enim ad vnum diem horum nullum habentes diem quietum. ¶Iuxta alterum vero sensum prædicitur eis futura magna tribulatio cum desiderio aduentus glorioſi ipsius Christi absque ipso aduentu. Acsi apertius dixisset. præcedét manifestum aduentum regni dei, dies tribulationum vestrarum, dies vitæ vestræ, ita quod desiderabitis videre diem vnum hoc est diem illum gloriosum, qui non est nisi vnus: quoniam erit dies æternitatis. [Et non videbitis.] quia prius moriemini quam veniat regnum dei manifestum, & similiter non habebitis requiem quam nunc habetis. [Et dicent vobis.] pseudoprophetæ & pseudoapostoli. Hinc clare apparet quod pronomen vobis, facit demonstrationem simplicem. demonstrantur enim discipuli in genere. [Ecce hic & ecce illic.] est Christus afferens regnum dei. [Nolite ire.] ad videndum talem Christum annunciatum in certo loco [Neque sectamini.] talem Christum. Vtrunque prohibet & ire ad ipsum, & oblatum sectari. Et intendit per hoc quod manifestum regni dei aduentum non solum præcedent tribulationes discipulorum, sed etiam multi Antichristi cum multis eorum nuncijs. [Nam sicut fulgur.] Ratio redditur excludens omnia loca terræ: & similiter omnem occultationem glorioſi aduentus Christi. [Coruscans de sub cœlo.] pro, de ea regione quæ sub cœlo, [in quæ.] pro, in eam quæ, [sub cœlo sunt.] pro, sub cœlo est, [fulget.] Assimilatur aduentus secundus Christi fulguri coruscãti de regione orientali aeris in regionem aeris occidentalem: quia ad literã in aerẽ descendet Iesus. vt clare explicatur. 1. ad Thessa. 4.

& sic

& ſic in aere apparebit vt manifeſtus ſit vniuerſis vndecunque: Hæc enim duo ſignificantur per hanc ſimilitudinem, per quę duo manifeſte excluditur ecce hic aut ecce illic, quoniam omnibus apparente in aere manifeſto, non erit ratio dicendi ecce hic aut illic [Ita erit filius hominis in die ſua.] Seipſum nominat filium hominis, quia in forma humana veniet. Diem autem ſuam appellat humano more diem expectatam & valde deſideratam, diem gloriæ in qua veniet ad accipiendum poſſeſsionem ſenſibiliter totius vniuerſi. [Primum autem oportet illū multa pati] Inter alia præcedentia manifeſtum aduentum regni dei, connumerat paſsionem propriam. par enim fuit vt ſicut prædixit paſsiones diſcipulorum ante illum aduentum, ita prædicat & ſuam. [Et reprobari à generatione hac.] ſcilicet Iudęorū [Et ſicut factū eſt in diebꝰ Noe, ita erit & in diebus filij hominis. Edebant & bibebant, vxores ducebant & dabantur ad nuptias, vſque in diem qua intrauit Noe in arcā: & venit diluuiū & perdidit omnes. Similiter & ſicut factū eſt in diebus Lot, edebāt & bibebant, emebāt & vendebant, plantabāt & ædificabant. qua die autē exijt Lot è Sodomis pluit ignem & ſulphur de cœlo: & omnes perdidit. Secūdū hæc erit qua die filiꝰ hominis reuelabitur.] pro, reuelatur. Subiungit inopinatum mundo futurum aduentum illum à duobus exemplis altero diluuij: altero incendij Sodomæ. Et omnia clara ſunt in litera. [In illa hora qui fuerit in tecto & vaſa eius in domo, ne deſcendat tollere illa & qui in agro, ſimiliter non redeat retro.] pro, ad ea quę retro. [Memores eſtote vxoris Lot] Poſtquàm declarauit aduentū ſuū glorioſum futurū inopinatū, ſubiūgit modo monitionē ad celerem animum ad ea quę ſunt ſpiritus: docendo hoc ſub duabus metaphoris. Altera eſt. exiſtēs in tecto & habens vaſa ſua, res ſuas in domo, ne deſcendat ad ſumendū res ſuas. Altera eſt. exiſtens in agro, non redeat ad ea, quę retro reliquit tollenda. ¶ Vbi aduerte quòd Ieſus Matt. 24. hæc eadē dicit, ſed ad aliud propoſitū. nam ibi ad monſtrandam celeritatē fugæ neceſſariæ volētibus euadere ab excidio Hieruſalem: hic vero de tempore ante aduentum Chriſti glorioſum loquitur ad ſignificandū non celeritatem fugæ ſed celeritatem affectus neceſſarij ad ſpiritualia. Intendit enim per hæc aperire quòd tunc non erit commoditas temporis differendi affectum ad ſpiritualia, ſed quàm celerrime abſque quacunque minima dilatione etiam prętextu cuiuſcunque neceſſariæ occupationis, adhibendus eſt animus ad ſpiritualem vitā. Hunc eſſe literalem ſenſum teſtantur ſubiuncta verba, memores eſtote vxoris Lot: quę cū ver-

tiſſet ſe retrò, non habuit tempus vertendi ſe ad antè. Quocirca monet quòd nec prætextu tam paruæ morulæ quæ occuparetur ad tollendum ea quæ domi ſeu retro relicta ſunt, differenda eſt ſpiritualis vita ſiue tanquàm poſtea recuperanda ab habentibus & deferentibus illam, ſiue tanquàm poſtea acquirenda à non habentibus illam. Vnde quum dixit in illa hora, non tempus aduentus ſui ſignificauit (quoniam aduentus eius terminus erit viatorum: nec erit tunc tempus quo monitio poſsit prodeſſe) ſed ſignificat tempus propinquum aduentui Vnde nomine horæ illud appellauit. velut tempus ita propinquum quòd infra horam eſſet aduentus Chriſti. Tũc enim monitio prodeſſe poteſt ſed nulla interpollatio admittenda eſt propter temporis anguſtiam ſimul & incertitudinem quam exemplum vxoris Lot teſtatur. [Quicũque quæ fierit animam ſuam.] Quid eſt retro aſpicere, quid eſt deſcendere ad tollendum vaſa in domo, quid eſt redire ad ea quæ retro, declaratur hac ſubiunctione quòd eſt ſtudere vitæ animali: hoc eſt quærere vnunquemque quæ ſua ſunt non quæ Ieſu Chriſti. Ideo autem declarauit per quærere ſaluare animam propriam, id eſt vitam propriam quia ſecundum communem curſum humanorum affectuum ratio damnationis hominum eſt nimius amor vitæ propriæ: & ratus eſt qui vitam propriam poſtponit futuræ vitæ. Quicunque igitur quę fierit, quouis modo per fas & nefas, animã ſuam, vitam ſuam [Saluam facere, perdet illam.] vitam ſuam æternaliter [Et quicunque perdiderit illam.] vitam ſuã, ſubaudi propter me. [Viuificabit eam.] pro, viuam generabit eam. in æterna vita Perdendo hic, generat illam in vita æterna [Dico vobis, in illa nocte.] Paulò ante dixerat in die ſua modo dicit in illa nocte, Secundũ enim hiſtoriam aduentus glorioſus Chriſti erit in die: vtpote tẽpore cõgruo ad hoc vt videatur ab omnibus. Deſcribitur autem in nocte propter ſimilitudinem ad occurrentia nocte: quia veniet ex improuiſo quando nõ creditur, ſicut ea quæ occurrunt in tempeſta nocte. Et in propoſito noctis mentio fit, propter occultam rationem diuinæ electionis ac reprobationis quæ deſcribitur. [Erunt duo in lecto vno.] Genus hominum quieſcentium ſignificat [Vnus.] mas [aſſumetur.] diuina electione. [Et alter relinquet.] ſibiipſi: quod eſt reprobari [Duę erũt molẽtes in vnũ.] pro, ſimul. Gen⁹ operãtiũ labore manuũ ſignificat [Vna.] mulier [aſſumetur.] ſimiliter diuina electione. [Et altera relinquetur.] ſibiipſi [Duo in agro. vnus aſſumet, & alter relinquetur.] Tota hęc particula de duobus in agro, ſuperflua eſt. Duo tantum hominum

minũ genera Lucas refert quiescentium scilicet & operantium. in his enim vniuersum humanum genus comprehenditur. Vtriusque sexus meminit, sic quòd vtriusq3 sexus pars aliqua eligitur. & pars relinquitur: vt vtrunque sexum discamus assumendum. Ita quòd vterque sexus remanebit in regno Christi. propterea enim dixit vna assumetur. Et similiter etiam vterque sexus erit in inferno.

¶ Diuinæ quoque electionis gratia describitur, dicendo assumetur: descripta præsertim paritate status quietis in lecto & laboris molendo. Similiter quoque meritum reprobationis significatur, dicendo relinquetur. non potest qui relinquitur sibiipsi, imputare relinquenti nisi negationem gratiæ: sed suis imputet meritis quicquid sibi euenerit. ¶ Aduerte prudens lector ꝙ potuisset multipliciter vniuersa hęc monitio fieri: maluit Iesus hãc cõstare ex his tribus partibus s. ex cautela ne retro redeant, ex studio vitę futurę pl' quàm vitæ propriæ, & ex diuinæ electionis gratia: vt hinc discere-mus conditiones tres requisitas ad salutem cuiusque æternam. Prima est amor vitæ futuræ plus quàm præsentis: qui declaratur in secunda particula, quicunque quęsierit &c Secunda est constantia in hoc studio siue contemplatiuam siue actiuam vitã quis agat. Et hæc describitur in prima particula de existentibus in tecto contemplationis, vel agro operis exterioris. Et hæ duæ conditiones se tenent ex parte nostra. & periculum inconstantię illorũ qui non ex intentione perdendi vitam futuram sed ex occasionibus occurrentibus peccant mortaliter, tanquàm habituri postea spatium pœnitendi, declaratur ex eo quòd euenit vxori Lot: quæ credidit se posse ad pristinum statũ redire, & interim punita est. Tertia ex parte diuinæ gratiæ se tenens (quæ est vtriusque radix) est electio diuina. quæ vt omnino gratuita significetur & nõ ex meritis, describitur circa omnino pares ac iunctos sexu, occupatione, loco, & tempore: duos scilicet in lecto vno, & duas molentes simul. [Et respondentes dicũt illi, Vbi domine?] Non explicauerat Iesus locum quo ducendi sunt assumendi & assumendæ. Et propterea discipuli respondendo quęrunt vbi domine? [Qui dixit illis, vbicunque.] pro, vbi, [fuerit corpus, illuc congrebabũtur & aquilę.] Alii qui codices loco dictionis corpus habent cadauer. & omnino corpus pro corpore mortuo ponit. Similitudine enim sumpta ab aquilis concurrentibus ad cadauer vt pascãtur, declarat non solũ locum sed etiam modum & affectum & fructum. Intendit siquidem quòd electi diuina electione sic assumentur, quòd velut volãtes (hoc est per aerem meantes) & tanquam esurientes ad fruendũ

christo, congregabuntur ad locũ in aere vbi erit Christus ad fruendum ipso: quemadmodum aquilæ congregantur ad comedendum corpus mortuum. Vnde & Paulus dicit. rapiemur obuiã Christo in aera, & sic semper cum domino erimus.

CAPVT XVIII.

Dicebat autem & parabolã ad illos, quoniã.]pro, ad hoc q̃p, [oportet semper orare, & non deficere.] pro, segnescere. seu defatigari. Explicat euãgelista quorsum tẽdit parabola sequẽs. Quod aũt dicitur oportet semper orare absque vlla defatigatione, nõ cõtinuũ orandi exercitiũ indicit (quũ hoc homini fit impossibile) sed horis omnibus congruis absque vlla pigritia necessitas orãdi significatur. Et hoc de oratione quæ est actualis mentis eleuatio loquendo extenso tamen orationis nomine ad omnem actum meritoriũ apud deum, absque vlla exceptione oportet semper orare: quoniã oportet omni tempore gratum deo obsequium exhibere. Ita quòd qui comedit, domino comedat: & qui dormit, domino dormiat: & sic de reliquis. Sic enim semper oratur: & nũquàm defatigatio interuenit, nisi quũ peccatur. De necessitate aũt orandi, superius dictũ est ea ratione necessarias esse orationes ad vitã ęternã consequendam, qua necessariæ sunt reliquæ causæ secundæ ad proprios effect⁹, quia oportet agros colere vt fructus agrorũ percipiamus: & sic de similibus. [Dicens iudex quidam erat in quadã ciuitate, qui deum non timebat, & hominem non reuerebatur.] Parabola satis clara est. [Vidua autem quędã erat in ciuitate illa: & veniebat ad eũ, dicens, Vindica me de aduersario meo. Et nolebat per multũ tẽp⁹.]pro, ad tẽpus. Significatur enim quòd aliquãdiu nolebat facere iustitiam. [Post hęc autem dixit intra se. etsi deũ non timeo, nec hominẽ reuereor, tamen quia molesta est mihi hęc vidua, vindicabo illã: ne in nouissimo.]pro, randẽ, [veniens suggilet me.] Motus describitur iudex iste ex importunitatis molestia & timore proprię maculę, quia nec propter deum nec propter homines mouebatur: ne scilicet viduæ illius tanta importunitas tãdẽ vituperaret eũ: & sic infamiæ maculam incurreret. [Ait autem dominus, Audite quid iudex iniquitatis dicit.] Ad conclusionem parabolæ excitat audientes. quia parabola hæc non est introducta vt discerent audientes aliquid imitandum: sed vt ex ea argumentum discerent ad credendam diuinam iustitiam. [Deus autem non faciet vindictam electorum suorum.] Concludit parabolam arguendo quòd si iudex iniquus victus frequentia precum viduæ

dispositu

diſpoſuit tandem vindicare viduam, quanto magis deus iuſtiſſimꝰ faciet vindictam electorum ſuorum, [clamantium ad ſe die ac nocte.] Clamor continuus electorum nõ eſt formaliter petitio vindictę (quãuis vindicta iuſtitia ſic punitiua, & ſancte poſſit deſiderari) ſed eſt formaliter petitio quòd aduẽiat regnum dei, eſt formaliter deſiderium beatitudinis perfectę (in anima ſcilicet & corpore) quę erit quum aduenier regnum dei. Et quia aduentus regni dei annexam habet vindictam (hoc eſt iuſtitiam punitiuam iniuriarum illatarum electis dei) ideo clamor iſte eſt virtualiter petens vindictam. Et quoniam electi continue ſuſpirant ad regnum dei, ideo continue dicuntur clamare petendo vindictam die ac nocte. Et cõformis eſt hæc ſententia clamori martyrum ſcripto Apoc 6. Vnde patet quòd non contrariatur ſententia hęc alteri domini doctrinę. orate pro perſequentibus vos. Electi enim pro perſecutoribus ſuis orant, affectu veniæ eorum: & cum hoc orando pro aduentu regni dei, orant affectu pro vindicta, non contra hunc aut illum, ſed in genere: quæ fiet in iudicio vniuerſali. [Et patientiam habebit in illis.] pro, & longanimis ſuper illos? Aduerte hic quoſdam codices Græcos loco & habere etiam. ita quòd in eis legitur, etiam longanimis ſuper illis. Et eſſet ſenſus, quòd quanuis longanimis ſit ſuper illis, nihilominus faciet vindictam. Legendo autem &, negatur longanimitas, & eſt ſenſus quòd deus non protrahet in longũ vindictam, ĩterrogatiue enim tota hæc clauſula legitur. Hic autem ſecundus ſenſus, hæc lectio (ſcilicet cum coniunctione &) quadrat ſequentibus Ieſu verbis. [Diço autem vobis. quia cito faciet vindictam illorum] ſubiũgendo affirmationem celeris vindictę: declarat quòd non protrahet in longum vindictam. Similis ſententia ſcribitur Apoc. ſext & dictum eſt illis vt requieſcerent adhuc tẽpus exiguum. Quum enim hic dicitur cito, ibi dicitur exiguum tempus. Quod licet proculdubio verum ſit reſpectu æternitatis qua durabit æternum CHRISTI regnum, ad literam tamen dicitur ad excludendum veram tarditatem quæ in apparentia videtur hominibus tarditas: quia in veritate nõ interuenit tarditas aliqua ſed ſuauis diſpoſitio qua conſtat cito fieri quod quamprimum congruo ſeruato ordine fit. [Veruntamen filius hominis veniens putas.] pro, an, [inueniet fidem in terra?] Aduerſatiua hæc ſententia contra officium dei ad cito faciendam vindictam electorum ſuorum, è regione contraponit diminutionem tantam fidelium, vt vix inueniãtur aliqui veri fideles tempore aduentus Chriſti glorioſi, Acſi apertius dixiſſet, quanuis deus tantam curam habeat

electorum suorum quòd cito faciet vindictam eorum, nihilominus numerus fidelium diminuetur, non recognoscent homines tantum beneficium: sed vbi deberent crescere, minuentur, ita vt vix inueniantur veri fideles veniente filio hominis ad iudicandum mundum. ¶ Ex hoc loco timeo diminutionem Christianę fidei quam videmus non solum inchoatam sed valde extensam, non esse restaurandam sed potius extendendam. Non sum tamen propheta neque filius prophetæ. sed video viam valde frequentatam ad verificationem huius textus. Magna siquidem mundi pars mahumethana est: & parua pars Christianis relicta, tot hæresibus & schismatibus ac prauis vsibus repleta est, vt exiguus vere fidelium numerus iam apparere videatur. Vere autem fideles dico professores Christianæ fidei verbis & factis. [Dixit autem & ad quosdã.] Frequenter Iesus superbiam damnat & humilitatem approbat propter maximum damnum quod superbia infert, & bonũ magnum quod humilitas affert [Qui in se confidebant tãquam.] pro, quòd essent, [iusti.] Significantur enim superbi putantes se iustos [Et aspernabantur cæteros, parabolam istã dicens, Duo homines ascẽdebant in templum vt orarẽt vnus Pharisæus & alter Publicanꝰ.] Parabola hæc modica eget innuitione magis quàm expositione. [Pharisæus stans, hæc apud se orabat: Deus gratias ago tibi.] Recognoscit hic Pharisæus iustitiam suam esse dei donum, gratias agendo [Quia non sum.] Prima iustitiæ pars (scilicet declinare à malo) recognoscitur. [Sicut cæteri homines.] Hinc apparet ĩ Pharisæo hoc, illa superbiæ species quæ singularitas appellatur. Vbi debuisset respicere ad negationem vitiorum in seipso, & dicere gratias tibi ago quia non sum raptor, iniustus, adulter (quandoquidẽ diuinę gratiæ munus est quicquid non deliquimus) respexit ad se relatum ad alios. quod est officium superbiæ, quòd est singularitatis tumor. ex relatione scilicet ad alios se præferre. Nec intelligo per cæteros homines, reliquos homines. multi enim erãt Pharisæi similes huic: nec tam desipiens putandus est iste vt se reliquo humano generi præferret. sed determinatur cæteri homines per subsequentia scilicet. [Raptores, iniusti, adulteri.] Ita quòd sensus est. non sum sicut alij homines qui sunt raptores &c. [Velut etiã.] pro, aut etiam vt, [hic publicanus.] Vide quo tumor Pharisæum hũc abduxerit. non sufficit ei præferre se in genere raptoribus, iniustis, adulteris, sed præfert se etiam Publicano religionis officio vacanti & hoc dispectiue, dicendo hic Publicanus. [Ieiuno.] Altera iustitiæ pars (quæ est facere bonum) in materiam gratiarum

actionis

actionis assumitur. Ieiunium contra adulteros (hoc est peccata carnis) refert. [Bis in sabbato.] hoc est in hebdomada integritas septem dierum à sabbato eorum termino nominatur. [Decimas do omnium quæ possideo.] Contra rapinam & iniustitiam, iustitiam decimarum apponit. [Et publicanus à longe stans.] Clare hinc apparet quòd stantes olim orabant. Nam tam Pharisæus quàm Publicanus describitur stans: sed Publicanus à longe ab altari, per quod insinuatur quòd Pharisæus erat prope. Et hæc est prima differentia inter eos. [Nolebat nec oculos ad cœlum leuare.] Hæc est secunda differentia. qua se indignum censebat Publicanus aspectu ad deum tanquam habitantem in cœlo. Et hinc insinuatur quòd Pharisæus erat oculis eleuatis in cœlũ. Et cõijcio quòd eleuatis etiam ad cœlum manibus Pharisæus orabat, ex modo narrandi quum dicitur nec oculos ad cœlum leuare adiunctio enim quædam significatur dicendo nec. [Sed percutiebat pectus suum.] Ex coniunctione aduersatiua sed, clarius apparet significatum esse, quòd nec manus nec oculos audebat leuare ad cœlũ, sed manu percutiebat pectus suum. Et hæc est tertia differentia. Percussio autem pectoris in signum fit redargutionis cordis: quod pro voluntate consueuit poni. [Dicens. Deus propitius esto.] Vide differentiam inter orationes horum. Ille nihil petijt, sed tamẽs despiciendo alios, gratias egit: iste petit veniam, & proprie loquendo longinquum à deo se profitetur, dum petit propitius esto. hoc est, ego non possum tibi appropinquare, tu prope me veni: non appropinquatione locali, sed collatione veniæ. [Mihi peccatori.] Superbia Pharisæi efficiebat vt respiceret se relatum ad alios. humilitas Publicani efficiebat vt respiceret se secundum seipsum, & non respectiue ad alios peiores se aut æquales. [Dico vobis.] Ecce conclusio parabolæ. [Descendit hic.] Publicanus, [iustificatus.] effectus iustus: [in domum suam ab illo.] pro, magis quàm ille. Iustior effectus significatur Publicanus sola humili oratione, quàm Pharisæus fuerit ex vtraque iustitiæ parte in se existente [Quia omnis qui se exaltat humiliabitur: & qui se humiliat exaltabitur.] Ratio tantæ iustitiæ statim acquisitæ à Publicano vt præferatur iustitiæ Pharisæi, redditur ex humilitate Publicani & superbia Pharisæi. Superius autem exposita est hæc vniuersalis regula, cuius experientia apparet exemplo istorum. Vere enim Pharisæus seipsum exaltauit, singularitate delectatus, simul & despectione aliorum: & Publicanus quantum seipsum intus humiliauerit, exteriora signa testantur. [Afferebant autem ad illum & infan-

tes vt eos tangeret.] Hiſtoria hæc de infantibus, tractata eſt Matt. 19 & Marc. 10 [Quod quum viderent diſcipuli, increpabant illos. Ieſus autem conuocans.] pro aduocans, [illos.] ſcilicet infantes. [dixit. Sinite pueros.] pro, puellos [venire ad me & nolite vetare eos.] Conijcitur quòd Ieſus nutu vel ſigno ſimul aduocauit puellos, & allocutus eſt diſcipulos vt non impedirent aduentum paruulorum ad ſe. [Talium eſt enim regnum dei.] Non dicit horum, ſed taliuin, ſignificans non ætatis, ſed ſimilitudinis eſſe regnum dei. [Amen dico vobis: quicunque non acceperit regnū dei ſicut puer.] hoc eſt ſimili ſimplicitate, perſuaſibilitate ac fide. pueri enim documenta paterna ſuſcipiunt ac imbibunt abſque contradictione, pure & ſimpliciter credunt. Tales autem oportet eſſe homines ad ſuſcipiendum doctrinam regni dei fructuoſe· alioquin non intrāt in illud. Et nihilominus ſimilitudo ad paruulos, etiam ſecundum humilitatem intelligitur ratione paruæ quantitatis: vt ſimiles paruis corpore dicantur humiles parui animo. [Non intrabit in illud. Et interrogauit eum quidam princeps.] Ratione diuitiarum & forte generis appellatur hic adoleſcens apud Matthæū decimonono princeps. Forte etiam primatum aliquem in ciuitate habebat [Dicens, magiſter bone quid faciens vitam æternam poſſidebo? Dixit autem ei Ieſus Quid me dicis bonum?] Non negat ſe bonum: ſed laudatus laudem reijcit in deum, recognoſcendo ſeipſum inquantum homo erat, bonitatem habere à deo, ac per hoc laudē deberi deo, à quo pendet vniuerſæ creaturæ bonitas. hoc enim ſignificant ſubiuncta verba [Nemo bonus niſi ſolus deus.] pro, vnus deus. Sicut enim ſolus deus eſt (quia ſolius dei eſſe eſt proprium. reliqua enim eſſe habent communicatum, & pendens continue à deo) ita ipſe vnus tantummodo eſt bonus: quia bonitas eſt ipſius, reliqua autem bonitatem non niſi communicatam & pē dentem continue à deo habent. ¶ Docuit itaque Ieſus omnes nos vt quum laudamur, reflectam⁹ oculos mentis noſtræ ad defectum noſtrum, & ad eius quod in nobis laudatur dependentiam à deo: & ſic laudem nobis exhibitam, in deum cui debetur retorqueam⁹, dicendo cum ipſo quid me dicis bonum aut iuſtum aut ſapiētem? mea non ſunt niſi quæ ad defectum ſpectant: deus autem ſolus eſt cuius ſunt quę ad perfectionem quancūque ſpectant. Hic eſt enim literalis ſenſus huius reſponſionis. [Mandata noſti: non occides, non mœchaberis, nō furtū facies, non falſum teſtimonium dices, honora patrem tuū & matrē. Qui ait. Hæc omnia cuſtodiui à iuuē tute mea Quo audito, Ieſus ait ei. Adhuc vnum tibi deeſt.] ſubaudi

ad per-

ad perfectionẽ vitæ: vt Matthæus explicat. [Omnia quæcũque habes, vende, & da]pro, & distribue. Significatur enim cum ratione largitio. [Pauperibus.] Reliqua ad hanc historiam spectantia, & subiuncta à Petro cum responsione domini, diffuse declarata vide Matthęi decimonono, & Marci, decimo ne eadem repetantur. [Et habebis thesaurum in cœlo. & veni, sequere me. His ille auditis, contristatus est quia dives erat valde. Videns autem Iesus illũ tristem factum, dixit. quam difficile qui pecunias habent, in regnum dei intrabunt: Facilius est enim camelum per foramen acus transire quam diuitem intrare in regnum dei. Et dixerunt qui audiebãt, & quis potest saluus fieri? Ait illis. Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud deum. Ait autem Petrus ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. Qui dixit eis. Amen dico vobis: nemo est qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut vxorẽ, aut filios propter regnum dei, & non.] pro, qui non, [recipiat multo plura in hoc tempore, & in seculo futuro vitam ęternam. Assumpsit autem.] hoc est seorsum duxit in itinere. vt Matthæi vigesimo apparet. [Iesus duodecim, & ait illis. Ecce ascendimus Hierosolymam] Iterum prædicit discipulis suis passionem suam, determinando locum, Hierosolymam scilicet [Et cõsummabũtur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis.] Non solũ prædicit passionem & mortem suam, sed rationem patiendi & moriẽdi, scilicet vt impleantur scripturæ prophetarum, vt minus mirentur & magis credant. [Tradetur enim Gentibus.] à Iudæis Et prędicit eis in specie, quòd in manus Gentiliũ tradetur. [Et illudetur & flagellabitur.] pro, & illudetur & cõtumelijs afficiẽt, & cõspuetur.] Singula singulariter explicat futura: vt & persuasibiles redderẽtur: & vt cognoscant quòd ipse scit singulariter singula quæcunq; passurus est, & non solum in genere quòd passurus est [Et postquam flagellauerint, occident eum] Violentam mortem se passurum significat. [Et die tertia resurget.] Et hoc quoque ad consolationem & soliditatem fidei prędixit: ne quum occisum viderint, desperent, sed credant resurrecturum, & expectent resurrectionẽ eius. [Et ipsi nihil horum intellexerunt] Non quòd verba Iesu non intelligerẽt sed quia sensum verborum existimabant aut dubitabant esse sicut sensus sermonis parabolici. Audiebant enim Iesum sępe loqui sermone metaphorico & quem credebant Messiam regnaturũ in mũdo, nõ poterãt credere passurũ talia verba significabãt secũdũ sensum literalem. [Et erat verbum istud abscõditũ ab eis: & nõ intelligebãt quæ dicebantur.] Non solum non intellexerunt, sed etiam

perseuera-

perſeuerauerunt non intelligentes hæc. [Factū eſt aūt quū appropinquaret Hierico]Hinc apparet quòd hiſtoria hæc de ſanatione huius cæci, non coincidit in hiſtoriam tam narratam à Matthæo de duobus cæcis, capite vigeſimo: quā à Marco de vno, capite decimo: quoniam Lucas deſcribit rem geſtam appropinquante Ieſu ad ingreſſum Hierico ſubiungendo ingreſſum Matthæus autē & Marcus ſcribunt rem geſtam egrediente Ieſu ab Hierico. Iſte itaq; cæcus ante portā qua ingreſſus eſt Ieſus, erat illi autē extra Hierico portam qua egreſſus eſt Ieſus verſus Hieruſalem, erant. Similitudo autem geſtorum hic & ibi, occaſio eſt putandi quòd eadem eſt vtrobique narrata hiſtoria: quum in veritate non idem, ſed ſimile fuerit factum. [Cæcus quidam ſedebat ſecus viā mendicās: & quū audiret turbam prætereuntem, iterrogabat quid hoc eſſet. Dixerūt autem ei, quod Ieſus Nazarenus tranſiret. Et clamauit dicens, Ieſu fili Dauid.]hoc eſt ille fili Dauidis qui promiſſus eſt Dauidi regnaturus in æternum, quem expectat populus Iſrael redempturum ſe de ſeruitute. [Miſerere mei. Et qui præibant, increpabant eū vt taceret. Ipſe vero multo magis clamabat, fili Dauid miſerere mei. Stans autem Ieſus iuſſit illum adduci ad ſe Et quum appropinquaſſet, interrogauit illum, dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit domine vt videam. Et Ieſus dixit ei: reſpice, fides tua te ſaluum fecit. Et confeſtim vidit & ſequebatur illum, magnificans.]pro, glorificans. [deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem deo.

CAPVT XIX.

Et ingreſſus.]Manifeſte hiſtoriam proſequitur Lucas: poſtquam narrauit illuminationem cæci quū appropinquaret Hierico, ſubiūgens & ingreſſus. [Perābulabat Hierico.]Hierico ciuitas eſt inter Iordanē & Hieruſalē: quę tēpore Ioſue deſtructa fuit, ſed poſtea reædificata. tertij Regum decimoſexto. [Et ecce vir nomine Zachęus.]Tā grata eſt deo conuerſio peccatorū vt mereatur pprio nomine caput Publicanorū nominari. [Et hic princeps erat Publicanorū.]caput erat publicis exactionib⁹ vacantium. [Et ipſe dives. Et quærebat videre Ieſum quis eſſet: & non poterat prę turba, quia ſtatura puſillus erat. Et præcurrens.]Deeſt, ante. Significatur enim quòd tempus præoccupauit antequām à turba impediretur ad cōſcendēdum in arborem, prius quām Ieſus illac tranſiret. [Aſcēdit in arborem ſycomorum.]pro, in ſycomoream. Eſt autem ſycomorus ficus fatua. aiūntque eſſe arborem magnam ſimilem arbori ficuum,

cuum,quæ profert fructum non ramis ficut ficus,ſed ex ipſo caudice.[Vt videret eum quia inde.]pro,illac,[erat trãſiturus.Et quũ veniſſet ad locum,ſuſpiciens Ieſus vidit illum:& dixit ad eũ. Zachæe feſtinans deſcẽde,quia hodie in domo tua oportet.]neceſsitate fructus quem quæro:non enim deerant Chriſto hoſpitia, ſed ad ſalutem peccatorum efficiendam,oportebat ipſum ſuaui comitate exhibere ſe conuiuam peccatoribus.[Me manere. Et feſtinans deſcendit:& excepit illum gaudens. Et quum viderent omnes murmurabant]Omnes quidem viderunt Ieſum hoſpitantem apud Zachæum,ſed non omnes murmurauerunt.indefinitè enim euangeliſta dicit quòd murmurabant.[Dicentes quod ad hominem peccatorem diuertiſſet]pro,quòd apud virum peccatorem ingreſſus eſſet ad diuertendum. Hæc verba murmuris manifeſtant qui fuerint murmurantes.illi ſcilicet qui profitebantur ſe iuſtos:quales erant Phariſæi.peccatores enim gaudebant(non murmurabant) videntes Ieſum hoſpitari apud peccatorem.[Stans autem Zachæus, dixit ad Ieſum.] Inter prandendum ſtetit Zachæus profitens publice ſe pœnitentem. [Ecce dimidium bonorum meorum domine]Eleemoſynis commiſſa peccata interno ſpirituſſancti conſilio redimit [Do pauperibus.]Non dicit dabo:quia in promptu erat vt daret. [Et ſiquid aliquem defraudaui reddo quadruplum.] Perfecta forma ſatiſfactionis eſt reſtituere male ablata, non ſimpla,ſed quadrupla (ad ſatiſfaciendum damnis quæ potuerunt incurrere damno affecti)& de proprio eleemoſynis redimere peccata.Ex quibus Zachæi verbis apparet quòd non de male acquiſitus erat diues.afferendo enim ſe dimidium bonorum propriorum daturum eleemoſynaliter, & ſub dubio ponendo fraudem quam etiam in quadruplo reſtituit, manifeſtat ſe non ex male partis diuitem eſſe.[Ait Ieſus ad eum,quia hodie ſalus.]Ecce fructus propter quem oportuit diuertere ad domum Zachæi. Manifeſtat his verbis Ieſus veram & ex corde eſſe pœnitẽtiam Zachæi:quam publice profeſſus eſt,quia officio publice infami vacabat. [Domui huic facta eſt.]Non demonſtratur ædificium,ſed familia Zachæi. Et ſignificatur facta ſalus non ſoli Zachæo, ſed familiæ eius. ſciebat enim Ieſus fructum ſecutum in cordibus familiæ. Et dixit hoc ad manifeſtandum magnitudinem fructus ſuæ diuerſionis ad domum Zachæi.[Eo quod & ipſe filius ſit Abrahæ.] Hinc apparet Zachæum quanuis princeps fuerit Publicanorum,fuiſſe genere Iſraëlitam: alioquin non dixiſſet dominus eo quòd ipſe filius ſit Abrahæ afferens originẽ Zachæi pro cõfutatione murmu-

rantium

rantium quod apud virum peccatorem hoſpitatus eſſet. Reſpondet enim quod ad ſalutem filij Abrahæ hoſpitatus eſt, vt & dignitas generis & promiſsio ſalutis facta Abrahæ reſponderent murmuri Phariſæorum. Nec minuitur vis reſponſionis huius ſi legatur (vt legi etiam poteſt) in fœminino genere, eo quod & ipſa filia ſit Abrahæ, quoniam ſignificatur non ſolus Zachæus ſed tota familia filij Abrahæ, ſecundum carnis originem. [Venit enim filius hominis quærere & ſaluum facere quod perierat] Ex parte Zachæi reſpondet Ieſus murmuri, citans filiationem Abrahæ, ex parte vero ſui Ieſus reſpondet, citans proprium officium, quia ad hoc venit filius hominis vt ſaluet & quærat quod perierat humanum genus, & perſonali conuerſatione quod perierat Iſraelitarũ filiorum Abrahæ. [Hæc illis audientibus, adijciens dixit parabolam.] Deſcribitur ſubiuncta parabola de dilato ſeu de differendo regno dicta publice vt poſt Chriſti reſurrectionem memores Zachæus & alii huiꝰ parabolę credant Apoſtolis prædicantibus futurum regnum dei, nec putent propter Chriſti mortem euanuiſſe predicationem & promiſsionem Chriſti de regno dei. [Eo quod eſſet prope Hieruſalem, & quia exiſtimarent quod confeſtim regnũ dei manifeſtaretur.] Ne ambigui quæreremus quorſum tendit ſubiuncta parabola, declarat euangeliſta quo tendit ſcilicet ad tollendam falſam exiſtimationem quam habebant diſcipuli de manifeſtatione regni dei quantum ad tempus. putabãt enim quod ſtatim poſt illum in Hieruſalem aſcenſum, manifeſtandum eſſet regnum dei: hoc eſt regnum Chriſti. idem eſt enim regnum dei, regnum Chriſti & regnum cœlorum in euangelio prædicatum. Quod in veritate non manifeſtabitur publice vſque ad ſecundum Chriſti aduentum: & tamen iſti (vt dictum eſt) putabant tunc eſſe manifeſtandum Chriſti regnum. Ad hanc itaque erroneam exiſtimationem tollendam explicat Lucas ſubiunctam dici parabolam. [Dixit ergo, Homo quidam.] Ieſus filius dei verus homo. [Nobilis.] clarus genere. Et vere clarus tum paterna origine: quia verus deus ex vero deo. tum materna. quia ex regali Dauidis progenie. [Abijt.] ex hac vita mortali per mortem. [In regionem longinquam.] hoc eſt in alteram vitã, vere longiſsime diſtantem ab hac rerum conditione. [Accipere ſibi regnum.] pro, vt acciperet ſibi regnum. Finis mortis Chriſti ſignificatur. ad hoc enim mortuus eſt vt acciperet regnum quod iam erat ſuũ, ſed non acceperat poſſeſſionem eius, quam regni poſſeſsionem meruit per mortem iuxta quod dicetur oportuit pati Chriſtum & ita intrare in gloriam

riam ſuam. Sibi dicit, non alij, non procuratorio nomine, ſed ſibiipſi Regnum demum dicit, ad differentiam reliquorum ſanctorum qui hinc tranſeunt ad propriam beatitudinem. Chriſtus enim ad hoc tranſijt, vt regnaret ſuper vniuerſum, verus rex totius vniuerſi. [Et reuerti.] pro, & reuerteretur. ſenſibiliter ad hũc mundum, ad vniuerſos mundi huius homines. Quæ reuerſio erit in ſecundo aduentu. [Vocatis autem decem.] hoc eſt vniuerſis. Quia enim denarius numerus ſecundum conſuetudinem numerandi omnes numeros continet, & ipſo, quicquid ſuperaddi tur menſuratur, ideo per decem vniuerſa ſignificantur. [Seruis ſuis dedit eis decem mnas.] Mna Græca dictio, eſt quæ Latine dicitur mina, ſignificans pondus. 12. vnciarum & dimidiæ, centum enim drachmis appenditur. Et ſimiliter intellige per decem minas vniuerſa dona quæ Ieſus diſtribuit eccleſię ſuę. [Et ait ad illos Negociamini.] Finis donorum Chriſti non eſt vt habeamus illa ocioſa, ſed vt negociemur, vt vtamur, ad lucrum, ad augmentum, proculdubio ſpirituale. [Dum venio.] pro, donec venio. ſeu veniam. Anceps ſiquidem eſt Græca dictio ad vtrunque tempus. Totum tempus vſque ad ſecundum Chriſti aduentum tempus negociationis eſt, tempus meriti eſt. Et hinc habes quod ſecundus Chriſti aduentus terminum imponit ſtatui meritorio, ita quod homines illi viui in hoc mundo, aduenientę Chriſto non poterunt mereri aut demereri amplius: ſed aduentus Chriſti terminum imponit viæ illis ſicut mors nobis. [Ciues autem eius.] Iudæi ſub eadem lege Moyſi viuentes, & in vno eodemque templo communicantes, ab eodem patre (Iacob) deſcendentes, & in eadem patria cohabitantes, ciues eius dicuntur, propter has ciuiũ conditiones. [Oderant eum.] Et vere oderunt eum vſque ad crucis mortem incluſiue. Vnde & ipſe alibi dicit, nunc autem viderunt & oderunt me & patrem meum. [Et miſerunt legationem poſt illum.] Legatio hęc poſt mortem Chriſti miſſa à Iudæis, perſecutio eſt Chriſtianę fidei facta à Iudæis. [Dicentes, nolumus hunc regnare ſuper nos.] Ecce quo tendit perſecutio nolumus Ieſum Nazarenũ in Meſiam. Significantiuſque dicitur nolumus quoniam voluntate non ratione primates Iudæorum perſecuti ſunt fidem Chriſtianam, renuerunt recognoſcere Ieſum in Meſiam. [Et factum eſt vt rediret accepto regno.] Incœpit accipere regnum in reſurrectione ſua, quãdo dixit, data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra accepit poſſeſsionem cœli in aſcenſione ſua accipiet poſſeſsionem terræ in ſecundo aduentu. Qui hic appellatur reditus acce

pto

pto regno: quia redibit iam rex in gloria regia absque vlla cõtradictione. [Et iussit vocari.] Deest ad se. Iussa vocatio missio est angelorum ad congregandum homines ad iudicium. [Seruos.] Deest illos, [quibus dederat pecuniã vt sciret.] hoc est vt sciri faceret. ipse enim Iesus præscit ista sed ad similitudinem quærentis scire describitur quantum ad effectum: hoc est manifestationem. vt manifestet enim iubebit vocari seruos suos. [Quantum quisque.] pro, quis quid, [negociatus esset. Venit autem primus dicẽs. domine mna tua decem mnas acquisiuit.] Non dicit, ego superlucratus sum decem minas, sed mina tua acquisiuit decem minas. Gratiæ dei attribuit totum lucrum vir sanctus: iuxta illud apostoli. deus autem incrementum dedit. Hominis siquidem est rigare aut plantare, & vniuersaliter operas proprias adhibere: ex diuina autem gratia est fructus. Hinc quoque apparet quod hæc parabola non coincidit in illam quam refert Matthæus. 25. cap. de quinque talentis. nam ibi duplicatum lucrum quilibet bonus negociator retulit. hic autem primus retulit lucrum decuplum, alter vero quincuplum. Et significanter dicitur quod mina minas acquisiuit: quia spirituale donum non nisi ad spiritualia dona multiplicanda tendit. sensibilia enim bona vt stercora arbitratur. [Et ait illi, Euge bone serue.] Internam lætitiam quam Iesus habet de profectu electorum interiectione applaudentis significat, adiunctis verbis laudis: vt intelligamus quam festiue suscipiet Christus electos suos. [Quia in modico.] pro, minimo. Respective ad dona futuræ vitæ, dona etiam spiritualia præsentis vitæ minima dicũtur. [Fuisti fidelis, eris.] pro, esto, [potestatem habens supra decem ciuitates.] Spirituale præmium nobis ignotum similitudine sensibilium significatur. Et intendit esto in regno meo quẽadmodum in mundano regno est qui præsidet decem ciuitatibus ex lucro decem librarum. ignotæ enim nobis præeminentiæ cœlestis patriæ per has sensibiles significantur. [Et alter venit, dicẽs. domine mna tua fecit quinque mnas.] Eadem gratia cõcessa priori fecit decem mnas, quæ concessa huic alteri fecit quinque mnas: non ex defectu gratiæ aut vtentis, sed ex conditione hominum apud quos diuersi se exercent. aut etiam ex conditione officiorum quæ diuersi exercent, maiorem vel minorem fructum diuina gratia efficit: quæ operatur omnia suauiter. [Et huic ait, & tu esto supra quinque ciuitates, Et alius venit, dicens, domine ecce mna tua quam habui repositam in sudario. Timui enim te: quia homo austerus es. tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti.]

minasti.] Tertius iste integram refert minam: De quo multa exponenda, vide Matthæi. 25. quoniam nulla est differentia inter istum tertium apud Lucam referentem minam & illum etiam tertium apud Matthæum referentem talentum. nisi quod iste reposuit minam in sudario, & ille in fossa: sed hæc ad officium pusillanimis relata non differunt. [Dicit ei de ore tuo te iudico serue nequam.] pro, male. [Sciebas quod ego homo austerus sum, tollens quod nō posui, & metens quod nō seminaui, & quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniēs cū vsuris.] pro, vsura, [vtique exegissem illud?] pro, illā. s. pecuniam. [Et astātibus dixit. auferte ab illo mnā, & date illi qui decē mnas habet. Et dixerūt ei. domine habet decē mnas. Dico enim vobis quia omni habenti dabitur, & abundabit.] superfluit & abundabit [ab eo autem qui nō habet, & quod habet auferetur ab eo. Veruntamen] pro, quin, [inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se.] Non solum in secundo suo aduentu reddet præmia iustis & pœnas negligentibus, sed etiam acrius puniet inimicos Iudæos qui persecutī fuerunt Christianā fidē. ad hoc enim significādū meminit eorum in specie: & coram se iugulari iubet procul dubio æterna morte, quæ nunquam finitur. [Adducite huc & interficite.] pro, iugulate. Species enim occisionis significatur ex membro vitali, hoc est iugulo: vt supplicium expeditum significetur. [Ante me.] Plenitudo vindictæ humano more significatur quantum ad parabolam spectat. quantum vero ad rem, maior Iudæorum confusio & summa Christi fœlicitas eorā se habentis etiam supplicia hostium significatur. [Et his dictis præcedebat ascendens Hierosolymam.] Quod parabola dixerat, facto adimplet. dum præcedens describitur, sponte iens ante alios ad locum passionis, ad subeundam mortem in Hierusalē. [Et factū est quū appropiquasset ad Bethphage & Bethaniam.] Bethania castellū est quindecim stadijs distans à Hierusalem: Bethphage autem vicus propinquior Hierusalem. Meminit autem vtriusque: quia in Bethania dormierat nocte illā, cuius die artificiali sequente ad Bethphage venit, & inde misit pro asino. [Ad montem qui vocatur Olueti.] pro, oliuarum, ad radicē enim seu latus montis Olueti est Bethphage. [Misit duos discipulos suos, dicens. Ite in castellum quod contra vos est.] hoc est quod è regione vestri est. ostendebat enim castellū illud è regione, ad differentiam aliorū castellorū. [In quod introeūtes, inuenietis pullū asinę alligatū, cui.] p, in quo, [nemo vnquā hominū sedit, soluite illum & adducite. Et si quis vos interrogauerit quare soluitis, sic

dicetis

dicetis ei, quia dominus operā eius desiderat] pro, eo opus habet. [Abierūt autē qui missi erant. & inuenerunt sicut dixit illis stantē pullū.] Superfluit stantē pullū [Soluentibus autem illis pullū dixerunt domini eius ad illos.] Hinc patet fabellam esse quod erat asina cōmunis sicut etiam fabella est quod erat asina Hierusalem. oppidulum enim innominatum est. [Quid soluitis pullum? At illi dixerunt quia dominus eū necessariū habet] pro, eo opus habet. [Et duxerūt illū ad Iesum, Et iactantes vestimenta sua super pullū, imposuerunt Iesum. Eunte autē illo substernebant vestimenta sua in via. Et quū appropinquaret iā ad descensum mōtis Oliueti, cœperunt omnes turbæ descendētiū] p, omnis multitudo discipulorum. Et nomine discipulorū intelligendi videtur non solum duodecim & septuaginta, sed etiam alij multi adhærentes doctrinæ Iesu. [Gaudentes laudare deum voce magna super omnibus quas viderant virtutibus.] Discipuli qui innumera viderant miracula patrata à Iesu, voces extollunt occasione tot visorum miraculorū: quanuis turba quæ venit obuiam, mota fuerit occasione resuscitationis Lazari [Dicentes. Benedictus qui venit rex.] Messias acclamatur. Et hinc læsæ maiestatis postea habitus est reus. Acclamant autem regem à spiritu sancto moti, ad contestandum publice impleri tunc prophetiam Zachariæ prophetæ. ecce rex tuus venit tibi mansuetus sedens super asinam. [In nomine domini pax in cœlo.] hoc est redditur per hunc regem pax inter cœlum & mundū. fuerat enim tantum bellum vt nullus quantuncunque iustus admissus sit in cœlum: sed rex iste pacem cœlestem effecit aduentu suo [Et gloria in excelsis.] pro, altissimis. in supremis, Quam etiam angeli in natiuitate cecinerunt. [Et quidam Pharisæorum de turbis.] pro, de turba. Pharisæi isti de turba quæ venit obuiam videtur fuisse. [Dixerūt ad illum, magister increpa discipulos tuos.] Aut inuidentes gloriæ, aut inexcusabilem reddere Iesum volentes si nō increparet discipulos dicunt hoc Pharisæi. [Quibus ipse ait. dico vobis quia si hi tacuerint, lapides clamabunt.] Sciebat Iesus tempus illud definitum esse à diuina prouidentia ad contestandū publicē & acclamandum ipsum esse Messiam, & oportere impleri diuinam prædestinationem: & propterea dixit conditionalem, si isti tacuerint, lapides clamabunt dicendo quæ isti dicunt, ad adimplendam diuinam prædestinationem. Et vere si oportuisset ad adimplendam diuinam prædestinationem, lapides clamassent, Et dixit hoc vt intelligerent impossibile esse vt isti taceant. [Et vt appropinquauit, videns ciuitatem fleuit super illā.] Vide Pharisæe,

quam

quàm charam habeat Ieſus huiuſmodi gloriam. Inter tot honores ſedens ſuper aſinum flet: non extollitur, non magnificat honores qui fletũ nõ continet compaſsionis. [Dicens, quia ſi cognouiſſes & tu.] Duplex eſt verborũ horum ſenſus. Alter eſt. ſi cognouiſſes mala tibi ſuperuentura, fleres ſupple quæ modo frueris bonis quę ſunt ad pacem tuam: hoc eſt bonis temporalibus. Alter ſenſus eſt. ſi cognouiſſes quæ ad pacem tuam (hoc eſt mea geſta, meum aduentum, mea bona quæ ſunt ad tuam veram pacem) quæ modo ſunt abſcondita ab oculis tuis internis. Et iuxta hũc ſenſum oportet punctare literam ſic [Quia.] Refertur hoc quia ad fletum. reddendo enim rationem fletus inchoat à quia. Quod autem ſubdit. ſi cognouiſſes, concupiſcentis eſt. & tu ad emphaſim ſpectat coniunctio &, ſignificans locum ab ipſa ciuitate electa à deo ad diuinum cultum [Et quidem in hac die tua.] Altera eſt emphaſis tangens alterũ locũ ex tempore illius diei quo ipſe iuxta Zacharię vaticinium aperte manifeſtabatur Hieroſolymitanis Meſias. Ita ꝙ intendit vtinam cognouiſſes & tu electa ciuitas & in hac die tua, tibi quidem peculiariter directa à propheta Zacharia. Deinde ſubiunguntur cognoſcenda, dicendo. [Quæ ad pacem tibi.] pro, tuam: [nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis.] Vtinã cognouiſſes mea quę quidem ad pacem tuã veram directa ſunt: ſed nunc abſcondita ſunt hæc mea, quæ ſunt ad pacem tuam ab oculis tuis internis. [Quia venient dies in te.] Ad fletũ etiam refertur hoc ſecundum quia. rationẽ enim fletus prius aſsignauit ex concupiſcẽtia notitiæ qua carebat & indigebat electa dei ciuitas in die illa: modo autem eiuſdem fletus alteram rationem reddit ex excidio Hieroſolymitano, quod præuidet & prædicit futurum à Romanis ob culpam dictæ cæcitatis. Et à tempore inchoat proximo, deſcribendo illud non per annos ſed per dies [Et circũdabunt te inimici tui vallo.] Obſidio prædicitur futura conſtruendo vallum circuncirca [Et circũdabunt te.] Multitudo exercitus tanta deſcribitur vt ſufficiat ad circundandam ciuitatem. ita quòd non ſolum vallum, ſed exercitus circuncirca futurus deſcribitur. [Et coangustabunt te vndique.] Primus effectus, reſtrictionis vndique deſcribitur ex vtraque præmiſſa circundatione. Quanta autem fuerit anguſtia, à Ioſepho & Egeſippo deſcribitur. [Et ad terrã.] pro, ſolum, [proſternent te & filios tuos qui in te ſunt] Ex eo ꝙ homines quoque proſternendos ad ſolum dicit, metaphorica monſtrat locutio. nam de materiali ædificio ſubiungetur. Hæc vero verba ſignificant omnimodam & reip. & ſingulorum deſtructionem à

similitudine deiectionis vsque ad fundamentum, [Et non relinquent in te lapidem super lapidem] Hoc directe prædicitur de destructione corporeorum ædificiorum. [Eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ.] Causa tantæ pœnę significatur culpa cæcitatis qua nō cognouit tempus hoc quod Iesus illam visitauit personaliter cum tot euidentibus & claris testimonijs quòd ipse esset Messias. [Et ingressus in templum] Non pergit ad plateam sed ad templum. [Cœpit ejicere vendentes.] deest. in ipso, [& emētes.] Vide hæc & reliqua spectantia ad hunc diem palmarum, scripta Matthæi vigesimo primo. [Dicens illis. Scriptū est quia domus mea domus orationis est: vos autē fecistis illā spelunca latronū. Et erat docens quotidie in templo.] A die dominico quo ingressus est Hierusalem cum tanto honore, vsque ad feriam sextam qua cō prehensus & occisus est, erat quotidie docēs in templo [Principes autem sacerdotum & Scribæ & principes.] pro, primores plebis. Tria genera maiorum describuntur. capita scilicet sacerdotum, & doctores, & capita plebis. [Quærebant illum perdere.] Non solū odio habebant, sed operam dabant studiosam ad hoc vt occiderent Iesum. [Et non inueniebant quid facerent illi] Non ex defectu voluntatis & studij, sed quia non inueniebant quod possent illi inferre, omittebāt illius occisionem. [Omnis enim populus suspensus erat.] pro, pendebat, [audiens illū.] velut inhians erat audiēdo Christum docentem. Magna deuotio populi ad doctrinam Iesu, ratio redditur quare non inueniebant primates quid mali facerent Iesu: quia contra populum non audebant facere.

CAPVT XX.

E T factū est in vna dierum.] deest. illarum. Explicatur enim quòd fuit post aduentum honorabilem in Hierusalē. [Docente illo populum in templo & euāgelizante, cōuenerūt.] pro, aduenerunt [principes sacerdotū & Scribę cū senioribus, & aiunt:] prętertū est [ad illū, dicētes. Dic nobis in qua potestate hæc facis, aut quis est qui dedit tibi hāc potestatē? Respōdens aūt Iesus, dixit ad illos. Interrogabo vos & ego vnū verbū respondete.] pro, dicite. [mihi. Baptismus Ioānis, de cœlo erat an ex hominibus? At illi cogitabāt intra se, dicentes: quia si dixerimus de cœlo, dicet, quare ergo non credidistis illi? si autē dixerimus ex hominibus, plebs vniuersa lapidabit nos. Certi sunt enim.] pro, persuasa est enim, [Ioannē prophetā esse.] Verba hęc sunt scribarū & primatum scientium quòd plebs persuasa iā est ad credendū Ioannem Baptistā esse prophetam

tam. De hac aggreſsione principũ & reſpõſione Ieſu, tractatum eſt diffuſe Matth. 21. vide ibi expoſitionem horum omnium. Vbi etiã vide expoſita circa ſequẽtem parabolam: quoniam eadem eſt apud Matthæum ibi, & apud Lucam hic. Paucula tamen verba quæ hic adiunguntur explicabimus. [Et reſponderũt ſe neſcire vnde eſſet. Et Ieſus ait illis neque ego dico vobis in qua poteſtate hæc facio. Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc. Homo quidam plantauit vineam, & locauit eam colonis: & ipſe peregre fuit multis temporibus.] Apud Matthæum deſcribitur peregre: hic adiungitur multis temporibus. Deus enim multis temporibus à tempore plantatę vineę domus Iſrael, velut peregre fuit quouſque verbũ caro factum eſt. Alienus ſiquidem omnino & natura & perſona fuit ſed quum verbum caro factum eſt, iunctus nobis eſt in perſona, quoniam vna eademque perſona ex tunc eſt dei & hominis. [Et in tempore illo miſit ad cultores ſeruum, vt de fructu vineę darent illi. Qui cæſum dimiſerunt eum inanem. Et addidit alterũ ſeruum mittere. Illi autem hunc quoque cædentes & afficientes contumelia, dimiſerunt inanem. Et addidit tertiũ mittere. Qui & illum vulnerantes, eiecerunt.] Tribus ſeruis perfectus numerus prophetarum & bonorum paſtorum ad populum Iſrael ante Chriſtũ miſſorum, aptiſsime deſcribitur: quoniam ternarius numerus eſt perfectionis, conſtans ex principio, medio & fine. [Dixit autem dominus vineæ quid faciam? Mittam filium meum dilectum: forſitam quum hunc viderint, verebuntur. Quem quum vidiſſent coloni, cogitauerunt intra ſe dicentes. Hic eſt hæres, occidamus.] deeſt venite. Legendum eſt. [venite occidamus illum vt noſtra fiat hæreditas. & eiectũ illum extra vineam, occiderunt. Quid ergo faciet illis dominus vineæ? Veniet & perdet colonos iſtos & dabit vineam alijs. Quo audito.] Apud Matthæum auditores dixerunt auditam ſententiam de perditione colonorũ. hic autem Ieſus deſcribitur dicens illam ſententiam. quia fuit ab auditoribus dicta à Ieſu approbata: & Matthęus primum, Lucas ſecundum refert. [Dixerunt illi.] Scribę & alij qui aderant contra Ieſum. [Abſit.] Horrentium eſt tantam pœnã. [Ille autẽ aſpiciens eos, ait. Quid eſt ergo hoc quod ſcriptum eſt lapidem quem reprobauerunt ędificãtes, hic factus eſt in caput anguli. Omnis qui ceciderit ſuper illũ lapidẽ, cõquaſſabitur. ſuper quem.] pro, quencunque, [autẽ ceciderit, cõminuet illum. Et quærebant principes ſacerdotum & Scribæ mittere in illum manus hora illa. & timuerunt populum. Cognouerunt enim quod ad ipſos dixerit ſimilitudinẽ hanc. Et obſeruã-

tes miſerunt inſidiatores qui ſe iuſtos]deeſt eſſe, [ſimularent vt caperẽt eũ in ſermone.] p, vt caperẽt ei' ſermonẽ. Hiſtoria hęc recitat à Matthęo cap. 22. & ibi expoſitã vide [Et traderent illũ principatui & poteſtati pręſidis.] Hanc clauſulam adiecit Lucas ſupra Matth. q, ideo miſerũt diſcipulos ſuos cũ Herodianis vt cauſam haberent tradendi Ieſum puniendum à curia præſidis, Pilati. ſ. qui Cæſaris nomine præſidebant Iudæę. Ideo enim cauſam cõtra Cæſarem proponunt. [Et interrogauerunt eũ, dicentes. Magiſter ſcimus quia recte dicis & doces & nõ accipis perſonã, ſed viã dei in veritate doces licet nobis tributũ dare Cæſari an non? Conſiderãs autem dolũ.]pro, aſtutiam, [illorum, dixit ad eos. Quid me tentatis? Oſtendite mihi denarium. Cuius habet imaginem & inſcriptionem? Reſpondentes dixerunt, Cæſaris. Et ait illis: reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari. & quæ ſunt dei deo. Et non potuerũt verbum eius reprehendere corã plebe & mirati in reſpõſo eius, tacuerunt. Acceſſerunt autem quidã Sadducęorũ qui negant eſſe reſurrectionem.] pro, qui contradicendo dicunt reſurrectionem nõ eſſe. Hæc quoque Sadducæorũ quæſtio, cum domini reſponſione & doctrina ſcripta & expoſita eſt Matthæi vigeſimoſecundo. Vide ibi [Et interrogauerunt eum, dicentes. Magiſter, Moyſes ſcripſit nobis. ſi frater alicuius mortuus fuerit habens vxorem, & hic ſine liberis fuerit.]deeſt mortuus, [vt accipiat eã frater eius vxorẽ, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo. Septẽ ergo fratres erant. & primus accepit vxorẽ, & mortuus eſt ſine filijs & ſequens.]pro, ſecũdus, [accepit illã. & ipſe mortuus eſt ſine filio. Et tertius accepit illã, ſimiliter & omnes ſeptẽ.]Superfluit omnes. [&nõ relinquerũt ſemẽ.] p, liberos, [& mortui ſunt. Nouiſsime omnium mortua eſt & mulier. In reſurrectione ergo cuius eorũ erit vxor? ſiquidem ſeptem habuerunt eam vxorem. Et ait illis Ieſus. Filij huius ſeculi nubũt.] pro ducunt vxores, [& traduntur ad nuptias.] pro, dantur nuptui. [illi vero qui digni habebũtur ſeculo illo & reſurrectione ex mortuis, neque nubent neque ducent vxores.] pro, neque ducũt vxores neque dant nuptui. [neque enim vltra mori poterũt.] pro, poſſunt. [Aequales enim angelis ſunt. & filij ſunt dei.] Non ſolũ pares angelis (quod Matthęus explicauit) ſed etiã filios dei Lucas explicat propter cõſortiũ diuinę naturę cõmunicatę beatis. Sũt enim aſciti in dei formitatem ſupra omnem participatam & participabilem naturaliter dei ſimilitudinem. eleuantur ſiquidem ad diuinã ſimilitudinem diuini ordinis. hoc eſt incommunicabilis naturaliter. Et propterea filij dei, eiuſdem cum deo naturæ dicuntur eiuſdem ſiquidem naturæ

turæ ſut filij cuius eſt pater. [Quũ ſint filij reſurrectionis.] Apponuntur hæc ad reddendam rationem quare non erunt nuptiæ. & è regione diſtinguit filios reſurrectionis à filijs huius ſeculi, à quibus inchoauerat dicendo filij huius ſeculi ducunt vxores. Et intendit quia non ſunt filij huius ſeculi, quia non ſunt filij primæuæ generationis qua generantur homines ad vitam animalem. hoc eſt indigentem alimento. nuptiæ enim ſequuntur alimentum. generatiua ſiquidem pars alimento vtitur. Vnde & primi parentes quãuis in ſtatu innocentiæ, quia tamen erant filij huius ſeculi, quia ad animalem vitam producti erant (quod eſt eſſe filios primæ generationis quoniam prius eſt animale quàm ſit ſpirituale, vt dicitur 1. ad Corinth 15.) à nuptijs non fuerunt exempti: ſed dictum eſt eis, creſcite & multiplicamini. Sed ſunt filij reſurrectionis: quæ (vt ipſum aſtruit nomen) regeneratio eſt non ad animalem vitam, ſed ad ſpiritualem: hoc eſt ad vitam non indigentem alimento: & conſequenter exemptam à nuptijs. [Quia vero reſurgent mortui, & Moyſes oſtendit ſecus rubum ſicut dicit dominum, deum Abrahã & deum Iſaac & deũ Iacob. Deus autem non eſt mortuorum, ſed viuorum omnes enim viuunt ei.] hoc eſt quantumcunque homines ſint mortui nobis, & ſint mortui corpore, omnes tamẽ viuunt ſecundum animam, non nobis nec cadaueribus, ſed ei, deo ſcilicet qui ſpiritus eſt. Ac ſi apertius dixiſſet quòd omnes homines mortui viuunt ſecũdum ſpiritũ: & propterea deus qui ſpiritus eſt, dicitur deus eorum, non mortuorum, ſed viuorum. [Reſpõdentes autem quidam Scribarum dixerunt ei. Magiſter bene dixiſti. Et amplius non audebant eum quicquam interrogare. Dixit autem ad illos.] hoc eſt Phariſæos vt Matthæi explicat capite vigeſimoſecundo. Vbi etiam hæc vide expoſita, ne eadẽ repetamus. [Quomodo dicunt Chriſtum filium eſſe Dauid & ipſe Dauid dicit in libro Pſalmorum dixit dominus domino meo ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorũ? Dauid ergo dominũ illum vocat. & quomodo filius eius eſt? Audiente autem omni populo dixit diſcipulis ſuis. Attendite.] pro, cauete, [à Scribis qui volunt ãbulare in ſtolis] hoc eſt veſtibus demiſſis vſque ad talos. Reliqua expoſita vide Matthæi vigeſimotertio, quæ etiam habentur Marci duodecimo [Et amãt ſalutatiões in foro] pro: foris [& primas cathedras in ſynagogis, & primos diſcubitus in conuiuijs. Qui deuorant domos viduarum, ſimulantes longam orationem.] pro, & prætextu prolixe orant. [Hi accipient damnationem maiorem.] pro, abundantius iudicium) ſubaudi ad puniendum eos.

CAPVT. XXI.

R Eſpiciens autem vidit.] Ex induſtria ſpectans deſcribitur. non enim curioſe ſed propter ſubſequentẽ doctrinam tradendam. [Eos qui mittebant munera ſua in gazophylacium diuites.] Gazophylacium eſt dictio compoſita ex Perſica & Græca dictione: capſam ſignificans in qua conduntur opes. [Vidit autem & quãdam viduam pauperculam mittentem illuc æra minuta duo. Et dixit, Vere dico vobis quia vidua hæc pauper plus quam omnes miſit. nam omnes hi ex abundanti ſibi miſerunt in munera dei: hæc autem ex eo quòd deeſt illi.] pro, ex penuria ſua, [omnẽ victũ ſuum.] pro, ſubſtantiã. & ſuperfluit ſuũ. [quã habuit miſit.] Hiſtoria huius viduę expoſita eſt Marci duodecimo. Vbi eadem fere verba habentur. vide ibi, [Et quibuſdã dicentibus de templo.] Diſcipuli ſignificantur. vt Matthæus & Marcus explicant. [Quod bonis lapidibus & donis ornatum eſſet.] Lapides partes ſunt ædificij. dona autem ornamenta applicata ſeu appenſa, aurea, argentea & gẽmata: quæ in columnis ſeu parietibus aut potius in facie & atrijs templi quæ appellantur templum, erant ſuſpẽſa: iuxta illud primo Machabæorum quarto. ornauerũt faciem templi coronis aureis. Hæc enim coram populo palam erant: ipſum autẽ templum ſolis ſacerdotibus patebat. [Dixit, Hæc quę videtis, venient dies in quibus non relinquetur lapis ſuper lapidem qui non deſtruatur. Interrogauerunt autem illum.] Subaudi in monte oliuarum Petrus & Iacobus & Ioannes & Andreas (vt Marcus explicat) dum ſederet è regione templi. [Dicentes, Præceptor quando.] deeſt igitur Significatur enim interrogatio tanquàm illata ex auditis. Acſi apertius dixiſſent. dixiſti nobis futura, ſupereſt vt dicas nobis tẽpus, futurorum. [Hæc erunt, & quod ſignum quum fieri incipient.] pro, quũ hæc futura ſunt. Duo petũt: tẽpus & ſignũ tẽporis. Et ex reſpõſiõe Ieſu tam de deſtruxione Hieruſalẽ q̃ de aduentu ſuo ſecundo habetur quod numerus pluralis hæc demonſtrat vtraque ſcilicet deſtructionem templi & conſummationem. ita quòd implicite Lucas pro nominibus ſignificauit interrogata quæ Matthęus explicauit cap. vigeſimoquarto. [Qui dixit.] Reſponſio in tres diſtinguitur partes. Prima admonitio eſt, tum ne fallantur, tum ne timeant. ne fallãtur autem & à falſis prophetis ſeu Chriſtis & à falſis ſignis. [Videte ne ſeducamini.] à falſis pphetis ſeu Chriſtis. [Multi enim venient.] Non vnus tantum Antichriſtus ſed multi prædicantur. dum

dicitur.

dicitur. [In nomine meo]hoc eſt vſurpantes ſibi nomen meum quod eſt Chriſtus [Dicentes quia ego ſum.]ſcilicet Chriſtus [& tempus appropinquauit.]nó ſolum dicent ego ſum Chriſtus, ſed etiam dicent quòd tempus conſummationis ſeculi appropinquauit.[Nolite ire.] pro,ne ite, [poſt eos.]Prius monuit ſpectãtia ad fidem,videte ne ſeducamini modo monet ſpectantia ad volũtaria opera,dicendo ne ite poſt eos.[Quum autem audieritis prælia & ſeditiones.]Poſt monitionem ne fallantur ab Antichriſtis,adiungit monitionem ne fallantur terrore ſignorum falſorum prælioru ſcilicet quæ cum externis committuntur,& ſeditionum quę inteſtina ciuitatum ſcindunt,[Nolite terreri.]exiſtimantes hæc eſſe ſigna conſummationis mundi [Oportet enim primum hæc fieri.] Ex humanorum morum corruptione neceſsitas oritur prælioru & ſeditionum,non ex coactione voluntatum.Primum autem refertur ad tempus conſummationis mundi. Significatur enim quòd antequam veniet tempus illud,ex corruptis moribus hominum oportet precedere & bella & ſeditiones.[Sed nondum ſtatim finis.] Superfluit dum.Ne intelligeremus poſt bella & ſeditiones ſtatim finem mundi excludit hunc errorem. [Tunc dicebat illis, Surget gens contra gentem,& regnũ aduerſus regnum:& terremotus magni erunt per loca,& peſtilentiæ & fames.] Bella,terremotus, peſtes,fames,terriculamenta & ſigna in aëre magna prædicuntur:nõ ea ratione vt noua aliqua, aut inſolita denuncientur futura,ſed vt deſcribatur mundus ſolitum curſum habiturus, vt intelligerent Chriſtiani hęc ſpectare ad conſuetum mundi curſum, & non ad ſpecialia ſeu propria ſigna conſummationis mundi. Niſi enim dominus hoc docuiſſet,quotidie adeſſent prophetantes finem mundi quum hæc patimur.[Terroreſque.]pro terriculamenta. Significantur non ipſi terrores,ſed ea quę incutiunt terrorem [De cœlo & ſigna.]prępoſterus eſt ordo.Legendum eſt [Et ſigna de cœlo magna erunt.]qualia ſunt ea quæ apparent in regione aëris: vt trabes igneæ,cometas,& ſimilia.[Sed ante hæc omnia inijcient vobis manus ſuas.]Admonitioni ne fallãtur ab Antichriſtis aut terroribus malorum(belli,famis,peſtis,&c.)adiungit quę circa ipſos Apoſtolos futura ſunt, inſtruendo tam quo ad intellectum quam quo ad affectũ.Secundũ hiſtoriam itaq; verificatũ eſt, quòd ante huiuſmodi prędicta mala incœperũt inijcere manus in Chriſti diſcipulos.nã fere ſtatim iniecerũt manꝰ in Apoſtolos:vt patet Actu. 4.Et flagellauerunt eos:vt patet Actũ 5.Et lapidauerunt Stephanum, Actuum.7.[Et perſequentur tradentes in ſynagogas,& cuſtodias

ſtodias trahentes.]pro,quum ducemini,[ad reges & præſides pro pter nomen meum.]In Actibus Apoſtolorum impleta hæc legun-tur:in Iacobo occiſo ab Herode,& Petro incarcerato ab eodem,& Paulo ſub præſide.[Continget autem vobis in teſtimonium.]Tũ mei eritis(inquit alibi)mihi teſtes in Hieruſalem & Samaria,& vſ-que ad vltimũ terræ.Tum inexcuſabilis infidelitatis illorum corã quibus eritis [Ponite ergo in cordibus veſtris non præmeditari quemadmodum reſpondeatis]pro,defenſionem. Superfluit quẽ-admodum,vel(vt alijs placet)vt reſpondeatis Conſtat enim Ieſum tollere à diſcipulis ſolicitudinem meditanti defenſiuam reſpõſio-nem quum docerentur coram magiſtratibus.[Ego enim dabo vo bis.] Ecce ratio ſecuritatis.Et in hac promiſſione manifeſtat ſe deum.ſolius enim dei eſt adimplere hoc promiſſum.[Os.]gratias ſpectantes ad linguæ officium.[Et ſapientiam.] quantum ad ea quę dicenda ſunt,ſcientiam,prudentiam,iudicium,ordinem.[Cui non poterunt reſiſtere neque cõtradicere omnes aduerſarij veſtri. Trademini autem à parẽtibus & fratribus & cognatis & amicis.] Dixerat perſequenter tradentes: declarat modo à quibus tradẽ-tur. Et enumerat coniunctiores omnes, tum carne,tum amoris vinculo,vt præcognoſcant ſe nec in domo propria fore ſecuros: & ſimul intelligant fidem Chriſti ſuſcipiendam quandoque à filio & non à patre,ab vno fratre & non ab altero,& ſic de ſimilibus & cum hoc nõ ſuſcipientes illam vertendos in perſecutores veſtros. [Et morte afficient ex vobis] Non ſolum perſecutiones patiemi-ni,ſed etiam multi veſtrum interficientur:vt intelligant etiam vitã ſe perdituros propter Ieſum.[Et eritis odio omnibus.]pro, odio habiti ab omnibus,[propter nomen meum.] Non ſignificantur per hoc reliquorum vniuerſi generis humani hominum ſingulo-rum actualia odia erga Chriſtianos(quum multi homines ſint qui nunquam odium huiuſmodi habuerint in Chriſtianos) ſed ſignu-ficatur contrarietas profeſsionis Chriſtianę ad vitam & profeſsio nem omnium aliorum, quæ eſt fundamentum odij in alijs erga Chriſtianos. Et nihilo minus ſignificatur, quòd odio ſunt ha-bendi ab omni genere hominum.quod experientia teſtata eſt & te ſtatur.nam ab omni ſexu,conditione,profeſsione,natione, & cæ-habiti ſunt odio.[Et capillus de capite veſtro nõ peribit]pro,non perit. Securitas omnis indemnitatis magis ſignificatur per præ-ſens quàm per futurũ.Per hoc enim ſignificatur quòd nihil penitus damni ſuſtinebunt, ſed omnia ſeruãtur in integrum reſtituenda. Et ad literam non ſolum membra corporis, ſed etiam vniuerſa

quę

quæ sunt decoris, in resurrectione, integra erunt. [In patientia vestra.] Sumitur hic patientia pro tolerantia hoc est pro virtute qua libenter tolerantur mala. [Possidebitis.] pro, possidete. Præcipit enim, non prædicit. [Animas vestras.] Eximium documentum possidendi, non agros, non opes, non regna, sed (quod maius est omnibus) proprium animum virtute patientiæ. Quod si non penetras, perspice ad quæ & quot adducit impatientia & vel sic videbis maximam vim tolerantiæ ad hoc vt homo possideat seipsum. Et hoc quidem in hac vita. nam præter hoc largitur etiam possessionē animæ in futura vita. perdunt enim proprias animas pro futura vita, qui hic volunt mala tolerare pro Christo. [Quum autem videritis.] Exclusis falsis signis & instructis discipulis circa ventura eis mala, respondet quæsito de tempore destructionis templi.

[Circundari ab exercitu.] pro, ab exercitibus. Multitudo enim Romani exercitus (propter diuersitatem forte nationum, & copiā æquiualentem multis exercitibus) appellatur exercitus in numero plurali [Hierusalem, tunc scitote quia appropinquauit desolatio eius.] Non credatis tunc quòd liberabitur Hierusalem, sed scitote quòd tunc erit tempus desolationis eius [Tūc qui in Iudæa sunt, fugiāt ad montes] incipiente obsidione, qui in regione Iudææ sunt non eant in Hierusalem, sed fugiāt ad montes. [Et qui medio ei².] scilicet Hierusalem, [discedant. & qui in regionibus, non intrent in eā: quia dies vltionis ij sunt, vt impleātur omnia quę scripta sunt.] à prophetis de pœnis Hierusalem. [Ve autem prægnantibus & nutrientibus.] pro, lactantibus, [in illis diebus.] tum quia impedietur fuga vtrarumque prægnantes enim impediuntur vtero, & lactantes infante. Tum quia tales egent duplici alimento. tum quia incūbit eis duplex cura. [Erit enim præsura.] pro, vis seu necessitas, seu (vt alijs placet) afflictio [Magna.] Violentia enim magna significatur. [Super terram.] Hierosolymitanam [Et ira.] Vindicta diuina. [Populo huic.] Hierosolymis manenti. [Et cadent in ore,] id est acie gladij. Dicit Iosephus decem centena milia mortuorum tunc fuisse. [Et captiui ducentur.] Iosephus dicit nonaginta sex milia captiuorum. [In omnes gentes.] vt diuina iustitia apud omnes nota fiat. [Et Hierusalem calcabitur à Gentibus donec impleantur.] Calcanda³ describitur Hierusalem ab idololatrijs donec impleantur tempora idololatrarum Et vere sic fuit: quia exclusa idololatria per hoc quod conuersæ sunt gentes ad fidem CHRISTI, desijt calcari Hierusalem ab idololatris, & habitata à Christianis [Tempora nationum.] pro, Gentium Constat enim

enim appellatione gentium idololatras intelligi & tunc impleta esse earum tempora quum cessauit idololatria. [Et erunt signa.] Respondet alteri quæsito de tempore & signo finis mundi aduentúsque sui, secundi [In sole & luna & stellis.] Matthæi vigesimoquarto. explicantur ista: sol obscurabitur, luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo: quæ ibi vide exposita. [Et in terris.] pro. terra, [pressura] pro, coarctatio, [gentium.] Non supponit gens pro Ethnicis vt paulò superius: sed communiter pro hominibus peccatoribus, tam Christianis quàm non Christianis.

[Præ confusione.] pro, in perplexitate, [sonitus maris.] pro, resonantis maris. [& fluctuum.] Ex quibus colligitur significari, quòd tantus talisque erit terror resonantis maris fluctuosi quòd homines coarctabũt se, perplexi, nescientes euentum seu potius locum quo tendit sonans mare. Non enim erit mare sonans, sed fluctuans more solito versus vnam plagam (sic enim nõ causaret perplexitatem) sed eo ipso quòd perplexitas describitur, tam anceps erit vt nesciant se homines resoluere. [Arescentibus hominibus.] Exterius erit coarctatio, interius arescent. [Præ timore.] In intellectu perplexitas, in affectu timor. [Et expectatione.] Non significatur spes, sed mora euentus. [Quæ superuenient] pro, eorum quæ superuenient, [vniuerso orbi.] pro, orbi terrarum. [Nam virtutes cœlorum mouebuntur] pro, agitabuntur. Ad similitudinem eorum quæ apud nos à locis pelluntur seu quatiuntur, describitur deordinatio velut confusio quædam corporalium virtutum cœlestium in suis effectibus: tanquam virtus partis orientalis agitetur ad meridiem, & virtus meridionalis agitetur ad septentrionem, & ediuerso. Cõfusio itaque effectuum significatur ex irregularitate cœlestium virtutum. Etsi enim virtutes illæ corporales non mutabunt tunc situs suos, mutabuntur tamen à regularitate quam nunc habent. ita quòd sicut sol, luna & stellæ subtrahent luces suas, ita virtutes corporum cœlestium subtrahent regularitates suas quas totaliter perdent cessante motu cœli. Et huiusmodi regularitatis subtractio merito assignatur pro ratione corporalium malorum quæ in elementis apparebunt, nam regularitate cœlestium virtutũ seruatur elementaris sphæra in dispositione congrua animalibus & vegetabilibus. [Et tunc.] Tunc ad exclusionem prioris temporis, ac si diceretur posthæc. Non enim significatur aduentus Christi tunc quum ista signa prædicta apparebunt, sed post hæc. [Videbunt.] vniuersi homines. [Filium hominis venientem in nube.] An vera nubes an densa lux quasi nubes

bes ſit, neſcio: propter hoc quod in aſcenſione domini vera nubes videtur fuiſſe quæ ſuſcepit ipſum ab oculis eorum. Et ſcriptū eſt, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem. Et rationabilis eſt vt ſit vera nubes, ad temperandum fulgorem corporis Chriſti: ad hoc vt clare videri poſſit ſplendidus & diſcerni ab hominibus, & non ſicut videtur ſol: in quem non poſſunt oculi hominum ſigi. [Cum poteſtate magna.] Superfluit magna. Non ſicut prima vice venit cum ſubiectione. Et in hoc ſignificantur ſigna potentatus quæ tunc videbuntur ab hominibus. [Et maieſtate.] pro, gloria, Et deeſt multa. Ita quod multa referrur tā ad gloriam quàm ad poteſtatem. apparebit enim in ſtatu multum glorioſo & multi potentatus. [His autem fieri incipientibus.] Poſtquam deſcripſit ſigna præcedentia aduentum eius ſecundum & ipſum aduentum ſimul cum terroribus peccatorum, confortat diſcipulos vt quum incœperint hæc ſigna apparere, non terreantur, non timeant, non coarctentur, non areſcant: ſed [Reſpicite.] pro, ſuſpicite. non oculis corporis ſed mentis. [Et leuate capita veſtra.] hoc eſt eleuate ſuperiores partes animi veſtri. Ad ſuperna bona monet erigere & cogitationes & affectus tunc quum alij coarctantur & areſcunt. [Quoniam appropinquat redemptio veſtra.] hoc eſt bonum deſideratæ à vobis libertatis à ſeruitute mortis & corporis, & reliquorum quæ mundi ſunt. [Et dixit illis ſimilitudinem.] Adiungit parabolam vt memoriæ melius mandetur. [Videte.] Dictio Græca anceps eſt ad indicatiuum vel imperatiuum. [Ficulneam.] pro, ficum, [& omnes arbores quum producunt iam ex ſe fructum.] pro, quum iam proruperint Significatur enim ſtatus arborum gemmantium. [Scitis quoniam prope.] Deeſt iam, [eſt æſtas. Ita & vos quum videritis hæc fieri, ſcitote quoniam prope eſt regnum dei.] Ad hoc allata eſt ſimilitudo geminantium arborum, vt ſignificetur relationem ſignorum dictorum ad regnum dei manifeſtum in aduentu Chriſti eſſe relationem propinquitatis: quemadmodum geminæ arborum monſtrant propinquam æſtatem. Et aſſimilatur regnum dei æſtati reſpectu electorum, ratione lucis ac quietis deſideratæ ac delectabilis, vt merito omnia deſideria eleuare tunc debeant ad cœleſtia regna ab eis deſiderata [Amē dico vobis, quia nō præteribit generatio hęc donec omnia fiant.] Nō ſolum relationem propinquitatis inter ſigna & aduentū ſuum, ſed coniunctionē aduentus cum generatione hac aſſeuerat. Et demonſtratur ge-

neratio

neratio electorum iſta, ad excludendam generationem renouandam, quemadmodum renouata fuit tẽpore Noë poſt diluuium. Ita quod hæc verba duo excluduntur alterum eſt quod finito electorum numero non remanebit generatio reproborum. alterum eſt quod finita hac generatione terminanda in mundi conflagratione, non ſuccedet alia generatio media vſque ad aduentũ Chriſti, ſed completo numero electorum generationis huius, veniet Chriſtus. Et hæc diffuſius dicta ſunt Matth. 24. [Cœlum & terra tranſibunt] Non ſecundum ſubſtantiam, non abeſſe ſuo ſubſtantiali: ſed cœlum à ſtatu motus quem nunc habet, & terra à ſtatu generationis quo nunc profert vegetabilia. [Verba autem mea non tranſibunt.] à veracitate ſua, ſed implebuntur omnino. [Attẽdite autem vobis.] Electis perfectioribus dixerat, his fieri incipientibus ſuſpicite & leuate capita veſtra, modo autẽ mediocri Chriſtianorum generi dicit attendite vobis. [Ne forte.] pro, nequando. [grauentur.] A declinatione mali incipit monitio. [Corda veſtra in crapula & ebrietate.] Crapula & ebrietas, grauamina corporum ſunt. Ieſus autem monet attendendum eſſe ne corda, ne animæ, grauentur vitijs crapulæ & ebrietatis. Et ad literam adiecit corda: quoniam vtrunque ſi ſine vitio fieret, quanuis grauaret corpus non tamen grauaret cor: vt ſi medicinæ ratio vrgeret ad crapulam aut ebrietatem. [Et curis huius vitæ.] Non ſolum prohibemur incurrere delectionem animi ob crapulam & ebrietatem ſed etiam ob curas ad prouocandum ea quę ſunt ad victum. Et bene nota, nullum tempus eximi eo quod dictum eſt nequando, ne vnquam grauitatem cordis (hoc eſt delectionem animi ad inferiora) incurramus. [Et ſuperueniat.] pro, ingruat, [in vos.] hoc eſt contra vos. [repentina dies illa.] Ad literam deſcribitur dies aduentꝰ Chriſti repentinus, inopinatus, incognitus, non creditus pro tunc. Et appellatione diei illius intelligo totum tempus aduentus illius ab initio, à quo incipient ſigna ſimultanea, hoc eſt quæ vnico cõtextu fient cum aduentu ipſius, quoniam in initio illorum erit terminus viatorum, & erit ſicut repentina mors: & propterea dominus monet ne improuiſi reperiamur ſuperueniente die illo. [Tanquam laqueus enim ſuperueniet in omnes qui ſedent ſuper faciem omnis terrę] Similitudinem apponit ad ſignificandum diẽ illum fore repentinum & periculoſum, & affert ſimilitudinem laquei venatorij, qui ex improuiſo repente ſuperuenit animalibus. Et dixit hæc ne erraremus ex priore parabola gemmantium arborum monſtrantium æſtatem, ne ſcilicet intelligeremus determinatum

tempus

tempus(puta trium menſium) inter illa ſigna antecedentia & aduentum Chriſti,quemadmodum determinatum eſt tempus inter gemmantes arbores & eſtatem.ad tollendum enim hunc erroneũ intellectum,dicit q̃ ſuperueniet dies ille repentinus tanquam laqueus repentinus,non reſpectu aliquorum ſed reſpectu omniũ habitantium in terra.[Vigilate itaque,omni tempore orantes.]Concludit vigilandum ſimul atque orandum omni tempore: hoc eſt congruis orationi/&vigiliæ temporibus. præceptũ enim affirmatiuum eſt Vel vigilandum & orandum merito indeſinenter eſſe. ſemper enim vigilat & orat qui perſeuerat in boni operis merito. [vt digni habeamini.]p,reddamini,[fugere omnia iſta quę futura ſunt,& ſtare ante filiũ hominis.]Materia petenda oratione,explicatur non fugere mala & aſſequi bonum,ſed dignum effici fuga mali & aſſecutione boni . Hinc eccleſia accepit morem orandi vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.Gratia dei radicanda in nobis petit,petendo vt digni reddamur. Soli enim illi in quibus firmatur & radicatur diuina gratia,digni ſunt euitatione futurorum malorum,& fixa ac ſtabili præſentia coram Chriſto.[Erat autem diebus docens in templo.]Dixerat ſuperius quod erat quotidie docens in templo.aperit modo quo ſenſu intelligendum ſit, ne intelligeres ipſum continue manſiſſe in templo à die palmarum.Diſtinguit enim dies à noctibus:dicendo quod diebus quidẽ erat in templo docẽs.[Noctibus vero exiens morabatur.]pro, diuerſabatur,[in mõte qui vocatur Oliueti.]Hinc inſinuatur quod Bethania vbi Ieſus hoſpitabatur nocte aliqua illarum noctium(vt Marcus dicit)infra ambitum montis Oliueti erat. [Et omnis populus manicabat.]pro, mane ibat ad eum,[in templo audire eũ.] Solicitudo populi ad audiendum illius prædicationem ſummo mane ſignificatur.

CAPVT XXII.

Ppropinquabat autẽ dies feſtus azimorum.]Septem dies continui erant dies azimorum (hoc eſt quibus
A illicitũ erat veſci pane fermẽtato)ſed primus eorum erat dies feſtus,hoc eſt dies celebris.Et propterea primi diei ſpecialiter meminit narrando appropinquationem illius.[Qui dicitur paſcha.]Quanuis tota hebdomada denominaretur paſcha à primo die,primus tamen dies proprie dicebatur paſcha.Dictio paſcha non eſt Græca dictio in propoſito ſed eſt dictio Hebræa corrupta apud Græcos & Latinos, deriuata à paſach, quod ſignificat tranſire. Ad literam enim à tranſitu

domini

domini occidentis primogenita Aegypti dictum est pascha vt patet Exo 12. [Et quærebant principes sacerdotum & Scribæ quomodo eum interficerent.] Deliberauerant interficere sed modum quærebant quo possent illum habere seu tradere præsidi occidendum. [Timebant vero.] pro, enim, [plebem.] Ratio redditur quare inquirebant modum: quia scilicet timebant plebẽ. ex hoc enim timore quærebant aliquem modum secretum à plebe. [Intrauit autem Satanas in Iudã.] Qui prius tanquam foris stans suggerebat Iudæ furta, modo tanquam intus ingressus describitur: vtpote aditu ei patente ad animam Iudæ. Coniunctio itaque velut domestica inter dæmonẽ & Iudæ animũ, significatur per introitum in ipsum. [Qui cognominabatur Scariot] ꝑ, Iscariotes, [vnũ de duodecim.] Deest numero. Legendũ est. [vnũ de numero duodecim. Et abijt & locutus est cũ principibus sacerdotũ & magistratibus.] pro, ducibus. Significantur ij qui ducebant alios: quorum scilicet nutu res gerebantur. [Quemadmodum illũ traderet eis.] Directe Iudas desideratum offert modum quem quærebant principes, declarando eis se prodituru Iesum. Talis enim modus vltro oblatus, satisfecit desiderio quærentium modum, & propterea Lucas dicit quod dixit eis modum quo traderet eum illis scilicet proditorie. [Et gauisi sunt.] adinuẽto immo vltro oblato modo meliori quàm desiderarent. [Et pacti sunt pecuniam illi dare.] firmarunt precium pacto. [Et spopondit.] Iudas. [Et quærebat oportunitatem vt traderet illum.] Deest eis. Non enim aliud promisit quã dare eum in manus eorum. [Sine turbis.] pro sine turba. Sic enim conuenerat cum principibus timentibus turbam. [Venit autẽ dies azimorum.] Diem quartædecimæ lunæ (qui tunc fuit dies Iouis) appellat Lucas diem azimorum in qua immolabatur agnus paschalis: non quod in ipsa quartadecima luna immolatio agni fieret aut fermentata essent prohibita, sed quia in vespera illius diei incipiebat dies azimorum, incipiebat quintadecima luna. & tunc immolabatur pascha. ita quod vespera quartæ decimæ lunæ erat initium diei azimorum. Et quia cœna vespertina computatur cũ die quem terminat (quoniam appellatur cœna illius diei) ideo Lucas illum diem Iouis appellauit diem azimorum: intendens significare quod erat primus dies azimorum ratione cœnę illius diei. [In qua necesse erat occidi.] pro, immolari, [pascha.] Appellatur hic paschalis agnus pascha, qui immolabatur inchoante die azimorum primo. Ipse enim esus agni paschalis cum tot cerimonijs scriptis Exod. 12 immolatio erat in memoriam beneficij

neficij recepti nocte illa qua deus transiuit occidendo primogenitos AEgyptiorum, & populus exijt de AEgypto. [Et misit Petrum & Ioannem, dicens, Euntes parate nobis pascha vt mãducemus.] Hinc clare apparet appellari diem azimorũ ratione futuræ cœnæ, quam iubet præparari. [At illi dixerunt, vbi vis paremus?] Non erat licitum comedere pascha nisi in Hierusalem in qua Christus non fuerat illis diebus hospitatus: & propterea discipuli quærunt vbi parandum est pascha. Ac si apertius dixissent hospitium non elegisti in hierusalem in qua oportet comedere pascha, dic ergo locum vbi parandum est. [Et dixit ad eos, Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo quidã amphorã aquę] pro, lagenã. Significatur enim testea hydria quam lagenam vulgo appellamus [Portans. Sequimini eum in domum in quam intrat. Et dicetis patrifamiliâs domus, dicit tibi magister, vbi est diuersorium vbi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum: ibi parate. Euntes autem inuenerunt sicut dixit illis: & parauerunt pascha. Et quum facta esset hora.] à lege Moysi statuta: hoc est post solis occasum, incipiente altera die ab occasu solis diei præcedentis. [Discubuit] Inter cærimonias legis non erat quod comederent stando: vt patet Exod. 12 [Et duodecim apostoli cum eo. Et ait illis, Desiderio desideraui.] Hebræo more magnitudinem desiderij significat. [Hoc pascha manducare vobiscum.] Quia hoc pascha vltimum erat veteris testamenti pascha, & initium transitus ad veritatem figuratam paschali transitu, ideo Iesus dicit desiderio desideraui manducare hoc pascha. Summo enim desiderio concupierat venire ad imponendum finem sacrificijs veteribus, transeundo ex hoc mundo ad regnum dei. Vnde & adiungit. [Antequam patiar.] ad significandum hoc esse vltimum Et apponit se non manducaturum amplius pascha donec impleatur in regno dei: ad significandum inchoari non transitum ipsius ad regnum dei. [Dico enim vobis quia ex hoc non manducabo illud.] pro, non vltra edam ex eo scilicet paschate. Explicat enim hoc pascha esse sibi vltimum quum implicite dixisset quod erat vltimum absolute, dicendo antequam patiar. [Donec impleatur.] pascha paschalis figura, paschalis transitus. [In regno dei.] In mea resurrectione: quod est principium regni dei tandiu expectati & prophetati. Regnum siquidem dei quod in secundo aduentu manifestabitur, in Christi resurrectione inchoauit: quoniam ex tunc regnauit deus per gloriam etiam in corpore humano, & impleuit

Christi

Christi resurrectio figuralia sacrificia veteris testamenti, & specialiter transitum sacrificio paschali significatum. Completus siquidem est tunc transitus de seruitute in libertatem plenam, & de morte in plenitudinem vitæ immortalis &c. ¶ Quod autem dicitur donec, non ad præfigendum terminum, sed ad excludendum intermedium tempus, appositum est: sicut dicitur in psal. Sede à dextris meis donec ponam inimicos tuos. Nam non significatur quod in regno dei Iesus est comesturus pascha, quod compleri in regno dei dicit: quum ridiculum sit hoc intelligere, verbis etiam ipsis repugnantibus. quoniam si completum est, resumendum nõ est, sed significatur quod intermedio tempore inter cœnam illam & regnum dei, non esset comesturus pascha. [Et accepto calice.] Quanuis nulla fiat mentio specialis de libamine in immolatione agni paschalis, verisimile tamen est libamen aliquod interueniisse, sicut in reliquis sacrificijs. Vnde ad complementum immolationis paschalis agni, poculum à Iesu accipitur. [Gratias egit.] Quæ verba dixerit nescimus: pro terminatione tamen veterum sacrificiorũ, gratias egit. [Et dixit, Accipite & diuidite inter vos.] Vnum poculum voluit commune esse omnibus terminando vetera, sicut inchoando noua: vt alij dicunt Euangelistæ. solus enim Lucas meminit huius calicis spectantis ad vetera sacrificia. [Dico enim vobis quod non bibam de generatione vitis donec regnum dei veniat.] Ad literam dicit se posthac non bibiturum vinum donec veniat regnum dei in sua resurrectione. post resurrectionem enim manducauit & bibit cum apostolis. dicente Petro, qui manducauimus & bibimus cum illo postquam surrexit à mortuis.
¶ Vbi nota quod non dicit (sicut dixerat de paschate) donec impleatur in regno dei: sed absolute dicit donec veniat regnũ dei. [Et accepto pane.] Finitis veteris legis sacrificijs, instituit sacrificium nouæ legis: non assumens agnum aut carnes quascunque, sed panem pro propria eucharistiæ materia. [Gratias egit.] pro, initio sacrificij noui testamenti. [Et fregit.] in tot bucellas quot erant discipuli. [Et dedit eis.] comedendum. [dicens, Hoc est corpus meum.] Quorum expositionem vide Matth. 26 [Quod pro, vobis datur.] Ne intelligerent mysticũ aut metaphoricum corp⁹, verum ac naturale explicat dicẽdo, quod pro vobis datur, ipsummet corpus est quod datur morti crucis. Et non dicit dabitur, sed datur: quia iam incœptum erat dari, iam venditus erat. [Pro vobis. Jnõ pro mea culpa, sed pro vestri redemptione. [Hoc facite.] Non dicit hoc dicite, sed facite: quia mandat fieri quod ipse fecit

cit ſcilicet accipere panem, gratias agere, frangere, conſecrare, ſumere ac dare. [In mei commemorationem.] Paſsio enim mea qua pro vobis corpus meum datur tranſibit in præteritum & propterea in mei commemorationem, im memoriam tanti beneficij quod vobis confero facite hoc ſacrificiũ. [Similiter & calicem poſtquã cœnauit.] Si non alter eſſet calix iſte à prius cõmemorato, nõ dixiſſet Lucas ſimiliter: quoniam iã explicatum fuiſſet quòd accepit calicem, quòd gratias egit, quòd dedit diſcipulis diuidendum inter eos. Vnde ex hoc ipſo quòd calicem iſtũ introducit cum aduerbio ſimiliter, ſignificat ſimilem modum ſeruatũ qui ſeruatus eſt in pane ſcilicet quod accepit calicem, quòd gratias egit, quòd dedit diuidendum in ſingulos. Et ad maiorem expreſsionem immo ad differentiam prioris adiunxit tempus: dicendo poſtquàm cœnauit. Ac ſi aperte dixiſſet, priorem calicem accepit cœnando, hunc autem accepit poſtquàm cœnauit. ¶Nec vim aliquam facias in nomine calicis. quoniam ex interpretis officina calix nominatur. in textu enim non calix in ſpecie ſed poculum in genere nominatur. [Dicens, Hic eſt calix.] Alij Euangeliſtę inter verba Chriſti nõ ponunt calicem: quia intendebant ſignificare virtutem ſanguinis Chriſti effuſi in cruce, reſpectu noſtri. Lucas autem calicem explicatum à Chriſto commemorat: quia intendit etiam explicare vim vſus euchariſtiæ ſub ſpecie potus. calix enim (ſeu poculum) vas pro vſu bibendi ſonat. [Nouũ teſtamentũ in ſanguine meo.] Appoſitiua conſtructio eſt: ad ſignificandum poculum euchariſtiæ non eſſe poculum ſacrificiorum veteris teſtamenti, ſed poculum ſacrificij noui teſtamenti. Et eſt conſtructio cauſalis, dicendo calix nouum teſtamentum. eſt enim calix ex nouo teſtamento ſanguine Chriſti firmato. Ex nouæ ſiquidem & æternæ hæreditatis diſpoſitione, Chriſti ſanguine in cruce firmata, poculum euchariſtiæ prouenit: inde enim ſacrificium hoc emanauit. [Qui pro vobis fundetur.] pro, funditur. Sicut enim incœperat dari corpꝰ ita incœperat fundi ſanguis. vẽditio ſiquidẽ inchoauerat ipſiꝰ mortem ſanguinis effuſione ſecuturã. [Veruntamen ecce manus tradentis me mecum eſt in mẽſa.] quãuis corpus meum & ſanguinem pro vobis ponam, nihilominus ecce vnus veſtrum tradet me. [Et quidem filius hominis ſecundũ quod definitum eſt.] à deo in ſacris ſcripturis. [Vadit verũtamen vę homini illi per quẽ tradetur.] Nõ excuſatur qui me tradet propter hoc qꝺ definitũ eſt me eſſe tradendum & occidẽdum, ſed væ æternæ damnationis illi: quia voluntarie crimen hoc committet. [Et ipſi cœperũt quærere inter

ſe,quis eſſet ex eis qui hoc facturus eſſet.] Alij euangeliſtæ narrãt diſcipulos quæſiſſe à Ieſu nunquid ego ſum rabbi? Lucas explicat quòd inter ſeſe etiam quæſierunt quiſnam eſſet hoc facturus. Significatur enim per hoc quòd mutuo ſe reſpiciebant inquirendo quis eſſet hoc facturus. [Facta eſt autẽ & contentio inter eos,quis eorum videretur eſſe maior.] Poſt turbationem diſcipulorum audito quòd vnꝰ eorum foret proditor,obrepſit ambitio, occaſione accepta ex eo quòd inceperunt tunc cognoſcere quòd in veritate Ieſus eſſet occidendus nam vſque ad illam horam non intellexerant verba Ieſu de ſua paſsione & morte ſed audito quòd vnus diſcipulorum erat ipſum proditurus, incœperunt intelligere quòd non parabolicè ſed proprie intelligenda eſſent verba Ieſu prius dicta de paſsione & morte ſua,Et propterea contendunt de primatu poſt mortem Ieſu. [Dicit autem eis, Reges gentium dominantur eorũ.] pro,eis:[& qui poteſtatem habent ſuper eas,benefici vocantur.] Reprimit ambitionem ex differentia inter principatum mundanũ & eccleſiaſticum: penes hoc quòd finis regũ eſt dominari. & ſimiliter finis habentium poteſtatem diſtribuendi communia bona(puta honores,dignitates &c)eſt vocari beneficum, hoc eſt gloria. Ita quòd finis principantium in hoc mundo eſt dominari & gloria [Vos autem nõ ſic] Vtrunque finem abdicat à ſuis. Vos apoſtoli, vos capita eccleſiæ, non ſic,non tendetis ad dominium aut ad humanã gloriam. [Sed qui maior eſt in vobis,fiat ſicut minor.] pro,iunior. Maioribus honor & debetur & communiter exhibetur à iuniorib' cõtra appetitũ itaque gloriæ humanæ mandat maiorem fieri ſicut iuniorem: hoc eſt habere ſe circa honores ſicut iuniorem cuius eſt nõ honorari,ſed honorare. [Et qui præceſſor.] pro,dux,[eſt,ſicut miniſtrator.] Cõtra appetitũ humani dominij mandat eum qui ducis officio fungitur,fierit ſicut miniſtrum. Ducis ſiquidem eſt imperare, & miniſtri eſt ſeruire. Ieſus autem mandat eum qui dux eſt, habere ſe ſicut eum qui miniſtrat: quod eſt habere ſe nõ vt dominum ſed vt ſeruum. Et vtrunque horum præcipitur quantum ad appetitum & rationem operis. debet enim eccleſiaſticus prælatus appetitu ſeruiendi Chriſti membris,& honorandi Chriſti membra(chriſtianos ſcilicet)& ea quæ ſunt dignitatis & ea quæ ſunt operis exercere & non vt ipſe dominetur & honoretur. [Nam quis maior eſt,qui recumbit an qui miniſtrat: nõne qui recũbit?] Prouocat eos ad ſeruandum præceptũ hoc ab exemplo ſuo. Vbi nota quòd vniuerſo orbi propoſuit ſe exemplum humilitatis internæ Matthæi vndecimo diſcite à me

quia

quia mitis ſum & humilis corde.diſcipulis autem primatibus proponit ſe etiam exemplum humilitatis exterioris miniſterij: vt ab exteriori etiam exemplo diſcant & intus & extra humilia ſapere de ſeipſis. [Ego autem in medio veſtrum ſum ſicut qui miniſtrat]Aſſirmat Ieſus ſe eſſe in medio diſcipulorum ſicut qui miniſtrat tum quia lauit pedes diſcipulorum ad hunc effectum vt ab exemplo diſcerent humilitatem, tum quia quanuis ſcriptum non ſit, ex ſcriptis tamē conijcitur ſolitum fuiſſe Ieſum in menſa officium miniſtri exercēre, frangendo illis panem. Et ex hoc textu habetur ſolitum fuiſſe miniſtrare apoſtolis: propter quod dicit in medio veſtrum. Et nihilominus vniuerſæ Chriſti actiones miniſteria fuerunt cūrare enim infirmos, prædicare, diſcurrere pro ſalute animarum & huiuſmodi,quid aliud ſunt quàm miniſteria? [Vos aūt eſtis qui permanſiſtis mecū.]Repreſsit ambitionem primū ex differentia apoſtolici gradus ad principatum mundi. reprimit modo eandem à perſeuerantia ſecum in malis.Reuocat ſiquidem ante eorum oculos quòd ſecum perſeuerauerint. Aeſi apertius diceret. Conſiderate tanti temporis laborem perſeuerando mecum & hinc perpendite quàm dedeceat vos in ambitionis vitium modo incidere. Tanti ergo temporis meritum ante mentis oculos ponit, dicendo vos eſtis qui permāſiſtis mecum. magnām enim vim habet locus huiuſmodi ad exhortandū,[In tentationibus meis]hoc eſt in perſecutionib⁹ & paſsionib⁹ meis.Paſſus eſt enim perſecutionē, primo in Nazareth, quando voluerunt ipſum præcipitare. oportuit quoque ipſum declinare Herodis faciem audita Ioannis nece: pluries quoque voluerunt ipſum lapidare in Hieruſalē. Has ſiquidem perſecutiones, ſuas appellat tentationes:quia ex ſuo genere tentationes ſunt iuſtorum, ad experientia comprobandum iuſtorum fortitudinē.[Et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum.] Retrahit demū eos ab ambitione,ex præmio prēparato eis in cœleſti gloria: vt non ſolum ex tāti temporis merito ſed ex prēparato tā excelſo præmio, erubeſcant ambire. Vos mecū permanſiſtis in meis perſecutionibus.& ego pro hoc merito diſpono vobis regnū æternū, ſicut pater meus diſpoſuit mihi.ſimiles mihi diſpono vos futuros in regno, qui perſeueraſtis mecum in afflictionibus. [Vt edatis & bibatis.] Metaphorica eſt locutio: intellectū ſignificans per edere, & delectationem per bibere.Satietatē ſiquidem cibi ſapientiæ & intellectus & fruitionem annexam, ſignificat per manducare & bibere. ſpiritualia enim cœleſtis patriæ,ſenſibiliū ſimilitudinem explicantur. [Super menſam meam

in regno meo.] Superfluit in regno meo. Et per mensam, æternæ beatitudinis significatur cõuiuium. [Et sedeatis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israel.] Non solũ commensales suos sed etiam iudices disponit futuros in suo regno. Et ne intelligeres q̃ iudicaturi essent quemadmodum Niniuitæ & regina Austri (scilicet comparatiue) dicit & sedeatis super thronos iudicantes. explicatur enim per hoc quòd authoritatiue tãquam assessores principis iudicabunt. ¶ Creditur Iudam exisse quando dominus hæc verba dixit absque exceptione. Et rationabiliter creditur: quia in lotione pedum præsente Iuda, quum dixisset dominus vos mundi estis, apposuit exceptionem sed nõ omnes, vnde nunc ex eo quòd absque exceptione dicit hæc, creditur quòd Iudas iã exierat. [Ait autem dominus Simoni.] Non suffecit optimo magistro tollere à discipulis ambitionem, sed occasionem recidiuæ contentionis auferre studuit: insinuando eis qui futurus esset caput eorũ. propter hoc enim conuertit sermonẽ ad Petrum. [Simon] pro, Simõ Simon. ad excitandum tam Petrum quàm alios vt attente audiant dicenda, conduplicat nomen. Et merito: quia hinc tollitur occasio recidiuæ contentionis, declarato Petri officio. & simul ratio humilitatis ingeritur Petro, declarato eius casu futuro [Ecce satanas expetiuit.] pro, depoposcit. Vbi nota nõ solum ad nocendum sed etiam ad tentandum ligatam esse potestatem dæmonum. Si enim sine licentia diuina tentare possent vt vellent, non diceret Iesus dæmonem depoposcisse [Vos.] non te solum, sed te & alios coapostolos. [Vt cribraret sicut triticũ] ad similitudinem cribrãtis triticum commoueret, ventilaret, excuteret. Quod aliquo modo assecutus est: quoniam omnes fugerũt, & fidem aut fidei professionem perdiderunt. [Ego autem rogaui pro te.] Nõ dicit rogaui pro vobis (quum tamen pro eis rogauerit dicendo, pater sancte serua eos à malo) sed pro te ratione officij. quoniam rogasse pro te redundat in rogasse pro fratribus tuis, quos confirmaturus es. Ego itaque rogaui pro te, non singulariter exclusis aliis, sed præcipue tanquàm aliorum futuro capite. [Vt non deficiat fides tua.] Non dicit vt non deficiat charitas tua, non dicit vt non deficiat confessio fidei tuæ? sed fides tua, quæ est in corde. corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, ad Romanos decimo. Defecit siquidem Petri charitas, defecit & confessio fidei, quum Christum ter negauit: sed non defecit fides, quoniam timore negauit, nõ incredulitate. [Et tu aliquando cõuersus.] Hic manifeste casum Petri prædicit. nisi enim auersurus se esset, non

ei

ei diceretur & tu aliquando conuersus auersus siquidem est etsi non à fide, tamen à confessione fidei, à charitate dei falsum iuramentum incurrendo quum iurauit se non nosse Christum. Sed prædicendo auersionem, prædicit quoque conuersionem subsecuturam. Vtranque autem rei gestæ probauit euentus. [Confirma fratres tuos.] Officium confirmandi fratres prædicit futurum Petri. Et hinc tollit occasionem recidiuæ contentionis. Sed vide quòd non subditos, sed fratres vult haberi reliquos à Petro. vide quòd officium non dominandi, sed confirmandi in bono fidei, spei, & charitatis prænunciat ac mandat. [Qui dixit, ei, domine tecum paratus sum, & in carcerem, & in mortem ire.] Audierat Petrus & tu aliquando conuersus, & intellexerat casum prædici suum. conscíusque bonæ mentis boníque animi proprij, velut obuians verbis Iesu, dicit se esse paratum ad carcerem & ad mortem pro ipso & cum ipso Iesu. [Et ille dixit, Dico tibi Petre.] Dixi implicite, dico modo explicite tibi quem appellaui iam solidum saxum. [Non cantabit hodie gallus donec ter abneges nosse me Et dixit eis.] Omnes alloquitur discipulos. [Quando misi vos.] proculdubio ad prædicandum. [Sine sacculo.] pecuniæ [& pera.] alimentorum. Et in his duobus intellige reliqua, scilicet sine baculo &c. [Et calciamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt. nihil. Dixit ergo eis, Sed nunc.] Contra tempus prædicationis tempus persecutionis distinguit. ita quòd per nunc intelligit persecutionis tempus. [Qui habet sacculum tollat. similiter & peram.] Non dicit tollite, sed in tertia persona qui habet marsupium pecuniæ portet secum. Nec propterea mutat mandata, nec reuocat libertatem eũdi prædicatum sine sacculo & pera. sed declarat quandoque licitũ fore portare sacculum & peram. Et quia hoc communiter imperfectioris vitæ discipulis declarabat, ideo Apostolis qui pfectiores erant non dixit tollite, sed in genere in tertia persona dixit qui habet tollat. Libertates sunt tam istæ quàm illæ, quando misi vos sine sacculo, & declarantur illæ congruæ prædicationis tempori. istæ vero congruæ quandoque persecutionis tempori, quum discipuli iniqui reputabuntur [Et qui non habet.] supple gladiũ, [vendat tunicam suam & emat gladium.] Sicut de sacculo & pera materiali constat locutum fuisse, ita ambigendum non est de gladio quoque materiali loqui. Verum maiorem necessitatem gladij significat quàm sacculi & peræ, dicendo vendendam esse tunicam vt ematur gladius defensiuus. Et intendit per hoc ad literam declarare quòd non tam patientur ex penuria sumptus & alimen-

torum quàm ex persecutione violenta in corpus hoc enim aperte monstrat descripta maior necessitas gladij defensiui quàm sacculi & peræ. Et declaratur per hoc libertas vtendi armis defensiuis quum expedit. materiali enim gladio omnia defensiua arma significantur. Illisque vti imperfectiores posse, hic declaratur. perfectioribus autem seipsum exemplum dedit imitandum: qui Petro dixit conuerte gladium tuum in vaginam. qui potens rogare patrem suum vt exhiberet sibi .12 legiones angelorum, noluit, sed tanquã agnus occidendus processit. [Dico enim vobis quod adhuc hoc quod scriptum est oportet impleri in me. & cum iniquis deputatus est.] Meminit specialiter ignominiæ qua cum iniquis deputandus erat: vt hinc intelligamus tempus demonstratum per aduerbium nunc, esse præcipue tempus quando discipuli eius non admittentur ad prædicationis officium, sed tanquam iniqui habebuntur. [Et enim ea quæ sunt de me, finem habent.] Quanuis valde admirandum erat apud discipulos quòd occidendus esset, multo tamen admirabilis reddebatur audiendo quòd cum iniquis deputandus esset: & propterea Iesus scripturæ authoritatem asserit: & ad terminum iam deduci declarat omnia quæ sunt de eo scripta: inter quæ erat hoc. [At illi dixerunt, Domine ecce duo gladij hic.] De materiali gladio intellexisse Apostolos, textus iste manifestat. Nec dixerunt ecce duo gladij nobiscum sed in hoc loco. forte demonstrabant gladios patrissamiliâs illius domus qui ibidem erant. Et dicunt hęc verba non penetrantes sensum verborum Iesu Christi: putantes se dicere aliquid pertinens ad necessitatem gladij, quum tamẽ secundum veritatem impertinens hoc esset ad sensum verborum [At ille dixit eis, satis est.] Non dixit satis sunt. vt significet impertinentem fuisse responsionem discipulorum, & ideo posthabitam à Iesu, dicendo satis est: hoc est sufficit præsenti doctrinæ habitus sermo. Humano enim more silentium imponentes sermoni de aliquo negocio, dicimus satis est. & iuxta hunc morem dixit Iesus, satis est. [Et egressus ibat secundum consuetudinem.] suam seruatam illis diebus. [In montem oliuarum. Secuti sunt autem & discipuli. Et quum peruenisset ad locum dixit illis, Orate ne intretis in tentationem.] Et materia orandi est non intrare in tentationem. & remedium non intrandi in tentationem ipsa oratio est: quoniam actualiter eleuando mentem in deum, non solum deuiamus & auertimus animum à tentationibus, sed sub præsidio diuino ponimus illum: & petimus gratiæ diuinæ opem, ne delectatione aut timore intret animus in ea quæ tentando

tando â dæmonibus à mundo, ſeu à carne ingeruntur. Et non dicit, Ne tentatio intret ad vos, ſed ne vos intretis in illum: quoniam primum inuoluntarium eſt, ſecundum autem voluntarium: ſicut introire te in aliquam domum ex voluntate tua pendet. [Et ipſe auulſus eſt ab eis quantum iactus eſt.] pro, fere ad iactum, [lapidis.] Non ſignificatur præciſè ſpatium loci tantum quanuis iactꝰ eſt lapidis, ſed prope quantitatem illam. [Et poſitis genibus orabat.] Vt ſuperius dictum eſt, ſtando antiquitus orabatur communiter: ſed Ieſus poſitis genibus orat ad vrgentis articuli neceſſitatem conteſtandam. Vere enim paſſibilem [humanum animum] ſe habere per hoc declarauit. [Dicens, Pater ſi vis tranſfer calicem iſtum à me.] Non Ieſu ignorantis euentum aut putantis poſſe aliter euenire eſt hæc petitio: ſed agentis inferiorem partem animi, quæ pati horrebat, cui repræſentabatur paſsio futura ab ipſo Ieſu cogitante quæ ſuperuentura erant ſibi. Ad huius enim partis officium affectus euadendi proprium malum ſpectat: quem hęc petitio repræſentat. ¶ Duo ſimul in hoc opere Ieſus effecit. Alterũ eſt quòd ſe verũ hominem eſſe, verum animum paſsibilem habere, & animum facere in eo ſuum officium conteſtatus eſt. Alterum eſt, quòd cruciatũ propaſsionis abijcere cruciatui paſsionis ſuę voluit ita quòd voluit non ſolum pati exterius crucem & mortem, ſed etiam interius prouenire cruciatum meditationis, triſtitiæ & timoris futuræ paſsionis ac mortis. vt omnia noſtra mala experiretur. [Veruntamen non mea voluntas] naturali appetitu fugiens malum corporis. [Sed tua fiat.] Hinc clare appareret in Ieſu fuiſſe non ſolum diuinam voluntatem, ſed etiam humanam: de qua dicit non mea voluntas fiat. Vbi etiam apparet regulatio naturalium motuum interioris partis animi, dum ſubmittitur totum diuinæ voluntati: exemplúmque nobis & orandi & modi orãdi quum in timoribus aut tribulationibus ſumus, hoc facto prębuit Ieſus. [Apparuit autem illi angelus de cœlo cõfortãs eũ.] In Chriſto nulla erát redũdantia pártis inferioris ad ſuperiorẽ aut econuerſo ita quòd motus timoris & triſtitiæ non pertingebant ad ſuperiorem partem animæ: & econuerſo delectatio continua ſuperioris partis de diuina eſſentia viſa, non tollebat neque mitigabat triſtitiam aut timorem inferioris partis. & propterea magnitudo triſtitiæ ac pauoris tanta deſcribitur in inferiori parte animi Chriſti, vt indiguerit mitigatione: quæ quoniam ab intrinſeco non erat (quia inuiolatus perſeuerabat dictus ordo) facta eſt ab extrinſeco. aduenit enim angelus tanquam homo, exteriorę col-

loquio confortans eum. Sicut nanque olim in deserto nõ fuit inanis tentatus, sed diabolus exteriori suggestione tantum tentauit eum, ita modo exteriore tantum colloquio angelus confortauit eum: sicut amicos solemus confortare. Et hac confortatione opus fuit, ne absorberetur nimia tristitia, ne plus pateretur tunc quàm congruũ erat. ¶Aduerte quòd Hieronymus non reputat omnino certam hanc angeli apparitionem: eo quod non inuenitur in omnibus codicibus euangelij secundum Lucam. Sunt autem verba Hieronymi in. 2. lib. dialogi contra Pelag. hæc in quibusdam exemplaribus tam Græcis quàm Latinis inuenitur scribente Luca, apparuit illi angelus de cœlo cõfortans eum. [Et factus in agonia:] hoc est in horrore. magnitudo siquidem tristitiæ & timoris significatur. [Prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis] pro, decurrentes, [in terram.] Quanuis naturaliter accidere possit sudor sanguineus, & Aristoteles fateatur id iam accidisse: quia tamen indigesti sanguinis, & minus bonę complexionis hoc accidens secundum naturam est apud eundem, Iesus optimæ complexionis sanguineum sudorem emisit sicut natura in parte generatiua deficiente femine ministrat sanguinem. Simili nanque modo, deficiente aquositate sanguinis quæ est materia sudoris, non nihil quoque sanguinis emisit. Erat enim corpus Iesu exhaustum & magnitudo passionum pellens violente sudoré, pepulit simul aliquid sanguinis deficiente sudoris materia. ¶Et quanuis non describatur sanguis decurrens, describuntur tamen guttæ sanguineę decurrentes, vt multitudo earum significetur. [Et quum surrexisset ab oratione, & uenisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes præ tristitia, & ait illis, Qui dormitis? Surgite, orate: ne intretis in tentationem. Adhuc eo loquente ecce turba: & qui vocabatur Iudas, vnus, de duodecim, antecedebat eos: & appropinquauit Iesu vt oscularetur eũ. Iesus autem dixit illi, Iuda osculo filium hominis tradis. Videntes autem ij qui circa ipsum erant quod futurum erat, dixerunt ei. domine si.] pro, num [percutimus in gladio] Hinc clare apparet discipulos non intellexisse ex verbis Iesu superioribus (qui non habet gladium emat) mandatum sibi esse vt sumant arma ad defensionem ipsius. Si enim hoc intellexissẽt, non petissent modo licentiã percutiendi. [Et percussit vnus ex illis seruum principis sacerdotũ.] Non expectata responsione Iesu Petrus percussit vnum [Et amputauit auriculam eius dextrã. Respõdens autem Iesus] discipulis interrogantibus num percutiemus in gladio [Ait: Sinite vsque huc.] pro, hucusque. Ita quòd aduerbiũ tẽporis

poris ſonat dictio Græca. Et eſt ſenſus. permittite eos in me ſæuire vſque in hanc eorum horam. hæc eſt enim hora eorum & poteſtas tenebrarum Ita quòd non dixit abſolute ſinite, ſed appoſuit tempus. ad ſignificandum rationem non impediendi eſſe, quia hæc eſt hora eorum, & non ad ſuſpendendum permiſſionem, tanquam poſtea non ſint permiſſuri Non enim aduerbium temporis determinat permiſsionem, ſed rem permiſſam: illorum ſcilicet ſæuitiam. Acſi apertius dictum fuiſſet. permittite ſæuire vſque quo durat hæc hora eorum. ¶Significantius autem dicitur finite: vt intelligamus, conatum eorum ad non ſinendum fuiſſe licitum, Ieſum mandare eis vt permittant illicitam illorum ſæuitiam. [Et quum tetigiſſet auriculam eius, ſanauit eum.] Euangeliſta duo ſimul enarrauerat, ſcilicet interrogationem diſcipulorum, & factum Petri. Et propterea explicata reſponſione ad diſcipulos, ſubiungit factum Ieſu: tangendo percuſſum ſeruum ad ſanãdum eius vulnus. Tactu autem ſanat, ne putares carnem eius perdidiſſe virtutem curandi tempore paſsionis. [Dixit autem Ieſus ad eos qui venerant ad ſe principes ſacerdotum & magiſtratus templi & ſeniores.] Quanuis eſſe potuerit quòd aliqui horum affuerint ibi, rationabilius tamen intelligitur iſtos non per ſeipſos, ſed in ſuis miniſtris affuiſſe. hoc enim quadrat & narratis ab alijs Euangeliſtis, & naturæ negocij. Tanta tamen erat iſtorum maiorum cæcitas, vt incredibile non ſit ex quolibet ordine (ſcilicet primorũ ſacerdotum, magiſtratus templi, & ſeniorum) aliquem perſonaliter aduenisſe, & non horruiſſe talem vilitatem. Siue itaque ad præſentes per ſeipſos ſiue ad præſentes per miniſtros dirigitur ſermo, ad ſignificandum eos eſſe authores tanti ſceleris. [Quaſi ad latronem exiſtis.] Ignominioſus modus explicatur: vt penſemus beneficium, quòd non ſolum comprehendi, ſed ignominioſe comprehendi voluit tanquam latro. [Cum gladijs & fuſtibus.] Gladij cohortis erãt præſidis: fuſtes autem miniſtrorum pontificis. Vnde forte inoleuit vt etiam Romani pontificis miniſtri fuſtibus vtantur. [Quum quotidie vobiſcum fuerim in templo, non extendiſtis manus in me. Sed hæc eſt hora veſtra.] non fato, ſed diuinæ definitionis permiſſu [Et poteſtas tenebrarum.] Dæmones tenebras appellat, tum propter ſtatum eorum in perpetuis tenebris tum propter tenebras quę erant rationes agendi quoniam ſi cognouiſſent, nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent. Libertati itaque propriæ permiſſa tunc poteſtas dæmonum ſignificatur, ad faciendum contra Ieſum quæ ſcripta erant de illo.

[Comprehen-

¶ [Comprehendentes autem eum duxerunt] Desunt duæ dictiones. Legendum est. [Duxerunt & induxerunt in domum principis sacerdotum.]Significatur enim triplex actio, scilicet cõprehensio,ductio & inductio in domũ principis sacerdotum. [Petrus vero sequebatur eum à longe.Accenso autem igne inmedio atrij] pro, aulæ. Locus ignis significatur non atriũ, sed aula quædam [Et circunsedentibus illis] Pronomen illis demonstrat prius dictos : comprehendentes, ducentes,& inducentes,[Erat.]pro,sedebat,[Petrus in medio eorum. Quem quum vidisset ancilla quædam sedentem ad lumen]hoc est ad flammam ignis illuminãrem. Quanuis etiam intelligi possit è regione luminis candelæ seu lucernæ ipsum sedisse,vt clarius apparens prouocauerit ituitum mulieris ad se,tanquam cognitum non esse de familia seu de illis qui missi fuerant ad comprehendendum Iesum.nam illi reuersi describuntur circũsedentes [Et cum fuisset intuita]pro, & fixis in eum oculis,[dixit,Et hic cum illo erat.At ille negauit eum,dicens, Mulier non noui illum.Et post pusillum alius videns eum dixit Et tu de illis es .Petrus vero ait,O homo nõ sum.Et interuallo facto quasi horæ vnius,alius quidam affirmabat,dicés,Vere & hic cum illo erat nam & Galileus est. Et ait Petrus, homo nescio quid dicis. Et cõtinuo adhuc illo loquente cantauit gallus. Et conuersus dominus respexit Petrum]Non oculis corporis(quum Iesus esset in aula superiore,Petrus vero in aula inferiore. vt Marcus testatur) sed oculis gratiæ suæ.Conuersúsque describitur.quoniam tanquam auersus à Petro subtractione gratiæ fuerat . Commendátque Lucas per hoc præuenientem gratiam. ita quòd prima gratia fuit ad similitudinem videntis, eo modo quo solemus intuendo aliquem solo intuitu excitare illum versus nos. Vnde sequitur [Et recordatus est Petrus verbi domini.]Ecce effectus præuenientis diuinæ excitationis gratuitæ. [Sicut dixerat] pro,quomodo dixisset ei, [quod priusquam gallus cantet,ter me negabis]Ita quòd non solum est recordatus verborum Iesu, sed est etiam recordatus modi quo dixerat vt magis commoueretur ad pœnitentiam.Et hinc insinuatur quòd in modo dicendi , affectus nonnullus apparuerat: qui ad memoriam veniens,cooperatus est ad Petri pœnitentiam. [Et egressus foras Petrus fleuit amare.]Et fletus extra & amaritudo intus,magnitudinem tristitiæ testatur.[Et viri qui tenebant illum,illudebant ei,cædentes:& velauerunt eum,& percutiebant faciem eius.Et interrogauerunt eum,Prophetiza quis est qui te percussit.] Primum dicentes in derisum deducunt Messiæ nomen in

Iesu

Ieſu [Et alia multa blaſphemantes dicebant eũ.]Hinc habes quod iniuriæ verborum quæ contra alios homines ſunt irriſiones, detractiões, cõtumelię, & ſimilia, illatę Chriſto, ſunt blaſphemię: quia Chriſtus eſt verus deus. [Et vt factus eſt dies.] Aduerte hic quod duo fuerunt concilia alterum nocte, alterum mane: illud ad examen Ieſu, iſtud ad modum quo tradendus eſſet Pilato vt occideretur Ieſus. Lucas autem matutini tantum concilij meminit. Matthæus autem vtrunque narrat concilium. Ita quod Ieſus bis fuit ductus in concilium. primum nocte quando aduenerunt tot falſi teſtes: & tandem adiuratus à ſummo ſacerdote, aperte confeſſus eſt ſe eſſe Meſiam (vt Marcus explicat) & ſummus ſacerdos ſcidit veſtimenta ſua &c. Et hoc fuit ante illuſionem. Ita quod illuſio cõfeſsionem quod eſſet Chriſtus, ſubſecuta eſt Et propterea dixerunt, prophetiza nobis Chriſte quis eſt qui te percuſsit. Et hoc concilium penitus tacetur à Luca. Secundo autem ductus eſt in concilium mane facto quia in hoc ſecundo concilio affuit vniuerſus Senatus, quorum aliqui tantum affuerant in primo concilio. & æquum videbatur vt vniuerſo Senatui præſentaretur Et ius concilij meminit tam Matthęus quam Marcus quo ad tractatũ de modo tradendi Ieſum Pilato vt occideretur: ſed Lucas diffuſe illud narrat quo ad præſentationem Ieſu tacitam ab alijs Euangeliſtis. Vnde in hoc concilio nulla fit mentio teſtium, nec loquitur aut adiurat ſummus ſacerdos ſed concilium loquitur. [Conuenerunt ſeniores.] pro, congregatus eſt Senatus, [Plebis & principes ſacerdotum & Scribæ: & duxerunt illum in concilium ſuum.] In nocturno concilio quanuis ſeniores affuerint, non tamen congregatus eſt cœtus ſeniorum plebis, hora enim inepta erat ad hoc, ſed mane congregatus eſt cœtus ſeniorum plebis ſimul cum principibus ſacerdotum & Scribis. [Dicentes, Si tu es Chriſtus, dic nobis.] Audierat Senatus ab ijs qui interfuerant nocturno concilio quod Ieſus confeſſus erat ſe eſſe Chriſtum: & volentes hoc ex proprio ore Ieſu audire, interrogant vt dicat. [Et ait illis, Si vobis dixero nõ credetis. ſi autem interrogauero, nõ reſpõdebitis mihi neque dimittetis.] Sciens Ieſus malignitatem eorum, aperit eis vanam eſſe declarationem veritatis apud eos: quia ſi ſimplici verbo affirmauero me eſſe Meſiam, non ſequetur fructus credulitatis in vobis, & ſi nõ ſimplici verbo ſed interrogando vos inſtruere voluero (deducendo ſic ad agnitionem veritatis, formãdo interrogationes iuxta dicta prophetarum de Meſia) nullus etiam fructus ſequetur. quia vos non reſpondebitis interroganti, & ſiue reſpon-

reſpondero, ſiue interrogauero, non propterea dimittetis me, vana eſt ergo vtraq; via apud vos. ¶ Aduerte prudens lector ex iſtis Ieſu verbis ad Senatum Iudęorum, argumentum haberi magnum quòd perſecutores Ieſu Chriſti quanuis maiores inter Iudæos, nõ nouerint ipſum eſſe Meſiam. nam clare hic dicitur, non credetis. Et conſtat quòd ſi nouiſſent credidiſſent, vel ſponte vel coacte. [Ex hoc] Deeſt nunc. Et demonſtratur præſens paſsionis temp°, & rurſus ſignificatur appropriatio præmij ad meritum. Acſi apertius diceret ex merito huius ſubiectionis qua vobis ſubditus ſum, repoſitum eſt mihi præmium ſedendi à dextris virtutis dei. vt tantæ humilitati reſpondeat tanta celſitudo. [Erit filius hominis ſedens.] hoc eſt regnans quiete. [A dextris.] hoc eſt in ſuprema dignitate & poteſtate. [Virtutis dei] Hoc eſt ad illa omnia efficienda quæ ſubſunt diuinæ virtuti. ¶ Et aduerte quòd tam in primo quàm in ſecundo concilio Ieſus declarat myſterium ſecundi aduẽtus ſui, & regni ſui futuri, vt occaſionem præberet eis ĩterrogandi hæc myſteria duorum aduentuum Meſiæ (quos nõ diſcernere fefellit etiam diabolum) & vt nolentes ſcire inexcuſabiles redderẽtur [Dixerunt autem omnes, tu ergo es filius dei?] Ex hoc quòd dixerat ſedens à dextris virtutis dei, inferunt tu ergo es filius dei? Meſiam appellantes filium dei. [Qui ait, vos dicitis quia.] pro, quòd, [ego ſum.] hoc eſt vos dicitis me eſſe filium dei. Indignos eos iudicauit magis explicite audire. [At illi dixerũt. Quid adhuc deſideramus teſtimonium.] pro, quid inſuper opus habemus teſtimonio? [Ipſi enim audiuimus ex ore eius.] Iuncta enim verba Ieſu, manifeſtabant affirmationem quòd eſſet Meſias: & propterea aſſecutus intentum ſuum Senatus, dicit non eſſe opus teſtimonio.

CAPVT XXIII.

E [Tſurgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad Pilatum.] Tacet hic Lucas tractatum de modo tradendi Ieſum in manus præſidis ad hoc vt occideretur Ieſus: ſed non tacet concluſionem tractatus. immò vnanimi voto concluſum fuiſſe ſignificat, dicendo quòd omnis multitudo eorum ſurgens duxit Ieſum ad Pilatum.

¶ Et ex factis colligendo tractata in concilio, liquet quòd tractauerunt de crimine læſæ maieſtatis imponendo coram Pilato: & quòd non mitterent Ieſum ad Pilatum, nec aliqui eorum irent, ſed omnes concurrerent ad hoc. Tum ne Pilatus differret damnationem

nem Ieſu, ſeruando Ieſum in carcere vt plene cognoſceret cauſam. Tum ne aliquis fauere auderet Ieſu ipſis omnibus præſentibus. [Cœperunt autem illum accuſare, dicentes, Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtrã, & prohibentem tributa dare Cæſari, & dicentem ſe Chriſtum regem eſſe.] Quatuor crimina obiiciunt: ſubuerſionem ſcilicet gentis, prohibitionem tributorum, vſurpationem Meſiæ. In quo continentur duo ſcilicet blaſphemia, vſurpãdo ſibi filiationem dei: & crimen læſæ maieſtatis, vſurpando ſibi regium titulum, & propterea ſignificantius explicant Chriſtum regem. [Pilatus autem interrogauit eum, dicens, Tu es rex Iudęorum?] Poſthãbet Pilatus reliqua obiecta, ſciens ab eorum inuidia accuſationem proficiſci, de læſa tamen maieſtate ſolicitus interrogat Ieſum, qui non fuerat præſens accuſationi: quoniam Ieſus erat intus in prætorio, accuſatio autem fuerat facta extra prætorium: vt Ioannes narrat. [At ille reſpondens ait, tu dicis.] Tacet Lucas intermedia verbalque refert Ioannes: & ſolum refert id quod etiam dixit Ieſus verbum medium inter affirmationem & negationem. Et ſenſus refertur ad regnum non de hoc mundo. [Ait autem Pilatus ad principes ſacerdotum & turbas.] foris expectantes. egreſſus enim Pilatus loquitur. [Nihil inuenio cauſæ.] Quum audiſſet Pilatus à Ieſu quod regnum Meſiæ non eſt de hoc mundo, confirmatus eſt in opinione quam habebat de inuidia accuſantium: & perpendens nihil ſua intereſſe (qui de regno mundi huius iudicat) dicit Iudæis ſe nihil cauſæ ad condemnandum Ieſum inuenire in eo. [In homine hoc.] Acſi apertius dixiſſet. in accuſationibus veſtris audio cauſam, ſed in ipſo non inuenio cauſã. Sub ijs autem verbis perſtrictis ab Euangeliſta intelligendum eſt Pilatum explicaſſe quæ dixerat Ieſus ſcilicet quod non eſt quæſtio de regno huius mundi. Euangeliſta enim tantum ſummam verborum narrat [At illi inualeſcebant, dicentes, Commouit.] pro, commouet, [populum.] Dicente Pilato ex ore Ieſu non eſſe quæſtionem de regno mundano, inſtant Iudæi quod Ieſus aſtute muertit cauſam: & quod quæſtio eſt de mundano regno probant, allegando cõmotionem populi perſeuerantem vſque hodie. Et propterea dicunt de præſenti commouet populum. [Docens.] Coacti à veritate, non dicunt quòd commouet populum armis ſed docendo. [Per vniuerſam Iudæam.] tuæ curæ commiſſam. præſidebat enĩ Pilatus regioni quæ vocabatur Iudæa. [Incipiens] pro, orſus, [a Galilæa vſque huc.] non ſufficit ei Iudæa, ſed incœpit à Galilęa & peruenit commotio vſque huc ſcilicet in Hieruſalem. Com-

mouerat enim Iesus ante quinque dies vniuersam ciuitatem in admirationem: dicendo quis est hic? & turba multa cõmota est quũ ingressus est Hierusalem super asinum. Hæc enim omnia explicarunt accusantes Iesum. [Pilatus autem audiens Galilæam, interrogauit si homo Galilæus esset. Et vt cognouit quod de Herodis potestate.] pro, ditione esset, [remisit eũ ad Herodem.] Male libenter Pilat⁹ miscebat se huic causæ. & nitebatur auellere illã à se, Et propterea audito Galilææ nomine (quæ sub tetrarchia Herodis erat) quanuis Herodes esset ei inimicus, occasionem accepit excutiendi à se causam istam: & remisit ad Herodem tanquam ad iudicem ordinarium Galilæorum. Et Pilatus quidem hac ratione remisit: sed diuina prouidentia disposuit hanc remissionem vt incredulis occasio tolleretur calumniandi quod si causa affectati regni sub Messiæ nomine fuisset cognita à iudice habente notitiam Iudaicæ legis, fuisset Iesus damnatus & non excusatus: vt Pilatus ignarus legis putauit. Herodes igitur legem Iudæorum & Messiæ pondus sciens iudex adiungitur: vt videant quid ille censuerit de Iesu causa & simul videant ex parte Iesu quomodo se coram tali iudice habuerit, putantes quod coram Pilato Iesus se excusabat. [Qui & ipse Hierosolymis erat illis diebus.] Venerat forte Herodes ad celebrandum pascha. erat enim proselytus, filius primi Herodis qui interfecerat innocentes, & frater Archelai & Philippi &c. [Herodes autem viso Iesu gauisus est.] Non est opus rationem reddere gaudij: quia Euangelista explicat illam fuisse curiositatem, qualis solet in principibus parum credulis regnare. sunt enim auidi ad videndum aliquod miraculum: eo quod parum credunt. [Erat enim cupiens ex multo tempore videre eum: eo quod audiret multa de eo, & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem eum multis sermonibus. Non sola curiositas erga miracula sed etiã erga ambigua describitur. [At ipse nihil respõdebat.] Ex parte Herodis in promptu est meritum: quia curiositate mouebatur ad interrogandum. ex parte autem Iesu, ratio fuit ne impediret propriam passionem. Si enim respondisset sicut Ioannes Baptista responderat Herodi, impedita aut dilata fuisset passio eius comperta ipsius sapientia ab Herode. Vnde elegit silere coram Herode habente notitiam legis Mosaicæ: vt hinc etiam cognosceremus quam voluntarie pateretur. nam hinc discernendum à nobis esse monstrauit quod non ideo Pilato respondit regnum meum non est de hoc mundo, vt euaderet: quum coram Herode cum gaudio suscipiente ipsum & prouocante multis sermonibus,

bus, facultas euadendi oblata fuerit & noluerit ea vti. Immo ad cumulum passionis suæ elegit silentium: vt non solum minor Ioanne Baptista (noto Herodi) haberetur, sed etiam fatuus existimaretur. [Stabant autem principes sacerdotum & Scribæ constanter.] pro, intente seu acriter [accusantes eum] Vide spectaculum. Timebant principes sacerdotum & Scribæ (videntes Herodem cum gaudio videre Iesum, & pulsare multis quæstionibus) ne Iesus sapienter respondendo euaderet: sed vbi vident Iesum tacere, & Herodem existimare illum stolidum, transeunt in alium timorem, ne scilicet Iesus tãquam fatuus punitus euadat. Et propterea instant acrius accusando, tendentes ad hoc ne tanquam fatuus absolueretur. Aiebant enim ipsum fingere, & ecce hominem dicacem coram turbis, non coram regibus: & latêre in eo malitiam, quam si absolueretur iterum exerceret in periculum subuersionis populi [Spreuit autem illum Herodes.] Scribæ & sacerdotes Iesum vt malum, Herodes autem vt fatuum nõ solum habet sed tractat. Existimauit enim illum esse hominem loquacem coram vulgaribus, nescias turbas sequi illũ & propterea spreuit illum [Cum exercitu suo] pro, cum exercitibus suis. Diuersorum exercituum homines qui cum Herode erant significantur: vt à multis nationibus spretus insinuetur. [Et illusit.] pro, & quum illusisset, [indutũ veste alba.] pro, splẽdida, [& remisit.] Superfluit & Ita quod legendũ est. [Et quũ illusisset indutũ veste splẽdida remisit ad Pilatũ.] Nõ quod remiserit ad Pilatũ indutum veste splẽdida: sed quod postquam indutum veste splendida illusit, remisit ad Pilatum. Significatur enim quod veste splendida indutus, multis ludibrijs affectus est & punitus est vt fatuus: & postea remissus ad Pilatũ. Ex splendida autẽ veste insinuatur quod Messię dignitas illusa in eo est. ¶ Voluit autem Iesus ab Herode prius & postea à Pilato proprijs iudicijs puniri vt insanus, non solum vt has ignominias sustineret pro salute nostra & exemplo: sed ad excludendum à mentibus hominum incredulorum, quod ipse vsus fuerit malis aut humanis artibus ambiendo primatum. Iocupletissimi siquidem testes adsunt Herodes & Pilatus factis illusionum. testantur enim hi (ad quos spectabat negocium primatus) quod gesta Iesu ad principatum digna erant ludibrio secundum humanum iudicium. Et vere digna fuissent ludibrio, si per hæc intendisset ambire primatũ. [Et facti sunt amici Herodes & Pilatꝰ in ipsa die. nã antea inimici erant adinuicem.] Hinc cõiectura est quod ratio inimicitiæ fuerat quia Pilatus occiderat Galilæos inconsulto Herode,

rode, quãdo miſcuit ſanguinem cũ ſacrificijs eorũ vt ſuperius cap. 13. dicit. Miſsio ſiquidẽ Ieſu ad tribunal Herodis ideo amicitiã inter Pilatũ & Herodem reſtituit, quia erat agnitio iuriſdictionis Herodis, erat tanquam profeſsio Pilati quod nõ ex propoſito violat iuriſditionem Herodis, erat quaſi pœnitentia olim facti. [Pilatus autem conuocatis principibus ſacerdotũ & magiſtratibus & plebe, dixit ad illos, Obtuliſtis mihi hunc hominẽ quaſi auertentẽ populũ, & ecce ego corã vobis interrogans nullam cauſam inuenio in homine iſto, ex his in quibus eũ accuſatis. Sed neque Herodes. nã remiſi vos ad illũ: & ecce nihil dignũ morte, ſed dignũ fatuo, actũ eſt ei. Emendatũ.] pro, correptũ, [ergo.] hoc eſt caſtigatum flagellis. [illum dimittã.] Putauit Pilatus Ieſum non morte dignũ, ſed iunctis flagellis illuſioni factæ ab Herode, dimittendum vt vel ſic accuſantibus ſatisfieret. [Neceſſe autem habebat dimittere eis per diem feſtum.] pro, ſingulis feſtis. hoc eſt ſingulis annis in feſto paſchatis. [Vnum] Vidés Pilatus accuſatores non eſſe contentos flagellis (flagellauerat enim iam Ieſum) tentauit an poſſet cum fauore populi liberare Ieſum à principibus & magnatibus accuſantibus eum. Neceſsitas autem ſeruatæ conſuetudinis ſignificatur aſtringens eum ad concedẽdum populo vnum quem petiſſent. [Exclamauit autem ſimul vniuerſa turba, dicens, Tolle hunc, & dimitte nobis Barrabã.] Hac reſpõſione vult Lucas intelligi propoſitionem factam à Pilato, vtrum vellent Ieſum an Barrabam. [Qui erat propter ſeditionem quandam factam in ciuitate & homicidium, miſſus in carcerem.] Et hanc quoque ignominiam elegit Ieſus pati, vt homicida actori vitæ, & ſeditioſus actori pacis præferretur. [Iterũ autem Pilatus locutus eſt ad eos, volens dimittere Ieſum. At illi clamabant, dicentes, Crucifige crucifige eum. Ille aũt tertio dixit ad eos, quid enim mali fecit iſte? nullã cauſam mortis inuenio in eo, corripiã ergo illũ & dimittam.] Altera hæc correptio, irriſio fuit, qua veſte purpurea, corona ſpinea & percuſsionibus arundinis &c. illuſus eſt. [At illi inſtabãt, vocib⁹ magnis poſtulantes vt crucifigeretur.] Et hoc ad cumulũ teſtimonij ſimplicis progreſſus Ieſu ſpectat, vt vniuerſa plebs quam ſacerdotes ſciebãt libenter audire prædicationem Ieſu, quanque Pilatus tãquam deuotam Ieſu excitabat in fauorem Ieſu, acclamaret eum crucifigẽdum. Ita quod nullus eſt inuentus qui obſtaret, qui faueret Ieſu: quanuis toties prouocati fuerint à Pilato. Hinc enim manifeſte habetur quod Ieſus non fecerat ſibi amicos aliquos velut factioſos, ſed ſimplici doctrina fidei & morum inſtruebat omnes: vt

incredulis

incredulis nullæ relinqueretur locus obijciendi humanas artes fidei Iesu. [Et inualescebant voces eorum] deest. & principū sacerdotū [Et Pilatus adiudicauit] tandem sententiam protulit. [Fieri petitionem.] pro, vt fieret petitio. [eorum.] qua petebant ipsum crucifigi. [Dimisit autem illis eum qui propter homicidiū & seditionē missus fuerat in carcerem, quem petebant. Iesum vero tradidit voluntati eorū.] Non dicit manibus: quoniam non est crucifixus á Iudęis sed à Gentilibus ministris ipsius Pilati. Et significatur per hoc, initiū executionis post sententiā assignauit siquidem Iesum executoribus, vt ducerent eum ad crucifigendum secundum voluntatem Iudæorūm, & non secundum rectæ rationis iustitiā. [Et quum ducerent eū, apprehenderunt Simonem quendam Cyrenensem venientem de villa.] pro, agro [& imposuerūt illi crucē portare.] pro, vt portaret, [post Iesum.] Hinc apparet q̄ Iesus tam debilis redditus erat q̄ non potuit cōtinuare portationē crucis propriæ. propter hoc enim compulerunt hunc Simonem ad hāc ignominiosam sarcinam. Quam tamen non solus portabat, sed post Iesum, ne videretur Simon crucifigendus. [Sequebatur autem illum multa turba populi & mulierū: quæ plangebant & lamentabantur eum. Cōuersus autem ad illas Iesus, dixit, Filiæ Hierusalem] Quāuis essent ibi mulieres Galilææ simul cum turba populi, Iesus tamen ad solas Hierosolymitanas vultum vertit. quia turba quæ petierat ipsum crucifigi, indigna erat sermone Iesu, ad Galilæas autem non spectabat destructio Hierusalem futura quam eis prædicit. [Nolite flere super me sed super vosipsas flete, & super filios vestros.] Nō intendit prohibere fletum compassionis qui erat actus virtutis. sed aperire eis pœnam secuturam, quæ erat afflictura illas & filios earum longe magis quàm ista compassio. [Quoniam ecce venient dies] Intra quadraginta annos venerunt isti dies quando fuit destructa Hierusalem à Romanis. [In quibus dicent, Beatę steriles.] propter afflictionē & cedem filiorum. [Et vētres qui non genuerunt & vbera quæ non lactauerūt. Tunc incipient dicere mōtibus, cadite super nos & collibus, operite nos] Desperatarū verba prædicuntur desiderantium opprimi à montibus & collibus, vt liberentur à tot afflictionibus [Quia si in viridi.] pro, humido, [ligno hęc faciunt, in arido quid fiet.] Parabolā adhibet qua seipsum cōparat ligno humido. Hierosolymitas autem ligno arido. Et est sermo de lignis relatis ad combustionem ligna enim humida (vtpote aquosa) difficile ardent: arida autem facillime. Et est argumentum à difficiliori: quòd si lignum humi-

dum comburunt, multo facilius aridum consument. Et intendit per hoc quòd si ipsum Iesum in quo est innocentia repugnãs pœnæ, affligunt sic, quid fiet in Hierosolymitis idoneis ex suis criminibus ad hoc vt puniantur? [Ducebantur autem.] Et hoc ad cumulum ignominiæ adiectum est: vt simul cum flagitiosis duceretur ad crucem. [Et alij duo nequam.] pro, malefici seu facinorosi, [cũ eo, vt interficerentur. Et postquã venerunt in locũ qui vocatur Caluariæ, ibi crucifixerunt eũ.] Ad augmentũ ignominiæ spectat quòd in loco vbi communiter malefactores interficiebantur, Iesus crucifixus est. Crucifixus autẽ manibus & pedibus perforatis clauis tribus autẽ an quatuor certũ non est. [Et latrones.] pro, malefactores. [vnũ à dextris, alterũ à sinistris. Iesus autem dicebat, Pater.] Quod docuerat verbo, docet modo exemplo, orans pro crucifixoribus.] Et tanto affectu pro illis orat vt paternum imploret amorem. [Dimitte illis.] Veniam pro illis petit. [Non enim sciunt.] Tanquàm aduocatus illorum excusat crimen ab ignorantia. [Quid faciunt.] Et vere nesciebãt circunstãtiam quid, nesciebant enim quis esset ille quem crucifigebant. si enim cognouissent, nunquàm dominum gloriæ crucifixissent. Et fuit hæc Christi oratio exaudita: quoniã (vt inferius subditur) reuersi sunt percutientes pectora sua. & magna multitudo conuersa est in die Pentecostes dicente illis Petro, scio quòd per ignorantiam fecistis. [Diuidentes vero vestimenta eius, miserunt sortes.] pro, sortem. [Et stabat populus expectans.] pro, spectans, [Deridebant autem eũ & principes cum eis.] Non soli primates sed etiam plebei deridebant Iesum gestibus. Dictio enim Græca irrisionem quæ facie fit, significat: puta subsannare. [Dicentes, Alios saluos fecit.] Gestibus verba adiungũt: & ex beneficijs & miraculis blasphemiã conficiunt. [Se saluum faciat.] Blasphemant eum, dicentes eũ impotentem saluare seipsum. [si hic est Christus dei electus.] Cõmemorare intendunt vsurpationem nominis Messiæ filij dei. [Illudebant autẽ ei & milites, accedentes & acetũ offerentes ei, dicentes. si tu es rex Iudæorum, saluum te fac.] Non solum à Iudæis cuiusque ordinis sed à gentilibus ministris iustitiæ illudi voluit. tũ facto, oblatione aceti. tum verbo, saluum te fac. [Erat autem & superscriptio scripta super eum literis Græcis & Latinis & Hebraicis.] hic est rex Iudęorũ. [Vnus autem de ijs qui pendebant latronibus, blasphemabat eũ, dicens, si tu es Christus, saluũ fac teipsum & nos.] Vt nihil deesset, etiam à latronibus crucifixis blasphemat. [Vbi aduerte à Matthęo & Marco in numero plurali dici crucifixos

ſtros latrones conuitiatos eſſe Ieſu: Lucas autem vnum eorum dicit blaſphemaſſe. Vnde certum non eſt, an prius vterque blaſphemauerit Ieſum & poſtea alter pœnitens increpauerit alterum impœnitentem, an (quod potius crediderim) tam Matthæus quàm Marcus numero plurali vſus fuerit pro ſingulari hoc enim magis conſonat narratæ à Luca increpationi quam exercuit in alterum, dicendo neque tu times deũ. Hęc nanque verba ſonant non pœnitentẽ conuitij proprij: ſed increpantem alterum ꝙ nec ipſe timeat deum, ſed ſimul cum alijs inſultet Ieſu. Quod & amplius manifeſtatur, ſubiungendo quòd nos iuſte patimur, digna factis recipiendo. & non accuſat ſe ꝙ conuitium aliquod dixerit in Ieſum. [Reſpondens autem alter, increpabat eum, dicens. neque tu times deũ, qui in eadem dãnatione es. Et nos quidem iuſte. nã digna factis recipimus. Hic vero nihil mali.] pro, abſurdi, [geſsit.] Significatur enim ꝙ nõ ſolum immunis eſt à malo opere, ſed etiã à quocunque incõueniẽte, à quocũque dedecente. [Et dicebat ad Ieſum. Domine.] Vide ſpiritum ſanctum in animo latronis operantem agnitionem domini in Ieſu, quem videbat crucifixum & tam ignominioſe derideri. [Memento mei.] Pro ſalute animæ propriæ ſupplicat. [Quum veneris in regnum tuum.] Non ſolum in præſenti dominum fatetur, ſed regem euntem ad accipiendum regnũ proprium & credit & profitetur. Mirabilis valde eſt tã fides interior quàm profeſsio exterior, tunc temporis quando ab apoſtolis & diſcipulis tanto tempore eruditis derelictus eſt. [Et dixit illi Ieſus Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo.] Duo inaudita prius, nouiter manifeſtantur. Alterũ eſt paradiſi nomen tranſlatũ ad ſignificandũ æternę beatitudinis fœlicitatem. Paradiſus aũt Græca eſt dictio: & ſignificat hortum non olerum ſed arborum. ex ſenſibilibus enim declarantur nobis ſpiritualia & intelligibilia bona: ex loco delectabili ſignificatur fœlicitas beatitudinis. Alterum eſt, quòd remiſsio culpæ & totius pœnæ hic primum habetur. peccatrici ſiquidem mulieri remiſſa ſunt peccata multa, ſed nihil dictum eſt de remiſsione pœnę, latroni autem ex hoc ipſo quòd illo die promittitur ei beatitudo, dimiſſa eſt nõ ſolum culpa ſed pœna omnis. [Erat autem hora fere ſexta. & tenebrę.] Non dicit & nubes, nebulæ aut caligo ſed tenebræ: quæ ſola priuatione luminis ſunt. [Factę ſunt in] pro, ſuper, [vniuerſam terrã.] Sicut pro vniuerſo orbe patiebatur Ieſus, ita totus terrarum orbis obtenebratus eſt meridie. [Vſque in horam nonam.] Tribus horis immediate ſequentibus meridiem deſcribuntur tenebræ ſuper

vniuersam terram. [Et obscuratus est sol.] Ratio tenebrarum redditur, ex hoc quòd obscuratus est sol. Nō dicit eclipsatus est, sed obscuratus est: vt intelligamus miraculosam subtractionem radiorum solis absque aliquo corpore interposito. Quod etiam testari videtur duratio trium horarum super totam terram. nulla enim interpositio lunæ videtur ad hoc sufficere. [Et velum templi scissum est medium. Et clamans voce magna Iesus, ait. Pater in manus tuas commendo.] pro, commendabo, seu deponam. [spiritum meum.] Dictio Græca interpretata commendabo, significat commendationem depositi resumendi. Et est futuri temporis. Et significat ad literam certitudinem suæ resurrectionis. nam affirmando quòd deponet (moriendo secundum corpus) spiritum in paternis manibus, simul affirmat resumpturum se depositum de paternis manib⁹ alioquin vane deponeret. ¶Vbi nota quòd persona Iesu est illa quæ loquitur, est illa quæ deponit: quoniam ipsamet est quæ resumit depositum. Humano more diuinam custodiā significat similitudine manuum. Solemus enim depositum commendantes charum, in manus proprias amici assignare. ¶Futuro autem vtitur: quoniam quum loquebatur adhuc non assignabat rem deponēdam, sed in morte subsecuta assignaturus erat eam. Et asserere futuram depositionem in morte, proprium fuit Christo. quilibet enim moriens potest dicere in præsenti in manus tuas cō mendo, sed non potest asserere commendabo: quia nescit quid futurum post mortem sit de spiritu suo, quanuis credat &c. Et rursus quilibet alius moriens desinit per mortem esse ipsemet: ac per hoc non potest asserere quòd ipsemet deponet spiritum suum in manus alterius. Christus autem solus per mortem non desiit esse ipsemet quoniam hypostasis eadem perseuerauit post mortem, & propterea solus potuit vere dicere commendabo spiritum meum. ¶Spiritum autem non animā appellat: quia vsque ad mortem res quę est anima, statum animæ habet. quoniam animat seu viuificat corpus. in morte autem transit in statum spiritus: quoniam existit illo modo quo puræ spirituales substantiæ existunt. ¶Nec præterea quòd sicut prima scripta in euangelio verba Iesu, à patris nomine initium sumpserunt quum dixit duodennis in templo, nesciebatis quia in ijs quæ patris mei sunt oportet me esse. ita vltima Iesu in cruce in patrem finita sunt, dicendo nunc pater in manus tuas &c vt intelligamus ab extremis media verba tendere ad declarandam & propagandam fidem æternæ processionis suæ à patre [Et hæc dicens.] Hinc apparet hæc fuisse vltima verba Iesu in

cruce

cruce.[Expirauit.] Hinc confutantur hæretici omnes qui negant veram Christi mortem in cruce.[Videns autem Centurio quod factum fuerat,glorificauit deum.]Ecce fructus orationis Christi in gentili,qui præerat militibus,[Dicens.vere hic homo iustus erat. Et omnis turba eorũ qui simul aderant.]pro,& omnes quæ simul aduenerant turbæ,[ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebãt, percutientes pectora sua reuertebantur.]Ecce alter fructus in turbis Iudæorum,non in primatibus eorum.[Stabant autem noti eius à longe,& mulieres quæ secutæ eum erant á Galilæa.hæc vidẽtes.Et ecce vir nomine Ioseph qui erat decurio, vir bonꝰ & iustꝰ.] Non est hoc in loco decurio nomen militaris officij,sed nomẽ dignitatis.puta Senator.Decurionis enim nomen in Senatores aliarum vrbium & in prefectos alijs,translatum est.[Hic non consenserat concilio.]Hinc apparet quòd Senator erat:& noluit consentire iniquitati aliorum.[Et actibus.] pro,actu.seu facto.[eorum.] Ita quòd neque consenserat consilio neque operi aliorum. Et hoc nota contra consiliarios,qui etsi non consentiunt consilio,cõsentiunt tamen actibus executionis cõclusę ab alijs.Nõ enim euadũt crimen ad hoc siquidem Lucas scribit de Ioseph quòd nec consilio nec actibus consenserat [Ab arimathia ciuitate Iudææ.] pro, Iudæorum.[qui expectabat & ipse regnum dei Hic accessit ad Pilatum.]post mortem Iesu.[Et petijt corpus Iesu.]Non enim licitũ erat absque pręsidis authoritate tollere corpora damnatorum.[Et depositum inuoluit in sindone.& posuit eũ.]pro,illud.scilicet corpus.[in monumento excisso.] hoc est nõ fabricato,nõ mobili,sed in ipsa rupe excisso.Et hoc propensioris diuinæ prouidentiæ fuit: vt monumentum Iesu esset immobile,ad perpetuam loci memoriã [In quo nondum quisquam positus fuerat.] Et hoc tum dignitati Iesu,tũ testimonio resurrectiõis cõgruebat.[Et dies erat parasceues.]pro,parasceue.Nominatiui casus.Dictio Greca est parasceue à præparatione dicta Quanuis enim dies ille esset primus paschatis, ac per hoc dies festus,quia tamen sequens dies erat dies septima longe sanctior(vtpote in qua nec coquere aliquid licitũ erat) ideo dies ille erat præparatorius alimentorum pro sabbato,Et propter hoc subiungit Lucas quòd illucescebat sabbatum immediate post illum diem.[Et sabbatum illucescebat.]Morem Moysi secutus Lucas. à termino noctis Lucæ. describit noctem inchoantem sabbatum.[Subsecutę autem mulieres quæ cum eo venerant de Galilæa , viderunt monumentum & quemadmodum positum erat corpus eius.] Non dicit & quemadmodum vnctum fuit aromati-

bus, sed quemadmodum positum. Viderunt enim modũ quo corpus portatum fuit in monumentũ, sed nõ viderunt illud vngi. vnctio siquidem intus in monumento facta videtur. quã ipsæ nõ audentes. iungere se Nicodemo & Ioseph ministríque eorũ, videre nequiuerũt. [Et reuertentes] pro, reuersæ aũt parauerũt aromata & vnguenta.] illomet die. Vnde apparet quòd ipsæ non viderunt corpus Iesu vngi nam si vidissent, nõ præparassent aromata pro vnctione corporis. [Et sabbato quidem siluerunt.] pro, quieuerunt [secundum mandatum.] Aduenit enim solis occasus in quo inchoauit sabbatum. & propterea quieuerunt seruãtes legem & non venerunt ad vngendum Iesum. ¶ [Aduerte hic bis mulieres parasse aromata: semel ipsa die veneris, ante solis occasum, cui⁹ Lucas meminit: & alia vice transacto sabbato hora vespertina. cuius meminit Marcus. Et ratio numeri fuit, aut quia non inuenerunt in prõptu illa hora tarda die veneris ad sufficientiam, vel quia putauerunt sufficere quæ postea censuerunt nõ sufficere. Reliqua ad præ dicta spectantia vide apud Matthæum & Marcum exposita.

CAPVT XXIIII.

V Vna autem sabbati.] pro, sabbatorum. hoc est die immediate sequẽte diem septimũ vt diffuse exposuimus apud Matthæum, & iterum apud Marcum. [Valde diluculo.] pro, diluculo profundo hoc est quum adhuc multum supereslet diluculi. Tempus siquidẽ diluculi significatur, sed multum adhuc distans ab ortu solis tunc enim diluculum profundum. sicut dicitur aqua profunda quę multũ habet aquæ. Nec contrariatur Marco dicenti orto iam sole: quoniam diluculum initium ortus solis est. [Venerunt ad monumentum, portantes quæ parauerãt aromata.] Desunt quatuor dictiones [Et quædam cum ipsis.] Significatur enim quòd non solæ mulieres secutæ Iesum à Galilæa quæ viderant monumentũ, sed etiam quædam aliæ mulieres cum ipsis venerunt. [Et inuenerunt lapidem reuolutũ à monumento. & ingressæ nõ inuenerunt corp⁹ domini Iesu. Et factũ est dũ mente cõsternatæ essent.] pro, dũ perplexę essent, [de hoc.] hoc est dubitantes quid actũ esset de corpore Iesu nõ inuento ibi. [Ecce duo viri.] angeli ĩ forma virorũ [Steterũt] Corporalis situs significatur. [Secus illas.] Extra monumẽtũ videtur locus iste tum propter multitudinẽ mulierũ tũ quia intus monumentum sedentẽ angelum in dextris viderunt. vt Marcus testatur. Isti ergo duo stantes secus illas. extra monumentum intelligun-

intelliguntur apparuiſſe poſtquam viderant non eſſe corpus Ieſu ibi [In veſte fulgenti.]pro,in veſtibus fulgurantibus. Significantur enim veſtes fulgentes,ad ſimilitudinem fulguris ſplendentes. ille autem qui intus in monumento viſus eſt ſedens, indutus erat ſtola candida.[Quum timerent autem]pro,quum territæ autē eſſent illæ: ex præſentia angelorum [Et declinarent vultum in terram.] tum modeſtia ſolitæ verecundiæ, tum prę fulgore veſtium. [Dixerūt ad illas.Quem quæritis viuentem cum mortuis.]Arguunt angeli mulieres de ſtudio quod adhibent ad quærendū Ieſum tanquam mortuum:quia debebant credere ipſum viuum.[Nō eſt hic.]Arguunt eaſdem à loco.Ita quòd prius arguerunt eas à morte,modo à loco.[Sed ſurrexit à mortuis.]Non eſt ablatus,ſed ſurrexit & abijt.[Recordamini qualiter locutus eſt vobis.]Reuocant ad memoriam verba Ieſu:vt vel ſic credant Ieſum reſurrexiſſe. [Quum adhuc eſſet in Galilęa.]Locū nominat vbi dicta ſunt verba,vt reminiſcerētur. [Dicens quod oporter.] diuina diffinitione ad implendas ſcripturas pro ſalute humani generis [Filium hominis tradi in manus hominum peccatorum & crucifigi,& die tertia reſurgere.]Per ſingula reuocant ad memoriam quæ dixerat Ieſus: vt per hoc redderentur credulæ [Et recordatæ ſunt verborū eius.] Ecce effectus primus.[Et regreſſæ à monumento.] Nō dicit & egreſſæ.ne ſignificarentur eas intus monumentum audiſſe hęc angelorum verba.[Nunciauerunt hæc omnia illis vndecim & cæteris omnibus.]Ecce alter effectus,quo mulieres iſtæ credentes nūciauerunt hęc diſcipulis. [Erat autem Maria Magdalene,& Ioanna, & Maria Iacobi, & cæteræ quæ cum eis erant.quæ dicebāt ad Apoſtolos hęc.Et viſa ſunt ante illos ſicut deliramentū verba iſta.]pro,ipſarum.Diuina diſpenſatione permiſſum eſt,vt Apoſtoli vndecim cum reliquis diſcipulis exiſtimarent mulieres tāquam deliras ad firmitatem fidei noſtræ:vt hinc perpendamus non fuiſſe eos faciles ad credēdū,& quòd verba mulierū vt muliebria paruipenderunt.[Et nō crediderunt illis.]Tot mulieres teſtificabātur de viſu,& tamē nō crediderūt illis [quòd vidiſſent āgelos qui dixerint eis hęc q̄ retulerant.]Fuit autem tantę efficaciæ hæc paruipenſio,vt etiam mulieres ipſas dubias redderet de audita reſurrectione:vt patet ex eo quòd reuerſæ ſunt mulieres ad monumentū, adhuc quærentes Ieſum.Sed mirū non eſt quòd muliebris animus tam inſtabilis eſt [Petrus autem ſurgens cucurrit ad monumentum.]Tacet Lucas de Ioāne,qui ſimul cucurrit cū Petro.]Et procūbēs.]pro,& demiſſo capite proſpiciens.Significatur enim diligentia

gētia Petri existentis. in monumento adhibendo inclinationē capitis ad loculum in quo iacuerat corpus Iesu: vt scrutaretur oculis veritatem [Vidit.] pro, vider, [linteamina sola posita.] pro, iacentia. Describūtur linteamina absq3 corpore, nō complicita, sed iacētia [Et abijt secum mirans quod factum fuerat.] Nō dicit credēs: quoniam adhuc nō credebat, sed mirabatur comperta veritate eorum quæ dixerāt mulieres quantum ad hoc quòd corpus Iesu nō erat ibi. Nec erat ratio suspicandi quòd fuerit sublatū: quoniā nō fuissent ibi relicta linteamina iacētia, sed cum illis esset inuolutum corpus Iesu tollentes corpus non nudassent illud sed inuolutum abstulissent vt erat. [Et ecce duo ex illis.] discipulis Iesu. [ibāt ipsa die in castellum quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Hierusalem, nomine Emaus & ipsi loquebantur adinuicem de his omnibus quæ acciderant. Et factum est dum fabularentur & secū quęrerent, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. oculi autē eorū tenebantur ne eum agnoscerent] De oculis ītemis est sermo: quia de illis oculis loquitur quos postea subiungit fuisse apertos. constat autem internos fuisse apertos oculos, non exteriores. nō enim ibant oculis clausis. Modus autem quo tenebantur interni oculi, similis est ecstasi: ita quòd quandam ecstasis speciem ex sua mala dispositione incurrerunt in pœnam suorum demeritorum. Simile apparuit in Petro (quanuis non ex simili causa) quum eductus ab angelo de Herodis carcere, non discernebat quòd in veritate ambularet, sed existimabat se visum videre. Simile apparet in hominibus qui valde intenti ad aliquid, non discernunt multa alia occurrentia. Tali modo detineri partem cognoscitiuam interiorem (quę comprehendit intellectum & interiores sensus) cōsentaneum rationi est. In cuius signum non impediebantur ab aliarum rerum cognitione: sed solum ne eum agnoscerent, quem familiari vsu cognouerāt. [Et ait ad illos. Qui sunt hi sermones quos confertis adinuicē ambulantes, & estis tristes.] pro, estis vultu tristi? apparebat enim in vultu illorum tristitia. Et merito ob mortem talē talis magistri. [Et respondens vnus cui nomen Cleophas, dixit ei. Tu solꝰ peregrinus es in Hierusalem, & non cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus?] Hic explicatur forma quam in genere descripsit Marcus dicendo quòd ostensus est in alia forma euntibus in villam. Explicatur siquidem hic quòd in forma peregrini seu aduenæ visus est. Non quòd mutata fuerint lineamenta faciei Iesu. nec quòd fuerit mutatꝰ color (sed in proprio colore & proprijs lineis faciei, & manuum totiusque corporis erat) sed in apparentia tantū

erat

erat alia forma propter quod ſignificanter Marcus dicit, oſtenſus eſt in alia forma. ¶ Modus autem quo altera apparebat forma, ex parte immutationis erat. Lineamenta enim & colores Chriſti ſecũdum aliquid ſui immutabant viſum diſcipulorum, & ſecundum aliquid non immutabant, & ſic ſpecies in ſenſu, non repræſentabat faciem Ieſu qualis erat ſed qualem ſpeciem illa præ ſe ferebat. Et ſic oſtenſus eſt in alia effigie. ¶ At ſi miraris talem immutandi modũ recole quòd corpus Chriſti erat lucidum in ſeipſo: & tamen non immutabat ſecundum quòd erat lucidum viſum diſcipulorum. Sicut itaque in poteſtate eius erat non immutare ſecundum quòd erat lucidum, ita in poteſtate eius erat immutare ſecundum aliquid ſic, & ſecundum aliquid non. ¶ Et quod euangeliſtæ ſcribunt de aliena forma, ſimile intelligendum eſt de aliena voce nam vox Chriſti nõ eſt cognita à diſcipulis, ſimili ratione: quia ſcilicet vox eius ſecundum aliquid ſui (puta modum proferendi ſolitum Chriſto, ſuauitatem loquendi propriam Chriſto, ſeu accentus aliquos ſolitos Chriſto) non immutabat auditum diſcipulorum. ¶ Quantuis etiam hoc potuerit eſſe alio modo, ſcilicet quòd Chriſtus locutus fuerit non conſueto ſibi modo. Primus tamen dicendi modus magis conſonat geſtis circa viſum vtpote non ponens varietatem ex parte ipſius Ieſu, nec in obiecto viſus nec in obiecto auditus. Certum eſt enim quòd inter ea quæ ſenſibus diſcipulorum de Ieſu percipiebantur, non erat illud ſenſibile per accidens quod erat Ieſus quia per ſenſibilia tam propria quàm communia conſueuerat ab ipſis percipi internis ſenſibus & intellectu, quo ad hoc enim percipiendum & diſcernendum ſenſibile per accidens, oculi interni detinebantur: vt nec videndo, nec audiendo, illud haurirent in parte cognoſcitiua interna. ¶ Interrogatiue autem admirando legenda ſunt hæc verba Cleophæ. & conſtruenda ſic, tu ſolus habes hęc duo, ſcilicet quòd peregrinus es in Hieruſalem, & quòd non cognouiſti ea quę facta ſunt in illa his diebus. Quaſi dicat, quomodo poteſt eſſe quòd tu ſolus habeas hęc duo. Videbatur enim Cleophæ multum difficile ſeu impoſsibile quôd ille ſolus iter aduenas in Hieruſalem neſciuerit hæc. ¶ Meminit autẽ aduenæ ſeu peregrini, vel quia ignorãdo nomen ipſius ab habitu nominat: vel quia aduenis præcipue incumbebat hoc ſcire: tum quia aduenis iniuria facta fuerat, crucifigendo Ieſum innocentem aduenam Hieruſalẽ. tum quia ſoliti erant aduenæ conuenire ad prædicationem Ieſu in ſolennitatibus. Vnde ſcriptum eſt, quôd mane ibant ad prædicationem ipſius quotidie [Quibus ille dixit. quæ?] Ieſus omnium

omnia

omnia sciens interrogat: vt ex proprio ore argumenta contra seipsos proferant & inde instruantur. [Et dixerunt. De Iesu Nazareno: qui fuit vir propheta, potens in opere & sermone, corã deo & omni populo. Et quomodo eũ tradiderũt sũmi sacerdotes & principes nostri in damnationẽ mortis, & crucifixerũt eũ. Nos autẽ sperabamus.] Spem ergo perdiderant. [Quia ipse esset redempturus.] pro, quod ipse esset qui redempturus esset, [Israël.] Fatentur Iesum fuisse prophetam potentẽ in opere miraculorũ & sermone doctrinæ: & dicunt se speraſſe quòd ipse esset ille qui à prophetis promissus est redempturus populum Israël de seruitute & captiuitate. In quo manifestant se credidisse quòd Iesus esset Messias, & quòd in illo aduentu esset redempturus populum Israël, iam longe antè in captiuitatem redactum, qui non redijt, & pro parte quæ redijt seruientem Romanis & nunc perdidisse tam fidem quàm spem de Iesu Messia. [Et nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie q̃ hæc facta sunt. Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt.] pro stupefecerunt, [nos.] Non enim significatur illatus timor, sed illata admiratio magna velut stupor quidam. [Quę ante lucẽ fuerunt ad monumentũ: & non inuento corpore eius, venerũt dicentes se etiã visionẽ angelorũ vidisse, qui dicunt eũ viuere. Et abierũt quidã ex nostris.] Petrus s. & Ioannes. [Ad monumentũ, & ita inuenerũt sicut mulieres dixerũt: ipsum vere non inuenerũt.] pro, nõ viderũt. [Et ipse dixit ad eos. O stulti.] pro, amẽtes, [& tardi corde ad credẽdũ in omnibus quæ locuti sunt prophętæ.] Sicut amentes absolute dicuntur homines deficientes in iudicando, & rationabiliter operando, ita amentes respectu fidei sunt deficiẽtes in iudicio credendi. Nec dixit Iesus amentes absolute sed ô amentes ad credendum, Vterque enim defectus (scilicet amentiæ & tardi cordis) refertur ad credendum, & non alter tantum. Arguit enim eos amentiæ in parte cognoscitiua, & tarditatis in parte affectiua: hoc est voluntate, nomine cordis significata. ¶ Collige hic prudens lector tres defectus discipulorum, scilicet desperationem prius dictam, amentiam, & tarditatem (non operis, sed voluntatis) ad credẽdum. Et iunge hæc demerita has malas dispositiones cũ duabus suprad ctis pœnis (altera ex parte alienæ immutationis sensuũ, altera ex parte quasi ecstasis oculorũ mẽtis) & videbis merito pœnas illas illatas his discipulis. [Nõne hæc oportuit.] p, oportebat. Quod prius declaratũ est. [Pati Christũ: & ita.] Superfluit ita [intrare in gloriam suam?] Duo dicit alterum est, quòd oportuit passionis merito intrare in gloriam. Alterum est, quòd gloria, passionis merito

parta

parta erat ipſius. vt intelligamus non ſolo paſsionis merito gloriã eſſe ipſius. nam eius erat hæreditario iure, & ſuam vno modo, fecit ſuam altero modo. [Et incipiens à Moyſe & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus ſcripturis quę de ipſo erant.] Non dicit omnia quę de ipſo erant in omnibus enim ſcripturis de ipſo ad propoſitum tractantibus aliquid interpretabatur. [Et appropinquauerunt caſtello quo ibant: & ipſe ſe finxit longius ire.] hoc eſt compoſuit geſtus & motus ſuos tanquam iturus longius. non ad ſimulandum proſecutionem itineris nõ futurã, ſed ad excitandum amorem diſcipulorum erga ſe: vt tali merito diſponerẽtur ad hoc vt aperirentur oculi eorum. [Et coegerunt illum.] Ecce ſubſecutum meritum hoſpitalitatis, non inuitantis, ſed cogentis. vt hinc etiam diſcamus non ſolum inuitandos, ſed cogendos peregrinos ad hoſpitium. [Dicentes: mane nobiſcum, quoniam adueſperaſcit, & inclinata eſt iam dies. Et intrauit.] Deeſt, vt maneret, [cum illis. Et factum eſt dum recumberet cum eis, accepit panem & benedixit ac fregit, & porrigebat illis.] Quatuor actiones Ieſu circa panem deſcribuntur: acceptio, benedictio, fractio & porrectio: & tamen in ſola fractione agnitus dicitur inferius: vt intelligamus fractionem fuiſſe miraculoſam: hoc eſt quòd frangebat panem manibus ſicut alij incidunt cultello. Solitum autem hunc frangendi modum fuiſſe credimus & propterea diſcipuli ex conſueto Ieſu modo cognouerunt eum. [Et aperti ſunt oculi eorum & cognouerunt eum.] Duæ rationes concurrerunt ad cognitionem hanc ex parte Ieſu, fractio panis conſueto modo mirabili. ex parte autem diſcipulorum, apertio internorum oculorum Adempta eſt enim pœna qua detinebatur pars eorũ cognoſcitiua velut in ecſtaſi. quo ad elongationem ab agnitione Ieſu: & velut reuerſi ad ſeipſos agnouerunt eum eſſe Ieſum. [Et ipſe euanuit.] pro, diſparuit, [ex oculis eorum.] pro, ab ipſis. [Et dixerunt adinuicem, Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis dum loqueretur in via, & aperiret nobis ſcripturas?] Teſtimonium ab interna inflammatione cordis in ſeipſis cauſata ex ſermone Ieſu in via, proferunt, vt etiam ab ipſo intimo effectu agnoſcendum Ieſum, ſubinuicẽ pandant. [Et ſurgentes eadem hora, regreſsi ſunt in Hierusalem: & inuenerunt congregatos vndecim: & eos qui cum illis erãt dicentes quod ſurrexit dominus vere.] Apoſtoli & diſcipuli mulieribus non crediderunt, ſed crediderunt Petro Et propterea audito Petro dicunt, quod ſurrexit dominus vere, non opinatiue. [Et apparuit Simoni.] Vbi aut qua hora neſcitur, ſed hoc

ſcitur quod illo die apparuit ei [Et ipſi narrabãt quę geſta erant i via & quomodo cognouerũt eum.]pro,& quomodo agnitus fuit eis:[in fractione panis.]Hinc duo habẽtur. Alterum eſt q̃ fractio panis fuit(vt dictũ eſt)ratio agnitionis:alioquin nõ magis dixiſſent in fractione quã in porrectione. Alterũ eſt quod modus ille frãgendi tanquam ſolitus Ieſu corã diſcipulis ſuis,inſinuatur: dũ iſti duo affirmãt ſe agnouiſſe eum hoc modo.ſ.in fractione panis appoſitiue enim adiungitur fractio panis ad modũ agnitionis Hoc ſiquidem teſtimonium præſuppoſuit notorium fuiſſe apud diſcipulos hunc modũ frãgendi panẽ fuiſſe propriũ ac conſuetũ Ieſu alioquin nullũ agnitionis teſtimoniũ afferrent,dicẽdo quomodo agnitus fuiſſet eis in fractione panis.[Dum aũt hæc loquũtur,ſtetit Ieſus in medio eorũ & dixit.pax vobis,ego ſũ nolite timere.]Superfluunt hæ quatuor dictiones.ſ.ego ſum nolite timere. Tantũmodo ſalutauit eos,dicendo pax vobis,vt etiã ipſa ſalutatione agnoſcerent ipſum eſſe qui docuerat eos hãc ſalutãdi formã.[Cõturbati.]pro,ſtupefacti,[vero & conterriti.]Deſcribuntur diſcipuli conterriti & ſtupefacti. Et terroris quidẽ paſsio conſueta videtur hominibus in apparitione vmbrarũ q̃ exiſtimantur ſpiritus dæmonũ vel mortuorũ: paſsio autem ſtuporis ex nouitate rei iã inſolitę & admiratione digne conſurgebat. [Exiſtimabãt ſe ſpiritũ videre.]hoc ẽ ſpiritualẽ aliquã ſubſtãtiã aërei corporis [Et dixit eis.Quid turbati eſtis.]exterius & interius, nã exteriori habitu faciei,territos ſe demonſtrabãt.[Et cogitationes aſcẽdunt in corda veſtra?]Videbat Ieſus intima diſcipulorũ,& cogitationi bꝰ internis laborare. Quales autẽ eſſẽt cogitationes,Euãgeliſta declarauit.ſ.q̃ exiſtimabãt ſe ſpiritũ videre.[Videte manꝰ meas & pedes.]Deeſt meos,[quia ego ipſe ſum.]Confoſſas manus & cõfoſſos pedes in teſtimonium producit q̃ ipſemet eſt qui crucifixꝰ fuit [Palpate.]Deeſt me.[& videte.]Eiuſdẽ naturæ caro Chriſti poſt reſurrectionẽ fuit cuius erat prius,nõ eſt mutata in carnem ſpiritualẽ q̃ palpari poteſt. Quod autẽ dicit videte nõ ſpectat ad oculos corporis ſed ad certificationem ſenſus perinde ac dictũ fuiſſet palpate me & certificate vos ipſa palpatione. Videre enim vſurpatur frequẽti vſu ad ſignificandã certificationẽ cuiuſque ſenſus.[Quia ſpiritus.]quem exiſtimatis videre:ſiue bonus,ſiue malus,ſiue incorporeus ſiue corpus habẽs aëreũ.[Carnem & oſſa non habet,]quãuis aſſumãt quãdoq; ſimilitudines carnis & oſſiũ vt quũ angeli(ſiue boni ſiue mali)in ſimilitudine hominũ apparent. non enim tunc habẽt vera oſſa & verã carnẽ, ſed ſimilitudinem oſſiũ

& carnis [Sicut me videtis habere. Et quum hæc dixisset, ostendit eis manus & pedes. Adhuc autē illis nō credētibus & mirantibus præ gaudio.] Legendū est sic. [adhuc autē illis nō credētibus præ gaudio, & mirantibus.] Significatur tāta gaudij passio, vt nō applicarēt mētē ad credēdū illū esse Iesū. Ita ꝙ nō ex cordis duritia sed ex velut ecstasi causata ex multo gaudio visis manibus & pedibus, nō applicabāt mentē ad credēdū: sed erāt velut in ecstasi admirātes. [Dixit habetis hic aliquid quod manducetur?] Testimonio oculorū & tactus adiūgit comestionē, vt ex omnib⁹ vitalibus operibus inducātur ad credēdū. [At illi obtulerūt ei partē piscis assi, & fauū mellis.] pro, & de apiario fauo. Ad differētiā fauorū aliorū animaliū, dicit ꝙ obtulerūt fructū faui mellis ex operibus apū. [Et quū māducasset corā eis, sumens reliquias dedit eis.] pro, & quū accepisset, [corā eis māducauit.] Nihil significat de reliquiis sed quod acceperit oblatū piscē cū fauo & manducauerit coram eis. [Et dixit ad eos. Hæc sūt verba.] hoc est hæc sūt facta. Hebraico enim more gesta appellantur verba. [Quæ locut⁹ sū ad vos.] Ad cōfirmandā veritatē suæ resurrectionis adiūgit testimoniū eorū quæ ante mortem dixerat eis: vt vndique cōprehēdāt ipsūmet esse qui fuit eorum magister. Nec cōmemorat quæcūque pri⁹ dicta, sed spectantia ad propositū: declarat enim hæc quę modo vident in ipso, esse illa quæ olim eis prædixerat. [Quū adhuc essem vobiscum.] hoc est quū cōmunis mihi & vobis esset mortalis vita quū cōuersabar vobiscum similis vobis passibilis. Quali communione nūc nō erat cū eis: quoniā ipse transierat ad vitā immortalem & impassibilem. [Quoniā necesse est impleri.] Ad locutionē præteritā Iesu spectat hoc quod in præsenti dicitur, quoniā necesse est impleri, cōmemoratio est enim ꝙ prius dixerat hęc quę facta videt circa ipsum, quoniam necesse est impleri scripturas. [omnia quę scripta sunt in lege Moysi & prophetis & psalmis de me.] Scripturas de se distiguit in tres partes: legē, prophetas & psalmos sub his reliquas scripturas comprehendens. [Tunc aperuit illis sēsum.] pro, tunc aperuit illorum mentē vt intelligerent scripturas. Hactenus manifestauerat se esse verum eundem hominē (scilicet Iesum) ab humanis. modo manifestat à diuinis, agendo & operando in eorum mentes. hoc enim diuinum est opus donare piscatoribus statim vt intelligerent scripturas prophetarum, non hominis sed dei est op⁹. [Et dixit eis.] Sūmarie colligit scripta ad propositū. [Quoniā sic scriptū est.] Nō solū dicit sic scriptū est: sed assumit ꝙ ratione dicēdo quoniā sic scriptū est. Et significat per sic

dispositio,

dispositio,modus & ordo gestarum & gerendarũ rerum quę subiunguntur [Et sic oportebat,] Cõsequentię vis significatur cõiunctione vim affirmationis habente.ac si dictũ fuisset, & consequenter sic oportebat Ita ꝙ sensus est.quoniã sic scriptũ est,cõsequẽter sic oportebat hoc est oportebat illum ordinem,illum modum,illã dispositionem seruare quæ seruata est,quia sic scriptũ erat.[Christum pati,& resurgere à mortuis tertia die, & prædicare in nomine eius.] Quinque capita summat,primum de passione Christi sic, secundum de resurrectione eius à mortuis tertia die sic.tertium de prædicatione in nomine eius. ¶ Vbi nota quòd quum dicitur sic oportebat prædicari,præteritum oportebat non respicit prædicationem præteritam(quum de futura sit sermo)sed respicit dispositionẽ futuræ prædicationis per apostolos.est enim sensꝰ ꝙ oportebat sic:hoc est talem dispositionem,ordinem ac modum ad prædicandũ efficere,qualis modus qualis ordo qualis dispositio effecta est:vt. s. colligeret Iesus discipulos testes miraculorum , vitæ prędicationis,passionis & resurrectionis suæ.[Pœnitentiam & remissionem peccatorum.] Pœnitẽtia opus est humanum:remissio peccatorum, opus est dei sed pœnitentia nihil valet sine remissione peccatorum, nec remissio peccatorum datur sine pœnitentia. Significatur enim oportere prædicari vtranque scilicet male actę vitæ pœnitentiã non quacunque ratione sed in nomine Iesu,& tunc in eodem nomine consequentem remissionem peccatorum.Et intendit per hoc prędicandum esse quòd in inuocatione Iesu,pœnitentes & baptismum suscipientes consequerẽtur remissionem peccatorum [In omnes gentes.] Ecce quartum caput,extensio prædicationis ad vniuersas mundi gentes. [Incipientibus ab Hierosolyma.] Quintum caput initium apostolicæ prædicationis definit Hierusalem,ita quod descripta materia ac termino prędicationis, describitur modo initium locale. [Vos autem testes estis horum.] Anceps est dictio Græca ab estis vel sitis Declarat qui erunt isti prędicatores,dicendo eos esse seu fore testes horũ: quia interfuerant,audierant & viderant modum, ordinem & dispositionem rerum gestarum.[Et ego mittã.] Transit Lucas à die resurrectionis ad diem ascensionis quo dixit Iesus hæc verba: vt patet Act.1. Apte quoque iungit hæc verba antedictis.nam postquam prædicatores eos & testes futuros descripsit, apte subiungit dona necessaria ad huiusmodi officium. Et ego mittam.Hinc theologe speculatiue authoritatem originis respectu spirituſſancti in filio insinuari intelligendum filius dicit.ego mittam. [Promissum] proculdubio

bio ſpiritumſanctum. [Patris mei in vos.] Et hic eandem filij & patris operationem intellige: dum promiſſum filij promiſſum patris dicitur. filius enī promiſerat. [Vos autem ſedete]hoc eſt quiē ſcite. [in ciuitate.] Deeſt. Hieruſalem. Mandauit enim eis in die aſcenſionis ne diſcederent à Hieruſalem. [Quoaduſque induamini virtute ex alto.] hoc eſt quoaduſque aduenies ſpirituſſanctus tanta vos virtute repleat vt virtus diuina ſit vobis tanquam indumētum. Et vere apparuit in apoſtolis tanquam indumentum: quoniā exterius virtus diuina manifeſte apparebat in eis ſicut indumentum apparet, & tegebat eorum quaſi naturalis ignorantiæ nuditatem. erant enim idiotæ. [Eduxit autem eos foras.] In die ſiquidem aſcenſionis mandauit eis vt extra Hieruſalem in montē irent Oliueti ſecum ibi futuri. [In Bethaniam.] pro, vſque in Bethaniam Locus aſcenſionis in monte Oliueti iuxta Bethaniam ſignificatur: ex eo quod non in Bethaniam ſed vſque in Bethaniam excluſiue educti dicuntur. [Et eleuatis manibus ſuis.] vt exteriorī etiam ſigno ad cœleſtia mentes diſcipulorum erigeret. [Benedixit eis.] Quæ verba dixerit, ſcriptum non eſt. ſolum hoc ſcimus quod verba benedictionis protulit. [Et factum eſt dum benediceret illis, receſſit ab eis.] Vidētibus & attendētibus diſcipulis receſſit verſus cœlum. [Et ferebatur in cœlum.] Hinc apparet quod non per modum gradientis aut volantis ſed per modum lati totius ſimul mouebatur ſurſum verſus cœlum. hoc enim ſignificat ferebatur in cœlum. [Et ipſi adorantes.] pro, adorato eo. Hinc diſcimus adorandum eſſe Ieſum. [Regreſſi ſunt in Hieruſalem cum gaudio magno. Et erant ſemper in templo, laudantes & benedicentes deum. Amen.] Vt præceptum Ieſu adimplerent, erant ſemper (hoc eſt horis congruis indeſinenter) illis diebus vſque ad penteoſten in templo, vacantes diuinæ laudi & gratiarum actioni: vt ſic idonei magis redderentur ad recipiendun promiſſum ſpiritūſanctū Cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen. Caietæ die vigeſimaquinta Ianuarij. 1528.

Commentariorum Thomæ de Vio, Caietani
Cardinalis ſancti Xiſti in euangelium
ſecundum Lucam, finis.

VITA SANCTI IOANNIS APOSTOLI & euangeliſtæ per diuum Hieron. in libro de illu. eccleſiaſticis ſcriptoribus.



Oannes apoſtolus quem Ieſus amauit plurimũ, filius Zebedęi, frater Iacobi Apoſtoli quẽ Herodes poſt paſsionem domini decollauerat, nouiſſimus omniũ ſcripſit euãgeliũ rogatus ab Aſiæ epiſcopis, aduerſus Cerinthũ alioſq; hęreticos: & maxime tunc Ebionitarũ dogma cõſurgens, qui aſſerunt Chriſtũ ante Mariã non fuiſſe vnde & compulſus eſt diuinã eius natiuitatẽ edicere. Sed & aliam cauſam huius ſcripturę ferunt q̃ quũ legiſſet Matthęi, Marci & Lucę volumina, probauerit quidem textũ hiſtorię, & vera eos dixiſſe firmauerit: ſed vnũ tãtũ anni (in quo & paſſus eſt) poſt carcerem Ioannis hiſtoriã texuiſſe. Prętermiſſo itaque anno cuius acta à tribus expoſita fuerant ſuperioris temporis antequam Ioannes claderetur in carcere geſta narrauit: ſicut manifeſtum eſſe poterit ijs qui diligenter quatuor euangeliorũ volumina legerint. Quæ res etiam diaphoniam quæ videtur Ioannis eſſe cum cæteris, tollit. ¶ Scripſit autem & vnam epiſtolam cuius exordium eſt, Quod fuit ab initio, quod audiuimus & vidimꝰ oculis noſtris, quod perſpeximus & manus noſtræ contrectauerunt de verbo vitæ. Quæ ab vniuerſis eccleſiaſticis & eruditis viris probatur. Reliquæ autem duæ (quarum principium eſt, Senior electæ dominæ & natis eius, & ſequentis, Senior Caio chariſsimo quem ego diligo in veritate) Ioannis preſbyteri aſſeruntur. Cuius & hodie alterum ſepulchrum apud Epheſum oſtenditur, & nonnulli putant duas memorias eiuſdẽ Ioannis Euãgeliſtæ eſſe: ſuper qua re quum per ordinem ad Papiam auditorem eius ventum fuerit diſſeremus. ¶ Quartodecimo igitur anno ſeeũ dam poſt Neronem perſecutionem mouente Domitiano, in Patmos inſulam relegatus ſcripſit apocalypſim, quam interpretantur Iuſtinus martyr & Hireneus. Interfecto autem Domitiano, & actis eius ob nimiam crudelitatẽ à Senatu reſciſsis, ſub Pertinace principe rediit Epheſum: ibique vſque ad Traianum principem perſeueraus totas Aſiæ fundauit rexitque eccleſias, & confectus ſenio, ſexageſimooctauo poſt paſsionem domini anno mortuus, iuxta eandem vrbem ſepultus eſt.

Diuo

DIVO AVGVSTINO ATTRIBVTA in euangelium ſecundum Ioannem præfatio.

OMnibus diuinę ſcripturæ paginis euangeliū excellit: quia quod lex & prophetę futurum prædixerūt, hoc completum dicit euangelium. Inter ipſos autē euangeliorū ſcriptores, Ioannes eminet in diuinorū myſteriorū profunditate. Qui à tempore dominicæ aſcenſionis per annos ſexagintaquinque verbum dei abſque adminiculo ſcribendi, vſque ad vltima Domitiani prędicauit tempora. Sed occiſo Domitiano quum permittēte Nerua de exilio rediſſet Epheſum, compulſus ab Epiſcopis Aſiæ, de coæterna patri diuinitate Chriſti ſcripſit aduerſus hęreticos qui eo abſente irruperant in eius eccleſias: qui Chriſtum ante Mariam fuiſſe negabant. Vnde merito in figura quatuor animalium, aquilæ volanti cōparatur: quę volat altius cęteris auibus, & ſolis radios irreuerberatis aſpicit luminibus. Cæteri nanque euangeliſtæ, qui temporalem Chriſti natiuitatem & temporalia eius facta quæ geſsit in homine ſufficienter exponūt, & de diuinitate pauca dicunt, quaſi animalia greſsibilia cum domino ambulāt in terra. Hic autem pauca de temporalibus eius geſtis ediſſerens, ſed diuinitatis potētiam ſublimius contemplans, cum domino ad cœlum volat. qui enim ſuper pectus domini in cœna recubuit, cœleſtis hauſtum ſapientiæ cæteris excellentius de ipſo dominici pectoris fonte potauit. Legerat ſiquidem euangelia trium euangeliſtarum, & approbauerat fidem eorum & veritatem in quibus deeſſe vidit aliqua geſtarum rerum hiſtoriæ: & ea maxime quæ dominus geſsit primo prædicationis ſuæ tempore: ſcilicet antequàm Ioannes Baptiſta clauderetur in carcere. Hæc ergo (quaſi dimiſſa ab illis) ſcribit Ioannes quæ fecit Ieſus antequàm Ioannes clauderetur. ſed maxime diuinitatem Chriſti & trinitatis myſterium commendare curauit. Tres ſiquidem alij Euangeliſtę dicta & facta domini temporalia quæ ad informandos mores vitæ pręſentis maxime valent, copioſius proſecuti, circa actiuam vitā ſunt verſati: in qua laboratur, vt cor mundetur ad vidēdum deū. Ioannes vero pauca domini facta dicit: verba vero domini quæ trinitatis vnitatem & vitę ęternę fœlicitatem inſinuant, diligentius conſcribit. Et ſic in contemplatiua vita, virtute commendanda, intentionem ſuam & prædicationem tenuit: in qua contemplatiua vacatur vt deus videatur. Iſte enim eſt Ioannes quem dominus de fluctiuaga nuptiarū tempeſtate vocauit & cui matrem virginem virgini commendauit.

THOMÆ DE

Vio Caietani Cardinalis ſancti Xiſti commentarij, in euangelium ſecundum Ioannem.



Vangelium ſecundum Ioannem.] Ioannes vltimus Euangeliſta (de diuinitate Ieſu Chriſti tractans) occurrit. Et titulus quidem declaratus eſt in principio Matthæi. ¶ Singularis autem modus huius Euangeliſtæ eſt quòd narrat etiam minutulas circunſtantias rerum geſtarum: ne quiſpiam putaret quòd ipſe fuerit author doctrinę talis ac tãtę circa quã liber hic fere ex integro occupatur. quemadmodum Plato fingit Socratem aut Parmenidem docentem, quæ tamen ipſe Plato docet. Ad excludendum inquam hunc errorem à mentibus legentium hoc euangelium, & ſignificandum quòd Ieſus in veritate hæc docuit, refert per ſingula minutiſsimas circunſtantias hiſtoriæ: vt qua occaſione, vbi, quando, quo interrogante &c. ſecundum veritatem hiſtorię Ieſus docuerit, ſignificet. Propter quod forte illas ſolas res geſtas Euãgeliſta narrat quæ ſpectant vel ad continuationem temporum, occaſionum &c. vel ad omiſſa ab alijs euangeliſtis.

CAPVT I.

IN principio.] principium nõ ſubſtãtiæ ſed relationis nomen eſt. & intelligi nequit ſine illo cuius eſt principium. Directe itaque Ioannes inchoat euangelium contra Hebionitarum errorem: dicẽtiũ Ieſum Chriſtũ non fuiſſe ante matrem ſuam. In principio inquit ſubaudi durationis. Moyſes deſcribẽs generationem mũdi, inchoauit à principio tẽporis dicens, in principio, tẽporis, creauit &c. Creatus eſt enim mũdus ad literam in principio temporis. Ioãnes vero vt cõprehendat etiã principiũ æuiternitatis, inchoat à prin-

à principio durationis: quæ cõmunis est tempori & æuiternitati, & cuicũque alteri imaginabili durationi [Erat.] Moyses dixit, in principio creauit. scribens actionem creationis mẽsuratã instanti principio temporis. Ioannes autem scribit non actionem sed esse: non mensuratum initio durationis, sed prẽcedens initiũ durationis: & ita prẽcedens ꝙ tamen non definit in initio durationis, sed est perseuerans. Et propterea nõ vtitur præterito perfecto (non dixit fuit, tanquàm iam desierit) sed præterito imperfecto dicendo erat. Præteritũ enim imperfectũ cõsignificat ita tẽpus prẽteritum, quòd simul consignificat perseuerare in illa duratione de qua est sermo. Vnde dicẽdo, in principio erat significatur ꝙ prẽcessit initiũ sic ꝙ perseuerãs erat cũ initio. ¶Hęc duo simul iuncta, esse æternũ à parte ante significãt, nã ex hoc ꝙ res aliqua in initio durationis erat, optime infert nũquàm incœpisse eius durationẽ. Si enĩ incœpisset ipsius duratio, ergo in principio non durationis erat, quia nõ prẽcessisset initiũ durationis qua incœpit. Ab æternitate ergo à parte ante, cõtra dicentes Iesum inchoasse ex tẽpore. directe incipit Ioãnes Et describit eã nõ à negatione sed ab affirmatione (i. in principio erat) tã breuiter & tã formaliter vt vere monstretur spiritussanctus locut⁹ in Ioãne [Verbũ.] Vbi scito ꝙ in textu Græco præponitur articulus. acsi diceretur illud verbũ. Significatur enim per articulum ꝙ non de verbo in genere, neque de quocunq; verbo, sed de insigni ac singulari verbo est sermo. Vnde patet ꝙ nõ de sensibili verbo, sed de intelligibili ac supremo verbo loquit. ¶Et quoniam ad intelligibiliũ notitiam manu ducimur per sensibilia, ideo ex sensibilibus verbis ad intelligibile verbum erigẽdus est intellectus. Sensibilia verba frequenti vsu appellamus siue omnes dictiones significatiuas (nomen, verbum, participium, pronomen) siue sermonem ex multis constantem dictionibus. Dicimus enim audi verba mea. sæpe in sacra scriptura dicitur, factum est verbũ domini ad talem prophetam: & beata virgo dixit Gabrieli, fiat mihi secundum verbum tuũ. Sicut itaque verbum sensibile (siue simplex siue compositum) id est quod dicitur, ita intelligibile verbum est id quod intellectus apud se dicit, intelligendo aliquid, loquitur enim sibiipsi intelligens, dũ explicat actuali intellectione aliquid Ita quòd conceptus ille quem intellectus intelligendo format de re quam cognoscit, appellatur verbum intelligibile: appellatur quoque ratio. Et quia dictio Græca hic posita significat verbum, sermonem & rationem, & sermo species est verbi (nam est verbum constans ex simplicibus verbis) magis quadrat

propoſito verbum quàm ſermo. Cõpoſitum enim minus quadrat quàm abſtrahens à compoſitione. At ſi interpres ſicut tranſtulit verbũ tranſtuliſſet ratio (dicendo in principio erat ratio) non erraſſet, immo propinquiori vocabulo vſus fuiſſet: quoniã ratio nõ niſi intelligibilis generis eſt. verbum autem per tranſlationem ab ſenſibilibus intelligibile genus ingreditur. Conſulto tamen credimus amplexã hanc fuiſſe ſignificationem, vt verbi potius quàm rationis nomine vteremur in propoſito: quia explicatur verbi nomine ordo originis, qui nõ explicatur nomine rationis verbum enim intelligi nequit niſi à dicente ratio autem intelligitur ratio, abſque hocquòd intelligatur excogitata. Multis itaque exiſtentibus intelligibilibus verbis (nam homo intelligens format ſuũ intelligibile verbum rei quam intelligit & angeli formant ſua verba eorum quę intelligunt: & deus ipſe intelligẽdo ſeipſum & omnia alia in ſeipſo, dicit vnum verbum ipſius dei & omnium aliorum) Ioannes de ſupremo verbo ait, in principio erat verbum: deſcribens illius æternitatem. ¶Significantiuſque dicit verbũ in ſingulari numero ad ſignificandum illud eſſe vnicũ & ſimplex, nõ conſtans ex multis verbis. vnico enim verbo dicitur à deo totus deus, ſimul cum totovniuerſo & quocunque poſsibili & quouis modo intelligibili. Et ad hanc ſummã excellentiam verbi denotandã tendit articulus in idiomate Græco præpoſitus ab ipſo Ioanne qui Græce ſcripſit. Acſi aperte dixiſſet in principio erat illud verbũ, quod eſt verbum omnium ſcilicet dei & omniũ rerum, ſenſibiliũ & intelligibiliũ, & poſsibiliũ & imaginabilium. De hoc enim verbo affirmat eſſe ęternum: dicendo, in principio erat verbum. Et (vt dictum eſt) idem quantũ ad rem ſignificaretur dicendo, in principio erat ratio. [Et verbum.] In textu Græco pręponitur iterum articulus: ad ſignificãdum quòd de eodem verbo ſubiungũtur hęc. [Erat.] Cõprehendit præteritũ abſque deſitione [Apud deũ.] In textu Gręco pręponitur articulus dictioni deũ: ad ſignificandum deũ qui eſt vere deus, nõ participatione aut nominatiõe. ¶Deſcripta æternitate verbi, quia nec verbum nec ſermo nec ratio intelligi poteſt ſolitarie (oportet enim tã verbũ ſimplex quàm compoſitum ab aliquo dici, & rationẽ eſſe alicuius intelligentis rationem) ideo conſequenter ſubiungit cuius eſt ratio illa, à quo dicitur verbũ illud: aperiendo ꝙ verus deus eſt ille cuius eſt verbũ ſeu ratio. Vbi vltra hanc originis implicite ſignificatã conditionẽ, alię duæ eiuſdẽ conditiones ſimul deſcribuntur. Altera eſt ꝙ non ſeparatur à deo dicente ipſum. altera eſt ꝙ eſt diſtinctũ à deo dicẽte ipſum.

¶Vide

¶ Vide singula. Ex hoc quôd verbum quatenus verbum (formalis enim est locutio intelligenda in tã sublimi re) erat apud deum, infertur ꝙ deus erat dicens illud verbũ: alioquin nõ in quãtum verbũ esset apud deũ verbũ enim quatenus verbum, non est apud aliquem nisi dicentẽ illud. Rursus ex hoc ꝙ verbũ est apud deum, significatur ꝙ non distat & ꝙ non separatur à deo. qui enim est apud Regem, iuxta Regẽ est. & qui est apud Cęsarẽ, iuxta Cæsarem est. Et demũ quia nullus proprie est apud semetipsum (nã præpositio apud, distinctionẽ extremorum secũ fert simul cũ contiguitate eorum) ideo hinc describitur distinctio verbi à deo dicente. ¶ Scito quod dictio iterpretata apud, so ac principali sua significatione ad. quanuis vtantur etiã illa Græci pro apud. & propterea tã particula hęc (& verbũ erat apud deũ) quàm subiũcta (hoc erat in principio apud deum) potest legi dupliciter. vel apud deum, vel ad deũ. Et si quidem legitur apud deũ, potest legi dupliciter. vel apud deũ, vel ad deũ. Et si quidẽ legitur apud deũ, sensus iam dictus est. *Si vero legitur ad deũ, sensus nõ minus altus est. & magis proprius habetur.* Et est ꝙ postquàm scripsit Ioannes verbũ esse ab æterno, scribit quòd verbum quatenus verbũ habet esse relatiuũ ad deũ. Relatio enim non significatur proprie & formaliter dictione quacunque quẽadmodum significatur dictione ad. nã formalis ac propria ratio essentialis relationis cõsistit in hoc ꝙ significat ad. pater enim est ad filiũ, & filius ad patrẽ: æquale est ad æquale, & similе ad simile. & sic de reliquis formaliter sũptis relatiuis. Ex hoc enim quòd, ad, verbo substantiuo adiungitur in hac litera (dicendo & verbũ erat apud deum) docemur ꝙ verbũ quatenus verbum nõ faciebat, non dicebat, non pendebat. sed erat ad deũ: hoc est ꝙ esse verbi erat esse ad deũ. Et hoc ad differentiã cuiuscunq; creati verbi, cuiuscunque creatę substantiæ, nã de nullo verbo creato, de nulla substantia creata verificari potest quòd est ad deũ: sed quòd pendet à deo. Nullius enim creati verbi aut substantiæ creatæ esse est relatio ad deũ: sed hoc est eminentissimę deitati propriũ quòd persona diuina cũ hoc quòd est deus est ad deũ, est relatio ad deũ. Huiusmodi igitur eminentia significatur dicendo & verbum erat ad deũ. ¶ Manifestatur nihilominus per præpositionẽ ad, distinctio verbi à deo cuius est verbũ. nam dicendo verbũ erat ad deum excludit relationẽ rationis, & significat relationem realem. Non dicit & verbũ dicebatur ad deũ, sed erat ad deum: vt ad, nõ secundũ intelligi sed secundũ esse, vt nõ rationis sed reale manifestetur. relationẽ autẽ realẽ inter vnã & eandẽ rẽ nullus admittit, sed ra-

tionis tantū. Quocirca realē distinctionē verbi à deo dicente verbū, Ioānes per hæc verba manifestat. ¶Ita quòd ex hac particula (& verbum erat ad deū) duo reuelantur. Alterū quòd esse verbi, ac per hoc omniū personarū diuinarum, est res relatiua: immò vt rectius loquar est relatio realis. Alterū q̄ verbū distinguitur realiter à deo dicente ipsum: ac per hoc quòd personæ diuinæ omnes distinguuntur inter se realiter. [Et deus erat verbū.] Descripta æternitate verbi & contiguitate eiusdē ad deū dicentē, describit modo quiditatē verbi declarando quid est, & dicendo quòd erat deus. Et dixit hoc, ne erraremus, male intelligendo distinctionem verbi à deo dicēte: ne intelligeremus æternū verbum esse quidē apud deū, nō tamē esse deū. ¶Ad hoc enim excludendū subiungit quòd verbum erat deus: aperte dicēs ita verbū erat apud deū q̄ etiam erat de⁹. ¶Sed occurrit hic occasio magna erroris Arrianorū: eo quòd in Græco textu in hac tertia propositione non præponitur articulus dictioni deus, sed dictioni verbū: ita quòd significatur quòd ille ludmet verbū erat deus: sed non explicatur quôd erat ille deus qui per articulū significatur verus deus. Hinc enim hęretici dicūt verbū summū, esse deum participatione: ac per hoc minorē deo vero. ¶Duæ in gerūtur difficultates, altera de diuinitate verbi, altera de hoc textu. Illā nūc supponamus: quoniā alibi in testamento nouo clare ponitur, appositio articulo dictioni deus. vt inferius patebit. Ad hanc autē de hoc textu, respondetur dicendo non valere argumentū est non appositio articulo: quoniā in hoemet capitulo bis euangelista summū deū nominat sine articulo. s. dicendo fuit homo missus à deo, & dicendo deum nemo vidit vnquā. cōstat enim vtrobique sermonē esse de vero per essentiā deo, & nō de deo per participationem. Nullius ergo efficaciæ est argumentum Arrianū sumptū ex nō prępositio articulo dictioni deus, dicendo & deus erat verbū. ¶Ratio aūt quare nō pręposuit euāgelista hoc in loco articulū est: quod coact⁹ fuit Ioānes ne prępone ret articulū ad euitandā cōfusionē diuinarū personarū Quū enim dixisset verbum esse apud deū dicentē, demōstrādo deum cū articulo, si subiunxisset verbū esse deū cum articulo significatum fuisset quòd verbum esset illemet deus dicēs: quod esset cōfundere personas dicentis & verbi. Hac itaque necessitate cōpulsus abstinuit ab articulo: & nō ad significādū aliquid minus vero deo. Nisi enim de vero deo intenderet loqui, vane subiunxisset, & deus erat verbum. nā ex hoc quòd descriptum erat æternum à parte ante, & apud verum deum dicentem ipsum, satis cōstabat q̄ erat vere deus. Vnde addendo q̄

erat

erat deus, significauit quòd erat verus deus. Non enim semper ver⁹ de⁹ in textibus Grecis significat cũ articulo: vt mõstratũ est: quã uis quandoque hoc fiat [Hoc erat in principio apud deũ.] Iã dictũ est quòd præpositio interpretata apud, sonat poti⁹ ad & propterea in tota expositiõe sequẽti, per apud, intellige apud seu ad. Ne intelligeremus tria antedicta vera esse sigillati, & nõ simul ad excludẽdas omnes cauillationes subiungit cõlligendo omnia, declarando ea esse simul vera. Et est sensus, hoc. s. verbũ deus, apud deũ erat in principio. Verbũ deus fuerat tertio loco dictum: apud deũ, secundo loco. erat in principio, primo loco. Et oportuit hanc collectionem effici. ad declarandũ quòd verbum erat in principio deus, & quòd erat in principio apud deũ: ne erraremus intelligendo quòd verbum erat quidẽ in principio, sed nõ erat in⁹ principio apud deum, sed non erat in principio deus. Cuncta ergo æterna esse á parte ante describit hac collectione. Circa dicta aduerte erudite lector, distinguendum esse inter ea quæ cognoscimus de deo lumine naturalis ratiõis, & illa quæ sunt de deo tradita lumine diuinæ reuelationis. Nam si intra latitudinẽ notorum de deo lumine naturali sistatur, sola essentialia (hoc est pertinentia ad substantiã dei absolute) cognoscimus: puta quòd deus est actus purus, intelligẽs seipsum, & omnia alia in seipso, quòd est volẽs, summe fœlix, à nullo pendens, & reliqua omnia quæ sunt perfectionis simpliciter. Nihilque cognoscimus de vocatis notionalibus seu personalibus hæc enim naturale lumẽ intellectus excedunt: & lumine fidei credimus. In hoc cognoscibilium ordine sunt hęc quæ Ioãnes de verbo tradit. Scribit enim euangelium nõ philosophis incredulis, sed fidelibus Christi, & ꝓpterea reuelata asserit. ¶ Nõ ergo putes ratione naturali cognosci verbum à deo dici, apud ipsum ꝑmanẽs sed reuelatione diuina hoc haberi. nã lumẽ ratiõis naturalis nõ ducit nos ad cognoscendum personaliter distinctum à dicente: sed ad cognoscẽdũ quod in deo idẽ est intelligens & intellectum, dicẽs & dictũ, oĩbus modis absque vlla omnino distinctiõe, qm̃ (vt dictũ est) essentialia tm̃ nouim⁹, & hoc ꝙ cognoscim⁹, est verũ infra essentialia sistẽdo [Omnia per ipsum facta sunt] Declarata æternitate, diuinitate, origine, & distinctione verbi, declarat modo ad factorem omnium æquilitatem verbi respectu factorum quod est declarare ipsum verbum nõ esse factum: & est supplere id quod minus explicatum fuerat, dicendo verbum esse deum sine articulo ex hoc enim ꝙ subiũgit verbũ nõ esse factum, manifeste infertur ꝙ est deus non factus. Manifestat̃ rursus per hoc ꝙ verbũ nõ est fa-

ctum, quòd origo verbi à dicente non eſt factio ita quòd licet dicatur, non tamen fit: licet dictum fuerit, non tamen factum fuit. ¶Declarat autem hanc negatiuam (ſcilicet verbum non eſſe factum) per affirmatiuam, omnia per ipſum facta ſunt. Non dixit quædam, ſed omnia. Rurſus non dicit, omnia ipſum fecit, ſed per ipſum facta ſunt: vt faciendi omnia communicatio, ei ab alio ſignificetur, in hoc enim quòd dicitur per ipſum, conſignificatur alius à quo per ipſum facta ſunt omnia. Vna itaque atque eadem factio ſignificatur prodiens per ipſum ab alio: vt intelligamus cõmunem eſſe actionem qua facta ſunt omnia, verbo & dicenti. Cõmunem autem ordine quodam. quoniã authoritas originis ſignificatur in dicente: & deriuatio cauſandi ad verbum, dicendo per ipſum. Et vere ſic eſt. quoniam verbũ non ſolum cauſalitatem, ſed & deitatem habet à dicente. ¶Significantius autẽ dicit per ipſum facta ſunt, & non dicit per ipſum fecit omnia. quod tamen dicitur ad Heb. 1. ad explicandũ quod ibi ad Hebr. non explicatur, ſcilicet verbum eſſe rationem rerum factarum, non ex parte facientis, ſed ex parte rerum factarum. Verbum enim non tenet locum formæ qua factor facit: quia verbum non eſt dicenti velut ars qua artifex agit: nihil enim prima trinitatis perſona accipit à ſecunda. Sed rerum factarum ratio & ars omnis, verbum eſt. appropriate quidem ex eo quòd eſt verbum, proprie autem ſecundum quòd eſt ratio & ars dicta, ſicut etiam proprie eſt deus dictus. ita tamẽ vt intelligas dictum vt verbum dicitur non vt res verbo dicta. Vnde dicendo, omnia per ipſum facta ſunt, ſignificatur quòd factio rerum omnium deducta eſt, exemplata eſt à productione verbi: iuxta illud ad Ephe. 3 flecto genua mea ad patrem domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis familia in cœlis & in terra nominatur. [Et ſine ipſo factum eſt nihil]pro, neque vnum, quod factũ eſt. Ita quòd textus eſt. [Et ſine ipſo factũ eſt, neq3 vnum quod factũ eſt.]Ex quo textu clare apparet ceſſare omnes difficultates quę fiũt circa pũctatiõnẽ ſeu terminationẽ ſententiæ, legendo nihil, Ecce quãti refert interpretari ad verbum, & interpretari iuxta interpretis intellectum. ¶Dixerat itaque omnia facta per verbũ. Et quoniã cõſtat falſum eſſe vt verba ſonant omnia facta fuiſſe per verbum: quia deus nõ eſt factus per verbũ qui tamen comprehenditur ſub omnia, ideo hęc oportuit ſubiungere. At ſi dixiſſes intelligi diſtributionẽ accõmodam, materia præbetur hæreticis excipiendi: & ſicut tu accommodas omnia ad reliqua citra deum & verbum, ita Arrius accommodabit ad opera ſex dierum. de quibus dicitur, & vidit deus cuncta quæ

cta quę fecerat, & ſic ruet Ioannis doctrina. Ad declarandũ igitur pro quibus diſtribuit omnia, ſubiungit & ſine ipſo factũ eſt, neque vnum quòd factum eſt aperte declarans quòd diſtribuit pro omnibus factis, aperte excludens omnẽ exceptionẽ, aperte monſtrãs verbum non eſſe factum. Ex hoc enim quòd omnia facta, ſunt facta per verbum, conſtat verbum ſignificari alienũ eſſe à factis, nec oportere excipere deũ aut verbum: quia omne nõ factũ exceptum eſt ab ipſo Ioanne, dicendo, & ſine ipſo, verbo, factũ eſt nihil ſeu neque vnũ quod factũ eſt. hac enim ſubiunctione clare cõprehendit omnia facta: ſiue viſibilia, ſiue inuiſibilia, ſiue inter opera ſex dierum, ſiue extra, autante illa, adiecta enim hæc vniuerſalis negatiua cuiuſque facti abſque ipſo verbo, omnem tollit ambiguitatem & exceptionẽ. Si adieciſſet & ſine ipſo factũ eſt nihil, non apponẽdo quod factum eſt, adhuc ſub dubio ſeu exceptione reliquiſſet diſtributionem affirmatiuã & negatiuã, & ideo appoſuit quod factũ eſt vt claram diſtributionem redderet, & nullum ambiguitati aut exceptioni locum relinqueret aperiendo quòd de factis omnibus ac ſolis loquitur ¶ Vbi etiam ſignificantius apponitur prepoſitio ſine ſiue abſque, ſocietatem ſignificans ipſius cum faciente. Quia enim dixerat omnia per ipſum facta, ne ex modo loquendi minoritatẽ aliquam aut velut organum aliquod verbum intelligeres concurrere ad factionẽ rerũ, curauit euãgeliſta adiungere prepoſitionẽ denotantẽ ſocietatẽ: vt vel ſic tolleret occurrentẽ forte tuę phãtaſię minoritatẽ verbi ad faciendũ res. [In ipſo vita erat.] Ordinate euangeliſta progreditur, poſtquã declarauit verbi eſſe, declarans verbi vitã: ad excludendũ illorũ dogmata qui ſeparãt vitã â primo rerũ principio, tanquam aliud ſit principiũ eſſendi, & aliud principiũ viuendi. Hanc fictionem excludens dicit in ipſo verbo, vita erat Inferius enim dicet Ieſus, ſicut pater habet vitam in ſeipſo, ſic dedit & filio vitã habere in ſemetipſo. ¶ Inductus eſt autem euangeliſta ad ſubiungendũ quòd in verbo erat vita, non ſolũ propter ordinẽ antedictũ inter eſſe & viuere, ſed etiã ad explicandũ quòd prius dixerat omnia per ipſum facta ſunt Declarat enim nunc in verbo eſſe vitam ac per hoc verbum eſſe exemplar vitæ omniũ viuentium, ne errares intelligendo omnia per ipſum facta quantum ad eſſe, & non quantum ad viuere. Hinc enim explicatur quòd eſt ſufficiens exemplar non ſolum vniuerſi eſſe, ſed etiam vniuerſæ vitæ factorum. [Et vita erat lux hominum.] In textu Græco pręponitur articulus dictioni vita: ad ſignificandum non ſolum quòd de eadem vita loquitur, ſed quòd vita quam dixit eſſe in verbo eſt

vita

vitâ illa ſuprema, eſt vita per eſſentiam. De vita itaque verbi quæ ſuprema eſt, dicit quòd erat lux hominum: ad differentiam lucis corporeæ quam oculis corporeis videmus, quæ eſt lux brutorum & non hominum ſecundum quòd homo præſtat cunctis ſenſibilibus quanuis ſit hominum ſecũdum quòd homo communicat cũ alijs animalibus in natura ſenſitiua. Ad differentiam itaque iſtius corporeæ lucis, illa ſuprema vita verbi dicitur lux hominum ſecũdum quòd homo: hoc eſt ſecundum partem intellectiuã hominis: ex qua homo eſt homo: quoniã ex ipſa reponitur in ſpecie hominis. ¶ Deſcribit autem ſupremam lucem itelligibilẽ per hoc quòd eſt lux hominum potius quam per hoc quòd eſt lux angelorum: tum vt ex ijs quæ nobis ſunt nota, lucem illam nobis manifeſtaret euangelium ſiquidem hominibus nõ angelis ſcribebat, & nos quidem lucẽ intelligibilem participare cognoſcimus experientia in noſtro intellectu: angeli autem nobis ignoti ſunt. Tum quia homo infima eſt creatura inter omnes creaturas intellectum habentes ac per hoc dicendo quòd ſupra vita eſt lux hominum comprehendit quod eſt multo magis lux aliarum ſuperiorum creaturarũ intelligentium. conſequens eſt enim quòd ſi ſuprema lux eſt lux infimi intellectus, multo magis ſit lux intermediorũ intellectuum. Si aũt dixiſſet quòd eſt lux angelorũ, clariſſemus illatiõe quòd eſſet etiã lux hominũ: quoniã conditiones & ſtatus angelicæ naturæ lõge diſtãt à natura hominis: & multa cõueniũt eis quæ non cõueniũt nobis. Tũ ad excludendũ illorũ dogma qui negant primã lucẽ extendi per ſeipſam ad intellectũ humanum, putantes intellectũ noſtrũ illuminari ab infimo lumine, hoc eſt ab infima intelligentia, ab infimo angelo: tanquã prima lux non per ſeipſam poſſit ſe extendere ad intellectũ noſtrum, ſed mediantibus cauſis ſecundis. ¶ Et dixit lux hominũ, non hominũ iuſtorum ſeu ſanctorum: vt intelligamus quòd de hominibus quatenus homines ſunt (hoc eſt ſecundum eſſe naturale, ſecundum primeuũ eſſe quod habent) loquitur. Qui enim eſt lux hominum ſecundum eſſe ſubſtantiale hominũ. multo magis eſt eorundẽ lux ſecundũ eſſe ſuperadditum, ſecundũ eſſe gratię. ¶ Adiunxit aũt lucẽ vitæ verbi (dicendo & vita erat lux) eiſdẽ rationib⁹ quibus prius dixerat in ipſo vita erat hoc eſt tum ad conſequenter progrediendum, poſt eſſe & vitam perueniendo ad lucem intelligibilem, vt explicetur vna atque eadem res verbum, vita & lux intelligibilis: ne eſſe, viuere & intelligere ſeparata intelligantur, ſed in vnã ſimpliciſsimã rẽ coire. Tũ vt exemplar rerum factarum deſcribatur perfectum: præhabens in ſe non ſolum

ſum eſſe ad vitã ſed etiã cognoſcere. vt hinc intelligamus oſa per ipſum facta, nõ ſolũ quatenus ſunt & quatenus viuũt ſed etiã quatenus cognoſcũt, ab ipſo eſſe exẽplata. ¶ Vbi perſpicacius nota erudite lector ꝙ quũ in quatuor rerũ gradus diſtribuatur vniuerſitas factorũ (ſcilicet in ea quę ſunt tãtũ, in viuẽtia, in ſenſitiua, & in intellectiua) euãgeliſta omnia quidẽ facta dicit per verbũ, ſed tamen in verbo non locat niſi tria, ſcilicet eſſe, viuere & intelligere. Et ipſum intelligere non ſub nomine intellectionis ſed ſub nomine lucis intelligibiliũ deſcribit: ea proculdubio ratione ꝙ fons intelligibilis luminis præ habet in ſe eminentiſsimo mõ quicquid eſt cognitionis ſenſitiuæ. cognitio enim ſenſitiua propter ſuã imperfectionẽ nõ eſt formaliter in verbo. Et ſicut non vita vegetatiua ſed vita formaliter eſt in verbo, ita non cognitio ſenſitiua ſed cognitio quam lux ſignificat eſt in verbo ita ꝙ ex illa luce, exemplata eſt omnis facta cognitio tã intellectiua q̃ ſenſitiua. [Et lux in tenebris lucet.] Dixerat ꝙ ſuprema illa lux ẽ lux hominũ (proculdubia qa videri põt ab intellectu hoĩs: ſicut tamẽ lux ſolis videri poteſt ab oculo noctuę, quo ad cognitionẽ naturalẽ quã experimur. Secus aũt eſt de viſione quã ſperamus, tũc enim illa lux, clare erit lux clare viſa ab hoĩe) declarat mõ quare dixerit hoĩum, ex differentia inter hoĩes & alia ſenſibilia reſpectu ſummæ lucis. ¶ Appellatiõe itaq; tenebrarũ ſignificat res oẽs ſenſibiles: quia priuatę ſunt lumine intelligibili. nam tenebræ non ſignificant naturam aliquã, ſed priuationem luminis. & conſtat quod lux illa non lucet in nihilo, in ijs quæ non ſunt, ſed in rebus: ac per hoc in tenebris, hoc eſt in rebus priuatis lumine intelligibili, ſignificatur lux lucens. ¶ Et ſignificanter dicit lux lucet in tenebris, & non dicit lux illuminat tenebras. quoniam intendit ſummã lucem ita lucere in ſenſibilibus rebus vt tamen ab eis non tollat tenebroſitatem, vt tamẽ eas relinquat priuatas lumine intelligibili. ad ſimilitudinem lucis corporeæ lucentis in tenebris, ſic quod ipſa quidem lucet, tenebræ autem non tolluntur. vt experientia teſtatur in quibuſdam corporibus: lucidis quæ videntur nocte in tenebris. Iuxta hanc ſiquidem ſimilitudinem excelſa dei vt poſſumus balbutiendo reſonamus. quum hoc longe diſsimile ſit à relucentia diuini verbi in rebus ſenſibilibus. Sed hac ſimilitudine volumus intelligi quod lucet in tenebris & non tollit tenebras. ad hoc enim ſignificandum Euangeliſta dicit vtrunque ſcilicet quod lucet, & quod in tenebris. Si enim tenebras tolleret, non diceret quod lucet in tenebris: quia non luceret in tenebris, ſed in claro, ſed in ijs quæ

fuerunt

fuerunt tenebrę. Quod manifeſtius etiam ſubiungitur dicendo. [Et tenebrę eam non cõprehenderunt.]pro,apprehenderunt. Ecce manifeſte remanentes tenebrę ſignificantur. Nec dicit & tenebræ eam non cognouerunt,ſed non apprehenderunt,hoc eſt non attigerunt ad eam. Potuiſſet euangeliſta eandem ſententiam explicare dicendo & lux quidem in tenebris lucet ſed non eis (quia nõ tranſfert res ſenſibiles in ordinem intelligibilium) ſed ex induſtria noluit imputari luci quod tenebræ remanent tenebrę. hoc eſt quod res ſenſibiles non attingunt ad ordinem intelligibilium, in quo lux ſumma & lucet & illuminat. Sed curauit explicare quod hoc prouenit ex naturali impotentia ipſarum tenebrarum hoc eſt rerum ſenſibilium,propter hoc enim vtitur dictione apprehenderunt. Tenebras ſiquidem non apprehendere lucem in eis lucentem eſt non attingere ad participationem luminis ipſius, eſt non illuminari ab ipſa ¶Et quum dicat lucet in præſenti, propter perſeuerantiam lucendi in ſenſibilibus,dicit in prętcrito non apprehenderunt ad ſignificandum quod ex ipſa ſua natura quam ex ſui creatione ſortitæ ſunt res ſenſibiles,habuerunt vt non attingerent ad lucem hanc. ¶Significatur itaque per hæc quod lux ſũma lucet in rebus ſenſibilibus,quanuis res ſenſibiles non illuminentur ab ipſa: quia nec quatenus ſentientes eriguntur in cognitionem illius,nec quatenus ſenſatę illius pariunt cognitionem,ſed ſic in ſenſibilibus lucet vt teſte Apoſtolo ad Rom. 1. quatenus intellecta ducant in illius cognitionem. ex quibus patet declaratum eſſe qualiter lux illa ſumma proprie eſt lux hominum, rerum autem ſenſibilium eſt tanquam tenebrarum, in quibus ſic lucet quod ab eis non attingitur. ¶Poteſt aliter particula hæc intelligi,vt quum dictum eſt & vita erat lux hominum,intelligatur de luce ſpirituali vniuerſaliter,quia vere erat lux hominum tam in eſſe naturæ quam gratiæ. quum autem dicitur & lux in tenebris lucet,de lucere lumine gratiæ intelligatur. Etenim diuina lux inter tenebras peccantium indefeſſe lucet reuelata mundo fide per patres & prophetas internis inſpirationibus, multis teſtimoniorum radiis per miracula &c. & tenebræ,hoc eſt mentes capaces luminis gratiæ propter peccatum tenebroſæ,eam quatenus lucem gratiæ non attigerunt. Vere non attigerunt: quia non peruenerunt ad tangendum illam tactu fidei formatæ ,quandiu tenebræ ſunt. ¶Prima expoſitio,conformior eſt antecedentibus quæ de verbo abſolute loquuntur. hæc autem conformior eſt ſequentibus: quæ de verbo relatiue ad eſſe gratiæ tractant,inchoando a teſtificatione

ne Ioannis Baptiſtæ. [Fuit homo.] De Ioanne Baptiſta loquitur. Deſcriptis ſiquidem ijs quæ ad diuinitatem verbi ſpectant, deſcendit ad deſcribendum incarnationis myſterium. ¶Et ſignificantius dicit fuit homo: ad excludendum errorem illorum qui Ioannem putant fuiſſe natura angelum: eo quod à Malachia propheta appellatur angelus, ecce ego mitto angelum meum. & declaratur Matth 11. & Mar. 1: Hominem itaque fuiſſe Ioannem deſcribit: ſed officio angelum, ſubiungens. [Miſſus a deo.] Eſſe enim nuncium dei, eſt eſſe angelũ, officio, Quando miſſus ſit, ſcribit Lucas ſcilicet anno quintodecimo imperij Tiberij Cæſaris, Sed modus quo miſſus eſt, nulla autentica ſcriptura habetur: an ſcilicet viſibili apparitione, an ſola interna inſtructione & deſtinatione. Ipſe enim Ioannes inferius dicet qui me miſit baptizare, ille mihi dixit &c. [Cui nomen erat Ioannes.] Superfluit erat. Ioannes ſiquidem eſt nomen eius: ſed Baptiſta cognomen à baptiſmo cuius fuit author. [Hic venit in teſtimonium.] Officium Ioannis deſcribitur quod venit teſtis In quo ſignificatur omnes conditiones requiſitæ ad idoneum ac omni exceptione maiorẽ teſtem vtpote à deo miſſum in teſtem. ¶Et dicendo venit in teſtimonium, deſcribit quod ex intentione ſpecialis officij venit ad teſtandum. Et hoc ad differentiam aliorum ſanctorum. qui quanuis vita, operibus, ſcriptura & verbo teſtimonium reddant diuinæ luci vt glorificetur, deus. non tamen ſpiritualiter miſſi ſunt à deo vt proprium eorum officium ſit teſtari, ſed ad hoc vt bene viuant & doceant commune ratione electi ſunt à deo. Ioannes autem ad hoc miſſus ſignificatur à deo vt veniat teſtis. [Vt teſtimonium perhiberet de lumine.] pro, de luce. Ne vagaremur quę rendo ad quid teſtandum venit Ioannes, explicat materiam teſtificandam eſſe lucem, proculdubio illam quæ ſuperius dicta eſt lux hominum In quo cõſignificatur tum Ioannem habuiſſe certam claramque notitiam de luce illa: alioquin non veniſſet idoneus teſtis: quod n. ſcimus loquimur & quod vidimus teſtamur, vt inferius cap. 3. dicitur. Tum alijs ignotam fuiſſe lucem illam. nam ſi fuiſſet lux illa manifeſta reliquis, non opus fuiſſet immo ridiculus fuiſſet teſtis: ſicut ridiculum eſt adhibere teſtem ad teſtificandum de luce ſolis. [Vt omnes crederent per illum.] Finis officij Ioannis (ſcilicet teſtificationis) deſcribitur fides omnium. ¶Sed aduerte primo quod pronomen interpretatum illum, in textu Grę co anceps eſt ad maſculinum vel neutrum genus, & propterea duplex poteſt eſſe ſenſus. Alter vt pronomen demonſtret Ioannem. &

ſignificetur vt omnes crederent per Ioannem teſtem. Alter vt pronomen demonſtraret lucem, Græcis neutri generis & ſignificetur vt omnes crederent per illã lucem à Ioanne teſtatam. Et hic ſenſus magis conſonat veritati: quoniam Ioannes non venit ad teſtandũ vniuerſo mundo de ſumma luce, ſed ad teſtificãdum Iudæis, & ijs qui in terra promiſsionis erãt. ac per hoc non venit vt omnes crederent per ipſum teſtem. Neque nos etiam credimus propter Ioannis teſtimonium quoniam vt ipſe Ieſus inferius dicet, ego habeo teſtimonium maius Ioannis. Amplius Ioannes non docuit omnia credenda, ſed Ieſus. Quocirca ad hoc Ioannes teſtatus eſt de luce vt lux haberetur lux, crederetur lux, vt tranſmitteret homines ad lucem, per quam omnes inſtruerentur in fide, per quam omnes ducerentur ad credendum. Hoc n. facto comprobari legimus. nã conſtat Ioannem tranſmiſiſſe ad lucem etiam quum in carcere eſſet, vt per lucem inſtruerentur in fide, vt per lucem crederent. Non n. dedignata eſt lux miniſterium prædicationis exercere, miracula adhibere, diſcurrere &c. vt per ipſam omnes crederẽt. Hoc experimur, nam per Euangelium non Ioannis ſed lucis nos credimus. ¶ Aduerte ſecundo quòd dicendo omnes, non deſcribit fructum ſed finem intentum voluntate antecedente. ſicut dicit apoſtolus 1. ad Timo. 1. deus vult omnes homines ſaluos fieri, & nunquid voluntatis meæ eſt mors impij dicit dominus deus, & non vt conuertatur à viis ſuis & viuat? Eze. 18. Et nihilominus teſtatę lucis ſufficientia explicatur ad hoc vt non aliqui ſed omnes crederent per illam euãgelizantem, miraculiſque coruſcantem. ¶ Aduerte tertio q̃ non dicit vt ſcirent ſed crederent. Apte ſiquidem teſtimonio reſpondet fides non ſcientia, non. n. ſcientia innititur teſti, ſed demonſtrationi, ſed euidentiæ: fides autem eſt quæ teſtimonio innititur. Lux autem à Ioanne teſtata non docuit ſcienda ſed credenda: vtpote ea quæ excedunt capacitatem ſcientiæ noſtrę, & neceſſaria ſunt ad ſalutem æternam. Quæ in hac vita nobis tanquàm diſcẽtibus oportet proponi credenda (quia oportet addiſcentem credere) videnda poſtea in alia vita quũ euacuabitur imperfectio noſtra. [Non erat ille lux] In textu græco præponitur articulus dictioni lux ad ſignificandum quòd Ioannes non erat illa lux ſumma. ¶ Et hinc excluditur obiectio opponẽtium quòd Ieſus dixerit apoſtolis, vos eſtis lux mundi. pari ſiquidem ratione Ioannes vere poteſt appellari lux. Liquet enim nullum patere aditum obiectioni, ex eo quod non negatur lux communiter ſed lux cum articulo: hoc eſt ſuprema lux. ¶ Et dixit hoc euangeliſta: quoniam lux teſtata à Ioan-

ne

ne erat etiam homo: ipſe nempe Ieſus. Ad declarandum itaque diſparitatem maximã inter Ioannem & teſtatam lucem, ſubiunxit nõ erat ille lux. [Sed: vt teſtimonium perhiberet de lumine.] pro, de lucc. Repetit officium Ioannis cum materia teſtificanda. vt intelligam⁹ teſtificationẽ Ioannis nõ alio tendere quam ad teſtandam diuinitatẽ Ieſu Chriſti. hoc eſt enim teſtari de luce latente in Ieſu Chriſto: immo de luce quæ erat Ieſus Chriſtus. ſed quia carne velata (vt inferius explicabit) ideo teſtimonio Ioannis opus fuit. Magna ſiquidem authoritas tanti viri qui putabatur quod eſſet ipſe Meſia, extitit ad ſuadendum hominibus quod non ipſe ſed Ieſus erat lux ſumma. [Erat lux vera.] In textu Græco præponuntur duo articuli. alter dictioni lux: alter dictioni vera. ¶ Vbi erudite lector nota ordinem ſubiunctorum intendit enim ſingula declarare quæ præpoſuit circa officium Ioannis. Et inchoat à materia teſtata, quam appellauerat lucem, explicando quod teſtata à Ioanne lux non erat quæcunque lux ſed erat cum articulo (hoc eſt lux illa ſuprema) ac illa vera. ¶ Quum dixit in ipſo vita erat, non appoſuit vera, ſed quum dicit erat lux, apponit vera: quia non ideo addidit vera vt excluderet ſuſpitionem falſitatis ad defectum aliquem (quoniam pari ratione dicendum fuiſſet vita vera) ſed ad explicandum apertius quod de ſumma luce intelligibili loquitur. Verum enim proprium eſt obiectum intellectus homogeniúmque eſt intelligibili: perindeque dictum eſt quod lux à Ioanne teſtata erat illa lux illa vera, acſi dictum fuiſſet quod erat ſumma lux ſumme intelligibilis. Et per hoc diſtinguit hanc lucem non ſolum à luce ſenſibili, verumetiam ab omni luce intelligibili citra ſupremam. [Quæ illuminat omnem hominem.] Superius appellauit eam lucem hominum, & in tenebris lucentem non tamen illuminantem tenebras: modo conſequenter dicit quod præbet lumen omni homini. ¶ Non dicit alicui homini ſic & alicui non, ſed vniuerſaliter quod illuminat omnem hominem: vt intelligamus naturale lumen intellectus agentis quo videmus immediate abſque ſtudio veritatem primorum principiorum. quibus intercedentibus conſurgimus etiam ad videndum inuiſibilia dei per ea quæ facta ſunt intellecta. hoc enim lumen præbet omni homini lux illa ſuprema. [Venientẽ in hunc mũdũ.] Superfluit pronomen hunc. Et in textu Græco præponitur articulus dictioni mundum ad ſignificandum quod loquitur nõ de parte ſed de integra vniuerſitate rerum quæ mundus appellatur.

¶ Tempus itaque illuminationis exprimitur, dicendo venientem

in

in mundum, ita quod omnis homo tunc illuminatur quando venit in mundum. Venit autem in mundum quando fit: immo ipsum eius fieri est eius venire in mundum. Nam si prius fuisset, iã esset pars mundi. fuisset enim pars aliqua vniuersæ creaturę. & sic non venisset in mundum. Et rursus fuisset prius scilicet ante illuminationem à summa luce: quoniam illuminatur veniens in mũdum. Contra hæreses ergo quorumcunque dogmatizantium animam hominis præextitisse ante ipsum hominem cuius est, dicit Ioannes quod illuminat venientem (& non ante) in mundum. hoc est in vniuersitatem creaturarum. ¶ At si quæris cur non dixit qui fit, ex quo venire in mundum est idem quod fieri in mundo: In promptu ratio est. ad significandum scilicet quod anima hominis venit ab extrinseco: hoc est fit non eductione ipsius de potentia materiæ (sicut fiunt animæ reliquorum animalium) sed fit simplici emanatione à deo. non prius quàm infundatur corpori: sed creando infunditur & infundendo creatur. Ad describendum ergo singularissimum modum fiendi quo anima cuiuslibet hominis fit, dixit venientem in mundum. ¶ Et si rursus quæsieris cur dixit omnem hominem, & non dixit omnes animas hominum? In promptu quoque ratio est ne erraremus saltem suspicando animas præexistere aut præilluminari antequam homo existat & illuminetur. In mundum itaque omnem hominem venientem ratione suæ animæ qua reponitur in spem hominis, describit illuminari: vt omni ambiguitate excluſa intelligamus tunc intellectum animæ nostræ illuminari quum homines fimus: quod est dum anima creando infunditur corpori & infundendo creatur. Et dixit hoc ad describendum illam summam lucem à Ioanne testatam, esse illam quæ est creatrix animarum intellectiuarum singulorum hominum vt ex opere disceremus quod est summa lux summe intelligibilis. Dixi autem creatrix: quia non aliter illuminat omnem hominem venientem in mundum quam creando animas nostras cum lumine intellectus agentis. [In mundo erat.] Dixerat vt crederent, & propterea modo aperit necessitatem credendi, ex hoc quod verbum præsens in mundo non fuit cognitũ. ex hoc enim quod cognitum non fuit, oportuit vt vel fide cognosceretur: ne omnino remaneret ignotum. Præsentiam ergo verbi in mundo describit, dicendo in mundo erat: ne eius absentiæ imputaretur quod non est cognitum. ¶ Et scito quod quum quater nominetur mundus (semel dicendo venientem in mundum: & nunc, in mundo erat: & tertio, & mundus per eum factus

est,

eſt: & demũ,& mundus eum non cognouit)ſemper dictioni mundus præponitur articulus in textu Græco:ad ſignificandum quòd non diuerſimode mũdi nomine vtitur his quatuor vicibus.In mũdo itaque,hoc eſt in vniuerſo,erat verbum: quod ſecundum ſuam naturã eleuatum eſt ſupra totũ vniuerſum. [Et mũdus per ipſum factus eſt.] Ne errares intelligendo quòd verbũ erat in mundo ſicut pars aliqua vniuerſi,ſubiunxit modũ quo erat in mundo dicẽdo & mundus per ipſum factus eſt.Nõ enim ad explicãdum quòd mundus factus eſt per verbum,hoc ſubiunxit (quia iam hoc prædixerat aperte,dicendo omnia per ipſum facta ſunt & ſine ipſo factum eſt nihil quod factũ eſt)ſed ad declarãdum modum quo verbum erat in mũdo, ſubiunxit & mundus per ipſum factus eſt. vt hinc intelligamus quòd verbum erat in mundo ſicut exemplar in exemplato,& non ſicut aliquid clauſum in mundo. [Et mundus eum non cognouit.]Eum pro ipſum. Neutro enim genere Latina lingua interpretandũ fuit:vt congrua grãmatica referatur ad verbũ. ¶Cogor ex idẽtitate ſignificati mũdi,intelligere quod & verũ eſſe conſtat.ſ.quòd mundus non cognouit diuinum verbum: hoc eſt nulla creatura cognouit diuinum verbum, quanuis exiſtens in mũdo facto per ipſum quia nec homines nec angeli cognouerũt diuinum verbum in creaturis repræſentatum: quia omnes latuit myſterium trinitatis quia myſterium trinitatis excedit naturalem cognitionem & hominum & angelorum. Vnde & ipſe Ieſus dicit nemo nouit patrem niſi filius,neque filium quis nouit niſi pater. ¶Vbi erudite lector perſpice euangeliſtam reddere rationẽ quare oportet credere, ex hoc quòd myſterium trinitatis incognitum fuit naturali notitia non ſolum hominibus ſed etiam vniuerſis creaturis.hoc enim clare ſignificatur dicendo, & mundus ipſum(verbum)non cognouit,verbum namque perſonam ſignificat trinitatis.[In propria]pro,in ſua,[venit,]Dixerat vt teſtimonium perhiberet de luce: & ſubiunxit poſtea quæ eſſet illa lux,ſed adhuc nõ dixerat veniſſe illam. Et propterea modo ſub verbi nomine deſcribit veniſſe: ad declarandum quòd Ioannes venit vt teſtimonium perhiberet de luce poſtquàm lux venit in ſua.¶Sed caue ne erres neſciendo iungere & verificare hæc duo ſimul ſcilicet in mũdo erat,& cum hoc venit in ſua.Diuerſus enim modus eſſendi,veritatem aperit.In mundo ſiquidem erat & eſt ſemper tanquàm exemplar in exemplato: venit autem alio modo ſcilicet perſonaliter formam ſerui accipiens. ¶Et dicit in ſua,non ſolum ad ſignificandum quòd facta omnia ipſius ſunt,ſed ad explicandã ratio-

nem quare venit scilicet ob sua. Consentaneum siquidem humanę rationi est vt dominus quandoque veniat ad sua, visitet sua, restauret sua quæ reparatione indigent. Et hanc fuisse rationem aduentus verbi dei in mundum, dubium nullum est. [Et sui eum non receperunt] Dixerat vt omnes crederent: ne errares intelligendo fructum aduentus verbi esse fidem omnium, declarat modo Euangelista quòd non omnes crediderunt. [Sui] Non dicit omnes sui sed indefinite sui, hoc est homines. quos iam definierat suos, dicendo illuminat omnem hominem venientem in mundū. nam nullius magis proprij sunt quàm illius qui creauit eos. [Eum.] pro, ipsum. vt congrua grammatica referatur ad verbum. [Non receeperunt.] fide In qua etiam clausula redditur ratio opportuni testimonij Ioannis Baptistæ. nam si accedente officio Ioannis Baptistæ adhuc homines non crediderunt verbo quod venit in mundum, multo pauciores credidissent sine Ioānis officio. [Quotquot autem receperunt eum.] Dixerat vt crederent: & postea subiunxit necessitatem credendi. explicat modo vtilitatem credendi: vt cognoscamus quantum est vtile nobis credere. ¶ Dicendo quotquot autem, manifestat quòd indefinite dixit sui ipsum nō receperunt: è regione distinguēs alios qui receperunt. Aperit quoque nullam esse disparitatem sexus, ætatis, status, gentis &c. inter recipientes ipsum: nullúmque esse limitatum hominibus numerum recipientium qui possint fieri filij dei, sed quotquot receperint omnes posse fieri filios dei. ¶ Et dixit hoc ne quis putaret se tarde recipere, completo iā numero: aut se non idoneum ex conditione, statu, sexu, gente &cæ. [Receperunt eum.] pro, ipsum. refertur enim verbum. Receperunt inquit in præterito. non recipient. ad significandum quòd de fidelibus loquitur susceptā iam fide Christi. [Dedit eis potestatem filios dei fieri.] pro, vt filij dei fierent. Non dicit dedit eis potestatem vt filios dei se facerent sed vt fierent filij dei. Sicut enim in naturalibus elementis est potestas non vt se moueāt sursum aut deorsum, sed vt moueatur terra deorsum & ignis sursum, ita Christi fidelibus data est potestas non efficiendi seipsos filios dei (actio enim hæc omnem creatam facultatem excedit) sed vt fierent filij dei. potestas autem hæc, donū gratiæ gratum facientis est illa enim possumus potentia propinqua, potētia quæ est velut inchoatio eiusdem generis, fieri filij dei. Ēt est sermo de filijs dei adoptione consummata: hoc est in statu gloriæ. hanc enim suprematn vtilitatem fidei intendit fidelibus ꝓponere: vt patet ex subiunctis. [Ijs qui credunt in nomine.] pro,

in no

in nomen, [eius.] Exponit quibus dedit dictam potestatem: ne errares intelligendo datam esse omnibus qui fidē receperunt Christi. Adiungit siquidem receptæ fidei duo. Alterum est perseuerantia in fide: significata dicendo iis qui credunt. Et propterea non dicit iis qui crediderunt, sed qui credunt: hoc est perseuerant credendo. Alterum est studium ad diuinam gloriam: significatum dicendo in nomen eius. Multi enim perseuerant credentes: sed non tendendo in nomen, in gloriam, famam, laudem dei. Sed qui credunt in nomen verbi, non quærunt quæ sua sunt. sed tendunt ad ea quæ sunt nominis (hoc est famæ, laudis, gloriæ) Iesu Christi verbi dei. ¶ Et ex ista clausula apparet quòd loquitur de gloriosa adoptione filiorum dei: ad quam suspirat Apostolus ad Romanos octauo. nam filios dei fieri & esse per gratiā in præsenti vita, collatum est etiam iis qui non perseuerant credentes in nomen eius. [Qui.] Hoc relatiuum non refert eos qui credūt, sed refert filios dei. Postquàm enim exposuit illam particulam quotquot receperunt eum, adiungendo iis qui credunt in nomen eius, exponit modo reliquam particulam. scilicet filios dei fieri. declarando modum quo nascuntur filij dei [Non ex sanguinibus.] Nō nascuntur filij dei ex commixtione seminum, ex coniunctione maris & fœminæ, ex actione & passione partis vegetatiue. ¶ Sanguines appellauit semina humana, masculi & fœminæ: quoniam masculinum semen sanguis est causaliter. fœmineum autem forte est sanguis etiam formaliter Sine dubio autem est causaliter: appellando mulieris semen quod vt materiam præbet mulier generationi. [Neque ex voluntate carnis.] Filij huius seculi, delitijs vacantes, ducentes in bonis dies suos, sunt illi ad literam qui nati sunt ex voluntate carnis: hoc est ex voluntate carnalibus affecta. neque sic nasci filios dei, Ioannes describit. [Neque ex voluntate viri.] Heroici homines, ex studio ad ardua erecti quodammodo in deos apud opinionem hominum, ad literam dicuntur nati ex voluntate viri: hoc est ex voluntate affecta ad supremū virilitatis. Et neque sic nasci filios dei, Ioannes scribit. ¶ Et in his tribus modis comprehendit omnes modos quibus homines fiunt tam secūdū esse naturę quàm secundū esse moris & status cuiusque. Fieri quidē quo ad naturalia, primo mēbro cōprehenditur. Fieri aūt secundū mores & status, aut est secundū voluntatem affectā iis quę sunt corporis quæ in secundo membro deprehenduntur aut secūdū voluntatē affectā iis quæ sunt animi quæ tertio mēbro cōprehenduntur. In quo magna est latitudo. alij enim militia, alij scie-

tijs ſpeculatiuis, alij inuentionibus artium, alij morali rigore, affecti ad ea quę ſunt animi ſunt. Omnes itaque humani modi excluduntur à fieri filios dei. [Sed ex deo nati ſunt.] Non dicit facti ſunt, ſed nati ſunt. & ſimiliter non dicit à deo (velut ab extrinſeco) ſed ex deo, velut homogenio ad ſignificandum filios dei ſpectare ad genus diuinum: hoc eſt ordinem incommunicabilem vt ſit naturalis quibuſcunque ſubſtantijs aliis à deo, quantumcũque excellentibus, tam factis quàm factibilibus. Eſt enim ille rerum æternæ fœlicitatis, ordo rerum ſupernaturalium, non reſpectu huius vel illius ſed ſimpliciter & abſolute: quia eſt conſtitutiuus in ijs quæ propria ſunt deo qualia ſunt videre deum ſicuti eſt trinum & vnũ, frui ipſo deo immediate & inamiſsibiliter. Hoc eſt enim eſſe filios dei conſummate. & propterea ex ipſo deo naſci eos oportet. vtpote ad diuinum genus inamiſsibiliter eleuatos. Hæc eſt vtilitas fidei Chriſtianæ. [Et verbum caro factũ eſt.] In textu Gręco præponitur articulus dictioni verbum ad ſignificandum quòd de illo verbo loquitur de quo tot & tanta dixit. ¶ Dixerat quòd Ioannes venit vt teſtimonium perhiberet de luce, ipſi Ioanni nota, alijs occulta. & ſubiunxerat quod in ſua venit. Aperit nunc & modum quo venit, in quo latuit lux: & ſimul declarat non eſſe incredibile quod dixerat (ſcilicet homines fieri filios dei ita quòd ex deo nati ſunt) dicendo & verbũ caro factum eſt. Hæc enim omnia per hoc explicat. Nam & mundum quo venit explicat, dicendo quòd factũ eſt caro. Ne enim errares vagando ad quærendum modum veniendi, explicat quòd verbum veniſſe in ſua, eſt verbum factum eſſe carnem. Acſi apertius dixiſſet in ſua venit ſic ſcilicet quòd verbum factum eſt caro. In quibus verbis ſimul dicit quòd lux in carne latuit. Et ex quo hoc ſuperãs omnia mirabilia immo omnia excogitabilia verum eſt (ſcilicet quòd verbum caro factum eſt) facile credendum eſt homines aliquos ex deo naſci filios dei. ¶ Et quoniam in his verbis definitur incarnationis myſterium, oportet diligentiſsime ac perſpicaciſsime hæc intelligere. Intellige igitur ante omnia verbum non dici factum. Non enim dicit & verbum factum eſt (hoc ſiquidem eſſet contra ſuperius dicta, omnia per ipſum facta ſunt & ſine ipſo factum eſt nihil quod factum eſt) ſed dicit verbum factum eſt caro. Non enim ſignificatur quòd verbum incœpit eſſe, ſed quòd verbum incœpit eſſe caro: non ſignificatur quòd verbum factum eſt, ſed quòd verbum factum eſt caro. ¶ Et quoniam verbum deus eſt alienum ab omni mutabilitate, oportet intelligere quòd verbũ abſque quacunque ſui mutatione

tatione factum est caro.ita quòd nulla alteratio,nulla mixtio,nulla cõuersio in verbo significetur. Non enim alteratione aliqua alteratum est verbum vt fieret caro: nec mixtio aliqua verbi cũ carne interceſsit, nec verbũ verſum est in carnẽ. Hæc ſiquidẽ omnia ſomnia potius quàm dogmata appellanda ſunt: quoniam conſtat immutabile omnino eſſe verbũ quod erat in principio deus. Vere itaque ac proprie & tamen abſque ſui mutatione verbum factum eſt caro. ¶ Et quoniã fieri terminatur ad eſſe,& eſſe carnem eſt eſſe ſubſtantiam,oportet quoq; ītelligere quòd verbum factum eſt caro ita quòd iam eſt caro.Et hinc excluduntur errores quorumcunque dicentiũ quòd verbũ iunctũ eſt carni relatione aut negatione aut quocunque eſſe accidentali Nulla enim relatio,nulla negatio.nullúmque eſſe accidentale ſufficit ad verificãdum verbum eſt caro,vt patet quanuis ſufficeret ad verificandum,verbum inhabitat carnẽ,aut verbum eſt carneum,& ſimilia.eſſe enim carnẽ eſt eſſe ſubſtãtiam, & non eſt denominari à ſubſtantia Propter quod Ioannes non dixit verbum factum eſt carneũ,ſed dixit verbum factum eſt caro:expreſſe ſonans quòdverbum incœpit eſſe caro:quę eſt ſubſtantia,& non denominatio,non relatio,non negatio, non accidens aliquod à ſubſtantia ¶ Et ſi perſpicacius conſiderentur hæc verba(quibus ſignificatur quòd verbum in ſua integritate remanens verbum,factum eſt caro non carneum)apparebit Euangeliſtã excluſiſſe ab hoc facto, omnẽ modum quo apud nos vna res pręexiſtens ſit alia Aer enim qui fit aqua,non remanet aer:homo qui fit albus,non fit albedo:& vniuerſaliter materia nõ fit forma. verbũ autem factum eſt caro,factum eſt alterum extremum: & vt dictũ eſt abſque omni ſui mutatione ¶ At ſi inſtas quomodo ergo intelligemus ꝙ verbum factũ eſt caro? Reſpondemus ꝙ verbũ factum eſt hypoſtaſis carnis.verbum ſiquidem ab æterno ſuapte natura erat hypoſtaſis diuina:& vbi venit plenitudo temporis, factũ eſt hypoſtaſis carnis.ita quod illamet hypoſtaſis quæ erat hypoſtaſis deitatis,eſt modo etiã hypoſtaſis carnis:& propterea vere dicitur & eſt caro.nam hypoſtaſis carnis vere eſt caro:ſicut hypoſtaſis naturæ bouinæ vere eſt bos.& ſic de alijs. ¶ Quum autẽ dupliciter intelligi poſsit verbum fieri hypoſtaſim carnis(vel quòd carnis præexiſtentis propriã hypoſtaſim abiecerit & loco illius ſubintrauerit vel quòd quum caro fieret,præuenerit verbũ carnis hypoſtaſim propriã)ne errares putando ꝙ verbum præexiſtentem carnem aſſumpſerit & hypoſtaſim carnis corruperit, dixit quòd verbum factũ eſt caro. Ex hoc enim quòd verbũ factum eſt caro,

habetur & quòd verbum nihil carnis abiecit (nam quũ homo fit albus, nihil albi abijcit: & quum aër fit aqua, nihil aquæ abijcit. & vniuersaliter nihil termini ad quẽ abijcitur in factionib⁹) & quòd caro non præextiterit, sed tunc facta est quando verbũ factum est caro. nã terminus in omni factione tunc fit quando factio terminatur. quũ enim homo fit albus, tunc noua est albedo: quum aqua fit aër, tunc nouus est aër: & sic de alijs. Quando itaque verbum factum est caro, tunc caro illa facta est, immo in hoc ipso quòd verbum factum est caro, facta est caro, non in seipsa sed in hypostasi verbi. vt suaui dispositione (nõ inferẽdo corruptionẽ) intelligatur quòd verbũ factum est caro. Præter hoc ꝙ fas nõ est à corruptiõe inchoare verbum eleuationẽ naturæ nostræ in diuinã hypostasim renouatricem mũdi. ¶ Et quanuis appellatione carnis intelligatur homo quum dicitur ꝙ verbum factum est caro, euangelista tamẽ nõ dixit & verbũ factum est homo, sed factũ est caro. tũ ad explicandam diuinã dignationẽ, in hoc quòd verbũ factum est id quod est infimũ in homine. s. caro. maxima siquidem describitur dei benignitas, dũ vsque ad infimũ descendisse describitur. ¶ Tũ ad excludendum erroneũ sensum qui fuisset acceptus si dixisset & verbum factum est homo. nã homo est homo ratione animæ intellectiuæ: ac per hoc intellectũ fuisset ꝙ verbum iunctum est homini ratione animæ intellectiuæ per gratiam, per operationem intelligendi & amandi, & non secundum esse substantiæ. Sed dicendo ꝙ factum est caro (quæ non est capax gratiæ, nõ intelligit, nõ amat) intelligendum expresit quòd verbum iunctum est carni secũdum esse substantiæ. ¶ Tum quia homo nomen est personæ hoc est rationalis naturę hypostasis, & non hypostasis absolute. & potuisset intelligi quòd verbum factum est persona hominis, & non hypostasis substantiæ. vt quidam textum hunc non penetrantes intellexerunt, dicendo vnionem factam in persona non hypostasi. Dicẽdo autem quòd verbum factum est caro, manifeste explicat quòd verbum factum est hypostasis carnis. quæ est hypostasis substãtiæ absolutæ. ¶ Tum ad explicandum diuinæ omnipotentiæ efficaciam: ex hoc quod pertingit ad faciendum deum esse etiam hypostasim substantiæ non solum rationalis sed irrationalis, sed inanimatæ. Quis enim auderet dicere verbum diuinum esse hypostasim corporis Christi mortui in illo triduo mortis, nisi Ioannes dixisset & verbum caro factum est ¶ Tum ad declarandũ naturas sensibiles (de quarum numero est caro) quas appellauerat tenebras, non esse malas: vt Manichæi fingunt. Ex hoc enim ipso quòd verbum

bum factum est caro, significatur quòd caro non est res mala: nō enim est fas cogitare, quòd supremum illud verbum factum est res mala. Si diceretur autem homo, omnia interpretarētur ratione partis intellectiuæ: per quam homo reponitur in specie hominis.

¶ Nec propterea omisit euangelista significare quòd verbum factum est homo· quoniam dicendo factū est caro, cointelligitur q; factum est homo Tum quia caro non est caro nisi sit animata caro enim mortua non est caro nisi æquiuoce, & similiter non est caro humana nisi sit animata anima hominis. constat autem etsi non dicit tamē significari & intelligi carnem humanam, quum dicitur, & verbum factum est caro. ¶ Tum quia hypostasis carnis in homine, est hypostasis hominis. Quanuis enim in homine sint plures partes, & à multis dicantur plures formæ nullus tamen fingit plures hypostases in vno homine. Vnde ex hoc quòd verbum factum est caro, ex hoc quòd verbum est iam hypostasis carnis illius humanæ assumptæ, habetur quòd factum est homo, quòd est hypostasis hominis. ¶ Tum quia explicato eo quod posset verti in dubium. reliqua illius mysterij vt certa cointellecta relinquuntur. Poterat autem in hoc mysterio dubitari an verbum vsque ad hoc infimum descendisset vt fieret caro, & propterea explicando quòd factum est caro, consignificata vt certa reliqt quòd factus est homo, quod est factus sensitiuus, quòd factus est rationalis: & reliqua quæ suppositō quòd factum est caro, in nullam debent ambiguitatem deduci [Et habitauit in nobis.] Pronomen nobis, monstrat quod non de habitatione in assumpta natura est sermo· nam assumpsit vnam singularem humanitatē, & non multas. Præpositio vero in (dicendo in nobis) monstrat q; non de habitatione locali seu exterioris conuersationis est sermo. dicendū enim fuisset & habitauit inter nos, vel nobiscū, si localis habitatio significaretur. De habitatione itaq; in cordibus nostris est sermo, quum dicitur & habitauit in nobis ¶ Et dixit hoc: ne errares existimando verbum est hoc quod factum est caro, impeditum esse ab habitando spiritualiter in animis nostris, & docuit quod verbum ita factū est caro quòd tamē habitauit spiritualiter in nobis secundū animam. Vnde & significantius dicit habitauit: ad excludendū impedimentū carnis, quæ habitare non potest in spiritu qui est anima nostra ¶ Et dicit habitauit, non dicit cōtulit nobis gratiā fidei spei charitatis, &c. ad significandā differentiam inter dona diuinæ gratiæ & virtutes animi. nam virtutes tam intellectuales quàm morales sunt ad perfectionem congeniti ani-

mi dona autem gratiæ ſunt ad hoc vt ab extra veniens verbũ de⁹, non hoſpes ſed habitator in animis noſtris ſit, vtens continue & ijs quæ ſunt animi,& ijs quæ ſunt corporis noſtri ſicut habitator vtitur domo in qua non hoſpitatur,ſed habitat. Vnde & Paulus dicebat,habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris, & de ſeipſo,an experimentũ quæritis eius q̃ in me loquitur Chriſti Dicendo itaque & habitauit in nobis,explicat quòd fuit intus in animis noſtris,continue vtens intellectu,voluntate,affectibus,viribus,ſtudio,operibúſq3 noſtris ad ſeipſum hoc eſt ſiquidem verbũ habitare in nobis : habitator enim ad proprium vſum domo vtitur. [Et vidimus]pro,& ſpectauimus Significatur enim plus quàm videre ſcilicet diligentius ac fixe intueri [Gloriam eius.] Quum dixiſſet quòd verbum caro factum eſt, occurrit modo tacitæ quæſtioni,quid ſcis tu de hoc? Et ſatisfacit quæſtioni dicendo,& ſpectauimus gloriam eius,ſcimus hoc quia vidimus. ¶Nec dicit & ſpectaui,ſed ſpectauimus.quia non ſolus fuit ſpectator. [Gloriam eius.] Non dicit miracula eius,ſed gloriam. Quam ſpectauit Ioannes cum alijs poſt Chriſti reſurrectionem,præcipue,indie aſcenſionis:tunc enim ſpectarunt gloriam eius. Quam etiam ſpectauit Ioannes cũ Petro & Iacobo in tranſfiguratione Ieſu. His enim modis directe verificatur,& ſpectauim⁹ gloriam eius:quoniam vtrobique ſpectatus eſt in forma glorioſa [Gloriam quaſi vnigeniti à patre.] Quaſi aduerbium ſimilitudinis eſt,non fruſtra appoſitum. ſed ad explicandam veritatem puram,ad explicandum quòd non ſpectauimus gloriam vnigeniti. Illam enim neque Ioannes neque alij diſcipuli viderunt: ſed reſeruatur videnda in cœleſti patria. Et propterea non dixit gloriam vnigeniti,ſed gloriam tanquam ſeu velut vnigeniti hoc eſt gloriam ſimilem glorię vnigeniti, hoc eſt gloriam repræſentantem vnigenitum. Et vere talem gloriam ſpectarunt tam in tranſfiguratione quam in aſcenſione Viderunt enim gloriam decentem vnigenitum,gloriam manifeſtantem vnigenitum:& non ipſam vnigeniti gloriam,quam in ſemetipſo habet ab æterno. ¶Et ſcito quòd dictio vnigeniti,eſt nomen & non participium : & propterea duplex poteſt reddi conſtructio literę. Altera, gloriam à patre tanquam vnigeniti,& tũc ſignificatur gloria collata â patre,& ad literam ſonat gloriam tranſfigurationis, in qua glorioſus viſus eſt dicente patre,hiç eſt filius meus dilectus, &cæ. Iuxta quod Petrus Apoſtolus etiam dixit in primo cap. ſecundę epiſtolæ. ſpeculatores facti illius magnitudinis : accipiens enim à deo patre honorẽ & gloriã,voce delapſa ad eum à magnifica glo-

ria,

ria,hic eſt filius meus dilectus,&c. Quia tamen duriuſcula eſt hæc conſtructio,reliqua plana eſt: vtà patre,referatur ad vnigenitum. reſpectu cuius conſtat dici patrem. ¶ Sed aduerte erudite lector q euangeliſta tranſit in aliud genus rerum. hactenus enim nunquam nominauit patrem aut filium,ſed verbum, deum,lucem,vitã. Duo rerum genera nobilia in vniuerſo ſunt: alterum rerum quę cognoſcunt,alterum rerũ quæ viuunt. Inter quæ tanta eſt diſtantia quòd in rebus cognoſcentibus quatenus cognoſcentes ſunt, non inueniuntur pater & filius. nullus ſiquidem angelus eſt pater alterius,nullus homo ſecundum quòd cognoſcit eſt pater alicuius: & ſimiliter nullum aliud animal ſecundum quòd cognoſcit, filium generat. In rebus autem viuentibus tantum, inueniuntur pater & filius: ſic quòd naturaliſſimum opus viuentium quatenus viuentia ſunt,eſt generare ſibi ſimile. ¶ Quum declaraſſet itaque Ioannes naturam intellectualem verbi,ac per hoc deſcripſiſſet verbum in ſupremo rerum gradu(ſummus enim rerum gradus eſt gradus intellectualis)ne erraremus intelligendo naturam intellectualem verbi quemadmodum eſt intellectualis natura in vniuerſo, ſcilicet abſque patre & filio, ſubiũgere curauit verbum ſic eſſe verbum,hoc eſt intellectualis naturæ, quòd etiam eſt filius vnigenitus à patre: vt per hoc doceret quòd hæc duo(ſcilicet eſſe intellectualis naturæ & eſſe naturæ habentis patrem & filium) quantũs in vniuerſo non coeant,ſed ſint diſparata, in deo tamẽ vniuntur: immò abſque omni diſtinctione cum ſumma ſimplicitate prehabentur. Ita quòd non metaphorice autſola appellatione, ſed vere & proprie ſunt in diuina natura pater & filius: immò pater & filius vnigenitus. ita quòd verbum vere & proprie eſt filius vnigenitus & dicens verbũ eſt vere & proprie pater, á quo genitus eſt filius vnigenitus. Hæ ſiquidem omnia clare ſignificant hæc euangeliſtæ verba,explicantia verbum eſſe vnigenitum à patre. nã dicendo patre, conſignificat cor relatiuum eius, filium. & dicendo vnigenitum,explicat vnicum genitum filium à patre. Ita quòd plᵉ explicat dicendo vnigeniti à patre, quàm ſi dixiſſet filij à patre. nam explicatur etiam natiuitas & vnitas filij: vt patet. ¶ Quod autem vere ac proprie in diuina natura ſint pater, & filius ſitque vere ac proprie natiuitas(ſic quòd verbum proprie eſt filius, & dicens verbum eſt proprie pater: & dicere verbum eſt proprie generare filium,& verbum dici eſt proprie filium naſci,& verbum dictum eſſe eſt proprie filium vnigenitum eſſe) declarari poteſt, monſtrando conditiones omnes requiſitas ad patrem & filium,

& ad

& ad natiuitatem inueniri in deo dicendo verbum. Quod si cupis intelligere, oportet vt prius in communi loquendo penetres omnes & solas conditiones requisitas ad productionem illam qua filius à patre gignitur penetrabis autem illas, si eleuabis intellectum ad expoliandum generationem qua aliquis homo est à patre suo genitus, à modo quo genitus est. Quia enim homo qui est filius corporeæ sensibilisque est naturæ, ideo à patre suo productus est tali modo scilicet mediante semine corporeo, mediãte fœmina, mediãte transmutatione, & intercedente tempore quo educitur de potentia materiæ ad actum & cæt. Sed si intellectualis esset natura vterque (scilicet producens & productus) nullum corporeum, nulla mutatio, nullum tempus interueniret sed sola communicatio eiusdé viuæ naturæ specificæ qua viuit producens, ex vitalis productionis fieret producto, ac per hoc non minus esset ille pater & iste filius quãm modo est tali modo: hoc est cum tot medijs & modis, ad imperfectionem pertinentibus ¶ Conditiones itaque omnes & solæ requisitæ ad vere ac proprie productionem filij à patre sunt tres Prima est, quòd sit productio hypostasis viuentis ab hypostasi viuente vt sic ignis enim productus ab igne non est filius eius, nec Eua est filia Adæ: quia non per actionem vitalem producta est de Adam. Secunda quòd sit secundum similitudinem in natura specifica qua est & viuit producens: vermis enim pulex, & cæteri ex homine non sunt filij hominis. Tertia quòd ex vi illius productionis sit productus similis in specie producenti. Et hæc in secunda formaliter intellecta continetur. ponitur tamen explicite propter minus eruditos: vt explicite hinc intelligant differentiam inter productionem filij & spiritussancti: vt inferius declarabitur. ¶ Quia itaque deo dicente verbum, inueniuntur omnes istæ conditiones, merito vere & proprie dicens est pater & verbum filius. Deus enim dicens est hypostasis viuens: & quatenus viuens dicit. nam dicere actus vitalis est. Verbum quoque dictum, hypostasis viuens est (nam in ipso vita erat) & à deo dicente productum. Similitudo quoque inter eos est naturæ specificæ quia dicens est deus, & verbum est deus Et hoc ex vi productionis: quoniam non voluntate sed natura producitur vt similitudo ipsius dei: sicut quilibet intelligens seipsum, profert verbum similitudinem sui ipsius. Vnde merito verbum dicitur, & est genitum à patre, nec solum genitum sed vnigenitum: quia perfectum omnino est, adæquans totum dicentem. Non enim ideo est vnigenitus, quia exhausta est natura aut potentia dei dicentis & generantis: sed quia vnus genitus

acci-

accipit quicquid potest communicari per dicere, quicquid potest communicari per generare, quia adæquat dicere, quia adæquat generare. ¶Concludeitaque quòd ideo Euangelista post descriptum deum verbum nominat illudmet vnigenitum à patre: ad aperiendum quod non accidentalis sed substantialis, non voluntaria, sed naturalis, non imperfecta sed perfecta est illa verbi productio, pręhabens in se & quicquid perfectionis est in productione verbi intelligibilis, & quicquid perfectionis est in productione vnigeniti filij, non à matre sed à patre. tam eminens siquidem est productio illa diuina vt non possit explicari aliqua vna productione illarum quæ in creaturis inueniuntur. Et propterea ad explicandum quòd productio diuina est non solum immaterialis, sed etiam quòd est per actionem non transeuntem in aliam naturam (qualis est productio qua deus angelum creat) sed immanẽtem, primo descripsit sub re & nomine verbi: ad explicandum vero q. productio eadem est substantialis, naturalis, vitalis, communicatiua diuinæ naturæ perfecte vt simili, subiũxit quòd verbum est vnigenitum à patre. [Plenum gratiæ & veritatis Ioannes testimonium perhibet de ipso.] Aduerte quòd dictio plenum, est casus nominatiui in textu originali: ac per hoc non potest construi cum verbo spectauimus. ita quòd nõ significatur, spectauim⁹ plenũ gratiæ & veritatis, quoniam oporteret fuisse casus accusatiui. Et eadem ratione nõ potest construi appositiue ad gloriam⁹, spectauimus gloriam eius. vt exponendo gloriam, subiungatur plenum gratiæ & veritatis: quoniam hæc constructio requireret casum accusatiuum. Et similiter non potest apponi ad dictionem vnigeniti: quoniam huiusmodi constructio requireret casum genitiuum: & dicendum fuisset, pleni gratia & veritate. ¶Reliquitur igitur quod construatur vel cũ dictione verbum: dicendo & verbum caro factum est plenum gratiæ & veritatis: seu dicendo & habitauit in nobis plenum gratiæ & veritatis. Sed constructio hæc quanuis verissimam contineat sententiam, minus tamen quadrat contextui. non enim seruatur suauitas textus: sed tracta constructio est, vt interpositis & vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti à patre, dilata sit appositio adiectiui prioris orationis. Parenthesim siquidem excludit coniunctio copulatiua &, dicendo & vidimus. parenthesis enim absque coniũctione &, significata fuisset si parenthesis interceſsisset. Propter quod suauis contextus literæ debuit interpretes mouere ad iungendum hæc verba non cum præcedentibus, sed cum sequentibus. nam dictio interpretata plenum, est masculini generis,

ris: cuius generis est in Græco tam verbum quàm Ioannes, & ex equo min⁹ quadrat cum præcedentibus, & suauissime quadrat cũ sequentibus, debuit transferri: plenus gratiæ & veritatis Ioannes testimonium perhibet de ipso. ¶Nec est mirum quòd Ioannes Baptista dicatur plenus gratiæ & veritatis quum Stephanus Act. 6. dicatur plenus fide, spiritusancto, gratia, & fortitudine, & angelus Gabriel dixerit de Ioanne quòd replebitur spiritusancto ex vtero matris. ¶Dixerat itaque euangelista, fuit homo missus à deo &c. & quum descriptum verbum manifestasset à testimonio suo & Apostolorum (dicendo & spectauimus gloriam eius) prosequitur modo, inchoata de Ioannis testimonio: & præponit qualitatem testis. Superius enim nullam Ioannis qualitatem dixerat sed tantummodo substantiam naturæ, fuit homo substantiam legationis diuinæ, missus à deo: substantiamque officij, vt testimonium perhiberet de luce. Vnde oportuit modo qualitatem Ioannis testis tantæ rei describere. Et vnico verbo describit eum plenum gratiæ & veritatis, vt plenitudine gratiæ monstretur qui missus est à deo. Donatus secundum omnem sui partem gratia sic, quòd nihil Ioannis gratia vacaret: minus dico, immò quòd nulli Ioannis parti aliquid gratię deesset. plenum enim est cui nihil deest eius cuius capax est. Plenitudo autem veritatis ad veritatem testimonij directe spectat, sicut plenitudo gratiæ ad dispositionem testis in seipso. ¶Cum his tamen eleuà mentis oculos, & perspice euãgelistam significantissime describere qualitatem testis, talis tantique mysterij. Sciebat enim quòd omnis homo mendax: ac per hoc testimonium Ioannis hominis ex suo genere fallax. Et propterea simul qualificatum causa & effectu describit plenitudo siquidem gratiæ causa est plenitudinis veritatis. Acsi apertius dixisset Quanuis Ioannes quia homo potuerit deficere à veritate: quia tamen plenus gratiæ, ac per hoc plenus veritatis perhibet testimonium de ipso verbo, exemptus est ab omni suspicione falsitatis. à pleno enim gratiæ ac veritatis, non potest exire nisi verum diuinæ gratiæ testimonium, nisi verbum verbi (quod est fõs gratiæ & veritatis) testimonium. ¶Significanter quoque dicitur perhibet in præsenti ad significandum perseuerantiam testificationis: non enim semel aut bis, sed sæpe, sed perseuerando continue Ioannes perhibeat testimonium de Iesu: sciens se ad hoc missũ, vt frequenti testificatione induceret filios Israel ad credendum Iesu. [Et clamat.] pro, & clamauit. Hæc mutatio temporum à præsenti in præteritum, innuit quod diximus scilicet priorem sententiam

tentiam fuiſſe plenus gratia & veritate Ioannes teſtimonium perhibet de ipſo. Et declarata qualitate teſtis, ſubiungit modo factum præteritum. Et inchoat à modo teſtificandi, dicendo & clamauit non in latebris, non ſecreto, non ſubmiſſa voce, ſed clamãdo hoc eſt publice, cunctis audientibus teſtificatus eſt. Qui enim clamando teſtatur, publice & abſque delectu auditorum manifeſte teſtatur. [Dicens. Hic.] Quatuor teſtimonia prolata à Ioanne, in hoc capitulo refert non ordine quo Ioannes illa protulit, ſed manifeſte dicit Euangeliſta hoc quod primo refert teſtimonium ſubſecutum fuiſſe aliud, vt ipſa etiam verba Ioannis Baptiſtæ clare ſonãt. ¶Dicendo hic, ſignificãt quod hoc teſtimoniũ protulit Ioannes Baptiſta demonſtrando ad ſenſum Ieſum. pronomen enim hic, demonſtrationem ſignificat ad ſenſum præſentis eius quem prædixerat venturum. [Erat quem dixi.] Quum expectares dicentem hic eſt quem dixi, non dixit hic eſt, ſed hic erat: ad ſignificandum quod non de nouo eſt ijs qui eſt, ſed erat. ¶Quod vt clarius penetres, recole ſuperius dictum eſſe quod Ioannes venit vt teſtimonium perhiberet de luce quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum. Et hoc primum teſtimonium quod hic refertur, directe eſt de diuinitate Ieſu Chriſti quæ eſt illa lux. Et propterea dicit hic erat: vtendo eodem ſubſtantiui verbi tempore quo deſcripta ſunt diuina. In principio erat verbum, & verbum erat apud deum &c. ¶Dicendo quem dixi, clare monſtrat Ioannes Baptiſta tempore huius teſtificationis demonſtrantis Ieſum præſentem, iam prædixiſſe venturũ. [Qui poſt me venturus eſt.] Recitat Ioannes Baptiſta propria verba olim dicta de Ieſu ſub nomine relatiuo. ¶Et quoniam pluries repetũtur hęc verba vt magna myſteria continentia, ideo perſpicacius oportet illa intelligere.

Tria enim explicant ordine reſolutorio. Primum officia gratiæ ad quæ exercenda venturus erat tunc Ieſus. Incœperat ſiquidem prius Ioannes Baptiſta prædicare antequam Ieſus inciperet prædicare. Et propterea aduentum Ieſu ad officia gratiæ, ad prædicandum deſcribit poſteriorem ſe. Eſt enim ſenſus. qui poſt me venturus eſt ad officia gratiæ, ad prædicandum, ad baptizandum, ad conuertendum mundum. [Ante me factus eſt.] Ante non ſignificat temporis menſuram qua factus eſt ſed ſignificat terminum ad quem terminatur factus eſt. Et eſt ſenſus. factus eſt ante me, factus eſt anterior me. Ita quod non ſignificatur prius tempore factus (quum hoc ſit falſum de Ieſu, & ſecundum quod eſt deus: quia non eſt factus, & ſecundum quod homo: quia non

fuit

fuit prius factus homo quàm Ioannes : quum fuerit factus homo ſextum mẽſem Ioanne iam in vtero agente) ſed ſignificatur quòd factus eſt anterior in ordine gratiæ ſecundum quod homo. ¶Et hoc eſt ſecundum myſterium : quo declaratur quod Ieſus ſecundum humanam naturam eſt factus anterior in ordine gratiæ, ſecundum dona gratiæ, quàm Ioannes. Et vere longe anterior factꝰ eſt, & gratia vnionis perſonalis & gratia capitali &c. [Quia prior me erat.] Ratio quare factus eſt anterior in ordine gratiæ, redditur quia prior me erat. Et in textu Græco habetur ſuperlatiuum puta primus. Vbi ratio redditur ex diuinitate, qua erat prior & primus. & duratione, quum eſſet æternus, & non ſolum perfectione ſed omnis perfectionis genere prior erat, immo primus incomparabiliter. ¶Et hoc eſt tertium myſterium quo declaratur Ieſu diuinitas ex hoc quod prior immo primus erat antequam Ioannes eſſet. Et hoc teſtimonium Ioannis Baptiſtæ directe confutat Hebionitas, negantes Ieſum fuiſſe antequam conciperetur in vtero matris. [Et de plenitudine eius.] Hæc dicta (ſcilicet qui poſt me venturus eſt, ante me factus eſt quia prior me erat) recitando Ioannes Baptiſta olim à ſe dicta repetit quum demonſtrauit Chriſtum, & adiunxit hæc quæ ſequuntur : explicantia vltimam particulam, ſcilicet quia prior me erat explicantia diuinitatem Ieſu Chriſti demonſtrati : quæ implicite continebatur in illis verbis, quia prior me erat. Declarat autem diuinitatem Ieſu Chriſti ab effectu, & de plenitudine. Dixerat ſuperius verbum eſſe deum, viram, lucem illuminantem omnem hominem &c. & per ipſum facta omnia : ex quibus immenſa plenitudo verbi patet. Et propterea nunc dicit, & de plenitudine eius, Ieſu Chriſti ratione diuinitatis. [Nos omnes accepimus.] Demonſtrat Ioannes Baptiſta vel ſeipſum cum reliquis prædeceſſoribus propheris : conteſtans ſe cum omnibus alijs propheris accepiſſe de plenitudine Ieſu Chriſti quod eſt manifeſte teſtari ipſum eſſe verum deum: quũ omnes prophetæ acceperint de plenitudine dei ſolius. Vel (quod potius ſonat litera) ſeipſum cum alijs filijs Iſrael. pronomen enim nos, præſentes monſtrat Iſraelitas, quos alloquebatur: & apponendo omnes, extendit ad genus Iſraeliticum. In cuius ſignum ſubdit de data lege per Moyſen. ¶Significantius quoque dicit de plenitudine accepiſſe : ad explicandam participationem ad ſimilitudinem eorum qui accipiunt aliquid de pleno. Et comprehendit omnes. ad explicandum plenitudinem Ieſu Chriſti eſſe illam quæ in principio erat verbum apud deum, ex hoc ipſo quòd

extendit

extendit se ad omnes, prædeceſſores & præſentes. Et dicit accepimus: vt teſtimonium proferat ex expertis, ex experta acceptione in ſeipſo. ¶ Nec explicat quid acceperint: ad ſignificandum quod quæcunque acceperunt Iſraelitæ præ alijs nationibus, acceperunt de plenitudine Ieſu Chriſti. Per quod manifeſte teſtatur ipſum eſſe verum deum. [Et gratiam pro gratia.] Ne erraremus intelligendo quod accepimus de plenitudine eius per modum effluentis redundantiæ (ſicut nonnulli philoſophi putant deum plenum omnis perfectionis communicare bonitatem ſuam rebus nobiſque naturali neceſsitate, velut quadam redundantia ſeu effluentia tantæ ſuæ bonitatis) adiungendo explicat, & gratiam. Dicendo enim gratiam, excludit communicationem per modum redundantiæ ſeu effluentiæ. Et ſignificat communicationem voluntariam. gratia enim niſi voluntariæ conferatur, gratia non eſt. Verum ſæpe accipimus gratuita dei beneficia, ſed non accipimus ea vt gratuita: ſed velut noſtro ſtudio, aut caſu, aut hominum ſeu cœlorum vel naturæ ope collata. Et hoc eſt accipere gratiam non pro gratia, ſed pro ſorte vel virtute & cætera. Contra hoc Ioannes Baptiſta dicit quod accepimus gratiam ſub ratione gratuiti beneficij. Accipere nanque gratiam pro gratia, eſt accipere gratiam ſub ratione gratiæ ſicut accipere aurum pro auro & non pro aurichalco, & margaritam pro margarita & non pro lapillo & cætera. ¶ Et adiunxit hæc ad ſignificandum quod ex plenitudine Ieſu Chriſti, non ſolum diuina dona ſecundum illorum ſubſtantiam accepimus, ſed etiam accepimus gratuito illa collata, ita quòd recognouimus & accepimus vt gratuita. Dicendo enim de plenitudine eius accepimus, ſignificatur donorum ſubſtantia. dicendo & gratuitam, ſignificatur collatio gratuita. dicendo pro gratia, ſignificatur ſub ratione gratuiti acceptio. ¶ Et intendit per hæc explicare quod quæcunque accepit populus Iſrael vt gratuita à deo beneficia, accepit de plenitudine Ieſu Chriſti. Hoc enim ſignificatur dicendo quod nos omnes accepimus & gratiam pro gratia, non aliunde quam de plenitudine eius. Siue intelligamus quod omnes Iſraelitæ affirmentur accepiſſe etiam gratiam pro gratia: quia hoc verificatur de omnibus Iſraelitis fidelibus, etiam fide informi. Siue non intelligamus affirmari omnes Iſraelitas accepiſſe gratiam pro gratia, ſed affirmari quod de plenitudine Ieſu Chriſti habuerint hoc beneficium (ſcilicet vt acciperent gratiam pro gratia) omnes qui tale conſecuti ſunt beneficium, & propterea Ioannes

Baptiſta

Baptista dixerit in prima persona nos omnes: ad significandum scilicet Israelitas similes sibi in veri vnius dei cultu. Et sic non fieret distributio simpliciter sed accommoda, dicendo nos omnes, ¶ Vbi considera erudite lector significatam plenitudinem Iesu Christi, esse illam de qua omnes acceperunt prophetæ & Israelitæ: nec solum acceperunt sed recognouerunt gratuitam illius voluntatem, susciipiendo gratiam pro gratia. Hæc enim manifesta sunt testimonia deitatis. [Quia lex per Moysen data est.] Pondera coniunctionem causalem quia. Reddit enim Ioannes Baptista rationem quare nos omnes de plenitudine eius accepimus & gratiam pro gratia Et consistit ratio in hoc, quia gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Introducit autem hanc rationem non simpliciter, sed cum relatione Iesu Christi ad Moysen, & gratiæ & veritatis ad legem, non sine magno mysterio: ad significandū scilicet tum quod Iesus Christus est author legis datæ per Moysen tum quod Iesus Christus venit lator nouæ legis, quæ est lex gratię tum præcipue quòd exteriora mandata data sunt per Moysen & prophetas, interna vero dona gratiæ & veritatis facta sunt per Iesum Christum: vt hac comparatione magis eluceſcat excellentia efficaciæ Iesu Christi. ¶ Vide singula Lex exterior, per Moysen ministrum dei data est. Non dicit condita est. quoniam à deo condita, à deo dictata, sed Moysi ministerio data est populo. ¶ Et lege hoc non vt partem rationis significatæ per quia: sed perinde ac dictum, quia lex quidem per Moysen data est. vt hinc proficiscatur oratio ad neruum rationis subiunctum. [Gratia & veritas] Sub his quidem duobus comprehenduntur vniuersa opera dei. iuxta illud vniuersæ viæ domini gratia & veritas. ¶ In proposito tamen gratia significat gratuitum dei donum supra naturalia dona concessum. veritas explicat veritatem supernaturalium quæ credenda proposita sunt. Quanuis enim de omni dono dei & de omni veritate hæc verificentur: directa tamen intentio Ioannis Baptistæ dicentis tendit ad supernaturale donum, quòd solum consueuit appellari gratia, & ad veritatem supernaturalem, non geometricam & reliquarum scientiarum. [Per Iesum Christum.] Non dicit per verbum, non dicit per deum: quoniam non intendit testificari de verbo, de deo secundum se, sed quod Iesus Christus est verbum, est deus, est lux quæ illuminat omnem hominem. [Facta est.] Non dicit fit aut fiet, sed facta est, non nuper sed simpliciter & absolute facta est: hoc est quia quæcunque veritas & quæcunque gratia facta est, per Iesum Christum facta est.

est. ¶Et hinc clare patet quadrare rationem. nam ex hoc quòd per Iesum Christum facta est gratia & veritas, optime infertur quòd nos omnes de plenitudine eius accepimus. Et cum hoc simul declaratur quòd lex per Moysen data, fuit per Iesum Christũ facta: quum lex ipsa gratuita fuerit, & veritas legis quædam veritas supernaturalis sit, & vt supernaturalis data & accepta etiã quo ad veritates naturaliter notas. Ad hoc enim meminit specialiter legis & Moysi, vt à suprema scriptura & supremo prophetarum explicet reliquas scripturas & reliquos prophetas, à Iesu Christo pendere: sicut omnes scripturæ & omnes prophetæ comprehenduntur sub gratia & veritate. quæ per Iesum Christum sunt factę, per illos autem datæ. ¶Vbi etiam aduerte quòd eodem loquendi modo vtitur quo superius dictum fuit, omnia per ipsum facta sunt. nam sic dicit, per Iesum Christum gratia & veritas facta est. [Deum nemo vidit vnquam.] Modus quo per Iesum Christum facta est veritas, subiungitur. De gratia enim iam dixerat quòd accepimus gratiam pro gratia. ¶Et primo monstrat necessitatem vt fieret veritas per Iesum Christum, dicendo quòd deum nemo vidit vnquàm. Si enim deus visus fuisset ab aliquibus alijs à Iesu Christo, non esset necesse vt veritas fieret per Iesum Christum, sed facta esset per alios qui viderunt deum. sed ex quo nullus alius vidit vnquàm deum nisi filius, oportet vt veritas fiat per filium Iesum Christum. Et hinc apparet quòd non de quacunque veritate sed de veritate illorum quæ non sciuntur nisi à vidente deum, dixit veritas per Iesum Christum facta est: alioquin extra propositum subiungeret, deum nemo vidit vnquàm. Et est vera hęc sententia de cognitione naturali cuiuscunque creaturæ. nulla enim creatura ex proprijs viribus vidit vnquam deum. Et hoc dicimus propter angelos beatos: qui tempore quo Ioannes Baptista dixit hæc verba, iam videbant deum. vnde & dominus dicit, angeli eorum semper vident faciem patris. ¶Et hic videtur germanus sensus huius literæ. vt sicut Iesus dixit nemo nouit patrem nisi filius neque filium &c. ita Ioannes Baptista dicat quòd deum nemo vidit vnquàm. vterque enim loquitur de cognitione & visione possibili cuicunque creaturæ secundum proprias vires. Et patet hunc esse sensum literalem, ex eo quòd hinc manifeste sequitur indigentia diuinę reuelationis: quæ vtrobique subiungitur. [Vnigenitus filius qui est in sinu patris.] Metaphora sinus, ad significandum coniunctionem inseparabilem inter filium & patrem inducta est. in sinu enim complexus filij infantis significari solet. Quo contra

de filio ſubiungit quòd ipſe enarrauit vt ex hoc non infans ſignificetur, ſed ex ſinu coniunctio ad patrem intelligatur. vt ex hoc quòd eſt coniunctus, ſignificetur videns deum: longéque ſupra alios qui non poſſunt videre deum intelligatur ipſe ſolus vnigenitus filius. ¶Vbi quo ad myſterium trinitatis potes erudite lector perſpicere diſtinctionem patris à filio ipſis nominibus patris & filij, conſubſtantialitatem autem ex exiſtentia in ſinu. [Ipſe enarrauit.]Ecce modus quo veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. ipſe narrauit, narrando communicauit veritatem. ¶Et ſignificatur narrationis modo tum voluntaria communicatio. narratio enim actus eſt voluntarius. Tum communicatio abſque euidentia. narratio enim nõ facit euidentiam narratorum, ſed dicit narrata. Tum electionem auditorum quibus narrauit. qui enim voluntarie dicit aliquid, eligit cui dicat & nõ oportet quòd narret omnibus. Omnes autem hæ conditiones inueniuntur reſpectu veritatis eorum quæ ſunt fidei. nam Ieſus Chriſtus quatenus verbum, communicauit voluntarie ea quæ ſunt dei, abſque euidentia, & quibus voluit. Et propterea dicitur quòd ipſe narrauit. nõ ſermone vocis ſenſibilis, ſed reuelatione & luminis interni infuſione. [Et hoc eſt teſtimonium Ioannis quando miſerunt.] Duo Ioannis de Ieſu teſtimonia tetigerat Euangeliſta. alterum quo monſtrauit Ieſum præſentem. alterum quo recitauit ſe olim perhibuiſſe de futuro. Subiungit autem tempus teſtimonij quod recitauit Ioannes Baptiſta. ita quòd pronomen hoc (dicendo & hoc teſtimonium) monſtrat teſtimonium recitatum à Ioanne Baptiſta quando illud perhibuerit, dicendo qui poſt me venit: quando ſcilicet miſerunt. ¶Et hinc inſinuatur verba omnia antedicta fuiſſe Ioannis Baptiſtæ. Ipſa enim continuatio teſtimonij Ioannis Baptiſtæ ad teſtimonium eiuſdem, monſtrat cuncta hæc fuiſſe Ioannis Baptiſtæ teſtimonia. Quanuis etiam hoc pateat ex eo quòd alioquin nõ fuiſſet in hoc capitulo allatũ teſtimonium Ioannis Baptiſtæ de luce, niſi valde in communi. dicendo prior me erat, & cuius non ſum dignus vt ſoluam corrigiam calciamenti, & quòd eſt filius dei, quod erat cognomen Meſiæ: vt verba Nathanaelis & Caiphæ teſtantur. Et non ſignificabatur verus deus. hęc ſiquidem valde remota ſunt ab explicito teſtimonio deitatis. Sed in antedictis verbis manifeſta eſt teſtificatio deitatis & lucis veræ per quam facta eſt omnis veritas. ¶Rurſus per hoc quando, ſignificat euangeliſta hoc prædictum teſtimonium tam clarum de deitate Ieſu Chriſti, fuiſſe vltimũ inter omnia teſtimonia in hoc capitulo inferius ſcripta (quæ tribus

diebus

diebus continuis perhibita sunt à Ioanne Baptista)ac inter omnia testimonia scripta ab alijs euangelistis:vt patet conferenti. [Iudæi ab Hierosolymis.]Secũdum Ioannis Baptistæ testimonium(quòd tamen fuit prius antedictũ) introducitur. Legatio in primis describitur.& legantes quidem fuerunt non Galilęi,sed Iudæi,qui nobiliores erant:& tanto insigniores quanto ab Hierosolymis primaria ciuitate.[Sacerdotes & leuitas ad eum.] Superfluit ad eũm. Legati,sacerdotali & leuitica dignitate fulgentes describuntur. [Vt interrogarent eum.]Ecce officium legatorum. [Tu quis es?]Tanti habebatur Ioannes vt insignes legati mitterentur ad interrogãdum ab ipsomet tu quis es? Non quod lateret eos ipsum esse filiũ Zachariæ sacerdotis:sed vt tali interrogatione cognoscerẽt ex ore eius an ipse esset Christus, seu Elias, quem expectabant præcursorem Christi. [Et confessus est.] Quid confessus est,Euangelista aperiet. [Et non negauit.] Quid non negauit,Euangelista non aperiet sed subiunget.referendo Ioannem non negasse se esse quod est,non negasse officium suum. [Et cõfessus est quia.]pro, quod, [non sum ego Christus.] Hinc apparet legatos prima interrogatione quæsisse si ipse erat Christus. hanc enim interrogationem Euangelista non aliter explicat quàm explicando responsionem,quæ præsupponit interrogationem. nullam siquidem interrogationem prædescripsit. sed solam materiam legationis describserat, dicendo quòd missi sunt,vt interrogarent tu quis es?Omisit enim euangelista verba interrogatoria quibus legati vsi sunt sicut & omisit multa verba quibus interrogationem fouerunt. [Et interrogauerunt eum:Quid ergo?]Inferendo subinterrogant: eo quòd expectantes Messiam, & audientes quòd ipse non esset Messias, facile suspicari potuerunt quòd esset præcursor Messiæ. instabat enim tempus aduentus Messiæ. [Elias es tu?] Mirum est quòd quærunt an sit Elias: quum sciuerint ipsum esse filium Zachariæ, & Eliam fuisse translatum viuum. Crediderim ego istos scientes scriptum esse Malachiæ vltimo de aduentu Eliæ ante Messiam, dubitasse de modo quo implenda esset illa promissio. & propterea quæsisse an ipse esset Elias promissus ante aduentum Messiæ.[Et dicit non sum.]Vere Ioannes non erat Elias promissus ante aduentum secundum Messiæ. & propterea ad interrogata directe respondit veritatem.Quanuis in spiritu & virtute Eliæ venerit: & propterea Elias appellatus fuerit à domino Matthæi vndecimo. [Propheta es tu?] In textu Græco præponitur articulus dictioni propheta:ad significandũ quòd non quærunt an sit

propheta, ſed an ſit ille propheta promiſſus Deuter. 18. ¶Et hinc apparet Iudæos iſtos tunc temporis non intellexiſſe quòd Meſias & propheta ille conciderent in vnum hominem. Si enim intellexiſſent nomine illius prophetæ Meſiam, non interrogaſſent ſeorſum propheta es tu, poſtquàm Ioannes negauerat ſe eſſe Meſiam. [Et reſpondit, non.] Non enim erat propheta ille. [Dixerũt ergo ei, Quis es, vt reſpõſum demus ijs qui miſerunt nos? quid dicis de teipſo? Ait, Ego vox clamantis in deſerto, dirigite viã domini: ſicut dixit Eſaias propheta] Ecce executio eius quod dixerat Euangeliſta, & non negauit. Poſtquàm enim confeſſus eſt ſe nõ eſſe Chriſtum, non eſſe Eliam, non eſſe prophetam illum, non negauit ſe eſſe eũ qui eſt, non negauit officium ſuum ſcilicet ſe præcurſorem Meſiæ ad hoc vt paretur via Meſiæ ¶Dicit autem ego vox ad ſignificandũ officium ſuum nõ ſcripturæ ſed vocis teſtimonio exequendũ, ad ſignificandũ quòd nõ ad poſteros (propter quos ſcribuntur libri) ſed ad præſentes vocis officio miſſus eſt. ¶Et hoc ſuum tale officium, iam olim prophetatum ab Eſaia teſtatur: ne minus ei credant iam perdita opinione quòd eſſet Meſias. Reliqua ſpectantia ad hæc verba, vide expoſita ſuperius in alijs Euangeliſtis. [Et qui miſsi fuerant, erant ex Phariſæis] Sacerdotes & Leuitas legatos, deſcribit modo fuiſſe ex ſecta Phariſæorum: ea ratione vt inſinuet eorum arrogantiam in ſubſequentibus. Arrogabant enim multum ſibiipſis Phariſæi authoritatis, freti religioſitate ſuæ ſectæ. [Et interrogauerunt eum.] Addidit hoc euangeliſta: vt intelligeremus quòd non ex commiſsione mittentium, ſed ex proprio ſenſu ſubiunctam interrogationem fecerunt. Commiſſum enim erat eis vt interrogarent eũ tu quis eſt? & non vt arguerent eũ de baptiſmo. [Et dixerunt ei, Quid ergo baptizas, ſi tu non eſt Chriſtus neque Elias neque propheta?] Cerne arrogantiã. arguunt Ioannẽ, inferendo quòd non debet baptizare ex quo nõ eſt Chriſtus neque Elias nec ille propheta. Tantũ propriæ tribuunt ſcientiæ & authoritati vt decernant nõ licere baptizare niſi ali cui iſtorũ trium, nec ſolum decernunt ſed reprehẽdere audent Ioannem [Reſpõdit ei Ioannes, dicens, Ego baptizo in aqua.] Profitetur Ioannes baſptiſmum ſuum eſſe imperfectũ: vtpote in aqua ſolum. ac per hoc non vſurpare ſibi aliquid indecens, ſeu ſupra vires [Medius autem veſtrum ſtetit.] hoc eſt in medio veſtri conuerſatus eſt ſicut vnus veſtrum. [Quem vos neſcitis.] ſupple quis ſit. De Ieſu loquitur. [Ipſe eſt qui poſt me venturus eſt.] Ad prædicandum, ad baptizandum &cæ. ¶Nota hic teſtimonium hoc

Ioannis

Ioannis Baptiſtę eſſe de futuro, & non de præſenti quale fuit ſuperius ſcriptum teſtimonium. [Qui ante me factus eſt.] Expone vt ſupra qui factus eſt anterior me in ordine gratiæ: quanuis adhuc non appareat vobis dignitas authoritásque eius. ¶Hoc eſt teſtimonium quod ipſemet Ioannes Baptiſta Pluries reſumpſit, citando hæc ſua verba: vt patet tam in teſtimonio ſuperius ſcripto, quàm in alio teſtimonio immediate inferius ſubiuncto. [Cuius ego non ſum dignus vt ſoluam eius corrigiam calciamenti.] Relationem ſui ad Ieſum (non tamen adhuc nominatum aut mõſtratum) explicat dicendo ſe indignum ad minimum ſeruitium, explicatum per ſolutionẽ corrigiæ calciamenti. ¶Aduerte hic quod cæteri euãgeliſtæ (Matthæus tertio, & Marcus primo, & Lucas tertio) explicant quòd quum Ioannes Baptiſta dixit ego baptizo in aqua, & ſubiunxit alium venturum ſe maiorem, adiecit quòd ille baptizabit in ſpiritu ſancto. Quod Ioannes euangeliſta hic tacuit integram reſponſionem Ioannis Baptiſtæ, quum dixit ego vox clamantis in deſerto dirigite viam domini sciens enim hæc ſcripta ab alijs euangeliſtis, cenſuit ſufficere quôd capita reſponſionum ſcriberet: reliqua ſubintelligenda ex alijs relinquens. [Hæc in Bethania.] pro, in Bethabara, [facta ſunt.] Errore ſcriptorum apud Latinos & apud multos Græcos codices, mutatum eſt nomen Bethabara in Bethania. [Trans Iordanem.] vbi Moyſes ſortes dederat duabus tribubus & dimidiæ. Et tam accurate deſcribit euangeliſta locum, vt rei geſtæ hiſtoriam omnes eſſe percipiant. [Vbi erat Ioannes baptizans. Altera.] pro, poſtera, [die.] Hinc clare apparet quòd hoc quod tertio loco ſubiungitur teſtimonium, fuit poſt teſtimonium immediate antè ſcriptum. Et inſuper apparet quòd die immediate ſecuto poſt reſponſionem datam legatis Iudæorum, hoc fuit quod modo ſubiungitur: alioquin non dixiſſet poſtera die [Vidit.] pro, videt, [Ioannes Ieſum venientem ad ſe.] Quantum ſubiuncta porrigunt, aduentus iſte Ieſu ad Ioannem, non fuit quando Ieſus venit ad Ioannem vt baptizaretur ab eo: ſed poſtquam Ieſus ieiunauit in deſerto poſt baptiſmum. [Et ait.] Ex participio venientem, intelligitur tempus quando Ioannes dixit ſubiuncta verba: habetur ſiquidem ex illo participio quòd videndo ipſum venientem ad ſe, dixit quę ſequuntur [Ecce agnus dei] Demonſtratio exercita ſignificatur per aduerbium ecce. Et in textu Græco præponitur articulus dictioni agnus ad ſignificandum inſignem certúmque illum expectatum agnum. ¶Agnus autem metaphorice demonſtratur: eo-

quòd immolandus eſſet, eo quòd eſſet iuge ſacrificium agnus, qui occiſus eſt ab initio mundi. Apocalypſis decimotertio. Et adiungitur dei: vt determinetur tam hypoſtaſis diuina humanitatis immolandæ, quam deus cui immolandus eſt. [Ecce qui tollit.] Superfluit ecce. Ad declarandum quorſum monſtratur agnus, quare immolandus dicitur, ſubiungit effectum tantæ hoſtiæ, dicendo qui tollit. [peccata.] pro, peccatum, [mundi.] Ecce effectus. tollere peccatum non alicuius aut mille hominũ, nõ populi iſrael ſed mundi. ¶Et dicit in, ſingulari peccatum: vt cauſæ vniuerſali aſſignet effectum vniuerſalem. immolatio Chriſti, vniuerſalis cauſa eſt: peccatum commune toti mundo tollere, vniuerſalis effectus eſt. Et vere ablatum eſt in paſſione Chriſti peccatum mundi, tum quo ad reatum pœnæ communis toti mundo. quoniam tunc & non ante patuit ingreſſus ad beatitudinem æternæ fœlicitatis, qui clauſus erat ex peccato originali communi toti mundo. tum quo ad culpam, ſatisfaciente ipſo pro tota natura humana. Et hinc fit vt quibuſcunque applicatur hæc vniuerſalis cauſa per baptiſmum, nulla ſit opus pœnitentia. quoniam Chriſtus iam abſtulit peccatum. [Hic eſt.] Non ſolo aduerbio ſed etiam pronomine demonſtrat ieſum. [De quo dixi, poſt me venit vir qui ante me factus eſt, quia prior me erat.] Et reuocat ad memoriam audientium prius à ſe dicta de ieſu ſine nomine proprio: ad mõſtrandum perſeuerantiam teſtimonij & tanto efficacius quanto propinquius. [Et ego neſciebam eum.] hoc eſt & ego non cognoſcebam ipſum ieſum ſenſibili cognitione. explicat enim ioannes Baptiſta ſe non cognouiſſe ſenſibiliter ieſum conuerſatione aut indice aliquo humano. Quomodo autem cognouerit ipſum, inferius explicabit. ¶Et dixit hoc tum vt intelligerent auditores nulla affectione, nulla conuerſatione aut humana quauis notitia ipſum ioannem motum ad dicendum qui poſt me venit & cæ tum vt non mirarentur quare tot annis incognitus ieſus fuerit & à ioanne non monſtratus. [Sed vt manifeſtetur iſrael.] pro, iſraeli. ita quod legendum eſt. [Sed vt manifeſtetur iſraeli.] Refertur autem coniunctio aduerſatiua ſed, ad inſcitiam. Et eſt ſenſus ego quidem neſciebã eum, ſed tamen vt manifeſtaretur iſraeli veni non cognoſcens eum. [Propterea veni ego in aqua baptizans.] Declarat ipſemet ioannes quare officium baptizandi aſſumpſerit ſcilicet ad hoc vt ieſus manifeſtaretur filijs iſrael. Baptizans enim ioannes, nouumque & inſolitum ritum ingerens cum tanta authoritate ſancti nominis, congregabat populum, ad timo-

timorem dei excitans vniuersos,& sic commoditatem nanciscebatur testificandi de Iesu filijs Israël,& sic mediante baptismo manifestabat Iesum. [Et testimonium perhibuit Ioannes, dicens quia] pro,quòd,[vidi.]Hactenus testimonia Ioannis quæ per reuelationem intellectualem nota illi fuerunt, relata sunt: modo adiungit testimonium eiusdem Ioannis probatum ad sensum visus. Quia vidi, oculis corporeis. [Spiritum descendentem quasi columbam de cœlo] Apparuit enim corporea similitudo columbæ cum motu descensionis de cœlo:hoc est ita descendens ex superiori situ tanquam descenderet de cœlo. [Et mansit super eum.] Non solum vidit speciem columbæ descendentem,sed vidit terminum quo descēdit.quod scilicet mansit,quieuit, super eum,Iesum. Quorsum autem viderit,explicat iungendo.[Et ego nesciebā eū.] id est,non cognoscebā ipsum sensibiliter.[Sed qui misit me baptizare in aqua.] ꝑ,vt baptizarem in aqua.hoc est de°,[Ille mihi dixit, Super quem videris spiritum descendentem & manentem super eum,]supple sicut columbam.[Hic est qui baptizat in spiritusancto.]Ex quibus verbis claret quòd Ioannes Baptista ex diuina reuelatione comprobata signo specie columbæ, cognouit Iesum ad sensum.nam intelligibiliter nouerat eum sine hoc signo. venit enim ad baptizandum & testificandum de Iesu venturo,ad prædicandum & baptizandum, sciens intelligibiliter quòd Messias erat iam in medio populi Israel,& quòd erat verus vnigenitus filiꝰ dei &c, sed nesciebat ad sensum hominem qui vocabatur Iesus Nazarenus esse Messiam &c.Et hoc cognouit per signum columbæ.predictum sibi â deo ad hoc. ¶Et significantius dicit baptizat in spiritusancto:ad differentiam ipsius Ioannis qui baptizat in aqua Abluere enim in spiritusancto,propriū est dei:quoniā huiusmodi ablutio non est ablutio corporis,sed spiritus, quem solus deus abluere potest. [Et ego vidi.] scilicet columbam descendentem & manentem super eum.] ¶Aduerte hic quòd collatis inter se ijs quæ dicuntur in hoc capitulo & â Matthæo, apparet quòd Ioannes Baptista viderit columbam descendentem & manentem super IESVM antequam baptizaret ipsum Iesum: & consequenter ista apparitio columbæ, altera est ab illa apparitione columbæ quæ facta est Iesu baptizato: dicente etiam patre, hic est filius meus, & cætera.Patet autem quod dicimus ex hoc quòd Ioannes Baptista dicit & ego nesciebam eum, sed ex signo columbæ cognoui eum. Nam constat ex Matthæi tertio,quòd antequam baptizaret eum cognouit eum:quoniam dixit, ego â te de-

beo baptizari & tu venis ad me. hæc enim verba manifeſte teſtantur, quòd tunc cognouit eum eſſe qui baptizat in ſpiritu ſancto: alioquin non dixiſſet ego à te debeo baptizari. [Et teſtimonium perhibui.] Ex eo quòd in præterito dicit, & teſtimonium perhibui, innuitur quòd hoc non fuit primum teſtimonium de Ieſu iam nominato ſeu demonſtrato. Quanuis dici poſsit quod hec fuerunt vltima verba primi teſtimonij de Ieſu demonſtrato ſeu nominato: & propterea potuit vti verbo præteriti temporis ratione iam dictorum. [Quia.] pro, quòd, [hic eſt filius dei.] Quãuis veritate Ieſus ſit naturalis filius dei: ad literam tamen appellatio filij dei apud Hebræos tunc temporis non ſonabat explicite verum deum (ſicut apud Chriſtianos ſonat) ſed ſonabat Meſiam, quem tam digna appellatione dignum cenſebant. Vnde & inferius in hoc eodem capitulo Nathanaël dicet tu es filius dei, cui tamen adhuc nota non erat Ieſu veradeitas: & Caiphas Pontifex adiurauit Ieſum vt diceret ſi eſſet Chriſtus filius dei benedicti: qui tamen myſterium trinitatis ignorabat. Propter quod dum hic dicit Ioannes Baptiſta ſe teſtimonium perhibuiſſe de IESV quòd eſt filius dei, explicat quòd IESVS eſt Meſias. hoc enim populus intelligebat, dicente Ioanne quòd hic (ſcilicet Ieſus) eſt filius dei. [Altera.] pro, poſtera [die.] ſeu poſtridie. hoc eſt die immediate ſubſecuto. [Et hinc apparet quòd non fuit deſcriptus à Ioanne euangeliſta aduentus Ieſu ad baptiſmum in precedente teſtimonio Ioannis Baptiſtæ; quoniam expreſſe Marcus capite primo dicit quòd poſt baptiſmum Ieſu, ſtatim ſpiritus expulit eum in deſertum. Ex hoc enim quòd ſtatim iuit in deſertum ad ieiunandum quadraginta diebus & quadraginta noctibus ibi, conſequens eſt vt hæc quæ ſcribit Ioannes poſtero die geſta, non fuerint geſta immediate poſt baptiſmum Ieſu. [Iterum ſtabat Ioannes, & ex diſcipulis eius duo.] Hinc apparet quòd etiam præcedenti die Ioannes ſtans demonſtrauit Chriſtum: alioquin non dixiſſet, iterum ſtabat. [Et reſpiciens.] pro, & intuitus. quod plus eſt quàm reſpicere. [Ieſum ambulantem.] Corporeis enim oculis deſcribitur intuitus Ieſum corporaliter ambulantem. [Et explicat euangeliſta hæc minutula, vt referens quartum teſtimonium Ioannis, circunſtantias etiam minutulas explicet: more eorum qui referunt circunſtantias teſtimoniorum. [Dixit Ecce agnus dei.] In textu Græco præponitur articulus dictioni agnus: ad ſignificandum quòd eſt ille prophetatus agnus, manſuetus, ducendus ad victimam: qui velut coram tondente ſe ſilebit: iuxta

vaticinium

vaticinium Esaiæ. [Et audierunt eum duo discipuli loquentem: & secuti sunt Iesum. Conuersus autem Iesus.] Secundum historiã Iesus anteibat, & duo Ioannis discipuli post tergum sequebantur taciti: propter quod sciens Iesus eorum animos, corporaliter vertit se ad eos. [Et videns eos sequentes se, dixit eis,] Quid quæritis? Interrogat nõ vt discat: sed vt ad familiaritatem trahat. [Qui dixerunt ei, Rabbi.] quod dicitur, interpretatum magister. Hebræa dictio est, & propterea euangelista Græce scribens, & dictione Hebræa vtens, apposuit interpretationem. ¶ Ex eo autem quòd Ioannis discipuli appellant Iesum rabbi, insinuatur quòd iam Iesus incœperat docere, quòd iam erat notus doctor. Completo enim ieiunio, quanuis scriptum aliter non sit, ex hoc tamen verbo scribitur quòd docere incœpit: alioquin eum rabbi nõ appellassent. Et rationi consentaneum est vt vnum annum qui inter baptismum & nuptias intercessit, exegerit docendo priuatim & conuersando sæpe cum Ioanne: vt frequens de ipso testimonium Ioannes redderet, & ipse inchoaret docendo priuatim monstrare qui erat vt vtrinque mouerentur ad credendum. [Vbi habitas.] pro, vbi manes? Quod communius est quàm habitare. nam manemus etiam in diuersorio. interroganti Iesu quid quæritis, respondent quærendo rabbi vbi manes? ad explicandum quòd quærebant nosse locum vbi maneret, ad hoc vt frequenter possent ad ipsum venire ad discendum. propterea enim appellauerunt ipsum rabbi. ¶ Non dicunt quærimus à te doceri, sed solum nosse locum mansionis tuæ quia erat hora tarda, vt Euangelista clare subiungit. Verebantur enim esse illi impedimento si tali hora petissent doceri. [Dicit eis, venite & videte.] Dulcis Iesus non describit eis locum in quo manet: sed cupientes discere & verentes impedire, familiariter allicit, inuitando venite & videte. [Venerunt & viderunt vbi maneret: & apud eum manserunt die illo.] Discipuli Ioannis solam domus notitiam pro tunc quærebant sed Iesus retinuit eos domi in qua manebat die illa, vt magis eos familiares redderet. [Hora autem erat quasi decima.] Describit hora tarda diei (hoc est ante occasum solis paulo plus quàm per duas horas) tum ad reddendam rationem quare illi discipuli non petierunt discere, sed notitiam loci: tum ad commendandam Iesu comitatem, qua retinuit illos illo die non obstante hora tarda, docendo eos. Suauitas enim diuinæ dispositionis inducit vt intelligamus doctrina retentos qui discere cupiebãt. [Erat autẽ Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus qui audierãt à Ioanne

anne & ſecuti fuerant eum Inuenit hic primum fratrem ſuum Simonẽ.] Ad differentiam aliarum inuentionum narratarum ab aliis euangeliſtis (ſcilicet quando Petrus inuentus eſt à Ieſu in mari Galilææ) dicit Ioannes quòd primum Andreas inuenit Simonem fratrem ſuum. [Et dicit, Inuenimus Meſiam.] Hinc apparet fructus præceptus ab Andrea ab illo diei ſpatio quo fuerat apud Ieſum: quòd ſcilicet credidit Ieſum eſſe Meſiam. Et per hoc explicatur quòd ibi apud Ieſum didicerat fidem [Quod eſt interpretatum Chriſtus.] Dictio Hebræa eſt Meſias: & propterea euangeliſta vtens ipſa ſcribens Græcè, ponit Græcam interpretationem ſcilicet Chriſtus. Latinè vnctus. [Et adduxit eum ad Ieſum Intuitus autem eum Ieſus, dixit, Tu es Simon] Significanter euangeliſta dicit quòd intuitus Ieſus illum, dixit illius nomen proprium & originem cum nomine proprio patris ei⁹: vt intelligamus Ieſum abſque indice homine, Simoni ignoto indicaſſe proprium ipſius nomen & patris. & non ſolum occaſione mutandi nomen eius [Filius Ioanna,] pro,, filius Iona. Pater Simonis Petri non vocabatur Ioannes, ſed Ionas. Corruptione ſiquidem ſcriptorum nomen Ioannis appoſitum eſt, & hic & alibi. Quod clare patet Matthæi decimoſexto, vbi Petrus appellatur Bariona: hoc eſt filius Iona.

[Tu vocaberis Cephas.] quod interpretatur Petrus. Dictio non Hebræa, ſed Syra ſecundum Hieronymum eſt Cephas, ſignificans ſolidum. Vel potius à dictione Chaldæa Cepha quæ ſignificat Petram, ſeu à dictione Hebræa Ceph (ſimiliter ſignificante Petram ſeu ſaxum) deriuatum videtur Cephas in vſu Hebræorum. Quod euangeliſta interpretatum dicit Petrus Græca lingua in qua ſcribebat: Latinè autem ſaxum. ¶ Nota erudite lector duo. Alterum eſt, quòd ab initio quo Simon Petrus venit ad Ieſum, nouum nomen lucratus eſt ab ore ipſius Ieſu: ad ſignificandum futurum illius officium: ſcilicet quòd futurus erat petra ſuper quam ædificanda eſſet eccleſia Chriſti. Vt hinc intelligamus diuinæ gratiam electionis non Petri merita in cauſa fuiſſe. ¶ Alterum eſt, quòd de futuro dicit tu vocaberis: non dicit ex nunc vocare. poſtea ſiquidem impoſuit ei hoc nomen Marci tertio quodmodo prædicit. ¶ Ex induſtria autem videtur euangeliſta interpretationem nominis appoſuiſſe apud Græcos, vt occurreret errori in quem etiam poſt euangeliſtę interpretationem impactum eſt. ſcilicet quòd Cephas caput ſignificaret, quia Cephale apud Græcos ſignificat caput. ad hũc enim errorem excludendum ait quod interpretatur Petrus, non caput. [In craſtinum.] pro, poſtridie.

ſeu

ſeu poſtero die. Idem enim hic ſignificatur quòd iã bis interpres tranſtulerat altera die. ¶Sed aduerte in hac ſupputatione dierum quòd quanuis dies duo prius ſignificati ſic iuncti fuerint quòd dies quo Ioannes primum demonſtrauit ecce agnus dei, fuerit immediate poſt diem reſponſionis datæ legatis Iudæorum, & dies quo iterum Ioannes dixit ecce agnus dei, fuerit immediate poſt diem alterius ſimilis demonſtrationis ecce agnus dei (ita quòd illi tres dies fuerunt continui) iſte tamen dies de quo nunc dicitur poſtero die, non fuit immediatè poſt illos tres dies: vt patet ex eo quòd Andreas illo tertio die manſit apud Ieſum: ac per hoc poſt illum diem inuenit Simonem Petrum & adduxit illum ad Ieſum. Iſte autem dies appellatur poſtridie reſpectu diei quo Simoni dictum eſt, tu vocaberis Cephas: (vt contextus literæ clare ſonat) & non reſpectu illius diei quo Andreas & alius diſcipulus manſerũt apud Ieſum. Quot autem dies interceſſerint, ſcriptum non eſt. ¶Intendit [itaque euangeliſta ſignificare quòd die immediate ſubſecuto ad diem quo Petrus venit ad Ieſum, geſtum eſt quod ſequitur. [Voluit.] Deeſt, Ieſus, [exire in Galilæam.] Tempus quo Ieſus cœpit congregare ſequaces diſcipulos, deſcribitur fuiſſe quãdo diſpoſuit exire à Iudæa, in qua commoratus fuerat fere annũ: à tempore ſcilicet quo baptizatus eſt. nam iſti dies de quibus eſt ſermo, proximi erant anniuerſario diei baptiſmi Chriſti. vt inferius ſubiuncta manifeſtant. ¶Significanter autem dicitur voluit: ad explicandum quòd ex libera electione diſpoſuit exire à iudæa in Galilæam. ¶Et dicit exire, & non dicit redire: ad explicandum quòd diſpoſuerat ire in Galilæam manifeſtus: hoc eſt ire ad manifeſtandum ſeipſum quis eſſet. hoc enim ſignificat exire. Propter quod euangeliſta non appoſuit terminum à quo, ſed tantummodo terminum ad quem: quia ſecundum veritatem exitus erat ab intimo, à penetralibus latentibus, ad manifeſtandum ſe in Galilæa. Sicut enim inferius dicet exiui à patre & veni in mundum, ita modo deſcribitur quòd voluit in Galilæam exire (ab occultis deitatis ſuæ) ad manifeſtandum ſeipſum in Galilæa, ibi enim elegit inchoare manifeſtationem ſui ipſius ad literã. [Et inuenit Philippum.] Præſentis temporis eſt inuenit, & debuiſſet dici potius & reperit. vt ſignificaretur obuius inuentus Et ſignificatur quòd obuius fuit Philippus antequam exiret iudæam: ex hoc quòd dicit quòd voluit exire & reperit (in præſenti) Philippum. [Et dicit ei Ieſus.] Superfluit Ieſus. [ſequere me.] Primus diſcipulus vocatus à Ieſu ad ſequelam eius ſcribitur Philippus, ſi verborum

forma

forma expectata fuerit. Secundum rem tamen prius vocati à Iesu fuerunt illi duo Ioannis discipuli: aut saltem Andreas. De altero enim nihil aliud scimus sed de Andrea scimus quod non solum effectus tunc est discipulus Iesu, sed quod etiam traxit ad eum fratrem suum Simonem. Constat autē Iesum eos vocasse, ex eo quod inferius dicet eis, non vos me elegistis sed ego elegi vos. ¶ Quanuis etiam ex iis quæ Ioannes Euangelista hic refert idem habeatur. Nam illis duobus discipulis sequentibus Iesum vt viderent vbi maneret, nisi interceſsisset vocatio Iesu (non scripta sed significata ex subsecuto fructu) Andreas nō traxisset Petrum ad Iesum. Ipsa quoque mutatio nominis respectu Petri, applicationem ipsius Petri ad seipsum sequēdum monstrat. [Erat autem Philippus a Bethsaida ciuitate Andreę & Petri.] Insinuat per hoc Euangelista Philippum monitum fuisse ab Andrea. propter hoc enim conciuem illius dicit: ne miraremur absque aliqua monitione Philippum secutum fuisse Iesum. In cuius signum de Nathanaelis ciuitate nihil dicit, quoniam monitio eius explicatur. ¶ Bethsaida autem oppidum Est Galilææ, vicinum stagno Genezaret. [Inuenit Philippus Nathanael.] Similiter hic reperit veluti obuium Nathanaelem Philippus. ¶ Perspice fructiferos discipulos. Andreas trahit Petrum, Philippus trahit Nathanaelem. [Et dixit, Quem scripsit Moyses in lege & prophetæ.] Hinc apparet tam Philippum quam Nathanaelem eruditos fuisse, vtpote qui de lege & prophetis loquuntur. Et ab expectata promissione Moysi & prophetarū excitat Philippus Nathanaelem: vt homo eruditus, ex lege & prophetis moueatur. [Inuenimus Iesum.] A nomine proprio significat. [Filium Ioseph.] Ab origine paterna describit. [habebat enim filius Ioseph, quia erat maritꝰ matris eius. a Nazareth.] hoc est Nazarenum. A ciuitate vnde oriundus putabatur (quia ibi erat nutritus, & Nazarenus vocabatur) describit. ¶ Ex quibus inuitur, Philippum habuisse cognitionem Iesu quando secutus est eum. [Et dixit ei Nathanael, a Nazareth potest aliquid boni esse.] Interrogatiue seu admiratiue prolata hæc verba fuisse apparet. tum ex eo quod homo eruditus in lege & prophetis, nosse debebat quod non à Galilæa sed à Iudæa Messias originem duceret: & quod Messias non Nazarenus sed Bethlehemita expectabatur. Tum ex subsecutis Philippi verbis. [Dicit ei Philippus. veni & vide.] Non est fractus Philippus admiratione Nathanaelis de Nazareth, sed nihilominus inuitat vt veniat & videat hoc est experimento comprobet Iesum esse Messiam. [Vidit Iesus Nathanaelem venientē ad

se &

se & dicit de eo.] Antequam Nathanael cum Philippo appelleret ad Iesum, testificatur Iesus de illo. [Ecce vere Israelita, in quo dolus non est.] Nota hic duo. Alterum quod non est vere Israelita sed ficte, sed falso, is in quo dolus est. Alterum quod cognitorem cordis se esse declarauit Iesus testificando quod in Nathanaele nō erat dolus. nam dolus internum est peccatum. [Dicit ei Nathanael, vnde me nosti.] Audiens se laudari Nathanael, prudenter interrogat vnde me nosti quod sic me laudas: [Respondit Iesus, & dixit ei. Priusquam te Philippus vocaret.] Inceperat Iesus manifestare se Nathanaeli, testificādo de præsenti occulto in animo proprio: modo amplius manifestat seipsum, testificando de præterito. [Quum esses sub ficu vidi te.] Locus in quo Nathanael erat sub ficu immediate antequam fuerit repertus à Philippo, erat tali seu tāto interuallo segregatus à loco in quo erat Iesus vt non potuerit corporeis oculis videri à Iesu, & propterea hoc miraculo præterito manifestat se Iesus. Manifestat autem explicando locum in quo erat tunc scilicet sub ficu. ad hoc enim explicat sub ficu, vt ex hoc testimonio explicati loci cognoscat Nathanael verum esse quod viderit tunc illum Iesus Philippus siquidem non poterat hoc retulisse quia simul venerant ad Iesum, & venientibus adhuc illis in cœpit iste sermo. Vnde & Nathanael statim cognouit, miraculose se visum à Iesu, ex eo quod audiuit locum determinatum scilicet sub ficu. [Respondit ei Nathanael: & ait, Rabbi.] Iam incipit magistrum appellare, qui prius absolute dixerat vnde me nosti. [Tu es filius dei.] hoc est tu es Messias. Non enim confitetur ipsū verum deum sed filium dei adoptione præcipua. talem enim expectabant Messiam. Et propterea subdit. [Tu es rex Israel.] Multiplicat nomina dignitatis Messiæ. Expectabatur siquidem Messias cognominandus filius dei, futurus rex Israel. vtrunque enim prophetæ prædixerant de Messia. [Respondit Iesus. & dixit ei, Quia dixi tibi vidi te sub ficu, credis.] scilicet me esse Messiam. [Maius] pro, maiora, [his videbis] & longe maiora testimonia mei quàm sit hoc videbis. [Et dicit ei, Amen amen dico vobis.] Ioannes euangelista consueuit repetere amen in verbis Christi propter excellentiam materiæ. tractat enim mysteria valde magna. Et ad maioris certitudinis explicationem conduplicat amen, vt dicendo vere vere, omnē tollat ambiguitatem in mysteriis excedentibus humani ingenij vires. [Videbitis.] Deest amodo. Ita quod legendum est. [Amodo videbitis.] Ecce tempus electum ad manifestandum seipsum, post hac videbitis. Manifestauerat se Nathanaeli

thanaeli quo ad præſens & quo ad præteritum, promittit modo manifeſtationem quo ad futura, non audiendo ſed videndo. [Cœlum apertum.] hoc eſt cœlum velut apertum. [Et angelos dei aſcẽdentes & deſcendentes ſuper filium hominis.] Hinc apparet Euangeliſtas omnes prætermiſiſſe quando hoc fuit adimpletũ. nullibi enim legitur diſcipulos Chriſti vidiſſe cœlum apertum & angelos dei (non angelum dei) vtroque fungi officio ſcilicet aſcendendi & deſcendendi ſuper Ieſum. Quanuis legamus vnum angelum confortaſſe eum in horto ante paſsionem & poſt reſurrectionem multos angelos apparuiſſe ſed non ſuper filium hominis, & in aſcenſione angeli apparuerunt diſcipulis, ſed non ſuper filium hominis aſcendentes & deſcendentes Et breuiter certum eſt quod hoc viderunt Chriſti diſcipuli. immo hic textus ſignificat quod pluries hoc viderunt, dicendo amodo videbitis ſignificatur enim nunc incipere tempus ex quo viſuri eſſent hæc. Quando autem & quoties ex tunc viderint, ſcriptum non eſt.

CAPVT II.

ET die tertia.] à die quo venit Nathanael. Hinc diem anniuerſarium eſſe diem baptiſmi Chriſti, teſtatur eccleſia in celebratione feſti Epiphaniæ. [Et deſcripſit Euangeliſta tam accurate propinquitatem dierum quibus Ieſus congregauit diſcipulos ad diem nuptiarũ anniuerſarium baptiſmi: vt intelligamus Ieſum vſque ad calcem anni manſiſſe in Iudæa, & conuerſatũ cũ Ioanne: circa finem autem anni incœpiſſe congregare diſcipulos veniſſéque in Galileã ad manifeſtandum ſeipſum. [Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ.] Aiunt duas ciuitates appellari Canas, & propterea ad differentiam alterius Canæ adiunctum eſt Galilææ. Et eſt in tribu Aſer in Galilæa gentium: vt Hierony. dicit. [Et erat mater Ieſu ibi.] Hinc apparet conſanguinitas matris Ieſu ad ſponſum ſeu ſponſam. creditur tamen conſanguinitas ad ſponſum Ioannẽ ſcilicet euangeliſtam nepotem eius. [Vocatus eſt autem & Ieſus.] Ideo præmiſit matrem: vt intelligamus ꝙ ratione matris vocatus eſt & Ieſus, tanquã cõſanguineus. [Et diſcipuli eius.] Vt intelligamus ratione ipſius Ieſu (nõ ratione cõſanguinitatis) inuitatos etiã diſcipulos Ieſu ſcilicet Andreã, Petrũ, Philippum & Nathanaelem. Quintus autem forte erat ipſe Ioannes ſponſus: qui ſeipſum comitem Andreæ tacuit. Sed ex hoc ꝙ inuitati dicuntur diſcipuli, innuitur quòd ſpõſus familiaris erat diſcipulis, & propterea ſatis veriſimile eſt quod fuerit ille vnꝰ comes Andreę. [Ad nuptias.] Niſi

Ieſus

Iesus veniſſet ad nuptias, qui ſanctus nuptialia conuiuia non reprehenderet? quis etiam hæreticos prohibentes nubere argueret? Ad confirmandum itaque fidem coniugij, & ad approbandum nuptialia conuiuia, inuitatus ad nuptias venit Iesus. [Et deficiente vino] Et paupertas celebrantium nuptias aperitur, & quod vinum non penitus defecerat. Non enim dicit & quum defeciſſet vinum, ſed deficiente: ad ſignificandū inchoatum defectum, non conſummatum. [Dicit mater Iesu ad eum.] Hinc apparet pertinuiſſe ad beatam virginem ſponſum: cuius erat prouidere de vino, nec habebat modum prouidendi. [Vinum non habent] Iunge hæc cum tempore deficientis vini: & vide quod ideo non dixit vinum non eſt, vinum nullus habet, ſed vinum non habent, quia vinum deficiebat ſic vt quum bibendum eſſet multi conuiuæ non haberēt vinum. Vnde cum hoc quod aliquid vini haberetur, verum quoque erat quod vinum non habent multi quod bibant. ¶ Et perpende modeſtiam ſimul & ſecuritatem. Non dicit rogo te conſule honori conſanguinei tui, & ſimilia: ſed tantummodo defectū vini proponit, neceſsitatem ſolā vini proponit. Nō vt filius ſci at ipſa proponēte: ſed vt ordinē diuinæ diſpoſitionis ſeruet, quo ſtatuit recurrere nos debere in neceſsitatibus ad ipſum deum. hac enim ratione neceſsitatē proponit. [Et dicit ei Iesus. Quid mihi & tibi eſt mulier?] Sic habetur in textu Græco. Et nō ſunt verba obiurgantis ſeu arguentis aut repellētis matrē: ſed inſtruentis quod neutrius intererat pro tūc. Eſt enim ſenſus. quid mea & tua intereſt defectus vini? Tu enim es mulier. ac per hoc nō tibi imputabitur defectus vini. intereſt ſiquidē ſponſi prouidere: & non pertinet ad te quę es mulier. Vnde Architriclinus ſponſum vocauit (tanquam eum ad quem ſpectabat de vino) & non mulierem aliquam. Ego autem expecto tempus faciendi hoc miraculum. huiuſmodi enim expectatio ſignificatur, dicēdo. [Nondū venit hora mea.] Aſſi apertius dixiſſet. quāuis ſit hora deficientis vini, adhuc tamen non eſt hora congrua operi meo miraculoſo: quia adhuc non defecit vinum. vt manifeſtetur miraculum. Mater enim non expectauit vt vino careremus: ſed deficiente vino præuenit, ne ſubſequeretur defectus. ¶ Hunc autē eſſe germanum ſenſum iſtius literæ teſtatur intellectus matris. nam intellexit petitionem ſuam fuiſſe exauditam & adimplendam, ſed cum aliquanta dilatione: donec ſcilicet deficeret vinum. alioquin non ſubiunxiſſet præceptum miniſtris quodcunque dixerit &cæ. Apparet quoque hunc eſſe literalem ſenſum: ex eo quod ſingula verba ſic referuntur ad propoſitum

deficientis

deficientis vini & miraculi petiti. ¶Quare autem non aperta negatione instruxerit matrem (dicendo neque tua interest mulier neque mea quia nondum venit hora mea) sed interrogatiuo modo loquendi vtens, dicendo quid mihi & tibi est? In promptu est ratio filialis reuerentiæ, modestius enim negationem damus interrogando (tanquam relinquendo iudicium illi quem alloquimur) quam formali negatione. Vnde etiam in templo inuentus, simili loquendi modo vsus est. quid est quod me quærebatis, nesciebatis &c. ¶Et hinc patet etiam quare appellauerit matrem mulierem: ad significandum scilicet rationem qua non imputandus illi esset defectus vini. non enim est muliebre officium prouidere de vino in nuptijs. ¶Nec mulier est nomen corruptionis sed sexus. Claret siquidem Gene.2. quum producitur Eua virgo, appellatur mulier: dicendo, & ædificauit dominus costam quam tulerat de Adam in mulierem. Nec igitur secundum proprietatem nominis (quia mulier nomen est mollis sexus) nec secundum scripturam sacram mulier nomen est corruptionis. Et hæc dicta sint contra Heluidium, negantem perpetuam virginitatem beatæ Mariæ. [Dicit mater eius ministris. Quodcũque dixerit vobis facite.] Hæc verba manifeste testantur beatam virginem intellexisse verba Iesu in sensu explicato propterea enim mandat ministris vt faciant quodcunque dixerit Iesus. videns siquidem in promptu defectum vini, præparat ministros ad exequendum quicquid præceperit Iesus [Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ.] Græca dictio est hydria, ab aqua deriuata latine aquales dicuntur [Secundum purificationem Iudæorum]Consueuerant Iudæi multis purificationibus vti: vt patet Mar.7. & propterea erant ibi aquales cũ aqua munda, ad purificationem idonea. [Capientes singulæ metretas binas vel ternas.] Græca dictio est metreta à mensura, deriuata. Et describũtur aquales illę nõ æquales: sed aliæ binas, aliæ ternas metretas capientes. [Dicit eis.] Ministris. [Iesus, implete hydrias aqua.] Vt euidentius esset miraculum, voluit hydrias impleri aqua: [Et impleuerũt eas vsq3 ad summũ. Et dicit eis Iesus. Haurite nunc.] Impletis hydriis aqua vsque ad summum, iubet hauriri nulla dilatione interposita: vt intelligamus statim aquam conuersam in vinum. [Et ferte Architriclino.] hoc est præfecto apparando conuiuio Græca dictio est Architriclinus, denominata à loco trium lectorum in quibus comedebatur: eo quod ternario huiusmodi lectorũ numero, perfectum conuiuium significatur. [Et tulerunt. Vt autem gustauit Architriclinus aquam vinũ factam]

Non

Non dicit bibit sed gustauit ad significandũ officiũ Architriclini, [Et non sciebat vnde esset ministri autẽ sciebant qui hauserant aquã vocat sponsum Architriclin⁹. & dicit ei Omnis homo primũ.] pro, prius, [bonũ vinũ ponit.] Hinc apparet perfectum opus patrati miraculi. [Et quum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc.] pro, vsque nũc. Magna siquidem pars conuiuij peracta hinc monstratur. [Hoc fecit initium signorũ Iesus.] Quanuis subiunctus loeus. [Scilicet in cana Galilææ.] torquere possit apparenter sensum intentum ab euangelista per hæc verba dicendo quòd non describitur initium signorum absolute sed in illo loco scilicet in Cana Galilææ. ipsa tamen in primis ratio reprobat hunc sensum: quia pari ratione debuisset euangelista narrando alibi facta miracula, dicere hoc fecit initium signorum in Hierusalem: & similiter hoc fecit initium signorum in Capharnaũ: & similiter in monte &c. quod est ridiculum. Taceo quòd euangelista nulla alia miracula subiunget facta in Cana Galilææ. quę tamẽ subiungenda fuissent si hoc fuisset primum factorum in cana Galilææ & non primum absolute. [Deinde sequentia verba manifestant extortum esse hunc sensum. Nam subiungitur, & manifestauit gloriã suam. si prius fecisset signa, si hoc non esset initium signorum absolute, non subiunxisset euangelista & manifestauit gloriam suam: quoniam iam prius manifestasset eam. Rursus quum expresse descripsisset euãgelista locum nuptiarum esse canam Galilææ, superflue repeteret modo canam Galilææ si locũ huius miraculi describeret vnde ex ipsa repetitione non superflua, explicauit non locum signi sed locum initij signorum. Et hoc clare sonant etiam ipsa verba. dicendo, hoc fecit initium in cana Galilææ. Solicitus enim fuit euãgelista ad explicãdum quòd cana Galilææ quæ erat locus illius miraculi, fuit etiam locus initij signorum quæ fecit Iesus: vt hinc confutarentur apocryphæ traditiões de miraculis Iesu antea factis. [Et manifestauit gloriã suam.] quam intus habebat, qua intus fulgebat. & propterea dicit suam. Fulgebat enim intus deitatis gloria, fulgebat gloria beatitudinis in anima, fulgebat intus gloria diuinæ potentiæ &c. & conuertendo sic tãtã aquam in vinũ perfectum. manifestauit latentem in se gloriã diuinæ potentię. [Et crediderunt in eum discipuli eius.] Nõ caret quęstione quid noui crediderint discipuli, qui iã crediderãt ipsum esse Messiã: vt ex calce precedentis capituli apparet. Solutio est quod discipuli credentes ipsum esse filiũ Ioseph, & destinatum regem messiam, ad futurum fide tenebant, habentes

ipſum pro tunc in magiſtrum: viſo autē hoc miraculo, crediderūt in præſenti in ipſo latere diuinam potentiam. & propterea dicitur quòd diſcipuli eius crediderūt in eū. [Poſt hęc deſcēdit Capharnaum, ipſe.] Deſcenſus iſte Capharnaū, non eſt ille cuius alij euāgeliſtę meminerūt. quoniā iſte fuit ante Ioannis carcerē, ante multa miracula patrata. alij aūt euangeliſtæ aduentum Ieſu in Capharnaum, multorum miraculorum tempore deſcribunt poſt Ioannis carcerem. Vnde deſcenſus iſte non eſt ille quo reliquit patriam ſuam Nazareth, & venit ad habitandum in Capharnaum: quoniam quū mutauit habitaculum, multa iam fecerat in Galilęa miracula: vt alij narrāt euāgeliſtę. [Et mater eius.] quę ad nuptias venerat. [Et fratres eius.] Cōſanguinei, fratres appellatur more ſcripturæ. [Et diſcipuli eius.] Non dicit & apoſtoli. adhuc enim nō elegerat apoſtolos: ſed quinque habebat diſcipulos, quantū ex euāgelio habet. [Et ibi māſerūt non multis diebus.] Hoc dictū eſt ad ſignificādū quòd nō habitādi gratia venerint. [Et prope erat paſcha.] Hīc apparet fulciri euāgelica authoritate nuptias celebratas fuiſſe tēpore Epiphaniæ. Propinquitas enim ad paſcha (quod in prima oppoſitione lunæ ad ſolem exiſtētem in ariete celebratur) inſinuat propinquitatem temporis: ac per hoc anniuerſariū tempus baptiſmi: & conſequenter hoc paſcha non eſſe primū paſcha poſt baptiſmū Ieſu à Ioanne ſuſceptū, ſed ſecundum. Hoc enim clare ſequitur ex eo quòd dies nuptiarum fuit anniuerſarij dies baptiſmi. Quod eccleſiæ celebritas teſtatur. & euangelicis dictis conſonat vt patet ſupradicta diligentius intuenti. [Iudæorum.] Scribebat Ioannes euāgelium chriſtianis, pluſquā ſexaginta annis elapſis à paſſione domini, & iam deſtructa Hieruſalem in qua ſola celebrabatur paſcha Iudæorū. Et propterea ad differētiam paſchatis chriſtianorū dicit paſcha Iudęorū. [Et aſcēdit Ieſus Hieroſolymā.] adimplens legē, mādantem: ter in anno apparebit omne maſculinū corā me. Exo. 23 [Et inuenit in tēplo.] Appellat templū atria templi: in quibus & ſacrificia offerebantur, & orationi vacabatur & doctrinæ legis. nam in ipſum tabernaculū quod ſtrictiori vocabulo templum appellatur, non ingrediebantur niſi ſacerdotes. [Vēdētes oues & boues & colūbas.] Nō vendebant iſti niſi oportuna ad ſacrificia. & propterea excuſari videbantur à venditione in tali loco. Sicut hodie etiam in atriis eccleſiarum (& vtinam non in eccleſijs) videm⁹ vendentes candelas & imagines ſanctorum. [Et numularios ſedentes.] Ad commutandum nummos aliqui aderant: vt peregrini in promptu haberent commutationem. Sicut etiam hodie in

gradibus

gradibus scilicet Petri videmus numularios ad commutationem minutam. [Et quũ feciſſet quaſi flagellum.] Superfluit quaſi {De funiculis.] Non dicit de funiculo ſed de funiculis: vt intelligas funiculos inuentos ibi vbi erant oues & boues, coegiſſe flagellum. [Omnes eiecit de templo.] Nõ refertur ad homines dictio omnes, ſed oues & boues non enim legendũ eſt (vt Latinus codex habet) oues quoque ſed, [Oueſque & boues.] Ita q̃ explicat cõprehenſas res ſub nomine omnes, dicendo omnes eiecit de templo, expoſitiue oueſque & boues: hoc eſt tum oues tum boues ad declarandum quòd nec ouem nec bouem reliquerit in templo. [Et numulariorũ effudit æs.] Dictio interpretata æs, pecuniã minutulam ſignificat. Quæ ex vaſe aliquo in quo continebatur effuſa ſignificatur, dicendo effudit æs. [Et mẽſas ſubuertit.] Nõ ſat fuit effundere pecuniã, ſed & menſas numulariorum proprijs manibus dignatus eſt euertere. [Et ijs qui colũbas vendebant dixit.] Hinc apparet quòd non abegit homines, ſed oues & boues, hoc enim teſtatur menſio eorum qui vendebant columbas. ¶Flagello vſus fuerat ad eijciendum oues & boues: ſed ad columbas eijciendum, inutile erat flagellum. concluſæ ſiquidem erant in ligneis caueis in quibus ſolent ſeruari columbæ venales in foro. & propterea verbo monet vendentes columbas. [Auferte iſta hinc.] Oues & boues ego eieci vt vidiſtis, vos tollite iſta hinc. [Et nolite facere.] pro, & ne facite, [domũ patris mei.] Domũ dei, domum patris ſui appellat: ingerens ſemper veritatem illam quòd eſt naturalis filius dei. Quanuis non intelligeretur tunc in hoc ſenſu ipſum loqui, ſed deum appellare patrem iuxta propheticas monitiones. patrem vocabis me. Hieremię tertio. [Domum negociationis.] pro, mercatus ſeu emporij. Erat enim locus ille redactus vt eſſet velut quædam dom⁹ in emporio ad vendendum. quod quantum reprehenſibile ſit geſta domini teſtantur. ¶Et aduerte quòd iſta eiectio fuit prima inter ſcriptas ab euangeliſtis. nam iſta facta eſt paulo poſt miraculum nuptijs, antequàm tot miracula in Galilæa faceret alij autem euangeliſtæ narrant geſta ſimilia paulo ante paſsionem Chriſti. [Recordati ſunt vero diſcipuli eius quia ſcriptũ eſt.] Subdit euangeliſta hoc quod poſt Ieſu Chriſti reſurrectionem, poſt acceptum ſpiritumſanctum occurrit diſcipulis circa hæc geſta ſcilicet quia rationem facti ex ſcriptura ad memoriam reuocarunt. Tanquàm enim ſcientes in habitu & docti à ſpirituſancto deſcribũtur, dicendo recordati ſunt quia ſcriptum eſt Pſalmo. 68. hoc eſt recordati ſunt rationis ſcriptæ. ratio enim ſignificatur in coniun-

dione quia. [Zelus domus tuæ.] hoc eſt amor impatiens conſortij in domo tua: vt ſcilicet domus tua cõmunis ſit prophanis. [Comedit me] Metaphorico ſermone, conſumi ſe amore domus dei ſignificat. [Reſponderunt ergo] operi potius quàm verbis Ieſu. [Iudęi.] cõmoti ex tali facto. [Et dixerunt ei. Quod ſignum oſtendis nobis.] Natura facti & modus faciendi, authoritatem mõſtrabant in Ieſu, & propterea ſignum petunt poteſtatis eius. tum quia ſolitum eſt Iudęis ſigna quærere: vt Apoſtolus dicit. 1. ad Cor. 1. Tũ quia quum Moyſes authoritatem educendi populum ex Aegypto prætenderet, ſignum oſtendit authoritatis ſuæ: vt patet Exodi quarto. [Quia hęc facis?] hoc eſt poteſtatis ſeu authoritatis qua hæc facis. Dicendo quia, cauſam poteſtatiuam ſignificant. & non dicunt qua hæc dicis ſed facis, eijciendo & euertendo &c. [Reſpõdit Ieſus: & dixit eis. Soluite,] pro, ſoluitote. Futurum eſt enim imperatiui. [Templum hoc.] Petentibus ſignum poteſtatis eius, prædicit ſignum dandum poſt reſurrectionem ſuam. & propterea prædicit eis ſub metaphora templi quòd occiſuri ſunt prius ipſum. Minus dico. quòd non ſolum occiſuri ſunt, ſed velut ex debito ſunt ipſum occiſuri. hoc enim ſignificat futurum imperatiui. ¶ Et ſignificatur per hoc id quod explicatur aliâs de debito implendi ſcripturas. [Et in tribus diebus excitabo illud.] Vos quidem deſtructis templum hoc corporis mei, ego autẽ in tribus diebus excitabo illud à ſomno mortis: & tunc habebitis ſignum quia hæc facio. poſtquam enim Ieſus reſurgendo à mortuis glorificatꝰ eſt, miſit ſpiritum ſanctum ſignum poteſtatis ſuæ. ¶ Non meruerunt Iudæi claram reſponſionem. & propterea ſub hac metaphora Ieſus reſpondit. [Dixerunt ergo Iudæi. Quadraginta & ſex annis ędificatũ eſt templũ hoc.] Inchoatum à Zorobabele, à primo Cyri anno vſque ad ſextum annum Darij filij Hydaſpis ædificatũ eſt. ita quòd fluxerunt anni. 45. ſeu circiter ſi computantibus Hebræis creditur. & propterea iſti dicũt. 46. annis duraſſe ædificationem tẽpli. intelligentes verba Chriſti de tẽplo manufacto. [Et tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de tẽplo corporis ſui] Inſinuat euangeliſta ꝙ Ieſus nihil reſpõdit huic obiectioni Iudęorũ. & ſimul declarat ſenſum verborũ intentũ à Ieſu quòd ſcilicet metaphorice corpus ſuũ appellauit templum. Quod tamen erat verius templum quàm templum manufactum: quia in corpore eius habitabat plenitudo diuinitatis perſonaliter, non autem in templo manufacto. [Quum ergo reſurrexiſſet,] pro, excitatus fuiſſet, [à mortuis, recordati ſũt diſcipuli eiꝰ quia] ꝙ, [hoc dicebat

ceba

cebat.]Subiungit euangelista dispositionem discipulorum post resurrectionem Christi Circa hoc dictum.quòd scilicet reuocarunt ad memoriam hoc dictum [Et crediderunt scripturę]supple prophetarum de resurrectione Iesu.Non quòd tunc incœperint credere scripturæ,sed quia tunc in specie & explicite crediderunt impletas esse scripturas prophetarum in resurrectione Iesu Nazareni,aperuit enim Iesus post resurrectionem sensum illorum vt intelligerent scripturas. [Et sermoni.] huic metaphorico penetrato in sensu intento. [Quem dixit Iesus. Quum esset Hierosolymis in pascha.]hoc in solennitate paschali,continente septem dies. [In die festo.]Tam primus quàm septimus dies,festus dies erat :quo populus conueniebat ad sermonem & propter hoc meminit specialiter diei festi.Aut forte sabbatum illud quod infra solennitatem paschalem erat, significat appellatione diei festi quia sabbatum illud erat totaliter dies festus in quo nec coquere etiam licebat:quod tamen licitum erat reliquis diebus solennitatis paschalis.[Multi crediderunt.]Ecce fructus.[In nomine.]pro,in nomẽ, [eius.]hoc est crediderunt eum esse qui nominabatur. Qui nisi vere credidissent,non assertiue dixisset euangelista, multi crediderũt in nomen eius.[Videntes signa eius quæ faciebat.] Duo simul significantur.Alterum est quòd Iesus fecit signa ibi tunc : alioquin non dixisset euangelista videntes,immo(quod plus est non solum quòd fecerat sed quòd perseuerabat faciendo signa,significatur dicendo quæ faciebat.& non dicit quæ fecit aut fecerat. Qualia autem fuerint hæc signa, scriptum non est. multa tamen facta fuisse tunc ibi miracula, non est vertendum in dubium. ¶Alterum est quòd visio non auditio miraculorum induxit multos ad credendum in nomen eius.[Ipse autem Iesus non credebat semetipsum.] Non dicit mysteria sua,sed seipsum. Significatur enim quòd non fallebatur,putando illos bonum animũ erga se habere. [Eis.]Pro nomen eis,non demonstrat illos qui crediderunt in nomen eius: sed in genere illos qui in solennitate paschali Hierosolymis fuerũt.Dixerat enim,quum autem esset Hierosolymis,& multos quęsisse ab eo signum potestatis, & multos credidisse in nomen eius, modo autem dicit in genere quòd eis Iesus non credebat semetipsum hoc est non confidebat de vita propria in eis. ¶Et hoc dicit non ad significandum timorem sed ad excludendum falsam confidentiam.Propter quod subiungit [Eo quod ipse nosset omnes.] pro,omnia.Ratio non credendi semetipsum, nõ timor sed notitia omniũ assignatur.[Et quia opus ei non erat vt quis testimonium

perhiberet de homine]Nõ ſufficit euangeliſtæ dicere quòd Ieſus notitiã habebat omnium rerũ: ſed voluit in ſpecie explicare quòd Ieſus non egebat teſtimonio ad cognoſcendum intima hominis. Habet enim quandam ſpecialem difficultatem noſſe corda hominum, & propterea ſpecialiter de notitia cordis humani hæc ſubiungit. [Ipſe enim ſciebat,]pro, cognoſcebat,[quid eſſet in homine.] in intellectu, in volũtate, in cognitione, in affectu hominis, & propterea non erat ei opus teſtimonio. ¶[Et ſignificatur per hæc quòd ex tunc incœperunt aliqui concipere odium ſeu inuidiam aduerſum Ieſum. huc enim tendunt hæc euangeliſtæ verba huc tendit Ieſum non credere ſemetipſum eis. Niſi nãque male diſpoſiti fuiſſent multi eorum, iniuriam quodammodo intuliſſet Ieſus eis ſciens omnia, non credendo ſemetipſum illis. In promptu autem cauſa malæ erga Ieſum diſpoſitionis erat facta eiectio ouium & boum, & euerſa menſa numulariorum. redundabat enim in ſacerdotum infamiam.

CAPVT III.

ERat autem homo ex Phariſæis Nicodemus nomine princeps Iudæorum.]hoc eſt vnus inter primates Iudæorum.[Hic venit ad Ieſum nocte.]Timor ſeu reſpectus humanus detinens Nicodemum à manifeſto diſcipulatu Chriſti, ſignificatur ex tẽpore nocturno. [Et dixit ei: Rabbi ſcimꝰ quia.]p, quòd,[à deo veniſti magiſter.] Nominatiui caſus eſt magiſter. Ita quòd non ſolum appellat eum Rabbi: ſed profitetur ſe & alios noſſe quòd magiſter à deo deſtinatus fuerit ¶[Et dixit hoc, quia veniebat diſcendi cauſa. vt hac profeſsione inuitaret Ieſum ad ſe docendum [Nemo enim poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis, niſi fuerit deus cum eo.]Declarat vnde ſciant ſcilicet ex miraculis quæ faciebat,[Reſpondit Ieſus.]Intellexerat petitionem Nicodemi, ſummarie ſignificatam ab euangeliſta recitatis verbis, veniſti magiſter: & incœpit ipſum inſtruere, inchoans à lege regenerationis per baptiſmum. Quod enim mandaturus erat apoſtolis (ſcilicet docete omnes gentes, baptizantes, &c.) incœpit facere, docẽdo Nicodemum de fide ſacramenti baptiſmi. [Et dixit ei. Amen amen dico tibi.]Legem mundo promulgans de baptiſmo, nõ dicit hæc dicit dominus (vt Moyſes & prophetæ dicebant) ſed authoritatiue loquitur dicendo dico. incipiens hinc excitare Nicodemum ad maiorem de ſe fidẽ. Minus ſiquidẽ de Ieſu ſentiebat Nicodemus, qui pro ſummo titulo profeſſus eſt Ieſum magiſtrum deſtinatum à deo. hic enim titulus communis erat Chriſto &

ſto & reliquis prophetis. Per hoc autem quòd dicit dico, maiorem ſe prophetis cunctis ex modo loquendi aperit [Niſi quis renat⁹.] pro, natus, [fuerit denuo.] Dictio iterpretata denuo, anceps eſt ad denuo vel ſuperne. Verba autem Nicodemi ſubiuncta, (quo poteſt homo naſci & nunquid poteſt in vterum matris ſuæ introire) teſtantur quòd optime ac vere interpretata eſt denuo. Nam ſi Ieſus dixiſſet oportet vos naſci ſuperne, non obieciſſet Nicodemus ea quæ ſunt generationis carnalis: vt patet ex hoc quòd poſtquã Ieſus explicauit quòd oporteret vos naſci ex aqua & ſpiritu, nihil oppoſuit de modo generationis carnalis. Hinc enim habetur q⁹ ſi in primis verbis Ieſus dixiſſet oportet vos naſci ſuperne, iam intellexiſſet Nicodemus quòd non de carnali generatione loqueretur: ac per hoc non obieciſſet quæ obiecit, audiendo, ſimpliciter & abſolute oportet vos naſci iterum. ¶ Et nota legem quia neceſſitatem imponit, dicendo niſi quis. [Nõ poteſt videre regnũ dei.] Regnum dei duplicem habet ſtatum. Alterum in præſenti vita in mentibus fidelium. Secundum quem ſtatum inquit Apoſtolus ad Ro. 14. non eſt regnum dei eſca & potus, ſed iuſtitia & pax & gaudium in ſpiritu ſancto. Alterum in futura vita æternæ fœlicitatis. Vnde videre regnum dei in ſtatu fœlicitatis, eſt proprium beatis: quia ſoli beati vident fœlicitatem illam in ſeipſa. Videre autem regnum dei ſecundum præſentem ſtatum, nullis aut paucis electis conceditur. fide enim & non euidentia regni ambulamus. ¶ Quũ ergo dicitur non poteſt videre regnum dei, de expectata & deſiderata ac præparata cunctis electis viſione regni dei ſecundum ſtatum fœlicitatis eſt ſermo. Et ſignificatur quòd niſi quis iterum natus fuerit, non poteſt peruenire ad expectatam viſionẽ fœlicitatis regni dei. [Dicit enim Nicodemus. Quomodo poteſt homo naſci, quũ ſit ſenex.] Audiens Nicodemus quòd oportet iterũ naſci obijcit primo ab ætate, obijcit autem interrogatiue, reuerẽtiam ſeruãs. Et citat ſenectutem: vt ab ætate omnino contraria naſcenti, obiectio ſit euidentior. [Nunquid poteſt in ventrem matris ſuę iterato introire.] Obijcit ſecundo à modo naturali naſcendi: vt tãto rationabilior appareat admiratio. [Et renaſci.] pro, & naſci. [Reſpõdit Ieſus.] admirationi Nicodemi. [Amẽ amen dico tibi, niſi qs renatus.] pro, natus, [fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto.] Superfluit ſancto. Explicat ſenſum verborum dictorum: declarando quòd nõ loquitur de natiuitate carnali, ſed de natiuitate ex aqua & ſpiritu. Vbi attente nota ſingula verba. Nam dicendo niſi quis, omnes comprehendit. omnibus neceſsitatem imponit, nullúmque

excipit. nullam ætatem, nullum ſexum, nullam conditionem excipit, ſed cuiuſque differentiæ hominẽ comprehendit dicendo quis. ¶Dicendo natus, nouam naturam in illo ſignificat. omnis enim natiuitas, alicuius eſt naturę. Et hoc ad differentiam eorum qui baptizantur, ſed non naſcuntur filij dei, quia obicem ponũt. ¶Quod autem dicit ex aqua (non ex vino, non ex oleo, aut quacunque re alia ſenſibili) ſtatutum eſt ipſius ieſu Chriſti qui eſt verus deus. Et ſicut reliqua iura velut poſitiua diuina, propria ratione habent diuinam voluntatem, ita & hoc. Potuiſſet enim ieſus nouam natiuitatem ſtatuere ſine aqua & ſine omni elemento ſenſibili: ſed placuit ſic maieſtati eius. Non tamen ſine multa ratione ex parte noſtri: qui per ſenſibilia naturaliter ducimur in ſpiritualia, qui compoſiti ſumus ex natura corporis & ſpiritus, vt intelligamus ex ablutione exteriori internam animi ablutionem: vt percipiamus quòd ſicut aqua mater eſt omnium viuentium, ita ſacramentum hoc initium eſt nouæ vitæ: vt ereda mus, hoc ſacramento in eam nos naſci naturam quæ beatitudo eſt non ſolum animæ, ſed etiam corporis. hinc enim corpora noſtra erunt glorioſa. ¶Quod demum dicit & ſpiritu, formale eſt & id in quo ſumma totius conſiſtit & eſt velut naturale ius diuinum. Naſci ſiquidem ex ſpiritu neceſſarium eſt ſimpliciter, & abſolute ad conſequendum regnum dei ex ipſa extremorum natura nam regnum dei non carnale, ſed ſpirituale eſt: & non caro, ſed ſpiritus eſt qui meretur regnum dei. Et quum humani ſpiritus vires ad hoc non ſufficiant, oportet diuino ſpiritu humanum fulciri, oportet in diuinum ſpiritum humanũ eleuari ad hoc vt mereatur regnum dei [Non poteſt introire in regnum dei.] Quod ſuperius dixerat non poteſt videre, modo explicat non poteſt introire: vt intelligamus coincidere videre regnum dei, & introire in regnum dei. ¶Aduerte hic quòd lex iſta quo ad naſci ex ſpiritu, non eſt noua ſed communis eſt omnium temporum non ſolum hominibus, ſed creaturis rationalibus vniuerſis. Sed ex ea parte qua exigitur naſci ſimul ex aqua: lex noua eſt, non ligans præteritos: quoniam nulla lex obligat præteritos. Et propterea non oportet eſſe ſolicitum de iuſtis antiquis qui non ſunt geniti ex aqua & ſpiritu. ¶Si autem obijcitur quòd etiam poſteriorum multi ingrediuntur regnum dei non nati ex aqua & ſpiritu, ſed ex ſpiritu, tantum: vt qui catechumeni morte occupantur, & qui in ſanguine martyrij baptizantur. in promptu eſt reſponſio, quòd omnes ſunt nati ex aqua & ſpiritu quanuis non re tamen voto [Quod natum eſt ex carne,

caro

caro eſt: & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt.] Declarato ſenſu quo dictum eſt oportere naſci denuo, declarat quid eſt id quod hac natiuitate naſcitur. Declarat autem ex ſimilitudine carnalis generationis: dicendo quòd quemadmodum quod natum eſt ex carne, hoc eſt ex carnali principio productiuo, aſsimilatur ſuo productiuo principio (ac per hoc caro eſt: vt patet in omnibus quas videmus generationibus animalium. omnia enim genita carnalia ſunt, quia naſcuntur à principijs carnalibus) ita & quod natũ eſt ex ſpiritu vt à productiuo principio, aſsimilatur ſpiritui, ac per hoc ſpiritus eſt. [Non mireris quia dixi tibi: oportet vos naſci denuo.] Concludit ex declaratione tam generantis quàm geniti debere ceſſare admirationem Nicodemi, de hoc quòd dixerat oportet naſci denuo. [Spiritus vbi vult ſpirat.] Dixerat hominem oportere naſci denuo: & declarauerat huius natiuitatis effectiuum principium eſſe ſpiritum, & ſimiliter terminum eſſe ſpiritum. Et quoniam conſtat hominem non eſſe ſpiritum, nec poſſe fieri ſpiritum, ideo manifeſtat quo ſenſu dictum eſt quòd oportet hominem ex aqua & ſpiritu naſci ſpiritum. Manifeſtat autem hoc, declarando conditiones ſpiritus in quibus homo natus ex ſpiritu aſsimilatur ſpiritui: vt hinc intelligamus hominem naſci ſpiritum participando has ſpiritus conditiones. ¶Prima itaque conditio ſpiritus generantis eſt, quòd vbi vult ſpirat. Ex qua conditione ad literam ſignificatur quòd de ſpiritu ſancto qui habet proprium velle eſt ſermo. Niſi enim haberet actum voluntatis, falſo de eo diceretur vbi vult, Hic eſt ſiquidem ſpiritus de quo Apoſtolus inquit, & hæc operatur vnus atque idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult. ¶Nec ſolum ſignificatur quòd vult, ſed quòd vult libera electione, dicendo vbi vult. Electio enim loci ſignificatur dicendo vbi vult. Sed locus ſuſceptiuus ſpirationis non corpus eſt, ſed animus. Et intellige per ſpirare propriam ſpiritus operationem, Ita quòd ſenſus eſt. ſpiritus operationem propriam exercet in quo vult. ¶Si dictio interpretata vbi poteſt interpretari quo (quod nonnulli affirmant) magis congrueret legere, ſpiritus quo vult ſpirat: propter aduerſatiuam ſubiunctam ſed neſcis vnde veniat aut quo vadat, hæc enim aduerſatiua ſupponere videtur vt dictum ſit ſpiritum aliquo tendere quod ſignificatur dicendo, ſpiritus quo vult ſpirat. Et eſt ſenſus quòd per operationem ſuam propriam tendit quo vult electione libera. [Et vocem eius audis.] Secunda conditio generantis ſpiritus eſt, quòd vocem eius audis. In qua ſignificatur ſpiritum generantem habere vo-

cem

tem ſenſibilem, dicendo & vocem eius: & quòd vox eius auditur etiam ab iis qui imperfecte credunt: qualis erat Nicodemus. & propterea in ſecunda perſona dicit audis. ¶ Eſt autem vox ſpiritus generantis tum illa de qua ſcriptum eſt non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Tũ illa quæ ſcripta eſt in libris prophetarum iuxta illud ſymboli, qui locutus eſt per prophetas. Et vtranque ſpecialiter audiebat Nicodemus: quoniam doctor erat, ſæpe voces prophetarum audiens: & audiendo verba Chriſti, actualiter audiebat vocem ſpiritus. [Sed neſcis vnde veniat, aut.]pro,&,[quo vadat.] Tertia conditio eſt inſcitia vtriuſque termini: ſcilicet à quo, vnde veniat, & ad quem, quo vadat. Et eſt ſermo de venire & ire per operationem. Eſt enim ſenſus, quòd neſcimus vnde veniat, hoc eſt ex qua ratione procedat in tale opus: & ſimiliter neſcimus quo vadat: hoc eſt proprium finem quem intendit per talem ſpirationem. Nam & rationes propriæ diuinorum operum apud deum, ignotæ ſunt nobis: & proprij fines quos intendit deus, ignoti quoque ſunt nobis. præter hoc quòd tam vltimus finis quam prima origo procul eſt à ſcientia noſtra. [Sic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu.]Non dicit, ſic eſt natiuitas ſpiritus: ſed ſic eſt, non aliquis, ſed omnis qui natus eſt ex ſpiritu, vt intelligamus manifeſte ſignificari ſic eſſe genitum ex ſpiritu quemadmodum eſt ſpiritus: perpendamus genitum aſsimilari generanti in iſtis tribus deſcriptis cõditionibus ſpiritus. hoc enim clare ſignificat aduerbiũ ſic. ¶ Et intendit per hæc inſtruere Nicodemum, quòd homo natus ex ſpiritu, eſt ſpiritus quantum ad has conditiones, quod ſub alijs verbis dicimus q̃ eſt ſpiritualis habẽs has ſpiritus conditiones. Participat in primis quòd vbi vult ſpirat, ne erraremus intelligendo natos ex ſpiritu, ve luti furioſos impetu agi (vt multi intelligunt) tanquam non ſint domini ſui impetus. Ne inquam has inſanias attribueremus natis ex ſpiritu, explicauit magiſtrorum optimus, quòd omnis qui natus eſt ex ſpiritu, ſic eſt vt ſpiritus qui vbi (ſeu quo) vult ſpirat. ad ſignificandum quòd natiuitas ex ſpiritu: fert non tollit libertatem liberæ electionis proprij operis ſpiritualis: ſed nati ex ſpiritu, tendunt ſpirituali opere quo libere volunt, operantur in quo volunt exercitio. Propter quod & Apoſtolus dixit, quòd ſpiritus prophetarum ſubiecti ſunt eis. Hanc conditionem diligentiſsime nota: contra illos qui ſpirituales eſſe creduntur, excuſantes ſe ab aliquo indecenti quòd non poſsint aliter facere tales enim ſpiritus neſcit euangelica atque apoſtolica doctrina

¶ Parti-

¶Participat secundo quod vocem ex spiritu profert sensibilem ex abundantia enim cordis os loquitur. Eius siquidem qui ex spiritu natus est, vox quidem præcipue, sensibiles tamen omnes operationes ex spiritu procedunt : quoniam spiritus præest animo, & dirigit operationes omnes. ita audiamus vocem talium tanquam vocem spiritus hoc est cognoscere possimus ex signis visis & auditis internum spiritum. ¶Participat & tertio quod ignoratur ab alijs vnde veniat & quo vadat. Quanuis enim vocem & opera audiant & videant, nesciunt tamen euidenti cognitione diuinum principium vnde venit, & similiter diuinum terminum quo vadit. ¶Et quum legis, sic est omnis qui natus est ex spiritu, intellige sic actu vel habitu : ne infantes baptizatos neges natos ex spiritu propterea quod non habent actu velle vt tendant quo volunt. Rursus intellige sic, quantum est ex natura spiritus ex qua homo nascitur. Quod ideo etiam intelligendum est: quia multi nascuntur in baptismo ex spiritu imperfecte propter ipsorum indispositionem vel corporalem : vt infantes. vel spiritualem: vt adulti qui minus deuote baptizantur. Par autem fuit vt diuina sapientia explicaret effectum proprium baptismi in recipientibus ipsum perfecte scilicet secundum actum volendi & cætera vt relatiue ad perfecte recipientes, intelligeremus & metiremur imperfecte recipientes baptisma. Talis siquidem est cuiusque doctrinæ modus, vt actus doceat relatiue ad recipientia perfecte disposita: vt facile patet discurrendo] per singulas. [Respondit Nicodemus: & dixit ei. quomodo possunt hæc fieri?] Audita natiuitate hominis ex spiritu, & auditis conditionibus quas habet homo natus ex spiritu, mouetur Nicodemus (qui venerat vt disceret) ad inquirendum modum quo possunt hæc fieri. Et demõstrat pronomen hęc, tũ natiuitatẽ hominis ex spiritu, tũ efficaciã huius natiuitatis tũ necessitatẽ hui⁹ natiuitatis. hæc enim tria Iesus dixerat. Nã nõ solum dixerat homines nasci ex spiritu, sed dixerat necessitatem. nisi quis natus fuerit, oportet vos nasci. & efficaciam vidẽdi & introeundi in regnum dei. Modum itaque discere quærit quo hæc fieri possunt. [Respondit Iesus [& dixit ei. Tu es magister in Israël.] pro, Israëlis. Hinc apparet Nicodemum non solum inter primarios fuisse Iudæorum, sed etiam fuisse legis diuinę doctorem. propterea enim dicitur mgister Israëlis. [Et hæc ignoras?] Admiratiue legenda sunt: sonántque nonnihil reprehensionis, quod doctor populi fidelis ignoret hæc. Et vere non debebat vsquequaque ignorare hæc quoniam nosse poterat multos

prophet-s

prophetas natos ex ſpiritu, ſpirituales, expectantes regnum dei. &c [Amen amen dico tibi.] Reſponſurus dominus Nicodemo ad quæſita, præponit tria oportuna ad propoſitū. Primum eſt cō. mune dicendis & dictis: & eſt clara euidentia apud ipſum Ieſum omnium dictorum & dicendorum, vt per hoc intelligat Nicodemus quòd Ieſus non loquitur ex auditu aut exiſtimatione, aut etiam ex certa fide, ſed ex certa ſcientia & euidentia. hoc enim ſignificatur dicendo [Quia quod ſcimus.] Non dicit credimus ſed ſcimus, certa notitia cognoſcimus [Loquimur.] quibuſcūq; loquimur. [Et quod vidimus.] Nō dicit quod audiuimus. [Teſtamur.] quibuſcūque teſtamur. Vtitur autem numero plurali primæ perſone, propter duplicem notitiam, vtranque claram & euidētē, creatā ſcilicet & increatam. Anima ſiquidem Chriſti ab initio creationis ſciuit & vidit omnia, præter hoc quod Chriſtus erat verus deus, ſciens & videns omnia. Ita quod dicendo quod ſcimus, deum & hominem refert. nam deus & homo ſciuerunt, viderunt, locuti ſunt, teſtati ſunt. Non quod in Chriſto duæ ſint perſonæ deus & homo: ſed pluralis numerus ad pluralitatem refertur naturarum. ¶Quanuis hoc poſſit etiam propter ſpiritus ſancti perſonā quæ ſimul eum filio loquebatur & teſtificabatur (de qua erat ſermo) dictum intelligi [Et teſtimonium noſtrum non accipitis.] Secundum quod permittit eſt quod modus diſcendi quomodo poſſunt hæc fieri, eſt non modus cognoſcēdi euidēter ſed credēdo. Ad hoc enim ſpectat quod dicitur, & teſtimonium noſtrū nō accipitis. teſtimonium nanque ad fidem non ſcientiam faciendam ordinatur. Et intendit per hoc inſinuare Nicodemo quod ſi vult noſſe quomodo poſſunt hæc fieri, præparet ſe ad credendum ipſi Chriſto: & non perſeueret in hac duritia non accipiendi teſtimonium noſtrum. ¶Vbi nota quod dicendo non accipitis in plurali numero, inſinuatur Nicodemum non ſolum inſtrui, ſed alios cum eo eſſe ſimiles ei in credulitate imperfecta. Quod etiam ſuperius inſinuatum eſt in primis Nicodemi verbis, dicendo pluraliter ſcimus quia à deo veniſti. Quia tamen Nicodemº caput eorum erat, & ipſe ſolus loquebatur, ad eum ſermo dirigitur. ¶Siquis tamē hæc verba aliter expoueret (vt ſcilicet Ieſus ſe & prophetas monſtrauerit, dicendo quod ſcimus loquimur & quod vidimus teſtamur: & modo dicendo non accipitis: demonſtrauerit Iudæos minus credulos ſibi & prophetis) non erraret. Verificatur enim proportionaliter de Chriſto & omnibus prophetis, quod ſcimus loquimur, & quod vidimus teſtamur, & de Iudæis quod teſtimo-

niuꝫ

nium noſtrũ nõ accipitis. Vos enim inquit Stephanus ſemper reſtitiſtis ſpiritui ſancto. Et eſt hic ſenſus planior. & magis cõfutãs ignorantiã Nicodemi. [Si terrena dixi vobis & non creditis, quomodo ſi dixero vobis cœleſtia credetis.] Tertium opportunũ eſt quod valde ardua ſunt, quod ſuprema ſunt ea ex quibus diſcendũ eſt quomodo poſſunt hæc fieri. Et declarat excellentiam quæſitorũ reſpectu dictorum excellentia cœleſtium reſpectu terreſtrium. Non enim intendit terrena cœleſtibus comparare ſed metaphorico ſermone per terrena ſignificat inferiora quæ dixit, & per cœleſtia intelligit ſuprema dicenda, optimo vtens argumento quod ſi ea quæ dixi, inferiora velut terrena, non creditis, quomodo ſi dixero vobis ſuprema elongatà ab inferioribus ſicut cœleſtia à terrenis, credetis? Et dixit hoc ad accendendum Nicodemum & alios ad credendum. [Et nemo.] Intendit Ieſus reſpondere ad principale quæſitum Nicodemi: quomodo poteſt homo naſci ex ſpiritu: & dicere quod modus eſt credendo in ipſum Ieſum perfecte Et propterea inchoat à credendis, & primo ab vtraque ſua natura: diuina ſcilicet & humana, non qualitercunque ſed beata.

¶Inchoat autẽ à coniunctione & propter emphaſim: ad excitandum mentem ad celſitudinem myſteriorum. vnde & repetit eandem coniunctionem, ſubiungendo aliud credendum de myſterio mortis ſuæ (quum ſubiunget. & ſicut moyſes) ad repetendam emphaſim. [Aſcendit in cœlum.] Quia præteriti temporis eſt aſcẽdit, cogimur non intelligere textum hunc de aſcenſione Chriſti qua poſt reſurrectionem aſcendit in cœlum: quoniam illa non erat præterita. Et quia aſcendere in cœlum, non diuinæ ſed humanæ eſt naturæ, nullaque apparet tunc præterita aſcenſio Chriſti ad cœlum niſi accenſus animæ ad viſionem & frũitionem beatã (à principio ſiquidem cõceptionis ſuæ in vterõ matris Chriſtus ſecundum animam aſcendit in cœlum: hoc eſt ad beatam dei viſionem & fruitionem. fuit enim Chriſtus verus comprehenſor ſecundum partem ſuperiorem, & verus viator ſecundum partem inferiorem) ideo de hac aſcenſione intelligendus eſt textus iſte ad literam. ¶Et veriſſime dixit nemo aſcendit in cœlum: quia ſolus ipſe inter homines aſſecutus fuerat beatitudinem cœleſtis patriæ. Quanuis etiam ponderando verbum aſcendit, etiam angeli excludantur quantũcunque beati. quia nullus angelus ex vi ſuæ hypoſtaſis aſſecutus eſt beatitudinem. Chriſtus autem ex vi ſuæ propriæ perſonæ peruenit ſecundum animam ad cœleſtis patriæ beatitudinem. Et hic modus ſignificatur verbo aſcendit. Sicut enim

Chriſtus

Christus solus ascendit in cœlum secundum corpus (reliqui enim sancti velut rapiuntur in cœlum) ita solus secundum animam ascendit in cœlestem fœlicitatem. [Nisi qui descendit de cœlo filius hominis.] Duo dicuntur scilicet quod idem descendit de cœlo, & quod descēdit filius hominis. nec vnum sine alio intelligi potest. Intellexisset forte Nicodemus localem descensum, nisi declarasset terminum descensus nō esse locum sed esse filium hominis. nihil enim est aliud dei filium descendisse de cœlo, quam effectū esse filium hominis. ¶Et aptissime describit mysterium incarnationis, dicendo descendit de cœlo filius hominis. nam effectum esse filium hominis, nō solum claudit in se quòd deus effectus est homo (quod potuisset fieri in cœlo) sed quod effectus est filiꝰ hominis. quod est effectum esse hominem natum ex homine: hoc est ex matre. Quod quia in terra vbi erat mater factum est, merito vtitur verbo descendit: vt etiam inferior locus verificetur. Cœlum autem pro cœlesti habitatione sumitur. Deus enim ab omnibus existimatur habitator cœli. Et vere sic est: non per exclusionem habitandi vbique, sed per extensionem quod etiam habitat in cœlo, & ibi manifestius propter clariores ibidem effectus. ¶Hunc verissimum sensum si Valentinus hæreticus voluisset intelligere, non finxisset descendisse de cœlo filium hominis eo quòd attulit cœleste corpus, quod ridiculum est. [Qui est in cœlo.] Ne intelligeret Nicodemus descensum hunc fuisse deferendo terminum à quo (quemadmodum est descensus localis, subiunxit se sic descēdisse filium hominis vt tamen remanserit in cœlo: vt hinc intelligeret Nicodemus ipsum Iesum esse verum deum & verum filium hominis: qui ita de cœlo descendit filius hominis vt tamen sit in cœlo. hoc enim impossibile est alteri quàm deo. ¶Collige quatuor credenda in his verbis proposita. Primum est quòd filius hominis est verus deus. Secundū quod est verus filius hominis. Tertium quod ascendit in cœlum secundum animam, & quartū quod solus ipse ascendit secundum animam in cœlum, quia solus descendit filius hominis & est in cœlo. [Et sicut Moyses exaltauit serpētem in deserto.] Adiungit (vt dictum est) repetens emphasim, secūdum credendum: quod est mysterium passionis eius. Quod ex figura ænei serpentis declarat. Nu. 21. scribitur res gesta quòd quū à serpentibus ignitis morderentur in deserto filij Israel, Moyses præcepto dei fecit serpentem æneum, & posuit eum in ligno excelso pro signo: ita quod quicunque percussus à serpentibus aspiciebat serpentem æneum, non solum viuebat sed sanabatur. Declarat

clarat Iesus se esse exaltandum simili modo. Et ad literam intendit se esse crucifigendum ad simile beneficium [Ita exaltari.] Quod exaltatio significet crucifixionem, inferius cap. 12. clare patet. Vbi Christo dicente & ego si exaltatus fuero à terra omnia trahã ad me ipsum: explicat euangelista. hoc autem dicebat significans qua morte esset moriturus. Et ad sensum quidem exaltabantur crucifixi: pro quanto eleuati à terra, in cruce pendebant. Verum Iesus mysterium intendit significare exaltationis quo ad meritum: quoniam ex morte crucis meruit exaltari. propter quod inquit Apostolus, deus exaltauit illũ & dedit ei nomẽ quod est supra omne nomen. ¶ Assimilat autem Iesus seipsum in cruce serpẽti æneo in ligno pendẽti in eo quod caro eius nõ caro peccati sed similis carni peccati erat: sicut serpens æneus non venenosus sed similis venenoso animali erat. Atque ita, in ligno, ita in signũ, ita salutifere. Et in ligno quidẽ patet, quia in cruce lignea. in signum vero dicitur: quia crucifixum corpus est signum latentis filij dei & excellentissimæ charitatis qua redemptio mundi per crucifixum facta est. Quod autem salutifere, explicatur in textu: subiuncta vita æterna habenda per crucifixi fidem. [Oportet.] necessitate tum diuinæ ordinationis, tum humanæ salutis subiunctæ. [Filium hominis.] Eundem quem dixit descendisse de cœlo filium hominis, modo dicit oportere crucifigi: & quem dixerat ascendisse in cœlum, modo dicit oportere pati. vt intelligeremus quod secundum animam quidem ascenderat in cœlum, secundum corpus autem erat adhuc passibilis. [Vt omnis qui credit in ipso.] pro, in ipsum. Prosequitur figuram serpentis æneis quantum ad fructum. Ibi enim statutum erat vt omnis qui aspiceret in illum, hic autem vt omnis qui credit in ipsum. ibi oculis corporeis erat aspectus: hic oculis mentis est non visio sed fides, non videre sed credere. ¶ Significanterque dicitur in ipsum ad differentiam credentium ipsum sed non in ipsum. Qui enim credunt sed factis negant, credunt quidem ipsum sed non in ipsum qui autẽ fide quę per dilectionem operatur credunt, ita credunt quod credendo tendunt in ipsum. [Non pereat.] Morsi enim à serpentibus ignitis, peribant nisi aspectu serpentis æneis sanarentur, & nos omnes morsi ab ignitis serpentibus (dæmonibus scilicet) perimus nisi credamus in filium hominis exaltatum in cruce. [Sed habeat vitam æternam.] Duo hic significantur. Alterum quod non solum beneficium liberationis à malo (scilicet ne pereamus) sed etiam consecutionis boni in fide in Iesum crucifixum, consequimur.

Alterum

Alterum quod non de carnali hoc interitu neque de carnali hac vita est sermo, sed de vita æterna. [Sic enim deus dilexit mundū.] Propositis credendis cum fructu fidei credentium procedit ex propositis Iesus ad respondendum quæsitis à Nicodemo, quomodo possunt hæc fieri Procedit autem reddendo rationem propositorum credendorum ex diuinæ charitatis authoritate. Et quoniam primum à deo dilectum apud legislatores & sapientes est mūdus (singula enim fecit deus bona, mundum autem fecit valde bonum: vt dicitur Gen. 1.) ideo Nicodemum legislatorem instruens deus à modo quo deus dilexit mundum, rationem reddit dictorum Et intendit quod magnitudo dilectionis diuinæ erga mundum, fuit ratio vt filium suum vnigenitum daret mundo ad hoc vt omnes credentes in eum non perirent sed haberent vitam æternam. ¶Hanc sententiam intendit. quæ quoniam profunda valde est, elena lector mentem. Rationem in primis vtriusque propositi credendi se reddere significat per coniunctionem enim. ¶Aduerbium autem sic, ineffabilem magnitudinem amoris, ineffabilem modum amandi, ex parte rei amatæ significat. nam ex parte dei amantis omnis amor, omnis modus est immensus. ¶Deus explicatur. vt intelligat Nicodemus quod non ab vnitate dei quem Iudæi colunt receditur: sed illemet deus citatur qui creauit mundum [Dilexit.] Ratio omnis collati boni, dilectio significatur: vt voluntariam collationem diuinam intelligamus, non naturali necessitate factam. & consequenter ineffabilis modus diligendi, ratio significatur eorum quæ subiunguntur. [Mundū.] mundum dicit, non hominem. non quia non dilexit hominem, sed quia homo pars est mundi, & bonum partis pars est boni totius. parque fuit vt creatori mundi assignaretur potius dilectio totius quam dilectio partis. Et dixit hoc ad significandum quod non velut ex consequenti, non velut ex quadam redundantia cessit in bonum vniuersi mysterium incarnationis: sed ex directa & primaria intentione ipsius dei, mysterium incarnationis factum est propter bonum vniuersi. ¶Et si altius fueris contemplatus intelliges hinc quod sicut deus creando, singula creat vt partes vniuersi, (quod est creare ipsa propter bonum vniuersi, quod est creare ipsa vt congruunt vniuerso) ita restaurando singula facit ad bonum vniuersi, singula facit consona vniuerso. vt intelligamus quod ordo gratiæ non destruit, non maculat, non deturpat vniuersum sed perficit ipsum immo plus vt intelligamus vniuersum indiguisse mysterio incarnationis ne in multis suis partibus

detri-

detrimentum pateretur, quę per mysterium incarnationis restauratæ sunt. [Vt filium suum vnigenitum daret.] pro, dederit. Manifeste coniunctio vt, explicat dilectionem mundi rationem fuisse vt deus dederit filium suum vnigenitum dederit autem proculdubio mundo. ¶Et merito dicit dederit: quoniam tam deus dans quam deus datus vnigenitus filius eius non concludebatur in vniuerso nam etiam secundum philosophos deus est supra totum vniuersum, & nulla pars est vniuersi. Sed hoc ipsum quod est dedisse filium suum vnigenitum, est fecisse filium suum vnigenitum partem vniuersi factus est enim homo: quem constat vniuersi partē esse ¶Et non sat fuit vt diceret filiū suum, sed apposuit vnigenitū vt mysterium trinitatis aperiret legisdoctori. Nam filius dei, nomē potest esse cōmune multis: sed filius dei vnigenitus cogit intelligere filium dei naturalem, & nō aliqua adoptione. Propter quod etiam nō dixit filium suum primogenitum. quoniā appellatio hæc iam indulta erat populo Israel Exo 4. filius meus, primogenitus Israel. Vnde in his verbis insinuauit duas trinitatis personas: filiū scilicet & patrem nam filius sine patre intelligi nequit. Tertiam autem trinitatis personam, prius insinuenerat dicēdo, spiritus vbi vult spirat [Vt omnis qui credit in eum nō pereat, sed habeat vitā æternam.] Dilectio mundi non solum explicatur ratio vt filiū suū vnigenitum dederit, sed etiam vt dederit ad hoc vt omnis qui credit in eum non pereat sed habeat vitam æternam: quoniam (vt dictū est) dilectio totius, ratio est dilectionis partiū: quoniā salus credentium diligitur à deo vt pars boni vniuersi. ¶Nec propterea minus diligitur (sicut non minus diligitur manus quæ diligitur & curatur vt pars hominis, propter ipsum hominem) sed vt intelligamus quòd etiā vita æternæ beatitudinis diligitur à deo vt pars vniuersi: & penetremus non fieri mōstrum aliquod, nō fieri mūdum alium, sed perfici vniuersum per incarnationis mysterium, per ordinem gratiæ & gloriæ supernæ fœlicitatis. ¶Significantius autem repetit vt omnis qui credit in eū, & reliqua prius dicta: ad reddendam rationem quare salutiferum est credere in filium hominis exaltatum in cruce De filio enim hominis loquens dixerat, vt omnis qui credit in ipsum non pereat sed habeat vitam æternam. Reddit siquidem modo rationem, ex hoc quòd idem ipse est vnigenitus filius dei. Acsi apertius dixisset ideo est salutiferum credere in filium hominis, quia credendo in ipsum creditur in filium vnigenitum dei, datum vniuerso à deo ad hoc vt omnis qui credit in ipsum non pereat sed habeat vitā æternam. [Non enim

misit deus filium suum in mundum.] Expectabant Iudæi filium dei regem magnum, iuxta tot prophetarum vaticinia. Et quoniam hoc verum quidem erat sed differendum vsque ad secundum filij dei aduentum, ne errarét Nicodemus, ne iterum in admirationem consurgat, præoccupat Iesus & instruit eum de mysterio huius primi sui aduentus. ¶Et fuit hoc necessarium. quia dixerat se exaltandum in cruce. Facile enim potuisset errare Nicodemus, aut saltem percontari quomodo tu es ille promissus filius dei ad salutem mundi & tamen moriturus es in cruce, quum ille promissus sit rex mundi? Hanc inquam taciram obiectionem excludendo, declarat aduentum hunc suum non esse ad iudicandum sed ad saluandum vt hinc intelligat Nicodemus quòd venit ad saluandum per propriam mortem mundum per viam fidei. ¶Coniunctio enim, refertur ad duo tũ ad id quod superius dixerat, ita exaltari oportet filium hominis. tum ad id quod immediate dixerat, vt omnis qui credit in eum. Quia enim credimus ea quæ non apparent, ex hoc ipso quòd salus ordinata est penes credere, significatum est quòd non in sua manifesta gloria missus est vnigenitus filius vtriusque siquidem ratio redditur. & quare non gloriosus venerit, & quare crucifigendus. ¶Significanter dicit misit: vt intelligamus quòd de præterita missione loquitur, hoc est de primo aduentu ad differentiam secundi aduentus, quo mittet iterum deus filium suum. ¶Vbi etiam nota quod superius appellauit dare, modo appellari mittere vtroque tamen verbo mysterium incarnationis significatur. [Vt iudicet.] Iudicare est ius dicere. quod proprium est iudicis officium. Et propterea ex negatione exercendi officij iudicis, declarat se non missum in gloriosa forma quæ exigitur à iudice mundi. [Mundum.] Par est vt vnigenitus filius iudex sit non horum aut illorum tantum, sed mundi prout vere in secundo aduentu veniet vt iudicet mundum, vt ius dicat mundo in omnibus partibus suis quibus dicendum erit ius: vt reddat quibusque secundum sua merita, vt reddat singulis quæ illis debentur, siue bona siue mala. manifestum siquidem est quod ad hoc non venit in primo aduentu. Væ enim mundo si in primo aduentu veniisset ad iudicandum mundum, si reddidisset vnicuique secundum merita quæ inuenit. [Sed vt saluetur mundus per ipsum.] credendo in ipsum. Et prosequitur sermonem semper de mundo, perseuerando in prima intentione boni totius vniuersi. Et est sensus. vt mundus in suis partibus quæ aliter perirent, saluetur per ipsum. Hic est fructus intentus per

primum

primum aduentum. Et est sermo de salute ab æterna morte ad æternæ vitæ fœlicitatem. [Qui credit in eum non iudicatur.] Declarat quòd officium suum ad saluandum mundum per fidem, non est officium iudicis, non est iudicare. Et oportuit hoc declarare. ne errares existimando quòd licet Iesus non venerit iudex ad exercendum publicum iudicium, venit tamen ad exercendum occultum iudicium. Et hinc sequeretur magnus error quòd donum fidei esset actus iudicis, quòd credentes à non credentibus distinguerentur meritis: ita quòd ex meritis crederent credentes, & non credentes ex illata pœna non crederent. ¶ Ad hunc errorem excludendum declarat Iesus ex natura ipsorum actuum credendi & non credendi, nullum interuenire iudicium ipsius in quem creditur vel non creditur. Et incipit à credere. dicendo qui credit in eum non iudicatur. Non dicit non iudicabitur sed non iudicatur: quia intendit declarare quòd credere in eum, non est ius dici illi qui credit, sed est gratuitam salutem consequi. Qui enim credit in eum, non iudicatur de commissis antea peccatis: quoniam credendo consequitur remissionem eorum & gratiam, non ex iure, seu ex debito sed gratuite credit. Hoc est enim dicere non iudicatur [Qui autem non credit.] Declarat idem ex actu nõ credendi. vtitur enim loco diuisiuo. Et ideo vbi primo declarauit quòd in actu credendi ipse Iesus non iudicat, declarat idem modo in altero opposito: scilicet in actu non credendi [iam iudicatus est.] ac per hoc nõ credens non iudicatur à me qui enim iudicat, est nõ iudicatur. ¶ Et ne hęsites quærẽdo à quo iudicatus est, subiungit. [Quia nõ credidit in nomine.] pro, in nomẽ [vnigeniti filij dei.] Ecce iudex ipsemet qui nõ credidit eo enim ipso q, nõ credidit, iudicatus est, ius sibi dixit exclusionis à salute & vita credentiũ. Sicut enĩ refutãs ciuitatẽ vrbis, ius sibi dicit exclusionis à gratijs ciuiũ vrbis, ita qui non credit in nomen vnigeniti filij dei, ius sibi dicit exclusionis à salute & vita credẽtiũ. [Hoc est autẽ iudiciũ.] Dignatur dominus per seipsum declarare (adiuncta similitudine sensibili) quòd ipse nõ iudicat, sed nõ credentes sibiipsis inferũt pœnã. ¶ Et pronomẽ hoc, demõstrat subiunctam electionem non credentium. Quæ iudiciũ appellatur quo nõ credentes ius sibi ipsis dicunt, quia est ipsum in iudiciũ executiõe. eligẽdo enĩ nõ credere, eligendo tenebras excludunt se à luce & vita credentium. Quum dixisset itaque quòd qui nõ credit iam iudicatus est, declarat modo iudicium hoc esse iudicium in executione electionis. Et demonstrat illud dicendo hoc est autem iudicium [Quia.] q,

quòd lux. Sermo iste semiproprius & semimetaphoricus est. Trãsfert enim nomina sensibilium lucis & tenebrarum in spiritualem & intelligibilem lucem: & iuxta differentiam hominum in suis actionibus præferentium, lucem tenebris vel tenebras luci, declarat non credentes, electionis iudicio inferre sibiipsis malum quod credentes euaserunt. [Lux] non corporalis sed spiritualis, nõ sensibilis sed intelligibilis. Seipsum quem prius nominauerat filium dei vnigenitum, modo nominat lucem. [Venit] Ipsum incarnationis mysterium venisse est. Per quod significat se sic datũ ac missum à patre vt etiam ipse eadem voluntate venerit. [In mundum.] Quemadmodum in intentione dilectio mundi prælata est (dicendo sic deus dilexit mundum) ita in executione mundus præfertur dicendo lux venit in mundum: vt quæ prius supra mundum existens lucebat in mundo quemadmodum exemplar in exemplato luceret mundo tanquàm vna mundi pars. Lux enim diuina incarnata luxit vniuerso mundo, iam pars mundi effecta, luxit autem euangelica doctrina, innumeris miraculis &c. [Et dilexerunt.] Libera electio significatur. Et directe describitur contrarium diuinæ rationi. nam ratio aduenientis lucis descripta est diuina dilectio mundi: & mundo ex opposito ratio non credendi, ratio refutandi lucem diuinam, describitur dilectio humana. [Homines.] Tangitur ratio diligendi homo, compositus ex duabus naturis intellectuali & sensitiua: vt intelligamus homines sequentes sensibilia bona. quod commune valde est, quod ratio est mali moralis inuẽti communiter in genere humano. [Magis tenebras.] hoc est bona sensibilia. Quæ tenebræ appellãtur quia priuata sunt lumine spiritus. Et inter bona sensibilia supputa etiam humanam gloriam, famam, & alia huiusmodi. quoniam hæc à sensibilibus hominibus pendent, & in sensu hominum consistunt. [Quã lucem.] spiritualis intelligentiæ, quàm lucem fidei. Vbi vides iudicium in executione diligendi magis sensibilia bona quàm spiritualem lucẽ mẽtium. & sic isti præferendo tenebras luci, seipsos excluserunt à lucis beneficijs. [Erãt enim mala eorũ opera.] Redditur ratio quare homines dilexerunt magis tenebras quàm lucem. Nõ dicit fuerunt sed erant: ad significandum perseuerantiam eorum in malis operibus. Ex hoc enim quod homines perseuerant in malis operibus, diligunt magis tenebras quàm lucem. [Omnis enim qui male.] pro, mala. [agit, odit lucem.] Probat rationem inductam ex ista vniuersali, quòd omnis qui mala agit odit lucem. Quæ est vera intelligendo formaliter: hoc est quatenus mala agit. Multi

enim

enim mala agendo, appetunt lucem, volunt in manifesto mala agere, sed non quatenus mala agunt: sed quatenus vindictam exercent, quatenus potentiam, gloriam aut excellentiam suam manifestare sic intendunt, quatenus enim mala agunt, vellent latere. [Et non venit ad lucem.] Duo dicit & quòd odit interno affectu lucē: & quòd non venit exteriori opere ad lucem, ad manifestum, ad publicum. Quod etiam intellige formaliter [Vt non arguantur opera eius.] quare omnis qui mala agit odit & non venit ad lucem, explicatur vt non reprehensibilia appareant opera eius, illa mala. ¶Non dicit vt non arguatur ipse. Multi enim sunt exempti ab hoc timore (qui scilicet non timent reprehendi) sed nullus est cuius opera manifesta si sunt, mala non arguātur: nullus est qui non appetat & naturali & rationali appetitu opera sua exempta esse à reprehensione. [Qui autem facit veritatem venit ad lucem.] Non dicit qui autem facit bona opera (quod tamen expectabas dicendum) sed è regione perseuerantium in malis operibus distinguit facientes veritatem. Nec dicit qui loquitur aut meditatur sed qui facit veritatem: vt intelligamus quòd de opere loquitur. ¶Et intendit per facere veritatem, facere opera conformia veritati: tum naturaliter insertæ mentibus humanis: tum euangelizatæ. Et describit per hoc venientes ad fidem, in hoc differre à non venientibus, quòd non venientes perseuerant in malis operibus: & propterea non veniunt ad lucem fidei. venientes autem, faciunt veritatem quia ex hoc ipso quòd faciunt conformiter ad veritatem naturaliter insertam, ad syndéresim & ad veritatem euangelizatam, veniunt ad lucem fidei. Propter quod significanter dicit qui facit, non qui fecit. nam quamuis multi multa mala opera fecerint, ex quo tamen non cogitatione aut verbo sed facto conformant se veritati, veniunt ad lucem fidei.

¶Vbi erudite lector perspicere potes in quo euangelicus iste textus discernit inter venientes & non venientes, quantum ad rationem veniendi vel non veniendi ad lucem. iuxta illud quod inferius coram Pilato dicit omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. [Vt manifestentur opera eius.] Agentes mala, vitant lucem vt non arguantur opera eorum quo contra, facientes veritatem, veniunt ad lucem, veniunt ad manifestum, ad publicum vt opera eorum manifestentur: hoc est manifestabilia appareant, nulla reprehensione digna. Et ad literam prodeunt in publicum, profitentes se publice Christianos, vt manifestentur opera eorum. ¶Non dicit vt manifestentur ipsi: quoniam non docet

Iesus christianos quærere propriam gloriam, sed quærere manifestationem operum christianorum. [Quia in deo facta sunt.] Ratio quare ad manifestandum opera christiana venitur, per hęc verba significatur: vt scilicet cognoscatur quia opera christiana sunt facta, nõ innitendo homini sed innitendo deo ac per hoc vt manifestatur deus in ipsis operibus, & non vt glorificetur homo. Et in hac conclusione peremit Nicodemum qui volebat venire ad lucẽ, & tamẽ veniebat nocte, volebat manere occultus. ¶Collige erudite lector responsionem Iesu ad quæsita Nicodemi, quomodo possunt hæc fieri. Tria enim quæsiuit: scilicet modum nascendi ex spiritu, efficaciam natiuitatis ex spiritu, & necessitatem eiusdem. His tribus satisfactum est à Iesu ex dictis nam modus nascendi declaratus est credere in filium dei vnigenitum eundemque filium hominis exaltãdum in cruce pro salute mundi. efficacia declarata est ex diuina dilectione ex meritoque mortis vnigeniti, ad hoc vt credentes in ipsum non pereant sed habeant vitam æternam. Necessitas demum monstrata est, ex hoc quòd non credentes iam iudicati sunt à seipsis & excluſi à luce. Hinc enim clare apparet quòd oportet credendo in vnigenitum nasci ex spiritu. [Post hæc venit Iesus & discipuli eius in Iudæam terram.] Ex Hierusalem (quæ est in sorte Bẽiamin: vt patet Iosue 18.) venit in terrã sortis Iudæ. Quanuis enim appellatione Iudęę quandoque cõprehendendatur etiam Hierusalem cũ sorte Beniamin (vt quum dicitur procurante Põtio Pilato Iudæam: eo quòd Hierusalem à Dauide erecta est in caput regni & in principatum tribus Iudæ de qua ipse erat) proprie tamen etiã post tempora Dauidis Hierusalem distinguebatur à terra Iudæ vnde. 2. Parali. 20. Zahiel propheta dicit ô Iuda & Hierusalem nolite timere &c. [Et illic demorabatur cũ eis, & baptizabat.] Nisi euangelista in principio sequentis capituli repetens hoc, exponeret quòd non per seipsum sed per discipulos suos Iesus baptizabat, intelligendum esset quòd propriis manibus baptizabat. sed ex quo euangelista negatiuam apppposuit, excluſi sumus à tali intelligentia. [Erat autem & Ioannes baptizans in Aenon iuxta Salim.] Nomina propria sunt locorum. [Quia aquæ multæ erant illic: & veniebant & baptizabantẽ. Nondum enim missus fuerat Ioannes in carcerem.] Narrans euangelista simul baptizare in diuersis locis Iesum & Ioannem (quod nullus alius euangelista narrauerat) excludit causam admirandi quare alij euangelistæ hoc taquerint, ex parte temporis: quia hoc fuit gestum antequàm Ioannes mitteretur in carcerem. viderat enim reliquos euangelistas

inchoasse

inchoasse prædicationem Christi post carcerem Ioannis. [Facta est autem quæstio] Adijciens euangelista quintum testimonium Ioannis baptistæ de Iesu, narrat occasionem testificandi fuisse controuersiam inter discipulos Ioannis & Iudæos. [Ex discipulis Ioannis.] Origo quæstionis à discipulis Ioannis significatur. [Cum Iudæis.] Non dicit cum Galilæis quos superius numerauerat discipulos Iesu qui interfuerant nuptijs: sed cum Iudæis, qui viderant miracula facta à Iesu in Hierusalem, & propterea credebãt. [De purificatione.] hoc est de baptismo seu ablutione. Discipuli liquidem Ioãnis præferebant baptismum Ioannis baptismo Iesu. Iudæi autem conuerso [Et venerunt ad Ioannem.] arbitrum quæstionis. [Et dixerunt ei Rabbi qui erat tecum trans Iordanem] Hinc habetur quòd Iesus post ieiunium in deserto reuersus est ad Ioannem baptistam, & erat cum eo. Nam post baptismum immediate iuit in desertum & inde redijt ad Ioannem, vt monstraretur ab eo, vt populus cognosceret Iesum, & circa finem illius anni cœpit Iesus congregare sequaces. Andream &c.

¶ Et nota quatuor quæ dicunt Ioanni, tendere omnia ad excitandum Ioannẽ aduersus Iesum Et inchoant à pristino statu humiliori Iesu respectu Ioannis. Talis enim humilior status significatur, dicendo qui erat tecum non tu cum eo, sed ipse tecum, velut sub vmbra tua. [Cui tu testimonium perhibuisti] Ecce secundum commemoratio beneficij: vt velut ingratus Iesus haberetur, qui fauore testimonij tui cognatus est. [Ecce hic baptizat.] Tertium est vsurpatio officij Ioannis à Iesu, tam cito. Celeritas enim significatur dicendo ecce: vsurpatio autem officij, dicendo baptizat. [Et omnes veniunt ad eum.] Hoc est quartum quod indigne ferebant, quod cruciabat eos: concursus scilicet non aliquorum sed omnium pœnitentium ad Iesum. nam tam venientes ad Ioannem quàm non venientes ad Ioannem (pœnitentes tamen) veniebant ad Iesum: quia Ioannes mittebat omnes ad Iesum, quia ad hoc venerat [Respondit Ioannes.] Nota responsionem Ioannis ad singula. Et inchoat à repressione passionis seu affectus nimij discipulorum suorum erga se. [Et dixit.] Non potest homo accipere quicquam nisi fuerit ei datum de cœlo. Suauis magister Ioannes, ab vniuersalibus, à communibus quæ nota erant discipulis reprimit affectum eorum: ex hoc scilicet quòd nõ potest licite, homo, quicũque, accipere quicquã, officij, tituli, dignitatis, gradus &c. nisi fuerit ei datũ à deo habitante in cœlis. vt per hoc intelligerẽt seruãdã esse mẽsurã in appetitu officiorũ & graduum,

& simul intelligerent ipsummet cognoscere officium sibi desuper datum: & rationabiliter mensurare seipsum, continereque seipsum in inferiori gradu respectu Iesu. ¶Et significanter dicit non potest: ad exponendum discipulis quod non ex reuerentiali quadam humilitate, sed ex debito (quo non potest licite aliter facere) continet se sub Iesu. [Ipsi vos mihi testimonium perhibetis quod dixerim non sum ego Christus.] discipulorum indignatio ex hoc erat quod Ioānes qui maior Iesu fuerat authoritate & fama, immò qui fuerat velut exaltator Iesu, modo fiat minor authoritate, fama & concursu populi, & propterea Ioannes postquam communia proposuit de vniuscuiusque hominis temperantia ad propriam mensuram secundum deum, explicat quòd non de nouo, sed suapte natura Iesus est ipso maior & ipse minor & quòd ex debito sui officij ipse testimonium perhibuit Iesu: quòd non exaltauit Iesum, sed executus est debitum suum. ¶A verbis eorum inchoat propria. Dixerunt enim cui tu testimonium perhibuisti. & propterea vos inquit ipsi testamini quòd olim dixerim non sum ego Christus. quòd meipsum recognoui ac confessus sum me non esse Christū, sed Iesum esse Christū [Sed quia.] pro, ℣ [missus sum.] Non de nouo inferior sum illo sed diuina dispositione tanquam inferior missus sum [Ante illum.] hoc est ad parandam viam pro illo [Qui habet sponsam, sponsus est.] Adijcit olim dictis de seipso & Iesu, non modo declarare distantiam inter Iesum & se. Et facit hoc declarando propria vtriusque officia intendens quòd officium Iesu est officium sponsi. officium autem suum est officium amici sponsi. Significatur enim per hoc quòd multitudo fidelium dispensanda est fide non ei sed Iesu: ac per hoc ipse Iesus est sponsus: quia habet multitudinem fidelium non qualitercunque, non sicut ego habeo, sed sicut sponsam. Despondi enim vos (inquit Apostolus) vni viro virginem castam exhibere Christo non mihi. Ecclesia siquidem (quæ multitudo est fidelium) amatur tractatúrque à Iesu non vt serua, sed vt sponsa. Et directe percutit immò instruit discipulos Ioannes de officio baptizandi assumpto à Iesu. Acsi apertius dixisset. ille baptizat vt sponsus, vt generat filios suæ sponsæ. ego autem baptizo vt amicus sponsi, præparans homines ad hoc vt fiant filij sponsæ. ¶Et significanter vtitur nominibus sponsi & sponsæ, non viri & vxoris. vt intelligamus generationem spiritualem, qua sic generantur filij vt maneat virginitas spōsæ. [Amicus autem sponsi.] Quāuis dignitate aliàs appellauerit se indignum ad minimum ministerium (soluendi scilicet corrigiam calcia-

calciamenti) officio tamen & affectu amicum se modo appellat: vt intelligant discipuli quòd amore amicitiæ (quo bonum quæritur amato) ipse prosequitur Iesum, & vane conatur inferere dissensionem inter ipsum & Iesum. [Qui stat.] qui perseuerat amicus. [Et audit eum.] præsentem, personaliter loquentem. [Gaudio gaudet.] Hebraico more loquitur, ad exprimendam magnitudinem gaudij. [Propter vocem sponsi.] Metaphoricus est sermo iste introducens amicum sponsi qui premissus est ante illũ ad spõsam & vbi sponsus aduenit & sponsam alloquitur, amicus stans & audiens, valde gaudet propter vocem sponsi præsentis. ¶ Et intendit ad literam quòd ipse gaudet propter vocem prædicationis Iesu. Et propterea non dixit propter præsentiam sponsi, sed propter vocem sponsi: ad significandum gaudium de manifestatione Iesu, quòd voce propriæ prædicationis, quòd voce suorum miraculorum manifestatur. ¶ Et pinxit per hoc coram discipulis suis seipsum intus, vt & ipsi gauderent de voce Iesu, sicut & ipse Ioannes gaudet: Et nihilominus explicauit magnitudinem gaudij sibi concessi, negatam priscis patribus: quibus non est datum vt starẽt & audirent vocem sponsi corporali præsentia alloquentis sponsam. [Hoc ergo gaudium meum.] Hinc clare apparet quæ sub metaphora sponsi & amici dicebat, de Iesu & seipso intendere [impletum est.] Diu enim desideratum, modo impletum est. [Illum oportet crescere.] Postquam respondit discipulis tam ad id quod dixerant cui tu testimonium perhibuisti, quàm quo ad illud ecce hic baptizat, modo respondet ad illud omnes vadunt ad eum. Illum inquit oportet crescere, authoritate, fama, gloria, discipulis, & cętera. Et dicit oportet, necessitatem diuinæ diffinitionis significans [Me autem minui.] Non solum oportet illum crescere, sed etiam oportet me minui (quo ad concursum populi quo ad congregationem discipulorum) secundum rem, & non solum relatiue: sicut lux stellæ minuitur præsentia solis. Paulatim enim cessauit concursus populi ad Ioannem: & posito in carcere ablatus est, vt omnes concurrerent ad Iesum. [Qui de sursum venit.] Ratio redditur quare oportet illum crescere: quia qui de sursum venit, hoc est de summa natura quæ deitas est [Supra omnes est.] Dictio Græca interpretata omnes, anceps est ad omnes vel omnia. tam hic quàm in sequenti versiculo, qui de cœlo venit super omnes est Vtrobique enim legi potest in masculino vel neutro genere. Et legendum est non super, sed supra: vt eminens significetur & non quasi innixus rebus. Et hic quidem quadrat masculinum

genus:

genus: vt reddatur ratio quare illum oportet creſcere, quia de ſupernis veniens nō ſolū eſt ſupra me, ſed ſupra omnes: inferius autem quadrat vt legatur in neutro genere quia explanando dicetur: & oīa dedit in manu eius. [Qui eſt de terra.] Aduerte quo ad literam, repetendum eſſe eſt de terra. ita quòd legendum eſt. [Qui eſt de terra, de terra eſt & de terra loquitur.] Et eſt ſenſus, qui venit ſeu proficiſcitur ex terra, originem habet ex terra: & ſermo eius oritur ex terra. ita quòd ſemper prępoſitio de, ſignificat originem, tum perſonæ, tum ſermonis. ¶ Quid autem intendatur per hæc verba, monſtratur per ſubiuncta, è regione appoſita. ſcilicet qui de cœlo venit &c. Eſt itaque vt ſubiūcta porrigunt ſenſus. Qui eſt de terra. proprijſſime loquitur: & nomen relatiuū hypoſtaſim refert. Perſona, hypoſtaſis è terra originem habens, & de terra eſt hoc eſt ſimpliciter & abſolute orta eſt ex terra. ita quòd ſignificatur quòd ille cuius perſona ortum habet à terra, ſimpliciter & abſolutę ortus eſt ex terra: ab originę hypoſtaſis ſubiungens originem totius ſimpliciter & abſolute. Et conſequenter etiam de terra loquitur: hoc eſt & ſermo eius è terra originem habet quia intelligere quòd ſermone ſignificatur, è terrenis ortum habet. Et hęc omnia communia ſunt omnibus hominibus, & ſecundum ſubſtātiam & ſecundum intelligere, naturale quidem omnino: quia intelligere humanum ortum habet à ſenſu per reuelationem autē, pro quanto reuelata omnia reuelantur pendentia â phantaſmatibus. & ſic etiam ex terra quodammodo venit intelligere prophetarum. Præſens tamen textus ad literam de cognitione naturali videtur tractare: quia ponit differentiam inter Chriſtum & alios ſecundum eſſe hypoſtaticum & ſecundum naturalem cognitionem.

[Qui de cœlo venit.] E regione ad illud qui eſt de terra, dicit qui de cœlo venit. Hypoſtaſim ſignificat diuinam, verum deū vnigenitum filium dei hic enim ſolus eſt qui de cœlo venit ad prędicandum, ad baptizandum. Quia enim venit, præſentis eſt temporis, aduentum ſignificat Ieſu Chriſti filij dei præſentem: ad baptizandum, ad prædicandum. [Super omnes eſt.] Pro ſupra omnia eſt E regiōe ad illud de terra eſt, dicit ſupra omnia eſt, vt ex eo quòd perſona diuina eſt quæ venit, ipſe Ieſus ſupra omnia deſcribatur. Et vere ſupra omnia inferius probabitur: quia omnia dedit ei pater in manu. Quanuis Ieſus actualiter prædicans non appareret quòd eſſet ſupra omnia: in rei tamen veritate erat ſupra omnia non ſolum quatenus deus ſed etiam quatenus homo, quo ad poteſtatem. Et hoc hominem Ieſum habuiſſe ex gratia vnionis perſo-

perſonalis: ex hoc quòd erat diuina perſona, manifeſtant hæc Ioannis baptiſtæ verba: dicentis ipſum ideo ſupra omnia quia de cœlo venit. [Et quod vidit & audiuit.] E regione ad tertium (ſcilicet & de terra loquitur) dicit & quod vidit & audiuit.

¶Naturalis notitia diuinorum quam habuit Ieſus Chriſtus filius dei, ſignificatur per viſum & auditum. Per viſum quidem ad explicandum euidẽtiam: per auditum vero ad explicandum ordinem originis quod enim audiuimus ab alio ad nos deriuatur. filius ſiquidem dei ita omnium habet viſionem vt tamen ſuum videre habeat à patre. Et propterea dicitur & quod vidit & audiuit. [Hoc teſtatur.] prædicando, docendo &c. Et intendit Ioannes baptiſta per hæc omnia, tum excludere à diſcipulis opinionem comparandi ſe ad Chriſtum: vtpote quum ipſe de terra ſit, & non niſi ex terrenis loqui poſſit Ieſus autem de cœlo veniat verus deus ſupra omnia, & quæ vidit & audiuit à patre teſtetur. Tum excludere erroneum intellectum amicitiæ inter ſe & Ieſum (appellauerat enim ſe amicum ſponſi) ne putarent amicitiam velut inter pares aut propinquos. Tantum ſiquidem ſe diſtare ab illo ſignificat, quantum perſona ex terra (hoc eſt infime creata diſtat à perſona diuina. [Et teſtimonium eius.] Poſtquam Ioannes baptiſta declarando Ieſum & ſe ſatisfecit quæſtioni diſcipulorum: adiungit neceſsitatem credendi Ieſu. vt intelligerent diſcipuli non eſſe liberum credere vel non credere Ieſu (ſicut liberum erat ſuſcipere vel non ſuſcipere baptiſmum Ioannis) ſed neceſſarium eſſe ad ſalutẽ credere Ieſu & alioquin incurrit damnationem æternam. [Nemo accipit.] Vel quia nullus perfecte adhuc accipiebat teſtimonium eius nullo adhuc credente ex eius prædicatione ipſum eſſe verum deum. Vel propter raritatem credentium, hyperbolica figura dicitur quòd nemo accipit teſtimonium eius.

¶Et in hoc etiam percutit diſcipulos querulos de multo concurſu ad Ieſum, dicendo & omnes veniunt ad eum. contra hoc enim dicit quòd nemo accipit teſtimonium eius. Ac ſi apertius dixiſſet adeo pauci ſunt vt nullus mereatur dici concurſus ad eum. Vel quauis multi concurrant, nemo tamen perfecte accipit teſtimonium eius. Primus tamen ſenſus magis quadrat ſequentibus,

[Qui autem acceperit.] pro, qui accipit, [eius teſtimonium.] Hinc apparet nonnullos ſed valde paucos intendiſſe dicendo nemo Subiungit enim aliquos accepiſſe eius teſtimonium: hoc eſt credidiſſe ei. [Signauit:] pro, ſigillauit Ad ſimilitudinem ſigillantis affirmationem ſeu confirmationem acceptantis, teſtimonium

Ieſu

Iesu describit. [Quia] pro, quod, [deus verax est.] Intendit Ioannes Baptista duplicem fructum describere fidei in Iesum. Alterum relatiue ad deum alterum relatiue ad ipsummet credentem. Et fructus quidem in ordine ad deum, describitur dicendo quòd acceptans testimonium Iesu, sigillat, confirmat quòd deus est verax. Sicut enim qui proprio sigillo approbat scripturam aliquam, firmitatem dat illi quantum est ex parte sua, sic qui acceptat testimonium Iesu sua professione confirmat, & tanquam sigillum imprimit ad hoc quod deus verax est. Quomodo autem hoc sequatur, declarat subiungendo. [Quem enim misit deus, verba dei loquitur.] Ecce ratio quare acceptans testimonium Iesu, confirmat deum esse veracem: quia verba Iesu sunt verba dei. Hinc enim manifeste sequitur quòd acceptans verba Iesu, subscribit verba Iesu esse vera: ac per hoc verba dei: ac per hoc deum esse veracem. [Non enim ad mensuram dat deus spiritum.] Restabat adhuc obiectio: quia prophetæ etiam missi à deo non semper loquũtur verba dei, sed quandoque loquuntur ex proprio spiritu: vt patet de Nathan propheta, quando dixit Dauid quòd ipse ædificauerat templum secundo Regum septimo. Et sic non sequeretur quòd acceptans testimonium Iesu subscribit verbis dei: excipiendo quòd Iesus quandoque loquitur propria non dei verba. ¶Contra hanc tacitam exceptionem seu obiectionem subdit Ioannes Baptista Iesum semper verba dei loqui, reddendo rationem quare Iesus verba dei loquitur, quia non ad mensuram dat deus spiritum. Acsi apertius dixisset. Ideo dixi singulariter quem misit deus: quia non de quocunque misso à deo, sed de illo singulariter misso loquor, dicens quòd verba dei loquitur, non quandoque sic, & quandoque non, sed absolute & simpliciter, quia dedat spiritum huic singulariter misso, non ad mensuram. ¶Dare spiritum ad mensuram, est distribuere diuersis diuersa dona spiritus: est dare dona spiritus ad limitatos actus, ad certum terminum, tum donorum spiritus, tum recipientis. Et per oppositum dare spiritum non ad mensuram, est dare vniuersa secundum summum gradum dona spiritus, & afficere huiusmodi donis spiritus totam capacitatem recipientis: hoc enim est dare spiritum sine mensura, tam ex parte donorum quàm ex parte recipientis.

¶Potest nihilominus intelligi de spiritu dato quod sit simpliciter & absolute immensus, pro quanto diuina hypostasis data homini Iesu per gratiam vnionis, spiritus est immensus. Excluſa est ergo obiectio: quia non datur Iesu spiritus ad mensuram, vt quã-

doque

doque loquatur verba dei & quandoque non. ſicut datur aliis prophetis. [Pater diligit filium.] Non apponitur hic conjunctio enim: quia non referuntur hæc verba ad immediate præcedentia, ſed ad illa, qui de cœlo venit ſupra omnia eſt. ¶ Et vt penetres contextum aduerte quod quum dixiſſet illa duo (ſcilicet qui de cœlo venit ſupra omnia eſt & quod vidit & audiuit hoc teſtatur) proſecutus eſt prius ſecundum: ſubiungendo & teſtimonium & reliqua ſpectantia ad teſtimonium eius, & modo proſequitur primum. ſcilicet qui de cœlo venit ſupra omnia eſt. Et aſſignat rationem quare Ieſus qui de cœlo venit ſupra omnia eſt, ex paterna dilectione. Pater inquit diligit filium Nota extrema ad pō derandum quod ſumma dilectio ſignificatur: quanto maior eſt dilectio patris erga filium quam erga reliqua [Et omnia dedit in manu eius.] Formalis ſermo cogit ad intelligendum quod de filio incarnato eſt ſermo. nam dilectio qua pater diligit filium ratio eſt quod incarnato omnia tradita ſunt, & non eſt ratio quod filio prout eſt ab æterno genitus tradita ſunt omnia: quoniam non dilectione, ſed generatione omnia tradita ſunt vnigenito deo, ſed eidem vnigenito filio hominis, ex paterna dilectione omnia tradita ſunt. ¶ Et ſignificanter dicitur in manu eius, hoc eſt in poteſtate eius, ad differentiam poſſeſsionis & vſus. Poſſeſsionem namque & vſum omnium tanquam ſubditorum, diſtulit accipere propter noſtrā ſaluté, voluit enim ſubiici vt nos redimeret. [Qui credit.] Eandem fidem prius ſignificatam ſub ratione acceptantis teſtimonium, modo ſub proprio nomine ſignificat: dicēdo qui credit [In filium.] Vt ſuperius declaratum fuit, non ſiſtit credere in hominem aut filium hominis, ſed oportet quod penetret in filium, alioquin fides non eſt ſalutifera: [Habet vitam æternam.] Ecce alter fructus in relatione ad credentem. habere enim vitam, bonum eſt credentis. Et dicitur quod credens habet vitam æternam, quia habet eam velut in ſemine. Gratia ſiquidem dei eſt velut ſemen æternæ vitæ, ita certi fructus vt Paulus dicat gratia dei vita æterna. p̄priam cauſam aſsignando. [Qui autem incredulus eſt filio.] Neceſsitas credendi Ieſu, explicatur ſubiungendo pœnam incredulorum. Et primo p̄ponit rationē culpæ explicando irreuerentiā quę fit filio non credendo illi. Hæc enim ſignificatur dum adiungitur filio [Non videbit vitam.] Ecce pœna damni. Et non dicit non habebit vitam, ſed non videbit. tum vt intelligamus quod de vita quæ in viſione cōſiſtit eſt ſermo: iuxta illud. hæc eſt vita æterna vt videant te ſolum verum deum. Tum ad ſignificandum quōd nec

videbunt

videbunt vitam increduli. Et vere sic erit: quoniam non videbunt fœlicem illam vitam, & si certi erũt quòd regnantes cum Christo, fœlicem habent vitam [Sed ira dei.] Pœna sensus significatur per iram dei secundum similitudinem effectus hoc est punitio. [Manet.] pro, manebit. Perseuerantia pœnę significatur per hoc futurum. [Super eum.] Dominium pœnæ significatur ex præpositione super. Dominabitur enim pœna in damnatis ita quod non erit in potestate eorum diuertere cogitationem actualem & detestationem actualem affligentes, sicut possumus in hac vita: vt latius declaratum est Lucæ. 16.

CAPVT IIII.

Ergo cognouit Iesus] pro, domin⁹. Quia Ioãnes euãgelista ituduisse videtur sermoni formali, significanter nõ dicit Iesus sed dominus: ad significandum quod non ex auditu, sed ex ea quam secum attulit notitia cognouit hoc factum in loco distante.

¶ Et si non intelligis quo pacto fuit noua cognitio si fuit notitia congenita, recolito modum quo angeli de nouo cognoscunt singularia per species congenitas. Quando enim singularia ad actũ existentiæ veniunt. tunc cognoscuntur per antiquas species: quia de nouo assimilantur speciebus antiquis. Sic autem Iesus de nouo cognouit singularia gesta apud Pharisæos secundum scientiã sibi cõgenitam: quę à Theologis appellatur scientia infusa. [Quia.] pro, quod, [audierunt Pharisæi.] Res de nouo cognita est auditio Phariseorũ quæ singulare quoddam est [Quod Iesus plures discipulos facit & baptizat quã Ioãnes.] Res auditę (materia inuidię Pharisææ) multitudo maior discipulorum Iesu quam Ioannis & officium baptizandi explicantur. Non quod Pharisæi zelarent pro Ioanne (quum ipsi non receperint Ioannis baptismũ, sed persisterẽt in secta propria) sed pro secta propria inuidebãt Iesu timentes quòd Iesus faceret nouã sectã quæ offuscaret sectam Pharisæã. Et tanto facilius quãto videbant ipsum clarere miraculis: quod nõ videbatur in Ioanne. ¶ Si iunxerimus hæc cum dictis Matth. 4. & Marc. 1. (quod Iesus ex Iudæa venit in Galilæam tradito Ioanne) perpendemus quod Euangelista tractans hic eundem Iesu aduentum in Galilæam ex Iudæa, quanuis nõ explicet Ioannem traditum, insinuat causam traditionis Ioannis: quam nullus alius Euangelista narrauerat, & insinuat Pharisæorum inuidiam tradidisse Ioannem Herodi. Quod etiam verba domini Matth. 17. te-

stantur

fantur de Ioanne. Elias iam venit & non cognouerunt eum sed fecerunt in eo quæcunque voluerunt, sic & filius hominis passurus est ab eis. Hæc enim verba significant quod illi à quibus ipse Iesus erat passurus, fecerũt in Ioanne quæcunque voluerunt constat autem Iesum Pharisæorũ inuidia maxime vexatum & tandem occisum. Insinuat itaque Euangelista quod Ioanne tradito Herodi ab inuidia Pharisæorum, vt cognouit Iesus occasionem maioris erga seipsum inuidiæ Pharisææ, quia audierãt Pharisæi quod Iesus plures facit continue discipulos quam Ioannes fecerit. ¶ Modus quo Pharisæi tradiderunt Ioannem Herodi, scriptus non est. secretus enim fuit Et forte suadendo quod huiusmodi congregationes nõ expediunt regno eius, quod sunt periculosæ, & similia. Ratio inuidiæ in promptu est quia secta Pharisæorum offuscabatur ex noua baptizatorum profitentium pœnitentiam schola. Multóque maiorem inuidiam significat Euangelista ex maiore multitudine discipulorum Iesu [Quanquã Iesus non baptizaret sed discipuli eius] Interponit Euãgelista expositionem verborum bis dictorum, scilicet q̃ Iesus baptizabat: declarãdo quòd nõ per seipsum sed per discipulos baptizabat. ¶ Si quęris quare non per seipsum? In prõptu est ratio ab Apostolo sumpta. non misit me Christus baptizare sed euangelizare. Et Petrus Apostolus in domo Cornelij Centurionis, non baptizauit sed iussit eos baptizari. Quia vacabat itaque Iesus prædicationi, baptismum exercebat per discipulos. [Reliquit Iudæã.] Ecce effectus cognitæ inuidiæ Pharisææ Cessit inuidiæ, cessit machinationibus Pharisæis eo quòd non erat adhuc tẽpus patiendi. Exemplũ quoque præbens alijs, cedendi quandoque odijs. [Et abijt iterũ in Galilæã.] Iste secundus aduentus Iesu in Galilęã, est ille cuius meminerunt alij Euangelistæ. Et propterea Ioannes apposuit iterum: vt erudiret lectores aliorum Euangelistarũ quod de primo reditu in Galilæam non meminerunt sed de hoc secundo qui fuit tradito Ioanne carceri. [Oportebat autem eũ trãsire.] Vt non de industria sed ex necessitate viæ Iesum ad Samaritanos declinasse intelligamus, dicit oportebat [Per mediam Samariã.] Superfluit mediam. Et est Samaria nomen non ciuitatis sed regionis in proposito. Samaria enim fuit ciuitas ædificata ab Amri rege Israel. 3. Reg. 16 quæ postmodum destructa & reædificata appellata est Sebaste. A ciuitate ergo illa capite regni, appellata est regio Samaria: per quam oportebat Iesum transire. [Venit ergo in ciuitatem Samariæ quæ dicitur Sychar.] Eadem est quæ dicitur Sechem & Sichem. Et erat præcipua ciuitas Samaritanorum

secun-

ſecundum Ioſephum. [Iuxta prædiũ quod dedit Iacob Ioſeph filio ſuo.] De hoc agro ſcribitur Gene. 48. dicente Iacob ad Ioſeph. Do tibi partem vnam extra fratres tuos quam tuli de manu Amorræi in gladio & arcu meo. [Erat autem ibi fons Iacob] Deſcribit Euangeliſta ſingula; quoniam hæc ad claritatem ſubſequentium ſermonum inter Samaritanam & Ieſum ſpectant. Retinuit autem appellationem â Iacob puteus ille tanto tempore, propter memoriam patriarchæ. [Ieſus autem fatigatus ex itinere] Vt vere humanam naturam in Ieſu agnoſcamus, fatigatus deſcribitur ex itinere. [Sedebat ſic.] hoc eſt illo modo quo ſedent laſſi. [Supra] pro, ſuper, [fontem.] hoc eſt innixus fonti ſignificatur enim quòd nõ ſolũ ſedebat, ſed quod ſedebat more fatigati innixus fonti: puta applicato brachio ſuper labium fontis ad ſuſtinendum caput. Sic enim ſolent fatigati ſedere. [Hora autem erat quaſi ſexta.] Ad explicandum tempus acti itineris per tot horas diei, deſcribit horam quaſi ſextam. tanto enim ſpatio iter peragere ieiunum, fatigationem inducit. [Venit mulier de Samaria] Nõ vnde venit (nam in Samaria erant) ſed vnde oriunda erat deſcribitur. [Haurire] pro, vt hauriret [Aquam. Dicit ei Ieſus. Da mihi bibere.] Occaſione oblata quãquam fatigatus vacat inſtructioni, euangelizare intendit mulieri. Et ſuauiter volens eam trahere ad ſpiritualem doctrinam, petit potum: non ratione quod bibere vellet, ſed vt inuiteret illam ſic ad euangelium. vt rei ſucceſſus monſtrauit. [Diſcipuli enim eius abierãt in ciuitatem] Ratio redditur quare Ieſus remanſerit ad fontem: quia ſcilicet decreuerant ibi prandere iuxta fontem. hoc enim ſignificatur dicendo quòd diſcipuli iuerant ad emendum cibos. Et nihilominus redditur etiam ratio quare à muliere petiit potum. quia ſcilicet diſcipuli aberant. [Vt cibos emerent] Hinc apparet quod Ieſus non ibat mendicando: ſed precio cibum emendo Apparet rurſus quod proprium (in cõmuni tamen) habebat. non enim de alieno ſed de proprio emebant cibos. Habetúrque hinc nõ eſſe imperfectionis habere proprium niſi quis blaſphemet, dicendo in Chriſto inueniri imperfectionem moralem [Dicit ergo ei mulier illa Samaritana, Quomodo tu Iudęus quum ſis.] Ex habitu cognouit mulier Ieſum eſſe Iudæum Nume. liquidem. 15. præcipitur Iudæis vt deferant fimbrias & hyacinthinas in quatuor angulis veſtis, ad diſtinctionem aliarum nationũ. [Bibere à me poſcis, quę ſum mulier Samaritana] Quarti Regum. 17. habes qui ſunt Samaritani. Ethnici enim erant, & colebant ſimul deum Iſrael & idola: vt ibi dicitur Erántque

exo-

exoſi iudęis pluſquam illi qui erãt totaliter gentiles: ſicut hæretici ſunt Chriſtianis magis exoſi quàm Pagani. [Nõ enim coutunt.] pro, cõmerciũ habent. [iudæi cũ Samaritanis.] Rationẽ interponit euangeliſta verborũ mulieris ad ieſum: quia ſcilicet iudæi nolebant habere cõmercium dandi & accipiendi cum Samaritanis. ita ꝙ ex iudæis hoc proueniebar, non ex Samaritanis, qui libenter commerciũ habuiſſent cũ iudæis vt patet 1. Eſdræ. 4. [Reſpondit ieſus & dixit ei Si ſcires donũ dei.] Hinc clare apparet quòd ieſus non vt biberet ſed vt occaſionem acciperet inſtruendi, petijt potum à Samaritana. incipit ieſus docere mulierem, occaſione ſumpta ab admiratione immo repulſione Samaritanæ. Huiuſmodi enim quæſtio repulſiua erat. ¶Quatuor autem proponit Primum eſt ſi ſcires donum dei. Vbi non explicando rem dono datam, inſinuare videtur donum mundo datum, donum commune non ſolum generi humano ſed etiam toti vniuerſo à deo datũ. De quo ſuperius dictum eſt ſic deus dilexit mundum vt filium ſuum vnigenitum dederit. Liberalem itaque collationem vnigeniti filij ſignificat. intendendo quòd ſi ſcires liberalitatem diuinam qua contulit vnigenitũ ſuũ mundo [Et quis eſt qui dicit tibi, da mihi bibere.] Quod appellauerat donũ dei, ſignificat adiungendo propriam perſonã: Aclì apertius diceret. ſi ſcires donũ dei in me, ego enim ſum illud dei donum. ¶Relatio quis, propriam perſonam ſignificauit. quam conſtat eſſe diuinã hypoſtaſim [Tu forſitã] pro, vtique [petiſſes ab eo.] Ecce tertium. tu negas mihi potũ aquæ velut vindictam exercens in iudæos: & tamen ſi tu ſcires duo prædicta, non ſolum dares mihi potum aquæ ſed certe tu petiſſes â me. [Et dediſſet tibi aquam viuam.] Declarat ſimul quòd petiſſes (ſcilicet aquam viuam) & quòd dediſſet tibi aquam viuam. & nõ repuliſſet te obiurgando, ſicut tu obiurgaſti me. ¶Et Ieſus quidem in his verbis non loquitur de aqua corporea, ſed de aqua ſpirituali: hoc eſt de ſpirituali gratia, quam inferius declarabit. Quæ appellatur aqua metaphorice,, propter multas aquæ conditiones: hoc eſt mũ dare, refrigerare, ſitimque tollere. Et ratione huius tertiæ directe in propoſito gratia ſpirituſſancti appellatur aqua. vt inferius Ieſus explicat. ¶Appellatur autem non qualiſcunque aqua ſed aqua viua continue ſcaturiens (ad differentiam aquarum quæ recundũtur in ciſternis & lacunis) propterea quòd continue ſcaturit verſus vitã ęternã. vt inferiꝰ declarabitur. [Dicit ei mulier, Domine.] Audita manſueta ac placida reſponſione Ieſu, incipit honorare Ieſum. prius enim dixerat quomodo tu. modo dicit domine.

[Neque in quo hauriàs.] pro, neque hauſtum, [habes.] Vas vel ut inſtrumentum ad hauriendum aquam ſignificatur. [Et puteus altus.] pro, profundus, [eſt.] Qui prius appellatus fuit fons Iacob modo appellatur puteus, ne ciſternam crederes. nec fontem in ſuperficie terræ ſcaturientem ſed in profundo. [Vnde ergo habes aquam viuam?] Intellexerat mulier verba Ieſu de corporea aqua. & propterea infert interrogatiue, vnde ergo habes aquam viuam? [Nunquid tu.] Poſtquã mulier obiecit verbis Ieſu pro quanto dixerat & dediſſet tibi aquam viuam, modo obijcit pro quanto dixit ſi ſcires quis eſt qui dicit tibi. [Nunquid tu maior es.] Quaſi dicat non. [Patre noſtro Iacob.] Patrem appellat Iacob non origine carnis ſed religione: pro quanto Samaritani deum Iſrael colebant in loco in quo adoratus eſt à Iacob. [Qui dedit nobis puteũ.] Succeſsiua fama acceperant puteũ illum foſſum à Iacob. Et dicit dedit nobis tanquàm filijs quo ad religionem & habitationem loci. [Et ipſe ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius.] Bonitatem & abundantiam aquæ illius declarat ex vſu ipſius, filiorum & pecorum. [Reſpondit Ieſus & dixit ei, Omnis qui bibit ex hac aqua ſitiet iterũ.] Differentiam inter aquã illam & aquam ſuam declarat Ieſus: penes hoc quòd aqua illa etſi tollit ſitim ad tempus, non tamen tollit ſitim abſolutè. hoc eſt quin iterum ſitiatur. Et hoc eſt per ſe manifeſtum. [Qui.] pro, quicunque, [autẽ biberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum.] Duplex occurrit circa hæc verba quæſtio. Altera eſt de ſiti eorum qui perdiderunt gratiam. tales enim biberunt ex aqua ſpiritualis gratiæ, & tamen poſtea iterum ſitierunt. Altera eſt de ſiti proficientium in gratia. nam tales quanto magis bibunt ex aqua ſpiritualis gratiæ tanto magis ſitiunt: iuxta illud Eccleſiaſtici vigeſimoquarto qui bibunt me, adhuc ſitient. ¶Solutio primæ quæſtionis eſt. quòd quantum eſt ex parte aquæ ſpiritualis gratiæ, tollitur ſitis non ad tempus ſed ſimpliciter & in perpetuum. ſine pœnitẽtia ſiquidem ſunt dona dei: vt dicitur ad Romanos vndecimo. Sed ex defectu liberi arbitrij euacuantis ſe aqua ſpiritualis gratiæ prouenit noua ſitis. Differentia inter corpoream aquam & aquam gratiæ in propoſito eſt. quòd quantum eſt ex parte ipſarum aquarum, aqua corporea tollit ſitim ad tempus: & propterea qui bibit eam iterum ſitit. aqua vero gratiæ tollit ſitim in perpetuum: & propterea qui bibit eam non ſitit in æternum. ¶Solutio vero ſecundæ quæſtionis eſt, quòd æquiuocatur de ſiti. nam hic eſt ſermo de ſiti alimẽti humidi, hoc eſt de ſiti gratiæ: proficientes vero non ſitiunt gratiam

tiam (quum illam habeant) sed sitiunt vitam æternam [Sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons.] Duo dixerat scilicet aquam, & viuã. Et propterea postquàm declarauit suam aquam ex tam excellenti conditione q̃ tollit sitim in æternum, declarat modo viuam: dicendo q̃ aqua sua fiet in bibente fons. [Aquę salientis.] nõ aquę descendentis [In vitam æternam.] Ecce quo ascendit. Et intendit per hunc sermonem semimetaphoricum q̃ gratia in anima sit indeficiens (quantum ex se est) principium operum proficiẽtium in vitam æternam, proficientium autem meritorie quidem secũdum omnia gratiæ opera: emergendo autem secundum charitatis act°, remanentes in vita æterna. ¶Et declarat per hoc quòd gratia nõ est in anima sicut aqua manens, sicut res dormiens sed sicut aqua semper & de nouo scaturiens, semper vigilans, semper proferẽs noua opera spiritualia. [Dicit ad eũ mulier, Domine da mihi hanc aquã: vt nõ sitiã, neque veniã huc haurire] Quantũcunque Iesus diceret ea quæ non poterant intelligi corporaliter (puta quòd aqua sua in bibente illam fieret fons aquę) & expresse nominaret vitam æternã, mulier tamen nõ solum muliebris sed & crassi ingenij de corporea aqua intelligit: appetens hãc aquam vt non sitiat, neque oporteat ipsam venire ad hauriendum aquã ex illo puteo. Iesus tamen paulatim traxit mulierem quo volebat: scilicet ad petendũ ab ipso aquam. Dixerat enim in principio locutionis, tu vtique petisses ab eo: nec adhuc mulier voluerat petere modo autem audita tanta virtute huic aquę, petit. [Dicit ei Iesus' Vade, voca virũ tuũ: & venit huc.] Quia moralis honestas habet vt mulieri nuptæ non donetur nisi conscio viro, ideo Iesus antequàm donet aquam petitam, dicit mulieri vt vocet virum suum. tãquàm affuturum præsentem dono, tanquàm testem pudici doni. Hæc est ratio consequentis responsionis: vt scilicet petenti aquam illam, Iesus respõderit voca virum tuum ¶Interius autem intẽdebat ipsam trahere ad spiritualem notitiã hac via. Sciebat enim illã non habere virum sed quia nupta apparebat, dixit voca virum tuum. [Respondit mulier: & dixit, Nõ habeo virum. Dicit ei Iesus, Bene dixisti, quia.] p, quòd, [non habeo virũ Quinque enim viros habuisti. & nũc quẽ habes nõ est tuus vir Hoc vere.] pro, hoc verũ. [dixisti.] Respõdẽ tu mulieri non habeo virũ, aperit Iesus gesta mulieris à principio adolescentiæ eius: incipiens illi monstrare quis est ipse Iesus, per hoc quòd scit absentia & ea quæ humana notitia erant ei ignota. [Dicit ei mulier, Domine video quia.] pro, q̃, [p pheta es tu.] Tãdem tracta est mulier, etsi non ad notitiam aquæ spiritualis,

tamen ad aliqualem notitiam Ieſu. Et ex proprijs geſtis, ab eo ſibi commemoratis, profitetur ipſum prophetam. [Patres noſtri in monte hoc adorauerunt.] Reperto propheta, mouet mulier quæſtionem tritã ac omnibus notam inter Samaritanos & Iudæos: curioſa vt ſciat à propheta quid ſentiat de hac quæſtione. ¶[Appellat patres noſtros forte omnes patriarchas, quos fama tradẽte acceperant ibi in monte illo coluiſſe deum. Explicite tamen de ſolo Iacob cum familia ſua legitur Gene. 33. quòd reuerſus de Meſopotamia, iuxta vrbem Sichimorum erexit altare, & inuocauit ſuper illud fortiſsimum deum Iſrael. Vnde hinc verificatur ad literam, patres noſtri: hoc eſt Iacob & patres tribuũ [Et vos dicitis quia.] pro, ℣, [Hieroſolymis eſt locus vbi adorare oportet.] Quæſtio erat de loco Iudæis dicentibus locum diuini cultus eſſe templũ in Hieruſalem, Samaritanis autem montem illum. [Dicit ei Ieſus, Mulier crede mihi.] Reſpondens Ieſus quæſtioni reddit primo mulierem ſuaſibilem ad credendum. [Quia.] pro, ℣, [veniet hora.] Futurũ tempus gratię noui teſtamenti euacuantis vtrunque locum immo omnem locum, prædicit: per hoc ſoluens quæſtionem quòd iam ſuperflua erit. [Quando neque in monte hoc.] Ecce excluſio huius loci [Neque in Hieroſolymis.] Ecce excluſio cultus in templo. Et per hæc duo excluſa loca intelligũtur excluſa omnia alia loca. [Adorabitis patrem.] Tanta notitia ac fiducia adorabitis deum quòd adorabitis eum vt patrem. [Vos adoratis quod ne ſcitis: nos autẽ adoramus quod ſcimus.] Poſt cõmunem excluſionem locorum, ſubiungit Ieſus diſparitatem adorantium tunc quantum ad notitiam, præferendo Iudæos Samaritanis in hoc quòd Samaritani adorant neſciendo rem adoratam, Iudæi autem adorant ſciendo rem adoratam. ¶[Et eſt ſermo de ſcientia fidei. Iudæi enim certa fidei cognitione adorabant vnum ſolum deum creatorem cœli & terræ &c. Samaritani autem adorabant quidem eundem deum, ſed non cognoſcendo certa fide ipſum ſolum eſſe verum deum. adorabant enim alios deos, & ſimul cum alijs dijs etiam deum Iſrael. Vnde nec cognoſcebant nec credebant verum deum: ſed in quodam confuſo adorabant ipſum ſicut & alios deos tãquam deum illius terræ: vt patet quarti. Reg. 17. & propterea veriſsime dicitur, vos adoratis quod neſcitis. [Quia ſalus ex Iudæis eſt.] Ratio hæc monſtrat quòd de ſcientia fidei fuit ſermo. nam ſalus ex Iudæis orta, eſt ſalus ex fide vnius dei qui in Iudæis inchoauit & ex eis propagatur. ¶[Et intendit ab effectu hoc (quia ſalus animarum ex fide Iudæorum orta eſt) manifeſtare

feſtare quòd Iudæi ſciunt quod adorant. Ex hoc enim quòd fides Iudæorum ſalutifera eſt, habetur quòd Iudæi habent certam fidei notitiam de deo adorato : alioquin non eſſet ſalutifera [Sed venit.] pro, veniet, [hora, & nunc eſt] Dicit veniet, ratione perpetuę perſeuerantię ſtatus noui teſtamenti. Dicit ſimul & nunc eſt, propter initium gratiæ temporis ſtatus noui teſtamenti, [Quando veri adoratores.] ad differentiam illorum qui labijs adorant, & cor eorum longe eſt à deo [Adorabunt patrem.] adorabunt deum vt patrem [In ſpiritu.] non in monte, non in Hieroſolymis, non in loco aliquo, non cultu temporali, non lingua, ſed interiore cultu conſiſtente in ſpiritu: hoc eſt in animo quatenus ſpiritus officium habet, quatenus ſpiritualibus intendit. [Et veritate.] fidei, contra id quod dixerat vos adoratis quod neſcitis: ſicut dixit in ſpiritu, contra loca & exteriorem cultum ¶ [Et nihilominus vtranque animi partem complectitur. nam ſub ſpiritu voluntas, ſub veritate intellectus comprehenditur. [Nam & pater tales quærit.] Probat ex duplici capite debitum huiuſmodi adorationis. Primũ ex parte qualitatis adorantium, gratæ patri. minus dico, immò quæſitæ à patre cœleſti. Tam grata enim deo deſcribitur qualitas honorantium ipſum integra mente, vt dicatur quòd pater non ſolum amat, non ſolum gratos habet, ſed quærit tales. ſcilicet mente integra, in ſpiritu & veritate. [Qui adorent eum] pro, ſe. Et ſignificantius dicit patrem quærere · ad ſignificandum paternam ſolicitudinem dei ad habendum tales per prædicationes & miracula Chriſti & Apoſtolorum, per paſsionem & mortem Chriſti, per euangeliũ, &c. hæc enim omnia ſunt patrem quærere tales qui adorent ſe. [Spiritus eſt deus.] Prima ratio reddita eſt ex parte ſolicitudinis paternæ hęc autem ſecunda redditur ex parte naturæ ipſius dei: quia ſcilicet natura eius eſt non corpus, non corporeum aliquid, ſed ſpiritus, res omnino incorporea & immaterialis. [Et eos qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare.] hoc eſt & propterea oportet adorantes eum adorare in ſpiritu & veritate, vt adoratio conformis ſit adorato. ¶ [Hinc habes erudite lector quod exterior cultus non propter ſeipſum gratus eſt deo: ſed pro quanto ordinatur ad interiorem, qui fit in ſpiritu & veritate [Dicit ei mulier, Scio qa] pro, quòd, [Meſias venit.] Samaritana mulier excluſa à quæſtione, nec capax nouæ doctrinæ recuſánſque inſtrui à propheta Iudæo, remittit ſe ad Meſiam. Inſtructi enim erant Samaritani de aduentu Meſiæ, & propterea mulier certa fide credens, dicit ſcio quia Meſias venit Non quòd

intendat affirmare ipſum in præſenti venire: ſed confuſe tempore præſenti vtitur pro tempore incerto. [Qui dicitur Chriſtus.] Hęc interpretatio verbum eſt Euangeliſtæ, non mulieris. Interpretatur enim Hebræum nomen Græce quia Græce ſcribebat. [Quum ergo venerit, ille annunciabit nobis omnia.] Hinc apparet quòd recuſabat mulier diſcere à Ieſu [Dixit ei Ieſus, Ego ſum qui loquor tibi.] Mira gratia. vrgentibus namque Iudęis quouſque animã noſtram tollis ſi tu es Chriſtus dic nobis palam, diſtulit palam dicere ſe Meſiam, immo & diſcipulis prohibuit hoc publicare: & tamen nũc ſponte Samaritanæ dicit ſe eſſe Meſiam. Et ratio eſt: quia hæc manifeſtatio non erat periculoſa ad præueniendum paſſionem eius: & vt non ſolum Iudæos ſed etiam primitias gentilium dignas efficeret manifeſtatione tanti myſterij ore proprio. immo digniores quodammodo reddidit: quoniam prius manifeſtauit ore proprio ſe eſſe Meſiam illis quàm Iudæis. [Et cõtinuo.] pro, & in hoc. hoc eſt inter loquendum. [Venerunt diſcipuli eius: & mirabantur quod cum muliere loquebatur.] Nulla in textu, huius admirationis ratio redditur alia niſi locutio Ieſu cum muliere Et dixit hoc Euangeliſta ad ſignificandum inſolitam fuiſſe locutionem Ieſu cum muliere. miramur enim inſolita. [Nemo tamen dixit quid quæris aut quid loqueris cum ea.] Reuerentiam diſcipulorum admirationi iunctam explicauit, tum ad declarandam qualitatem diſcipulorum. tum ad exemplum aliorum. ne præſumant quærere etiam ſi mirentur maiorum facta. [Reliquit ergo hydriam ſuam mulier: & abijt in ciuitatem.] Audito quòd ipſe eſſet Meſias, iuncta reuelatione propriorum geſtorum, commota eſt mulier vſqueadeo quòd reliquit hydriam. oblita eſt aquæ, & abijt in ciuitatem ad excitandum alios. [Et dicit illis hominibus, Venite & videte.] Superfluit &. [hominem qui dixit mihi omnia quæcunque feci.] Inuitat homines ciuitatis vt veniant ad videndũ hominem qui reuelauit ſibi totã vitam ſuam. [Nunquid ipſe eſt Chriſtus.] pro, nónne ipſe eſt Chriſtus? Ad aſſertionem vſqueadeo declinabat mulier vt exigat ab alijs aduentum & viſum ad confirmandum ſuam aſſertionem. [Exierunt ergo de ciuitate & veniebant ad eum. Interea.] Interim quòd venturi erant & veniebant Samaritani. [Rogabant eum diſcipuli.] Affectus diſcipulorum ad hoc vt IESVS corpore reficeretur, explicatur precibus. [Dicentes, Rabbi manduca.] Appoſiti cibi intactio ſignificatur. [Ille autem dixit eis, Ego cibum habeo manducare quem vos neſcitis.] Nec fatigatio nec hora ſexta, retinens Ieſum à docendo

eendo deſcribitur: vt diſcamus omittere cibum corporis quacunque hora imminet ſpiritualium cura exercenda. Sicut Samaritanã traxerat ex hauſtu aquæ occaſionem ſumens, ita diſcipulos eleuat ex oblati cibi occaſione inſtruens de illorum officio ſub metapho ra cibi [Dicebant ergo diſcipuli adinuicem Nunquid aliquis attu lit ei mãducare.] Diſcipuli ſicut & Samaritana, carnaliter intelligẽ tes loquuntur de cibo corporeo. [Dixit eis Ieſus, Meus cibus eſt vt faciam.] Aperit Ieſus quòd de cibo animæ loquitur qui eſt vt faciam, non vt dicam aut cogitem. paſcitur enim anima factis. [Volũtatem eius qui miſit me, vt.] pro, &, [perficiam opus eius.] Duo dicit: facere voluntatem dei, & perficere opus eius. Primum refertur ad obedientiam: qua vt impleret voluntatem dei factus eſt obediens in omnibus vſque ad mortem crucis. Alterum autem refertur ad gratiam perficientem naturam. effectus enim obedientiæ Ieſu Chriſti, eſt opus gratiæ perficiens opus creationis. Vnde primũ ſubornatur huic ſecundo: dicendo meus cibus eſt vt faciam voluntatem eius, & apponendo rationem iſtius facere, vt perficiam opus eius. Opus enim dei eſt opus creationis, quod per Chriſti obediẽtiam perfectionem gratiæ acquiſiuit iuxta illud ad Epheſios primo inſtaurare omnia quæ in cœlis & quæ in terris ſunt. [Nonne vos dicitis quod adhuc quatuor menſes ſunt, & meſſis venit?] Hinc ſupputari facile poteſt quòd Ieſus nouem menſes, vel circiter poſt Paſcha manſit in Iudæa, vacans prædicationi, baptiſmo, & propagationi diſcipulorum, nam quadrimeſtre ante meſſem hyemale tempus eſt. Et quia in regionibus illis præcoces ſunt fructus terræ, computando meſſem ſole exiſtente in geminis, conſequens eſt quòd ſole exiſtente in aquario vel circa, hæc dicta fuerint à Ieſu: ac per hoc quum Paſcha celebraretur ſole exiſtente in ariete, conſequens eſt vt duobus ſaltem menſibus veris totáque eſtate ac toto autumno, partéque hyemis Ieſus manſerit in Iudæa. [Ecce dico vobis.] Samaritanis exiſtentibus primitijs Gentilium, annunciat Ieſus in promptu eſſe ſalutem vniuerſarum gentium.

¶ [Vbi nota quòd quemadmodum occaſione ſumpta ex fonte docuit ſuperius de ſpirituali gratia ſub metaphora aquę, ita nunc occaſione ſumpta ex manducatione oblata à diſcipulis, ſalutem ſpiritualem annunciat ſub metaphora colligendarum frugum ad cibum humanum. Ex hac enim occaſione metaphoram meſſis aſſumpſit. Et de meſſe quidem corporali dicit quòd diſtat adhuc per quatuor menſes: de meſſe autem ſpirituali ſubiungit q̃ præſẽs, q̃ ĩ prõptu eſt, demõſtrãdo ecce. [Leuate oculos veſtros.]

iuxta metaphoram leuantium oculos corporis ad videndum regiones iam albas ad meſſem (quando enim ſunt maturæ tunc videmus eas albas) intendit leuate oculos mentis [Et videte regiones.] Non regionem Samaritanorum, aut Iudæorum: ſed regiones vniuerſas vniuerſorum populorum gentes. [Quia albę ſunt iam.] maturæ, præparatæ ſunt & in promptu vt metantur. Sciebat Ieſus hoc eſſe verum non ſecundum diſpoſitionem exiſtentem in ipſis gentibus, ſed ſecundum diſpoſitionem diuinæ prædeſtinationis. Et (vt dictum eſt) dixit hoc occaſione ſumpta ex Samaritanis primitijs gentium: qui tunc erant metendi [Ad meſſem.] Metaphora meſſis aliter applicatur Matthæi xiii. (Vbi dicitur meſſis conſummatio eſt ſeculi cuius meſſis meſſores ſunt angeli) aliter applicatur hic. Vbi meſſis eſt collectio fidelium: cuius meſſores ſunt & ipſe Chriſtus & eius diſcipuli [Et qui metit.] Metentis opera, meritoria deſcribitur & fructuoſa ad inſtruendum diſcipulos meſſores de illorum officio [Mercedem accipit.] Ad ſimilitudinem corporaliter metentis, dicit mercedem accipit: vt intelligant diſcipuli quòd vacando collectioni fidelium, mercedem ſibij ſis acquirunt non temporalem ſed illam, ego merces tua magna nimis. Geneſe. 15 [Et congregat fructum in vitam æternam.] Meſſores corporaliter, ad hoc metunt vt congregetur fructus pro vita temporali. meſsis autem ſpiritualis eſt ad congregandum fructum in vitam æternam: non ad propria metentium ſeruitia, non ad eorum gloriam, non ad ipſorum implendas burſas. [Vt & qui ſeminat ſimul gaudeat & qui metit.] Differentia inter æternam & temporalem vitam eſt: quòd temporalis vita non ſemper eſt commune gaudium ſeminanti & metenti. contingit enim eum qui ſeminauit mortuum eſſe tempore meſsis, aut congregare fructus alteri quàm ſeminanti. & propterea non ſimul gaudet qui ſeminat & qui metit. Vita autem æterna commune eſt gaudium ſeminanti & metenti, etiam ſi ſeminās longe antè mortuus corpore fuerit. & propterea dicitur, vt ſimul gaudeat qui ſeminat & qui metit. [In hoc enim eſt verbū verū, quia alius eſt qui ſeminat & alius eſt q̄ metit.] Affert Ieſus ad cumulum beneficij collati diſcipulis, verificationē vulgati prouerbij .ſ alius ſeminat & alius metit. Vt cognoſcant magis beneficium ſibi collatum. Sumitur itaque verbum pro prouerbium. Erat enim tum temporis prouerbium infortunatorum, quibus euenichat quòd labores eorum comedebantur ab alijs. Dicebant ſiquidem quòd vnus ſeminat & alius metit: ad ſignificādū quòd vnus laborat, & alius vtitur fructu laboris. Hoc prouerbium

applicat

applicat ad propoſitum: dicens illud verificari in officio diſcipuli. [Ego miſi vos] Hinc habetur quòd Ieſus infra illos nouem mẽſes quibus prædicauit & baptizabat per diſcipulos, miſit diſcipulos ſuos ad prædicandum ego inquit miſi. Nõ dicit mitto aut mittam, ſed miſi. ¶ Et hæc præterita miſsio à ſolo Ioanne hic commemoratur nam alij euangeliſtæ non meminerunt miſsionis ante carcerem Ioannis: hęc autem miſsio fuit Ioanne adhuc baptizante in Aenõ [Metere.] gladio diuini verbi colligere fideles. [Quod vos non laboraſtis.] hoc eſt Iudæos: quos vos non inſtruxiſtis in fide, ſed à Moyſe & prophetis ſeminata eſt eorum fides [Alij laborauerunt] ſcilicet Moyſes & prophetæ, docendo & inſtruendo tanquam ſeminando & colendo agrum [Et vos in labores.] pro, laborem, [eorum introiſtis.] colligendo fructum fidei ſeminatæ ab eis Diſcipuli enim Chriſti erant idiotæ: & non erant prophetæ neque doctores qui laboraſſent inſtruendo Iudæos. & propterea quum Ieſus miſiſſet ad prædicandum Iudæis, miſit eos ad colligẽdum fructus laboris prophetarum. ¶ Et ſignificanter hanc prærogatiuam dat diſcipulis: quia omnis labor prophetarum ad hoc tetendit, vt Iudæi iungerentur Meſiæ. lex enim & prophetæ vſque ad Meſiam erant. Tam expectatus ac deſideratus itaque fructus cõceſſus diſcipulis ſignificatur. dicẽdo & vos in laborem eorum introiſtis [Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum.] Ecce fructus ſermonis habiti cum Samaritana, ecce primitiæ gentium, ecce quotquot autem receperunt eum. [Propter verbum mulieris, teſtimonium perhibẽtis quia.] pro, quod [dixit omnia quæcunque feci.] Hinc apparet quòd mulier credens, abijt in ciuitatem ad inuitandum alios etiam ad credendum. [Quũ veniſſent ergo ad illum Samaritani.] credentes propter verbum mulieris. [Rogauerunt eum vt ibi.] pro, apud ſe, [maneret.] Effectus fidei, ſupplex inuitatio eſt ad manendum in ciuitate: Ita quòd nõ ſolum venerunt ad videndum, ſed ad rogandum vt apud ſe maneret [Et manſit ibi.] Benignus Ieſus non negat ſe Samaritanis: quibus negant ſe Iudæi. [Duo dies.] Temperat manſionem. vt & ſalutaris ſit Samaritanis, & occaſionem ſubtrahat Iudæis diuertendi ab eo tanquam à Samaritano quam habuiſſent ſi diu cum Samaritanis mãſiſſet [Et multo plures crediderunt] Ecce fructus ex tam parua mora ſubſecutus. [Propter ſermonem eius.] ſcilicet Ieſu. Ecce exercitium Ieſu illis diebus Et ſignificatur ſimul promptitudo Samaritanorum credentium ſine miraculis ad ſolam prædicationẽ Ieſu. Erat enim ſermo Ieſu viuus: & magis penetrans quàm gladius.

gladius. [Et mulieri dicebant quia.] pro, quòd, [non propter tuã loquelam credimus.] Fructus sermonis Iesu fuit, non solum quòd multo plures crediderunt: sed quòd illi qui prius crediderant propter verbum mulieris intantum profecerũt prædicante Iesu, quòd mulieri dicebant se credere iam non propter testimonium mulieris [Ipsi enim audiuimus.] Ecce quare credimus: quia nosipsi nõ per te, sed ex ore Iesu proprio audiuimus. fides siquidem ex auditu est verbi dei. [Et scimus] certitudine fidei absque aliqua hæsitatione. hic est enim verus fructus auditus. Et hinc apparet sermonẽ Iesu non sonasse exterius tantum: sed mẽtes penetrasse, & donum fidei contulisse. [Quia hic est vere saluator mũdi.] Deest, Christus. Clara professio: continens & quòd est Messias, & quòd est saluator non Iudæorum aut Samaritanorum, sed mundi. Et quoniam dicũt ipsi enim audiuimus & scimus, manifestant ꝙ Iesus euangelizauerat eis se esse Messiam saluatorem mundi, quòd nunquam publice euangelizauit Iudæis quo ad illam particulam quòd esset Messias propter rationem superius dictam. [Post duos autem dies exijt inde. & abijt in Galilæam] Regionis nomen explicatum cõtra nomen patriæ, subiuncta verba significant. Acsi apertius dixisset: abijt non in Nazareth, sed in Galilæam. [Ipse enim Iesus testimonium perhibuit: quia.] pro, quòd, [propheta in sua patria honorem nõ habet.] Ratio redditur quare non ĩ Nazareth abijt: quia ipse Iesus testimoniũ perhibuit prophetam in sua patria honorem nõ habere. ¶Quale fuerit hoc testimoniũ, scriptũ nõ est nã quod scribitur Lu. 4. testimoniũ in Nazareth, fuit post multa miracula facta in Capharnaũ (nã ibi dicitur quãta audiuimus facta in Capharnaũ) hoc aũt fuit prius. ¶Posset tamẽ intelligi ꝙ ipsum factũ Iesu (hoc est ipsum nõ ire in Nazareth) fuit patratũ in testimoniũ ꝙ propheta non honoratur in patria sua. Clarius tamen est si intelligamus ꝙ Iesus dixerit tunc se non ire in Nazareth quia prophera non honoratur in patria sua. Et hoc sonant euãgelistæ verba dicendo quòd testimonium perhibuit, facto & verbo ¶Quare autem nemo propheta acceptus est in patria sua, vide Lucæ. 4. ¶Si quæris quare Iesus vitauit locum vbi non esset honorandus, venit in Galilæam honorandus, in promptu ratio est: quoniam tunc initia erant prædicationis eius in Galilæa, & requirebatur ad fructum prædicationis vt honorabiliter haberetur. Non itaque honorari voluit propter suum honorem, sed propter fructum prædicationis requiritur enim in principijs authoritas veneranda prædicatoris. [Quum ergo venisset in Galilæam, exceperũt eũ

Gali

Galilæi.]Gratus aduentus eius Galilæis significatur [Quũ omnia vidissent quæ fecerat Hierosolymis in die festo. Et ipsi enim venerant ad diem festum]Ratio redditur gratiosæ exceptionis ex visis miraculis quæ fecerat Iesus Hierosolymis ijs paschate. nam & ipsi Galilæi interfuerant solennitati Paschali. ¶[Et narrat hæc euãgelista: vt intelligamus describi aduentum secundum Iesu in Galilæam antequam multitudinem miraculorum faceret in Galilæa quæ recitantur ab alijs euangelistis. Si enim apud ipsos Galilæos multa iam fecisset Iesus miracula, non diceret euangelista quòd ideo exceperunt eum, quia viderunt quæ fecerat Hierosolymis. sed quia viderunt quæ fecerat apud ipsos.[Venit ergo iterum.]Deest, Iesus. Prius venerat fere ante annum quum inuitatus fuit ad nuptias [In Cana Galilææ vbi fecit aquã vinũ. Et erat quidã regul⁹.] pro, regius. Incertũ est autem an esset regius genere vel officio. Potuit enĩ esse & ꝙ fuerit de genere regio Herodis, & quod fuerit regius cõsiliarius, vel aliquid huiusmodi Herodes siquidẽ tetrarcha velut rex habebatur: quũ tetrarchia ad instar regni esset. Et nihilomin⁹ de semine erat regio: vtpote Herodis regis filius ¶Samaritanis ĩgitur proselytus: vt cuiusque generis fides inchoata describatur in his principijs [Cuius filius infirmabatur Capharnaum. hic quum audisset quod Iesus adueniret à Iudæa in Galilæã abijt ad eum.] in Cana Galilææ manentem. [Et rogabat eum vt descenderet.]Minus credebat: qui quanuis crederet Iesum posse sanare filium suum, credebat tamen opus esse præsentia corporali ipsius Iesu ad filium ægrotum, & propterea petebat vt descenderet à Cana in Capharnaum [Et sanaret filium eius,]non seruum. [Incipiebat enim mori.]pro, erat enim moriturus. hoc est in promptu erat vt moreretur. Sicut de eo qui in promptu erat vt comederet aut vt recederet, dicimus erat enim comesturus, erat enim recessurus. Et significatur per hoc quòd tã grauiter ægrotabat vt esset prope mortem. [Dicit ergo Iesus ad eum. Nisi signa & prodigia videritis non creditis] Arguitur iste velut relatus ad Samaritanos: qui crediderunt sine signis & prodigijs. Et merito arguitur qui tam imperfecte credebat. Immo per hæc domini verba explicatur quòd non credebat. & quòd recursus ad eum pro sanitate filij non procedit ex fide, sed ex opinione & affectu ad filium [Dicit ad eum regulus.] pro, regius. [domine, descende priusquam moriatur.]Hic clare apparet quòd erat in periculo mortis: immò quòd erat in portis mortis, Et rursus apparet quòd non vere credebat: sed opinione quadam mouebatur ad petendum.

[Filius

[Filius meus.]pro,puerulus meus. Aetas filij describitur. [Dicit ei Iesus,vade.]Duo petierat scilicet vt descenderet,& vt sanaret filium.Iesus primum negat,dicendo vade secundum concedit. subiungendo [Filius tuus viuit.]Non dicit viuet sed viuit vt præsentia potentiæ eius in Capharnaum in lecto ægritudinis filij illius significetur. Minusque dicit quam significet.nam dicit viuit:& significat sanus est. [Credidit homo sermoni quem dixit ei Iesus.] Et iste quanuis immeritus consecutus est non solum beneficium sanitatis filio',sed donum fidei sibiipsi.venerat nanque non credens & recedit credens. donum enim dei fides est. [Et ibat. Iam autem eo descendente,serui occurrerunt ei:& nunciauerunt,dicētes quia:]pro,quod,[filius eius viueret.]pro,puer tuus viuit.Verba sunt seruorum [Interrogabat ergo horam ab eis in qua meli⁹] pro,cōmodius,[habuerit.] Vt cognosceret ex hora certitudinē miraculi,petit à seruis horam sanitatis.[Et dixerunt ei,quod heri hora septima reliquit eum febris.] Perfecta sanitas describitur: quod quum esset in portis mortis,liberatus statim est à febre.Et simul describitur genus ęgritudinis.[Cognouit ergo pater quod illa hora erat in qua dixit ei Iesus,filius tuus viuit.Et credidit ipse & domus eius tota.]Prius crediderat sermoni Iesu quem dixerat, filius tuus viuit:modo credit absolute in Iesum,comperto miraculo.Nec solus credit sed ad fidem ducit totam domum suam, narrādo quomodo res est gesta.[Hoc iterū secundū signum fecit Iesus quū venisset a iudæa in Galilæam.]Duo dicūtur hic nō multum clara.Alterū est ad quid refertur iterum. alterū ad quid refertur secundū.Duo verba in hoc sermone ponūtur scilicet fecit & venisset.Si aduerbiū iterum determinaret verbū fecit,sensus esset quod iterum fecit hoc secundum signū.quod vix est intelligibile. Sed si determinat verbum venisset,sensus est clarus:quod quum iterum venisset in Galilæam fecit hoc secundum signum. prius enim venerat in Galilæam quando venerat ad nuptias. Et hinc via habetur ad intelligendum quare hoc signum appellatur secundū: quia scilicet fuit secundum miraculum factum in Galilæa.Fecerat enim alia miracula Hierosolymis: sed in Galilæa primum miraculum fuit conuersio aquæ in vinum secundum autem fuit hæc sanitas filij regij.[Et dixit hęc Euangelista:vt intelligeremus etiam hoc miraculum fuisse factum à Iesu ante omnia miracula quæ narrantur ab alijs Euangelistis facta à Iesu,in Galilæa.Et finitur supplemento gestorum Iesu,intenta ab hoc Euangelista: quæ scilicet gessit ante gesta narrata ab alijs Euangelistis.

CAPVT

oſt hæc erat dies feſtus iudæorum.] Quantum tẽporis interceſſerit, certũ nõ eſt. neſcimus enim de quo feſto ſit ſermo. Suppoſito autem quod hoc feſtũ fuerit inter paſcha quo eiecit vendentes & ementes de templo (cuius mentio facta eſt cap. 2.) & paſcha cuius mentio fiet in cap. ſequenti in miraculo de multiplicatione panum oportet conſequenter intelligere hunc diem feſtum fuiſſe feſtum temporis hyemalis: quoniam hoc fuit poſt ſecundum in Galilæam aduentum, qui fuit quatuor menſes ante meſſem: vt ipſa Ieſu verba in præcedenti capitulo teſtãtur. [Et aſcendit Ieſus Hieroſolymam.] Secundus hic eſt aſcenſus Ieſu in Hieruſalem ex Galilæa, à Ioanne ſcriptus. [Eſt autem Hieroſolymis probatica.] pro, ad ſeu ſuper probaticam. Græca dictio eſt probatica, latine pecualis. Et ſignificat locum ouium, vt creditur pro ſacrificio manẽtium. Singulis enim diebus duo agni immolabãtur. & propterea oportebat habere in ciuitate locum idoneum ad continendum oues, ſaltem pro hoc iugi ſacrificio. [Piſcina.] pro, natatorium. iuxta locum ouium erat lauacrum natatorium. eo quod in eo natando abluebantur animalia, vt munda viuerent. [Quæ cognominatur Hebraice Bethſaida.] pro, Betheſda. Apponit Euangeliſta Græcæ dictioni cognomen Hebraicum. Quod non eſt cognomen probaticæ, ſed eſt cognomen natatorij. ¶ Aiunt quod Betheſda ſignificat domum defluxionis, eo quod defluentes pluuiales aquæ ibi colligantur. Et domus nomen ratione porticuũ conſonat. Ita quòd defluxio dicitur ratione ipſius natatorij: domus autem ratione porticuũ, quas ſubdit Euangeliſta eſſe quinque. [Quinque porticus habens: in his iacebat multitudo magna languentium cæcorum, claudorum, aridorum) expectãtium aquæ motum. Angelus autem domini] Superfluit domini, & legendum eſt. [angelus enim.] Redditur ratio quare iacebat ibi multitudo languentiũ ſcilicet propter beneficium ſanitatis quod expectabatur ex deſcenſu angeli. [Deſcendebat ſecũdũ tẽpus in piſcinam.] Quo tempore deſcendebat neſcitur: certũ tamen tẽpus ſignificari videtur, dicendo ſecundum tempus. [Et mouebatur aqua.] pro, & turbabat aquam. [Et qui prior.] pro, qui igitur primus [deſcẽdiſſet in piſcinã.] Superfluit in piſcinã. [poſt motionẽ aquæ.] pro, poſt turbationẽ aquæ, [ſanus fiebat a quacũq; detinebatur infirmitate,] pro morbo. Nõ enĩ â debilitate ſed à morbo deſcribitur ſanatio. Quare de angelico miniſterio aquã turbaret & ſanaret primũ deſcendentem

dentem, ſcriptū non eſt authentice. & propterea ignoratur. [Erat autem quidā homo ibi, & triginta & octo annos habēs in infirmitate ſua.] Superfluit ſua [Hūc quū vidiſſet Ieſus iacentē, & cognouiſſet q̄ iam multū tempus haberet, dicit ei, vis ſanus fieri?] Non petit vt cognoſcat voluntatē infirmi (quæ cuilibet erat per ſe nota) ſed vt excitet eum ad aliqualiter petendum opem ab ipſo vt vel ſic diſponatur ad perceptionem beneficij. [Reſpondit ei lāguidus, Domine hominem non habeo vt quum turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinā.] Non audet languidus explicite petere à Ieſu vt velit ſibi opē ferre mittendo eū in piſcinā ſeu natatoriū: ſed tacite hoc petit, manifeſtando id quod indiget ſcilicet q̄ indiget homine mittente ipſum in natatoriū. Per hoc enim implicite petit quòd prouideat ſibi de homine, ſeipſo vel alio. [Dū venio enim ego, alius ante me deſcendit. Dicit ei Ieſ⁹, Surge.] Imperat nō ſolū homini ſed naturæ quoniā non erat in voluntate aut poteſtate languidi ſurgere. Sed dicendo ſurge, morbū abſtulit, vim ſurgendi contulit. [Tolle grabatū tuū.] Perfectio ſanitatis ſignificatur: vt ita ſan⁹ effectus eſſet vt qui non poſſet vſque ad natatoriū deſcendere, tolleret lectum ſuū [. Et ambula.] Non ſolum vires ad ſurgendum & tollendum grabatum, ſed ad ambulandum, portando onus collatæ ſunt. [Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille. & ſuſtulit grabatum ſuū & ambulabat.] Subdit Euangeliſta effectum ſubſecutum ſecūdum ſingula præcepta ¶ Vbi cōſidera quod ſolo præcepto ſubſecuta eſt perfecta ſanitas ſtatim vt ex modo diuina virtus eluceſcat. [Erat autem ſabbatum in die illo.] Non ſolum naturæ dominus ſed etiam ſabbati narratur, ex hoc q̄ præcepit portari grabatum in die ſabbati. [Dicebant ergo Iudæi.] Communi generis nomine ſignificantur illi Iudæi qui aduerſabantur Ieſu. [Illi qui ſanatus fuerit Sabbatū eſt, non licet tibi tollere grabatum tuū. Reſpōdit eis: Qui me ſanum fecit, ille mihi dixit tolle grabatū tuum & ambula.] Curatus homo citat authoritatem eius qui miraculoſe ipſum ſanauit. vt hinc oſtendat non illicite ſe portare grabatum ſuum. Ac ſi apertius dixiſſet, Non violo ſabbatum, quia authoritate illius hoc facio qui miraculoſe me ſanauit. [Interrogauerunt ergo eū, Quis eſt ille homo qui dixit tibi, tolle grabatū tuum & ambula?] Hinc apparet malignitas horum Iudæorum. nam quum ſanatus dixiſſet duo (ſcilicet & quòd ſe ſanum fecit, & quòd dixit tolle grabatum tuum & ambula) non interrogant iſti Iudæi quis eſt ille homo qui te ſanum fecit: ſed tantummodo quis eſt ille homo qui dixit tibi tolle grabatum tuum & ambula. Hinc enim

nim apparet quod machinabantur ad malum. [Si autem qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset.] Fuerat enim tanto tempore velut immobilis constitutus quòd non interfuerat prædicationibus Iesu & propterea non est mirū si non cognoscebat quis esset Iesus. [Iesus enim declinauit à turba cōstituta in loco.] pro, Iesus enim declinauit, turba existente in loco. Nō enim significatur explicite quòd Iesus abierit à turba: sed quod turba existente in loco illo, Iesus declinauit seu se subduxit. ¶Et significātur duo: scilicet quod Iesus sanato infirmo abijt, & quod propter turbam ibi existentem abeundo mixtus turbæ est. ¶Et dixit hoc Euangelista: ad explicandum quare ille sanatus non manifestauit tunc quis esset qui eum sanum fecerat: quia scilicet nec cognoscebat ipsum Iesum, nec Iesus erat amplius ibi præsens, nec aduerterat qua via discesserat propter turbam ibi existentem ita quod non potuit discerni & insinuari ab illo sanato. [Postea inuenit eum Iesus in templo: & dixit illi, Ecce sanus factus es: iā noli peccare.] Hinc insinuatur quod infirmitas illa propter peccatum acciderat [Ne deterius tibi aliquid contingat.] Tum recidiuum peccatum, tum noua ingratitudo deterius aliquid mereretur. [Abijt ille homo: & nunciauit Iudæis.] Hinc apparet quod non quicunque Iudæi sed primores aliqui erant isti qui vexauerāt & interrogauerant sanatum. nam Hierusalem plena erat Iudæis: & nisi aliqui certi Iudæi fuissent non dixisset Euangelista, abijt ille homo & nunciauit Iudæis. [Quod Iesus esset qui fecit eum sanum.] Hinc apparet quòd bono animo rectáque intentione iste retulit Iudæis. ad hoc enim significandum Euangelista narrat nō retulisse quod interrogauerant (scilicet quis est ille qui dixit tibi tolle grabatum tuum & ambula) sed annunciasse quod non interrogauerant beneficium receptum, Annunciauit enim quod Iesus esset qui se fecit sanum, annunciauit opus miraculorum affectu gratitudinis & ad dei gloriam. [Propterea persequebantur Iudæi Iesum.] Desunt hic quatuor dictiones. [Et quærebant ipsum interficere.] Tanquam tota hæc historia propter hanc conclusionem relata fuerit ab Euangelista, hinc incipit rationem doctrinæ subsequenter datæ à Iesu. [Quia hæc faciebat in sabbato.] Prima itaque culpa quam imponebant Iudæi Iesu, erat violatio sabbati. [Iesus autem respondit eis.] Dicendo respondit, aut ad animos refert, aut subintelligi vult Iudæos arguisse forte signis eum quod sabbatum violaret curando in sabbato. [Pater meus vsque modo operatur.] Rationem reddit Iesus quod licite operaretur in sabba-

to, ex

to, ex imitatione dei. ¶ Et consistit vis rationis in directa percussione rationis sabbati. Ratio siquidem sabbatizandi erat quia die septimo requieuit deus ab vniuerso opere quod patrarat. Quod non sic intelligitur, quod die septimo inceperit esse ociosus: sed quod cessauit cõdere noua genera creaturarũ. Et propterea Moyses non dixit quod deus requieuit die septimo: sed apposuit à quo requieuit scilicet ab vniuerso opere quod patrarat. Falsum ergo intellectũ diuinæ quietis Iesus tollens dicit. pater meus vsque modo operatur? Acsi apertius dixisset. quanuis quieuerit die septimo à creando noua genera creaturarum: non tamen quieuit absolute, sed vsque modo operatur, sed continue operatur. ¶ Si quæris quid operatur? in promptu est conseruatio continua rerum omnium: quę in nihilum redirent nisi eas manus omnipotentis conseruaret. In promptu est gubernatio vniuersi: & specialiter creaturarum rationalium. In promptu sunt illuminationes, inspirationes, miracula, & id genus reliqua: quæ deus vsque modo operatur, tã in sabbatis quam in alijs diebus [Et ego operor.] Ex hoc ipso quod deus operatur diebus omnibus, infert quod ipse quoque operatur diebus omnibus. Perinde acsi dixisset Non est ratio cur me arguatis quod operor in sabbatis, quoniam assimilor patri meo ipse enim absque discretione dierum operatur, & similiter ego omnibus diebus licite operor. Hic enim sensus directe respõdet tacitæ obiectioni Iudæorum de violatione sabbati. Nec excludit quòd hæc verba sint vera absolute de ipso Christo inquantum deus quòd operatur sicut operatur pater eius continue propter quod Euangelista præmisit quòd respondendo ad persecutionem ratione sabbati, dixit hæc verba. ¶ Vbi etiam aduerte quòd alij Euangelistæ narrauerunt Iesum, calumniantibus ipsum quod sabbatum violaret, respondisse confutando illos ex gestis à Dauide, à sacerdotibus, ab ipsismet extrahentibus asinum ex fouea aut ducentibus bouem ad aquam: hic vero Euangelista narrat Iesum respondisse ex operatione dei patris etiam in sabbatis: quoniam intendit diuinam Iesu naturam manifestare. [Propterea ergo magis quærebant eũ Iudæi interficere.] Accumulat Euangelista causas quare Iudæi persequebantur Iesum [Quia non solũ soluebat sabbatum.] Hinc apparet quod refert Euangelista causas prout habebantur à Iudæis. Iesus enim nõ soluebat sabbatum: sed Iudæi calũniabantur eum quod soluebat sabbatum [Sed & patrem suũ dicebat deum, æqualem se faciens deo.] Hoc est alterum quod imponebant Iesu: quod scilicet faceret se æqualem deo, quũ

in

in veritate ipſe nõ ſe faceret ſed natura eſſet æqualis deo. ¶Vtriuſque tamen calumniæ occaſionem ex factis & dictis prænarratis acceperant Iudæi. Nam ex hoc quòd præceperat tolli in die ſabbati grabatum & portari, occaſionem habebant dicendi quòd violauit ſabbatum ex hoc vero quòd reddens rationem quare nõ violaſſet ſabbatum, dixit quòd faceret ſicut pater ſuus deus qui ſemper operatur, occaſionem habebant dicendi quòd faceret ſe æqualem deo: volens ſe æquiparare deo, vt ſicut deus ſemper operatur ita ipſe ſemper operetur. ¶Significantiúſque apponebant hanc æqualitatis clauſulã: vt intelligeremus quòd Iudæi non perſequebantur Ieſum ex eo quòd diceret ſuum patrem deum (quum hoc eſſet licitum cuilibet fideli) ſed ex hoc quòd appellabat deum patrem ſuum tali modo quòd ſeipſum faceret æqualẽ deo: hoc eſt cum præſumpta æquiparantia ad deum. ¶Et dixit hæc Euangeliſta non ſolum vt narret cauſas perſecutionis & ſenſum quo Iudæi intelligebant verba Ieſu: ſed vt manifeſtet quo tendunt ſequentia Chriſti verba, dicta reſpondendo ad hunc ſenſum Iudęorũ. [Reſpondit itaque Ieſus.] Sequentia verba, reſpõſiue dicta ſignificantur reſponſiue autem ad Iudæos, impugnantes eum de his duob' ſubordinate. Inchoauerunt enim impugnationem ab operatione in die ſabbati: ſed reſpondente Ieſu ſe ſemper operari ſicut patrẽ ſuum deũ, aſcenderunt impugnando hanc æquiparãtiam ad deũ, allegatam pro ratione operis in ſabbato. [Et dixit eis, Amen amẽ dico vobis.] Iudæis reſpondet impugnãtibus eũ. [Non poteſt filius.] Quęſtio erat de æqualitate filij ad patrẽ, occaſio nata ex opere. Et propterea Ieſus intendens mõſtrare æqualitatem filij ad patrem ex opere, procedit ex parte ſpectantium ad opus. ¶Et hinc intendit declarare æqualitatẽ filij ad patrem tripliciter primo ex concurſu filij ad omnia quæ facit pater: ſiue creando, ſiue gubernando &c. Secundo ex hoc quòd filius incarnatus facit ſupernaturalia opera in genere humano: ſcilicet ſuſcitare mortuos, viuificare animas, iudicare mũdum. Tertio ex hoc quòd filius incarnatus adorandus eſt ſicut pater. adoratio enim eſt fructus operũ & propterea adiungitur cum ſpectantibus ad opus. ¶Procedit autẽ primo ex identitate facti. Et quia opus ad operantem ſpectat, ideo vt ſermo eſſet formalis, monſtrat æqualitatem filii ad patrem quatenus vterque eſt opifex. propterea enim non ex ratione cõſubſtantialitatis ſed ex identitate facti ęqualitatem hanc docet. Rurſus for maliſsimus ſimul & ſuauiſsimus doctor Ieſu, ſic ex parte operis docet æqualitatem filij ad patrem, vt & auditores intelligant, &

nihilominus veritas tanti myſterij à proprietate non labatur ſermonis. ¶ Deſcribit itaque æqualitatem filij opificis ad patrem opificem ſub formali ratione opificis agentis à propoſito. Opificis enim actus eſt facere & qualitas opificis ad opificem, in duobus per ſe conſiſtit ſcilicet, in videndo quæ facit alter opifex, & in faciendo eadē. Si enim opifex vnus videat quæcunque facit opifex alter, & omnia illamet faciat, æqualis eſt illi opifex. niſi ſi quidem videret omnia quæ facit alter, non per ſe adæquaretur illi: ſed aut non adæquaretur in ijs quæ lateremt ipſum, aut à caſu adęquaretur Et rurſus niſi videret, non adæquaretur vt opifex opifici. opifex enim inquantum opifex, non adæquat alterum opificem ſecūdum rationem operandi niſi videndo: quoniam vterque eſt agens à propoſito. ¶ Hæc in communi ſunt vera in ſpeciali autem materia (ſcilicet de patre opifice & filio opifice) ſcito quòd ſi filius poſſet facere aliquid quod non videret facere patrem, non eſſet maioris potentiæ ſed minoris: quia hoc ex defectu naturæ & potētiæ eius oriretur. Et propterea à negatione huius potentię inchoat, dicendo. [Non poteſt filius à ſe facere quicquam niſi quod viderit patrem facientem. Et lege quod viderit pro quid viderit. Negatur de filio opifice potentia duorum. Alterum eſt faciendi quicquam niſi quod pater facit. alterum eſt modus faciendi ſcilicet à ſe. Et primum quidem ſpectat ad terminum faciendum: ſecundum autem ad faciendi principium. Poſſe ſiquidem filium facere à ſe vt diſtinguitur à patre, eſſet ſi filius haberet naturam aliā à natura patris. nam ex propria natura, ac per hoc à ſeipſo, ex ſua non patris potentia poſſet exequi aliquid quod non exequitur per ſeipſum pater: vt patet de omni rationali creatura. omnis enim creatura rationalis quia habet aliam naturam à dei natura, poteſt aliquid à ſe exequi quod non per ſeipſum exequitur deus. Vnde per hoc quòd filius non poteſt à ſe facere, excluditur diuerſitas naturæ filij à natura patris. Ita quòd æqualitatem filij ad patrem ex parte operis declarat, tum ex negatione potentiæ faciendi à ſe: quod eſt ex negatione diuerſæ potentiæ diuerſæque naturæ in ſe & patre. tum ex negatione potentię faciendi aliud quàm pater. Quæ duo ſe mutuo inferunt: quoniam negatio diuerſæ naturæ infert negationem diuerſi faciendi & econuerſo. Et clara eſt doctrina, ex principio & termino aperiens veritatem.

¶ Dicit ergo non poteſt, non dicit non licet ad declarandum idēntitatem potentiæ filij & patris. Vt hinc audiant Iudæi quod non eſt iunctus patri ſicut alij filij iunguntur patribus ſuis, aut ſicut

filij

filij adoptiui per gratiam iunguntur deo: qui etsi imitẽtur patrem, possunt tamen aliud facere quàm facit pater. ipse enim est talis filius patris sui dei quòd omnino non potest facere nisi quod facit deus pater. Et similiter alij filij quia alterius sunt naturæ, etiam si non facerent tamen possunt à se facere aliud: ipse vero talis est filius quòd omnino non potest à seipso (prout à patre distinguitur) facere aliud quàm pater. Vt hinc habeatur manifeste quòd potentia faciendi in filio est illamet. quæ est potentia faciendi in patre. nam si esset alia, penes principium faciendi vel terminum faciendum differret. ¶Et dicit nisi quid viderit: ad significandum liberum concursum ad faciendum, ad differentiam agentis naturalis. Facere enim videndo, proprium est agentis à proposito: & quod facimus videndo alium facere, facimus libere. filius autem non naturaliter sed libere facit quicquid facit. Et propterea, dicitur nisi quid viderit: vt per hunc modum faciendi (scilicet videndo quid facit pater) intelligamus filiũ ita non posse aliud facere, quòd cum hac impotentia libere facit, libere concurrit ad faciendum. Ne errares: intelligendo patrem quidem libere facere filium vero non libere sed naturali necessitate facere quod facit pater. ¶Et non dicit didicerit sed viderit: vt intelligamus quòd non disciplina sed penetratiuus intuitus filij interuenit in hoc quòd filius facit idem quod pater facit. Ita quòd dicendo nisi quod viderit, significatur nisi ad quod concurrerit tanquàm agens à proposito, penetrando patrem facientem. Rursus dicit viderit, ne notionalem actum sed essentialem intelligamus significari (videre enim actus est ad ea quæ sunt substantiæ non ad ea quæ sunt relationis in diuinis spectans) & intelligamus prout est, quòd filius clare videns vniuersum diuinum facere, libere facit illud idem quod facit pater. ¶Et dicit facientem, non fecisse aut facturum. vt intelligamus filium simul facere. Dicit facientem, non imperantem aut ordinãtem: vt nulla subiectio, nulla subordinatio filij ad patrem respectu operationis sed solus concursus liber significetur ad faciendum (hoc est ad exequẽdum) illud idem quod exequitur pater. facere enim exequentis est. ¶Et dicit quid. vt intelligamus vnum atque idem esse illud quod facit filius & quod facit pater. Nec dicit nisi quid viderit fieri à patre. ne ex parte patris intelligatur concursus filij & patris. Sed tam ex parte patris quàm filij dicit facere: vt intelligamus concursum patris & filij ad faciendum vnum & idem ex parte actionis. ¶Significantiusque dicit seorsum filium facere & seorsum patrem facere, nullam

mentionem faciens de concurſu amborum niſi videndo: ne errares intelligendo patrem & filium concurrere ad facere idem ſicut cauſam ſuperiorem & inferiorem, aut ſicut cauſas partiales, aut ſicut agens & inſtrumentum, aut ſicut patrem & matrem, & ſiquid eſt aliud huiuſmodi. ſed intelligeres (ſi potes) filiũ facere libere illud idem quod facit pater, vna omnino indiuiſa actione, vna ratione agendi: quia ſunt vnũ faciendi principiũ. [Quęcũque enim ille fecerit.] pro, facit, [hęc & filius ſimiliter facit.] Duo cõtinentur in antedictis verbis: ſcilicet filiũ nõ poſſe niſi idem quod facit pater facere, & filiũ videre patrẽ facientẽ. & ambo probat. Et prius primũ: ex hoc quòd tã terminus ad quem terminatur facere filij adęquat terminũ ad quem terminatur facere patris (hęc enim adęquatio clare ſignificatur dicendo quòd quęcũque pater facit hęc & filius facit) quàm qualitas faciendi in filio, ſimilis eſt qualitati faciendi in patre. aduerbiũ nãque ſimiliter, vnam qualitatẽ actionis in vtroque ſignificat. Quia igitur ex adæquatione faciendorũ cognoſcitur æqualitas potentiæ, & ex identitate faciendorum cognoſcitur identitas potentiæ, ideo probatur à poſteriori (ſcilicet ex facere omnia quæ facit pater) æqualitas ſiue identitas potentiæ factiuæ in filio ad potentiam factiuam in patre. Et multo magis manifeſtatur, adiuncta ſimilitudine faciendi. ¶Vera autem hæc eſſe conſtat: quia indiuiſa ſunt opera trinitatis ad extra: quæ ſola ſignificantur per facere, indiuiſa autem & quo ad rationẽ faciẽdi & quo ad ſubſtãtiã modumque faciendi: & non ſolum quo ad terminum. [Pater enim diligit filium: & omnia demonſtrat ei quæ ipſe facit.] Poſtquàm declarauit primũ (ſcilicet non poſſe facere niſi quod facit pater) declarat ſecundũ ſcilicet niſi quid viderit patrẽ facientẽ. Declarat autem hoc ex parte rei viſę, ſcilicet quia pater monſtrat filio omnia quæ pater facit. ideo enim filius videt patrem facientem, quia pater monſtrat filio omnia quæ facit. Et hoc declarat à priori, quia pater diligit filiũ ita quòd dilectio eſt ratio monſtrationis, & monſtratio eſt ratio viſionis. Hic eſt planus & formalis ſenſus literæ ¶Vbi aduerte quod patrem monſtrare filio omnia quæ facit, eſt patrem facere in manifeſto filij omnia quæ facit. ita quòd non actio aliqua quę ſit monſtratio, ſed modus quo facit pater omnia deſcribitur: ſcilicet in manifeſto filij Quemadmodum enim deſcripſit modum quo filius facit, dicendo quid viderit, ita deſcribit modum quo pater facit, dicendo monſtrat filio omnia quæ facit. Et dixit hoc: quia hic modus faciendi, eſt ex parte rei viſæ ratio quòd filius videat. Ex hoc enim

quòd

quòd pater in manifesto filij omnia facit, infertur quòd filius videt patrem facientem quicquid facit. Non quòd inter hæc interueniat causalitas aliqua sed quia si videre filij causaretur à re visa, causaretur ex hoc quòd pater in manifesto filij omnia facit, sicut æternitas non causatur ab immutabilitate: sed quia si causaretur causaretur ab immutabilitate, dicimus deum æternum quia immutabilem. Et simili modo intellige quòd quia pater diligit filiũ, facit quæ facit in manifesto filij Hęc siquidem tria (scilicet filium videre, & patrem in manifesto filij facere, & patrẽ diligere filiũ) naturalia sunt in deo. & consequenter se habent sicut causa & causatum si causarẽtur. In carnalibus patribus clare patet quòd ex vehementi dilectione qua pater aliquis afficitur filio, nihil facit occulte à filio sed vtrunque est liberum quia carnalis pater & libere diligit filium, & libere facit quæ facit in manifesto filij. Verum si carnalis patris erga filium amor tam vehemens esset non liber sed naturalis, causaretur quoque quòd naturaliter nihil occultaret eorum quæ fecit filio: sicut enim ex amore libero causatur libere nihil occultare, ita ex naturali amore causaretur, naturaliter non occultare. Ascende hinc ad diuina & precipue quòd pater dilig it filium quantum diligibilis est, amore naturali. vult enim naturaliter pater filio, non hoc vel illud bonum sed omne ac summum simpliciter & absolute. & hinc naturaliter facit in manifesto filij quicquid facit. ¶Et bene nota quòd quanuis patrem facere sit libere. modus tamen iste faciendi (scilicet in manifesto filij) est naturalis. Quanuis enim in libertate patris sit facere vel non facere, non tamen est in libertate patris modus iste faciendi (scilicet in manifesto filij vel occulte à filio: sed naturale est quòd si facit faciat in manifesto filij. & propterea ex naturali amore patris erga filium infertur in textu. Naturalia enim in deo, ex naturalibus in ipso formaliter declarantur tanquàm vnum causetur ex altero vt voluntas ex intellectu, & intellectus ex essentia, & similia.

¶Ordinat itaque Iesus naturalia patris & filij quatenus sunt opifices, formali ordine: declarans Iudæis humani intellectus more secundum ordinem formalem quomodo pater & filius conueniunt ad faciendum idem, ex hoc quòd pater diligit filium quantum diligi potest: & consequenter omnia quæ facit mõstrat filio. hoc est in manifesto filij facit. Hinc enim declaratur prius dictum scilicet quòd filius videt patrẽ faciẽtem. quod declarandum erat. [Et maiora his demonstrabit ei opera, vt vos miremini] Declarata æqualitate filij ad patrem ex parte operis longe eleuata à nostra

notitia operis scilicet diuini communis toti trinitati. quod ab initio exercuit, creando mundum, &c. declarat modo æqualitatem filij ad patrem etiam ex parte operis, sed operis nobis manifesti: quod scilicet exercet ipse filius factus homo. Et propterea vbi hactenus vsus est verbo præsentis temporis, spectãtis ad continuam operationem diuinam communem patri & filio (dicendo facit, monstrat) modo vtitur verbo futuri temporis: quia transit ad opera à filio dei simúlque filio hominis exercenda. ¶Et appellat maiora his, resuscitationem mortuorum, viuificationem animarum, iudicium mundi, & huiusmodi. Quæ vere sunt maiora opera illis operibus quæ fecerat scilicet curare infirmos, ejcere vendentes & ementes de templo, præcipere vt quis tolleret grabatum suum in sabbato. ¶Demonstrare autem significat in manifesto facere, sicut superius. Sed addit quia superius sumitur pro in manifesto filij facere. hic autem sumitur non solum pro facere in manifesto filij (vt testatur pronomen ei) sed etiam cum sensibili signo apud alios: vt testantur subiuncta verba, vt vos miremini. Ita quòd opera hæc maiora faciet pater in manifesto filij, quia filius clare videbit deum facere hæc opera: in aliorum autem admirationem de filio: quia videbunt ipsa opera, sed non videbunt patrem operantem. [Sicut enim pater.] Explicat tria genera operum maiorum his, demonstranda à patre filio cum admiratione Iudæorum. Primum habet duos ramos scilicet suscitare mortuos ad vitam corporis, & viuificare animas, vtrunque siquidem est magnum opus & proprium deo. Propter hæc enim duo dicit: [Suscitat mortuos] quo ad vitam corporis. [Et viuificat.] quo ad vitam animæ, quę est per gratiam. Nisi enim de viuificatione animarum loqueretur, superflue addidisset & viuificat: quoniam suscitare mortuos, nihil aliud est quàm eos ad vitam reducere. [Sic & filius] Ecce æqualitas quo ad modum faciendi: quòd sicut pater facit sic & filius. [Quos vult.] Ecce æqualitas quo ad libertatem, & ex parte volũtatis explicat filium concurrere cum patre ad faciendum vt agens à proposito, quod superius explicauerat ex parte intellectus, dicendo quid viderit. [Viuificat.] tã suscitando mortuos quàm viuificando animas. vt significetur æqualitas in vtroque opere, [Neque enim pater iudicat quenquam.] Secundum genus operis explicatur Ita quòd coniunctio enim, non est redditiua rationis immediate prius dictæ viuificationis: sed refertur ad explicãdum maiora opera, & accumulat opus iudicij operi viuificationis. ¶Sed nota differentiam inter opus viuificandi & iudi-

candi

candi relatiue ad patrem. Nam ſuſcitare & viuificare deſcriptum eſt commune patri & filio, dicendo ſicut pater ſuſcitat & viuificat, ſic & filius: iudicare autem deſcribitur aliter patris quam filij. Deſcribitur enim pater non iudicare, ea ratione quia non exercet perſonã ſenſibilis iudicis: quia pater non eſt homo, non eſt iudex ſenſibilis: de illo enim iudicio eſt ſermo quo mundus eſt iudicandus. [Sed omne iudicium dedit filio.] Iudicium omne appellatur iudicium vniuerſale. Dare autem gratuitam collationem ſignificat factam filio dei in myſterio incarnationis: tunc enim dedit deus filio opus iudicii quam factus eſt homo: hoc eſt tunc conſtituit eũ iudicem mundi [Vt omnes honorificẽt filium ſicut honorificant patrem.] Tertium opus (quod vt fructus præcedentium proponitur) eſt debitus honor filio ſicut patri. Demõſtrauit enim deus hęc opera, vt Ieſus Chriſtus filius dei adoretur latria ſicut adoratur pater deus. Et huiuſmodi adoratio eſt tertiũ genus operis, maius illis. [Qui non honorificat filium, non honorificat patrem.] Duo priora genera operum quia exercenda ſunt per filium, fine contrarietate deſcripta ſunt. honoratio vero quia per homines exercenda eſt cum contrarietate deſcribitur inter honorantes & non honorãtes. ¶ Et ne errares intelligendo fructum honoris eſſe ex quadam decentia & non ex neceſſario debito, ideo ſubiungit rationem neceſſarij debiti ad honorandum filium ſicut patrem, ex hoc quòd non honorare filium eſt non honorare patrem. Hinc enim manifeſte ſequitur quòd ſicut debitum eſt honorare patrem ita & filium. [Qui miſit illum.] Adiunxit hoc ad explicandum quòd de filio miſſo (hoc eſt de filio incarnato, de filio dei qui eſt etiam filius hominis) loquitur. & ſimul explicat rationem redundantiæ inhonorationis ſuæ in inhonorationem patris, ex eo quòd pater miſit ipſum: iniuria enim quæ fit legato, fit leganti ¶ Et ſignificanter non dicit qui dehonorat filium, ſed qui non honorat: vt intelligamus non ſolum iniuriam dehonorationis, ſed negationẽ honoris culpabilẽ eſſe [Amen amen dico vobis,] Conſidera ordinẽ. Prius dixit, maiora his demonſtrabit. Deinde explicauit proponendo quæ ſunt illa maiora, & explicauit eſſe tria genera operum ſcilicet viuificare, iudicare, & adorari. Modo manifeſtat ſigillatim ſingula ſecundum ſingulos ramos. Et incipit à viuificatione. Itaquòd declarat ℣ ſicut pater viuificat ſic & filius viuificat [Quia qui verbũ meũ audit.] Explicat modum quo filius viuificat. Duo liquidem concurrunt ad hunc modum. nam ex parte filij concurrit verbum euangelicum & propterea dicit quia qui verbum meum.

Ex parte autem viuificandorum concurrit primo auditus verbi Christi & propterea dicit audit. Concurrit secundo fides, & propterea subiungit [Et credit ei qui misit me.] Fides ipsa explicatur, dicendo credit. Credenda autem summarie traduntur, dicendo ei qui misit me nam & mysterium trinitatis, & mysterium incarnationis in his verbis continetur. pronomina enim ei & me, patrem & filium monstrant: missio autem mysterium incarnationis significat. In his enim reliqua credenda clauduntur. [Habet vitam æternam.] Ecce viuificatio animarum: quam facit Christus euangelizando, in ijs qui credunt euangelio. Dicendo enim habet vitam æternam, manifestat se loqui de vita animæ. [Et dicit habet: quia in præsenti vita habetur inchoatiue vita æterna. Gratia enim seu charitas, viuere in æternum perseueraturum ichoat in anima. [Et in iudicium non venit.] pro veniet. Modus explicatur quo anima credendo viuificatur, secundum duo. Alterum est plena remissio peccatorũ. Et quo ad hoc dicitur quòd in iudiciũ non veniet quoniam commissa peccata ita delentur q; non veniet iudicandus pro illis, non dicetur ei ius quod mereretur pro illis: quia omnia sunt ei cõdonata [Sed transiet.] pro, transiuit. [à morte in vitã.] Alterũ est transitus à statu æternæ mortis, in statũ æternæ vitæ. Vt intelligamus statũ ante fidem, esse statum mortis æternæ & in viuificatione animarum interuenire resuscitationem animæ de morte æterna in vitam æternam [Amẽ amen dico vobis.] Declarato modo quo filius viuificat animas, consequenter declarat modum quo resuscitat mortuos corpore. vtrunque enim proposuerat. [Quia venit.] pro, veniet, [hora, & nunc est.] Dicit veniet, propter futuram resuscitationem. Et dicit hora, non dies aut annus, propter breue tempus suæ prædicationis. Et dicit & nunc est: quia imminebat tunc. Humano enim more loquitur. quo consueuimus cum qui iam appropinquat, nunciare dicendo veniet & nunc est hic [Quando mortui.] corpore. Non dicit omnes: sed indefinite: quia aliqui tantum significantur resuscitandi in imminẽti hora: Lazarus scilicet filius viduæ, & filia Archisynagogi. [Audient.] hoc est ad similitudinem audientium obedient. Mortui enim non possunt audire, proprie loquendo sed tamen surrexerunt omnes hitres ad literam acsi audissent [Vocem sensibilem] Lazare veni foras, adolescens dico tibi surge, talitha cumi. Ad literam enim describitur modus quo mortui erant ab ipso resuscitandi: sensibili scilicet vocatione interueniente, acsi mortui audirent. [Filij dei.] virtutem vocis ad resuscitandum significat ex diuinitate: vox

enim

enim fomabatur à filio hominis ſed virtutẽ habebat ex hoc quòd erat vox filij dei. [Et qui audierint.] modo dicto. Quos audientes non legimus niſi tres fuiſſe. [Viuent.] Ecce reſuſcitatio. non ad vitam æternã, ſed ad vitam præſentem. ¶ Vbi nota erudite lector quòd nullum aliud corporeum opus miraculoſum Ieſus affert in teſtimonium ſuæ æqualitatis ad patrem (hoc eſt ſuæ veræ deitatis) niſi reſuſcitationem mortuorum, & illam per modum imperij ſola voce. Ad hunc enim imperij modum explicandum, dicitur quòd mortui audient vocem, & qui audierint viuent. Vnde habes quòd Antichriſtus etſi faciet mirabilia, nunquam tamen facit hæc quæ ſunt dei propria ſcilicet viuificationem animarum & reſuſcitationem mortuorum. [Sicut enim pater.] Declaratis modis vtriſque viuificationis à filio, declarat poteſtatem viuificandi in ipſo ſicut in patre: ad reddendam rationem dictorum circa vtrunque opus, & propterea apponitur coniunctio enim, dicendo ſicut enim. [Habet vitam in ſemetipſo.] Habere vitam in ſemetipſo, eſt habere vitam ſine dependentia ab alio. Qui enim habet vitam dependentem ab alio, quantũ eſt ex ſe poteſt deficere à vita: ac per hoc non in ipſomet, ſed in alio conſiſtit conſeruatio vitæ eius: & partim habet, partim non habet in ſe vitam. Qui autem habet ſimpliciter & abſolute in ſemetipſo vitam, ſine dependentia ab alio habet illam. Sic autem eſt in trinitate: quia & pater habet vitam ſine dependentia ab alio, & filius habet vitam ſine dependentia ab alio. Et hoc eſt quod hic dicitur. [Sic dedit.] non gratuito dono, ſed naturali generatione. Et dixit hoc: vt intelligamus propria poteſtate filium viuificare tam animas quàm corpora, ſicut & patrem. [Et filio habere vitam in ſemetipſo. Et poteſtatem dedit ei.] Explanatis ijs quę ſpectabant ad æqualitatem ex parte operis viuificatiui filij incarnati, explanat modo ſpectantia ad opus iudicij vniuerſalis, quod ſecundo loco propoſuerat: dicendo neque enim pater iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit filio. Explanando ſiquidem dicta verba propoſita, ſubiungit hæc. ¶ Significanterque dicit & poteſtatem ne executionem iudicij intelligeres. Quod autem dicit dedit gratuitum ſignificat donum [Iudicium.] Deeſt cõiunctio. Legendum eſt &, ſeu etiam [Iudicium facere.] Et eſt ſermo de iudicio vniuerſali, quo mundus iudicabitur. [Quia filius hominis eſt.] Non dicit & poteſtatem dedit filio hominis (ne parem rationem inferres de quolibet filio hominis ſed dicit quòd poteſtatẽ dedit ei, filio dei, quia eſt filius hominis, vt intelligamus poteſtatẽ iudiciariam datam coniuncto ſcilicet filio dei iam filio hominis.

nis. Ita quòd ratio quare constitutus est filius dei iudex est, quia ipse est etiam filius hominis. ¶Si quæris quare oportuit filium dei esse filium hominis ad hoc vt constitueretur iudex mundi? In promptu est ratio: quia scilicet iudex dum ius dicit oportet quòd videatur à iudicandis. deus autem ipse purus non potest videri à iudicandis: quum magna pars iudicandorum sit reproba, qui non possunt videre deum. visio enim dei beatos eos efficeret. Deus autem in natura humana assumpta videri potest ab omnibus iudicandis, tam bonis quàm malis. Et propterea quia filius dei est filius hominis, constitutus est iudex mundi, quod est patrem dedisse ei potestatem faciendi iudicium. hanc enim habuit Iesus ad instanti conceptionis suæ, & propter eadicit dedit in præterito. [Nolite mirari hoc.] scilicet quòd filius constitutus est iudex quia filius hominis est: audientes factum, nesciendo quare. [Quia venit] pro, veniet, [hora, in qua omnes qui in monumentis sũt.] Ratione facti reddit ex modo iudicij futuri. Et intendit quòd quia cõgregatio iudicandorum erit sensibilis, & iudicium erit sensibile, ideo dedit ei potestatem iudicium facere quia filius hominis est: ideo non est mirandum. ¶Vide singula. Describitur in primis hora ventura futuri vniuersalis iudicij. Et dicitur quòd omnes, non aliqui, non indefinite (vt superius) sed vniuersaliter tam boni quã mali qui in monumentis sunt corpore mortui. [Audient vocem filij dei.] pro, vocem eius. Modus quo suscitabuntur omnes mortui, idem omnino describitur cum modo quo resuscitati sunt illi tres. Eadem enim verba repetuntur scilicet audient vocem eius: quia ad sensibilem vocem Iesu Christi tanquam audientes suscitabuntur tanquam si à somno surgerent. imperij siquidem vis describitur. ¶Significanter autem Euangelista non repetit filij dei, sed pronomine vtitur monstrante filium dei eundemque filium hominis, quem postremo nominauerat: quia in suscitatione illorum trium à Iesu homine passibili, explicanda fuit deitas illius: & propterea dictum est vocem filij dei in suscitatione autem omnium mortuorum à Iesu homine immortali glorioso, nó oportuit explicari deitatem: quoniam ipsa forma glorioſa cum maiestate, præ se feret filium hominis esse filium dei. [Et procedent qui bona fecerunt.] Ecce iudicium, ius dicetur iuxta merita, & propterea fit mentio operum. ¶Non dicit & procedent qui crediderunt, sed qui bona fecerunt: quia fides sine operibus mortua est, quia operibus ius dicetur [In resurrectionem vitæ.] Ecce præmium bonorum operũ, Quod vt intelligas, vide in lite-

ra quod procedere in resurrectionē cōmune erit mortuis bonis & malis. quoniam vtrique per resurrectionem habebunt vitam corporalem, sed differētia erit quod bonorum resurrectio erit ad vitam, malorū autem erit ad iudicium. Vtrorūq; resurrectio secundū rei veritatē erit ad iudicium (quoniam omnes astabimus ante tribunal Christi) sed iudiciū quod fiet bonis, describitur tacito iudicij nomine à termino, à præmio, à vita: ad significandū q̄ non tam iure q̄ gratia eis dabitur vita. Et describitur vniuersum prę̄miū à vita quia quicquid perfectionis est vitalis, erit eorum præmium: quia erunt toti vita, nihilque mortalitatis in eis locum habebit. ¶ Quo contra pœna reproborum nō describitur in seipsa sed describitur in iudicio: ad significādū quod nō aliūde quā ex iure iuxta eorum mala opera puniētur. Et propterea non dixit procedent in resurrectionem pœnarum sed iudicij vt resurgere significentur non ad pœnas sed ad ius. non enim delectatur deus pœnis damnatorum, sed iure. ¶ Perpende hinc quod superius diximus iudicem dicturum ius tam bonis quam malis: & propterea oportere esse deum hominem. [Qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Non possum ego.] Declarato modo iudicij, declarat iustitiam iudicij. Et quoniam triplici ex capite potest iudicium à iusto declinare (vel ex parte potentiæ, vel ex parte intellectus, vel ex parte voluntatis) ideo ex his tribus capitibus ostendit iudicium suum esse iustum. Et inchoat à potentia. non possum ego, quanuis filius hominis sim [A meipso facere quicquam.] Non solum nō possum declinare à iusto iudicio & facere alicui violentiam: sed nec quicquam possum facere à meipso: hoc est quod non faciat deus, quod non faciat pater. Et in promptu ratio est: quia nō sum à meipso sed à patre. [Sicut audio iudico.] Excluſa violatione iudicij possibili ex parte potentiæ, excluditur modo ex parte scientiæ. sicut audio. Auditus, sensus est disciplinæ. & propterea disciplinam qua doctus est filius hominis à deo, significat dicendo audio. ¶ Et intendit quod quanuis sim homo, iudico; tamen sicut audio à deo, secundum regulam diuinæ scientiæ. Et propterea hinc non potest violari iudicium. [Et iudicium meum iustum est] Concluſio præcedentium & sequentis partis in medio locata est [Quia non quæro voluntatem meā, sed voluntatem eius qui misit me] Deest patris. Excluditur tertio violatio ex parte volūtatis. Volūtas enī humana declinare potest, & propterea quicunque quærit facere voluntatem propriam, facile errat in iudicio. Voluntas autem diuina, lex est omnis iudicij.

& pro-

& propterea qui conformat se voluntati diuinæ, non errat iudicando. ¶Quòd autem sermo sit de voluntate Christi humana quum dicitur non quæro facere voluntatem meam, testantur verba subiuncta de eius missione. Missio enim ad mysterium incarnationis spectat. ¶Et nota quòd conclusio in medio posita, quantum ad formam conclusionis ponitur vt conclusio istius tertij scilicet conformitatis ad voluntatem diuinam. Non quin sit conclusio etiam præcedẽtium. sed quoniam non est conclusio præcedentium nisi mediante hoc tertio. hoc enim tertium est immediatum conclusioni. Posse quidem & scire exiguntur quidem ad iudiciũ: sed nihil sunt nisi sequatur voluntas recta ad iudicandum. Voluntas enim recta est quæ infert iudicium, præsuppositis ijs quæ sũt potentiæ & scientiæ. [Si ergo testimonium perhibeo de meipso testimonium meum non est verum:] Explanatis spectantibus ad opera viuificationis & iudicij (æqualitatem filij dei manifestantium) explicat modo tertium quod simul proposuerat, de debito honore filio sicut patri. Hoc enim proposuerat dicendo, vt omnes honorificent filium sicut patrem &c. ¶Et quoniam debitus honor filio exhibendus est ei per fidem, fides autem innititur testimonio, propterea honorem sibi debitum tractat explicando testimonia quæ sunt de ipso. vt sic adherentes testimonijs honorent: & inhonorantes conuincantur inhonorare deum repellendo tot testimonia diuina. ¶Circa testimonia autem de seipso primo excludit testimonium proprium. deinde affert testimonium humanum. & postea testimonia diuina. Et quoniam testimonium proprium ipsius Christi secundum rem erat verum (quia nec secundum quod deus nec secundum quod homo poterat mentiri) ac per hoc non poterat categorice excludere testimonium proprium tanquam non verum, ideo hypothetice conditionaliter excludit testimonium proprium. Conditionalis enim est vera si tam antecedens quam cõsequens est impossibile. ¶Verum occurrit hic quæstio de veritate ipsius conditionalis: quia eius contradictoria ab ipsomet Iesu asseretur inferius cap. 8. Solutio est quod hic loquitur de seipso secundum quid, ibi vero simpliciter. Quòd enim hic loquatur de seipso secundum quid ex præcedentibus insinuatur. In verbis immediate præcedentibus tria dixit, distinguẽdo quodammodo ipsum à seipso: dum dixit non possum à meipso facere quicquam, & sicut audio iudico, & non quæro voluntatem meam sed voluntatem patris. Statimque subiungens si ego testimonium: quid aliud insinuat nisi quod pronomen ego demonstrat

ipsum

ipſum non abſolute ſed ſecundum quid: hoc eſt demonſtrat ipſū ſecundum ſe tanquam vnum hominem, demonſtrat ipſum ſecluſo auditu à patre demonſtrat ipſum ſecluſo quærere voluntatem patris. Acſi apertius dixiſſet. Si ergo affectans ea quæ teſtimonij proprij ſunt teſtimonium perhibeo de meipſo, teſtimonium meum non eſt verum: pro quanto non ex ratione veri ſed ex affectu proprio procederet. [Alius eſt qui teſtimonium perhibet de me.] Contra proprium teſtimonium inducit alienum. Et quoniam inferius explicat duos alios (ſcilicet Ioannem baptiſtam. & patrem) ideo quum indefinite dicatur alius eſt, poteſt indefinite intelligi abſque determinatione ad alterum eorum. Sat enim eſt præſenti propoſito quod non ego teſtimonium perhibeo de meipſo, ſed alius eſt qui teſtimonium perhibet de me. [Et ſcio quia verum eſt teſtimonium quod perhibet de me.] Quanuis ego non perhibeam teſtimonium mihiipſi, ſcio tamen certa ſcientia & fateor quia verū eſt teſtimoniū quod ille alius perhibet de me, tam pater quam Ioannes. ¶Et dixit hoc: ad explicandum quod ea quæ dicit de ſeipſo, dicit ex certa ſcientia ad verificandum teſtimonium quod de ipſo perhibetur. Acſi apertius diceret non dixi hæc ad teſtificandum, ſed ad verificandum teſtimonium tam Ioannis quam patris. [Vos miſiſtis ad Ioannem.] Explicat alium, teſtimonium perhibentem de ipſo. Explicat autem ab authoritate Ioannis apud illos: dicendo vos miſiſtis ad Ioannem, tanquam ad hominem maximæ apud vos authoritatis miſiſtis. [Et teſtimonium perhibuit veritati.] Non dicit & teſtimonium perhibuit mihi, ſed veritati: quia Ioannes teſtificatus eſt veritatem non ſolum de Ieſu ſed etiam de ſeipſo. dixit enim ſe non eſſe Chriſtum & cæt. vt hinc teſtimonium Ioannis irrefragabile eſſet. vt pote qui veritatem præpoſuit propriæ gloriæ. [Ego autem non ab homine teſtimonium accipio.] Verba hæc valde obſcura eſſent, niſi aduerſatiua ſubiuncta explanaret illa. Nam & ipſe Ieſus dicet diſcipulis, eritis mihi teſtes in Hieruſalem & Samaria & vſque ad vltimum terræ, quod ſonat oppoſitum eius quod modo dicitur, teſtimonium ab homine non accipio. ¶Sed ſenſus eſt quod non accipio teſtimonium humanum vt teſtimonium neceſſariū mihi, vt teſtimonium propter me. hunc enim ſenſum manifeſtat aduerſatiua ſubiuncta. [Sed hæc dico vt vos ſalui ſitis.] Ecce quare teſtes apoſtolos, ecce quare teſtimonium Ioannis ſcilicet propter noſtram ſalutem. Et vere ſic eſt. indignum eſt enim vt Ieſus Chriſtus verus deus veritas infallibilis, vtatur ex parte ſui teſtimonio humano,

quod

quod cõstat esse falsibile. Et propterea veriſime dicit. ego non ab homine teſtimonium accipio, ex parte mei: ſed vtor teſtimonio humano vt vos ſalui ſitis, ex parte veſtri, vt vos credatis more veſtro per humana teſtimonia. [Ille erat.] Qualitatem Ioannis (qui perhibuit de ipſo teſtimonium) declarat ex ſimilitudine lucernæ. Tempus præteritum erat, inſinuat quod Ioannes iam erat in carcere aut occiſus, Ieſu dicente hæc. [Lucerna ardens & lucens.] Vas ignis & lucis Ioannes deſcribitur: vt ardore interior charitas, luce vero exterior doctrina verbo & exemplo ſignificetur. [Vos autem voluiſtis ad horam exultare in luce eius.] Quanuis Ioannes fuerit lucerna ardens & lucens, vos tamen non credidiſtis ei. ita miſiſtis ad eum quod non perſeueranti voluntate ſed ad horam, ad modicum tempus voluiſtis exultare ſub luce eius: hoc eſt voluiſtis læto animo ipſum ſuſcipere. Nam quum Ioannes negaſſet ſe Chriſtum, & teſtimonium perhibuiſſet veritati de ſe & de me, noluiſtis amplius exultare ſub luce eius: immo increpaſtis eum, quid ergo baptizas ſi tu non es Elias &c. ¶ Et dixit hoc ad aperiendum quod non ſolum verba ipſius Ieſu ſed etiam verba Ioannis paruipenderunt. [Ego autem habeo teſtimonium maius Ioanne.] pro, Ioannis. Subauditur enim teſtimonio. Non accipio ab homine teſtimonium ex parte mei ſed ex hac parte habeo teſtimonium maius teſtimonio Ioannis. [Opera enim.] Primum teſtimoniũ maius eſt genus operum mirabilium quæ facit. [Quę dedit mihi pater.] collatione gratuita, mihi verbo incarnato. [Vt perficiam ea.] Non dicit vt aliqualiter diſponam, vt rogem pro illis, ſed vt perficiam, vt ex integro faciam illa: ad differẽtiam aliorum ſanctorum. Solus enim Ieſus Chriſtus virtutem habuit perficiendi mirabilia opera: quia ſolus fuit deus. [Ipſa opera quæ ego facio.] Nota erudite lector eadem opera deſcribi data ei à patre, & eadem quæ ipſe facit: vt intelligamus ſic conceſſa eſſe incarnato verbo, vt ipſe filius authoritatiue & propria poteſtate faciat illa: eadem ſcilicet poteſtate qua pater. [Teſtimonium perhibet de me, quia.] pro, quòd [pater miſit me.] Explicatur quid teſtificantur opera de ipſo ſcilicet quod pater miſit me: hoc eſt myſterium trinitatis & incarnationis. vtrunque enim in his verbis clauditur: vt prius dictum eſt [Et qui miſit me pater.] Secundum teſtimonium maius eſt patris. [Ipſe teſtimonium perhibuit de me.] Conſtat quòd pater perhibuerat teſtimonium quando Ieſus fuit baptizatus. hic eſt filius meus dilectus. ¶ Quanuis non oporteat reſtringere teſtimonium paternum ad teſtimonium ſenſibile. nam

de

de Petro ſcriptum eſt, caro & ſanguis non reuelabit tibi ſed pater meus qui eſt in cœlis. Vnde paternum teſtimonium ſiue ſenſibiliter ſiue ſpiritualiter perhibitum fuerit. Intelligitur. Conſtat enim multos ſpirituali tractu ad Ieſum acceſsiſſe. ipſe ſiquidem ſpiritualis tractus, teſtimonium eſt paternum. [Neque vocem eius vnquam audiſtis.] Sicut aperuerat quod non crediderant teſtimonio Ioannis, ita modo aperit quòd non acceperunt teſtimonium patris: excludendo tres modos quibus paternum teſtimonium accipi poteſt à nobis. ¶ Primus eſt per ſignum ſenſibile, & hic excluditur dicendo, neque vocem eius vnquam audiſtis vt appellatione vocis, omne ſenſibile ſignum intelligatur [Neque ſpeciem eius vidiſtis.] Secundus modus eſt per claram viſionem. Et hic excluditur dicendo neque ſpeciem eius vnquam vidiſtis. [Et verbum eius non habetis in vobis manens.] Tertius modus eſt per internam inſpirationem ſeu reuelationem qui eſt communis omnibus vere fidelibus. Et hic excluditur dicendo & verbũ eius ſcilicet dei patris reuelatum per prophetas, non habetis, deliberatione & ſtudio, in vobis, non in codicibus, non in ſermonibus in vobis, nõ ſecundum quid, hoc in ſcientia veſtra, ſed in vobis abſolute, in intellectu voluntate & opere. manens, non tranſitorium quantum eſt ex parte diuini teſtimonij ſed permanens: ſine pœnitentia enim ſunt dona dei. ita quod verbum ex ſe manens non habetis vt manens in vobis: quia deliberatione & ſtudio perſeuerandi non habetis verbum dei. Et deſcripſit teſtimonium internæ inſpirationis ſeu reuelationis ab hoc effectu (ſcilicet habẽdi verbum propheticum perſeuerans in animis) vt intelligamus & ſciamus diſcernere interna teſtimonia de Ieſu ab hoc indiuiduo effectu quia ſine iſto effectu non ſunt. Cornelij Centurionis geſta teſtantur quod diuinum teſtimonium remiſit ipſum ad verbum dei per Petrum. Saulus ab ipſo Chriſto vocatus remittitur ad verbum dei exequendum ſuſceptione baptiſmi ab Anania. Et breuiter ſi hæretici, ſi Iudæi verbum dei in ſeipſis manens haberent, non fallerentur ſuis internis motibus [Quia quem miſit ille, huic vos non creditis] Ratio quare teſtimoniũ patris internum habens verbũ ſuum manens in animis non percipitis, eſt quia non creditis mihi quem pater miſit. Erat nunc tempus credendi non ſolum deo ſed etiam Meſiæ dei filio miſſo à deo patre. Et propter hoc incredulitatis peccatum merebantur quod verbum diuinum non haberet manſionem in animis eorum. [Scrutamini ſcripturas.] Tertium teſtimonium maius, eſt ſcripturarum authoritas. Vere amica eſt

ca est veritas veritati. Remittit se Iesus ad scripturas: nullam sacrarum scripturarum refutans, nullam mendosam, falsam aut suspectam dicens. Cuius oppositum faciunt hæretici, cuius oppositum fecit Machomet. [Quia vos putatis in ipsis vitã æternam habere.] Quales sunt scripturæ de quibus loquitur, explicat: illas scilicet in quibus vos putatis vitam æternam habere. simúlque hic aperitur quòd Iudæi tunc temporis putabant in sacris scripturis promitti sibi vitam æternam, & non solum temporale regnum. Neque enim aliter scripturæ habent vitam æternã quàm promittẽdo. ¶Nec reddit rationem scrutandarum scripturarum propter seipsum Iesum, sed propter vitam æternam ipsorum Iudæorum. ad hoc enim spectat coniunctio quia vos putatis. Rationem itaque ex propria ipsorum opinione affert ad eorum vtilitatem. [Et illæ sunt quæ testimoniũ perhibent de me.] Scripturæ quæ etiam iudicio vestro promittunt vitam æternam, sunt illæ quæ testimonium perhibent de me scilicet quod ego sum donator vitæ. ¶Magna christianæ fidei authoritas habetur: ex hoc quod non credit nouo, ficto, adinuentóque deo incarnato, sed scripturarum sacrarum antiquo testimonio longe antè perhibito. nec sunt scripturæ à nobis conditæ, sed ab aduersarijs vsque hodie seruatæ. nec solum seruantur ab eis, sed expectantur toto animo implendæ. [Et non vultis venire ad me.] In singulis testimonijs culpantur Iudęi quod non acquiescunt illis. ¶Nec dicit & non potestis aut nescitis, sed non vultis vt inexcusabilis culpa monstretur. [Vt vitã habeatis.] Quæritis vitam ex scripturis. & tamen actorem vitæ testificatũ à scripturis præsentem refutatis. ita q; volũtate & facto contradicitis vitæ promissæ in scripturis. [Claritatem.] pro, gloriam, [ab hominibus non accipio.] Totus iste sermo de testimonijs (vt prædictum est) ordinatur ad honorem debitum filio sicut patri, & propterea explanatis amplissimis testimonijs de se ipso quod debeant sibi credere, subiungit honorem ipsum qui credendo est ei debitus. Et ne putetur ambire honorem, explicat & qualiter ipse ad huiusmodi honorem se habet, & vnde prouenit quod ipsi Iudęi non ipsum honorant. Gloriam inquit ab hominibus nõ accipio, vt gloriam: quoniam indigna est me gloria humana: quoniam nihil est humana gloria mihi, qui gloriam habeo æternam apud patrem. Sicut enim nox est quæ claritatem accipit à candelis accensis, dies autem non accipit claritatem ab eis (quia clarus est sole) ita Iesus clarus gloria diuina non accipit claritatem gloriæ ab hominum laudibus. [Sed cognoui vos.] More principis quum

non

non offeruntur ei munera reuerentialia loquitur Iesus. Consueuerunt enim principes dicere non æstimo accipere munera à vobis (vtpote quę nihili mihi sunt) sed vobis non offerentibus cognouit vos quòd non diligitis me. Sic Iesus dicit quòd gloriam ab hominibus pro nihilo habet: sed cognouit experimentaliter Iudæos. [Quia] pro, quòd, [dilectionem dei non habetis in vobis.] Non dicit sed expertus sum quòd me non diligitis, sed quòd non diligitis deum, tum ad explicandum quod proposuerat scilicet qui nõ honorificat filium non honorificat patrem, explicat siquidem hic quòd ex eo quòd non diligunt deum non honorificant filium. Tum ad percutiendam directe rationem qua Iudæi dicebant se persequi ipsum scilicet ex zelo dei: vt præmiserat euãgelista. Hoc enim directe excludit dicendo quòd non honorando me, cognoui quòd dilectionem dei non habetis. ¶ Et significanter dicit in vobis: acsi apertius diceret dilectionem dei habetis in vestris verbis, sed non in vobis. [Ego veni in nomine patris mei.] Manifestat quod dixerat scilicet eos non diligere deum: tum quo ad amorem amicitiæ tum quo ad amorem cõcupiscentiæ. Et de amore quidem amicitię manifestat dicendo ego veni in nomine patris mei: hoc est vt nominetur & glorificetur pater meus, non vt glorificer ego. [Et non accepistis me.] pro, & nõ accipitis me. In quo manifestatur quòd non diligitis deum amore amicitiæ: dum non vultis illi gloriam pro qua ego veni. Et quod peius est [Si alius venerit in nomine suo.] hoc est pro gloria propria, non pro gloria dei. vt Antichristus & quicunque alius non quærens quę dei sunt. [Illum accipietis.] Ecce detestanda peruersitas: quòd non amatis gloriam deo, & amabitis gloriam homini. amor enim amicitiæ vult bonum alteri. ¶ Et significat hanc peruersitatem sub conditione, si alius veniet: ad significandum pronitatem illorum Iudæorum ad amorem amicitiæ erga homines potius quàm deum.

¶ De amore vero concupiscentiæ subdit. [Quomodo vos potestis credere.] Vbi nota quòd non solum declarat in eis defectum amoris, sed simul defectum fidei ex amore concupiscentiæ. quo scilicet concupiscentes sibiipsis bonum glorię, non concupiscunt gloriam à deo sed ab hominibus. Hinc enim manifeste apparet quòd amore amicitiæ gloriam hominis præponunt gloriæ dei: & amore concupiscentiæ gloriam ab homine præponunt gloriæ à deo. ¶ Et ex hoc secundo capite declaratur etiam defectus fidei, dicendo quomodo potestis credere? Et valet ratio: quia credere est actus intellectus moti à volũtate hinc enim fit vt quorum vo-

luntas non eſt affecta ad quærendum gloriam à deo, ſed eſt affecta ad gloriam humanam, parum aut nihil moueat intellectum ad credendum. quoniam volúntas mouet propter bonum quod amat. Et dicendo quomodo poteſtis, ſignificatur quòd nullo modo aut vix poſſunt credere tales. [Qui gloriam abinuicem accipitis.] Ecce affectus cõcupiſcentiæ humanę glorię, ex delectatione ſignificatus. qua accipitur humana gloria vt gloria, vt vera gloria. quum tamen in veritate paruum valde quid ſit, & indignum veræ virtutis affectu. [Et gloriam quæ à ſolo deo eſt.] hoc eſt quæ conſiſtit ſubſtantialiter in ſola claritate apud deum, etiam ſi coram toto vniuerſo lateat. talis eſt enim vera gloria, quæ à ſolo deo eſt quo ad ipſam ſubſtantiam gloriæ. Gloria namque ſanctorum ab alijs, accidentale quid eſt ad gloriam quæ eſt à deo. ſicut beatitudo ſanctorum ex aliorum ſocietate, accidentale quid eſt: quia in ſolo deo conſiſtit ſubſtantialis eorum beatitudo. [Non quæritis?] Non dicit non concupiſcitis, non vultis (dixiſſent enim vellemus) ſed dicit non quæritis: culpans eorum electionem ac ſtudium, quod non ſtudent ad acquirendum gloriam quæ eſt à ſolo deo. ¶ Et nota ex hoc textu erudite lector: quantam vim habet contra non ſolum dilectionem ſed fidem chriſtianam affectus ad humanam gloriam ſine ſtudio ad quærendum gloriam quæ à ſolo deo eſt. Hic enim affectus magnos omnes qui damnantur, ad damnationem præcipue adducit. [Nolite putare.] Punitionem futuram dicti criminis quo inhonorarunt patrem deum, ſubiungit. Simúlque percutit alteram rationem qua Iudæi dicebant ſe perſequi Ieſum ſcilicet ex zelo legis Moyſi, quæ violabatur violando ſabbatum. nam & hanc quoque rationem euangeliſta ſuperius attulerat. Vnde induxit punitionem eorum futuram, ab accuſatione illam ſignificans. accuſatio enim directe ordinatur ad punitionem accuſati. In cuius ſignum leges ſtatuerunt legem talionis accuſanti. ¶ Rationem vero eorum excludit ex iniuria quam ipſi inferunt Moyſi. Quam ſignificat ex eo quòd Moyſes accuſat eos. ita quòd ſicut accuſatio monſtrat punitionem accuſatorum, ita accuſator monſtrat iniuriam ſibi factam. Dicit itaque Ieſus. nolite putare. [Quia.] pro ℣, [ego accuſaturus ſum vos.] hoc eſt nolite putare quòd reſeruetur mihi accuſatio veſtri, quòd retardetur accuſatio veſtri vſquequo accuſem in futurum vos. [Apud patrem.] de hoc quòd non honoratis me, quòd non creditis mihi. [Eſt qui accuſat vos.] Iam præſens eſt accuſatio contra vos, non expectans futuram meam accuſationem. [Moyſes.] Non accuſabit ſed accuſat,

fat, lacessitus ipse iniuria à vobis. [In quo vos speratis.] Scitote quòd illum habetis accusantem vos de hoc vno eodemque crimine, in quo vos speratis, sed non creditis illi. ¶Si quæris quid est Moysem accusare Iudæos: in promptu est responsio quòd est punibiles eos ex suis scriptis monstrare, in hoc quòd non credebant Iesu. ¶Et si quæris quo pacto Iudæi sperabant in Moyse & tamen non credebant illi responsio est quòd sperabãt in promissis Moysi, & credebant Moysi in genere, non credebant autem in singulari hoc est credebant quòd illa quæ Moyses scripsit essent vera, & sperabant se consequi illa. sed non credebant promissiones in isto singulari quod erat Iesus impleri, quod tamen tenebantur credere ex tot testimonijs. [Si enim crederetis Moysi crederetis forsitan.] pro vtique [& mihi.] Superfluit coniunctio &. Ista conditionalis manifestat quòd credere Moysi, infert necessario credere Iesu. ¶Et dicit hæc, ad manifestandã iniuriam quam inferunt Moysi, ad manifestandam rationem quare moyses accusat eos de hoc quòd non credunt Iesu. Vtrunque enim horum hinc manifestatur Vnde & primo probat consequentiam conditionalis: subdendo. [De me enim ille scripsit.] Dicendo de me, seipsum in singulari demonstrat. Si quæris vbi est scriptum, lege Deu. 18. capitulum [Si autem illius literis non creditis.] Arguit à maiori, grauiorem esse incredulitatem eorum in Moysen quàm in ipsum. simulque manifestat aliam radicem in Iudæis quare non credebant Iesu scilicet ex defectu fidei in Moysen. ¶Ita quòd colligere potes tres causas in Iudæis quare non credebant Iesu. Prima est quia non diligebant deum tam amore amicitiæ quàm concupiscentiæ. Secunda est affectus ad humanam gloriam. Tertia est imperfecta fides erga Moysen: & eadem ratione prophetas. ¶Significanter itaque dicit literis: ad exaggerandum incredulitatem erga Moysen. Nam sicut firmius est quod mandatur literis quàm quod dicitur verbis, ita culpabilius est non credere literis quàm verbis. Et propterea optime ex eo quòd non credunt literis Moysi, infertur quòd non credunt verbis Iesu. Immo hinc declaratur maior grauitas peccati in Moysem: merito vrgens vt Moyses accuset eos. [Quomodo verbis meis creditis?] Differentia inter Iesum & Moysen (quo ad hoc quòd Moyses scripsit, Iesus vero nihil scripsit) insinuatur. Et in hoc etiam monstrauit se esse deum: cuius non est scribere in membranis sed in rebus, sed in cordibus, & reuelare scribenda per alios: vt & in hoc æqualis esset filius patri.

CAPVT VI.

Ost hæc abijt Iesus.] Ratio quòd Iesus iuerit nunc, ex Matth. 14. habetur quòd fuit audita occisio Ioannis baptistę. hac enim ratione Matthæus describit Iesum abisse nauigio in hunc locũ descriptum à Ioanne. Vnde habetur q, quũ Iesus existens in Galilæa audierit mortẽ Ioannis (vtpote qui illinc nauigio venit trãs mare) & verba in præcedenti ca. relata, Hierosolymis dicta apparent (ex eo quòd miraculo ibidem facto adiungũtur, non pure sed vt responsiue dicta, non ad Galilæos sed ad Iudæos, persequẽtes Iesum quia operabatur in sabbato) gesta hæc quæ subiungũtur non immediate iuncta fuerunt gestis in præcedenti cap. Quantum autem temporis interceserit nescitur. hoc tamen euangelista asserit quòd post illa gesta & dicta fuit hæc nauigatio. Ex eadem coniunctione euangelistarum habetur quòd Ioannes fuit occisus parum ante miraculũ multiplicationis panũ quod subiungitur. Et propterea vere dicitur quòd Ioannes fuit occisus prope pascha illud cuius mentionem faciet euangelista nunc. [Trans mare Galilæę.] Lacus est. sed hebraica consuetudine appellatur mare Galilæę, à prouincia [Quod est tiberiadis.] Ora maris declaratur ad quã abijt Iesus, nõ quæcũque sed ea quæ est Tiberiadis. Diuisæ enim erãt orę maris illius iuxta distrĩctus proprios ciuitatib⁹: sicut cõmuniter accidit. Tiberias nanque nomẽ est ciuitatis. [Et sequebãtur eũ.] pedestri itinere. vt Marcus. 6. cap. refert. [Multitudo magna quia videbãt signa.] Deest eius. Legendũ est. [Quia videbant eius signa quæ faciebat super ijs qui infirmabantur.] Euangelista narrata ab alijs euangelistis miracula solum nominat. Ratio enim concursus ad Iesum erat desiderium sanitatum quas cõsequebãtur miraculose ab eo. vnde & tunc etiam curauit ægritudines eorum: [Subiit ergo.] pro, autem. Proposuit euangelista iter Iesu & iter multitudinis prosequitur modo iter Iesu. [In montẽ Iesus.] Vt patet Luc. 6. Iesus descendens ex naui, ingressus est desertũ quod erat in territorio ciuitatis Bethsaidę: ac per hoc mons iste cuius Ioãnes meminit, in deserto illo erat. Ita quòd pars illa trans mare in quam venit Iesus, quo ad oram maritimam erat ciuitatis Tiberiadis: quo ad locum vero interiorem desertum, erat ciuitatis Bethsaidæ. [Et ibi sedebat cũ discipulis suis.] Sedere non tam situm corporalem quàm quietem significat. nam & ideo illuc discipulos duxerat vt aliquantulum quiescerent. Significanter enim narratur sedẽs cum discipulis suis: vt intelligamus turbas ad ipsum non ascendisse, sed ipsum Iesum cum solis discipulis aliquantulum quieuisse. Vnde &

Marcus

Marcus refert quòd Iesus exiuit ad turbam. [Erat autem proximum pascha dies festus Iudæorum.] Hoc est secundum pascha narratum à Ioanne euangelista post miraculum nuptiarum. Et describit euangelista tempus miraculi subiuncti: vt suppleat omissum ab alijs euangelistis tempus quo occisus fuit Ioannes & supputationem annorum quibus prædicauit Iesus post nuptias habeam⁹. [Quum subleuasset ergo oculos Iesus.] Vt etiam ex inferius narratis habetur, Iesus descendit de monte (quod alij euangelistæ appellant exisse ipsum ad turbam) & curauit infirmos, & prædicauit eis eum tanta modestia oculorum quod non vidit quantitatem multitudinis. sed postmodum hora tarda pulsantibus discipulis vt dimitteret turbam, ad hoc vt prouideret sibijpsis de cibo, subleuauit oculos Iesus & vidit ingentem multitudinē. [Et vidisset quia multitudo maxima.] pro, quòd multa turba, [venit ad eum.] pro, ad se, [dicit ad Philippū.] Pulsatus à discipulis Iesus vt dimitteret turbas, vbi vidit multitudinem magnam dicit Philippo. [Vnde ememus panes vt manducent hi?] Non quærit locum sed preciū, non ignarus paupertatis. sed [Hoc autem dicebat tentans eum.] Experimento manifestare volens modicam Philippi fiduciam. vt intelligamus quales erant etiam tunc discipuli eius. [Ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus. Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis.] Hinc apparet quòd quærendo vnde ememus, de pecunia pro præcio erat sermo. [Vt vnusquisque.] Deest, eorum modicum, [quid accipiat.] Vere manifestat Philippus sua responsione se nullam habere fiduciam futuri miraculi. Solam enim paupertatem citat [Dicit ei vnus ex discipulis eius Andreas frater Simonis Petri.] Post responsionem Philippi Iesus interrogauit discipulos, quot panes habetis? Et quum vidissent quid haberetur, Andreas respondit. [Est puer.] pro, puellus, [vnus hic qui habet quique panes hordeaceos & duos pisces. sed hæc quid sunt inter tantos.] pro, inter tot? Nec Andreas fiduciam habebat futuri miraculi. & propterea respōdendo addidit, sed hæc quid sunt inter tot, [Dixit autem Iesus, facite homines discumbere. Erat autem fœnum multum.] pro, herba multa, [in loco.] Locum congruum ad sedendum describit. [Discubuerunt ergo viri.] excepti mulieribus & paruulis. [Numero quasi quinque milia. Accepit ergo Iesus panes.] Propriarum manuum ministerium describitur. [Et quum gratias egisset. eleuatis in cœlum oculis. ad mōstrādū quòd à deo fiebat miraculum. Significāterque describitur gratiarum actio in patratione miraculi: ad erudiendum nos quòd pe-

ſitio futurorum ex gratitudine præteritorum cõſurgere debet. [Diſtribuit.] Deſunt hic tres dictiones: diſcipulis: diſcipuli vero. Legẽdum eſt. [Diſtribuit diſcipulis, diſcipulis vero diſcumbentibus.] Officiciũ ipſius Ieſu & officia diſcipulorum deſcribuntur. [Similiter & ex piſcibus quantum volebant.] Putant aliqui legendum eſſe quantum volebat Ieſus. Crediderim ergo ſignificari quòd tam panes quàm piſces Ieſus multiplicabat quantum volebant diſcipuli ad diſtribuendum turbis: quemadmodum principalis diſpenſator dat præpoſitis menſuram quantum petunt. illi autem petebant ad affluẽter dandum. [Vt autem impleti ſunt, dixit diſcipulis ſuis. colligite quæ ſuperfuerunt fragmenta ne pereant. Colligerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinq; panibus hordeaceis & duobus piſcibus.] Superfluit & duobus piſcibus. [Quæ ſuperfuerunt ijs qui manducauerant.] Vide reliqua expoſita in alijs euangeliſtis in locis prædictis. [Illi ergo homines quum vidiſſent quod Ieſus fecerat ſignum, dicebant quod hic eſt vere propheta] In textu Græco præponitur articulus dictioni propheta ad ſignificandum quòd non de quocunque propheta ſed de illo inſigni propheta (Meſia ſcilicet) intendunt. [Qui venturus eſt in mundum.] Dictio Græca interpretata venturus eſt, eſt anceps ad venturus eſt vel venturus erat. Parui tamen refert. Nam venturus eſt, ad diffinitionem legis & prophetarum refertur: venturus erat, ad profeſſionem ipſorum. aſſerentium ipſum eſſe qui venturus erat. [Ieſus ergo quum cognouiſſet.] Duo effectus illius miraculi narrantur. Alter profeſsionis fidei. alter commotionis turbæ ad volendum facere Ieſum regem. Quam commotionem Ieſus cognouit præſentem in animis eorum. Et ratione nouæ præſentiæ obiecti, notitia Ieſu ſignificatur noua. erat enim noua ex parte rei cognitæ: ac per hoc erat noua actualis notitia humana [Quia.] pro, quòd] vẽturi eſſent.] Non dicit quod tunc facturi erant ipſum regem, ſed quòd venturi eſſent: ſignificans quôd illi diſpoſiti erant ad tractandum cum alijs & redituri ad hoc vt facerent eum regem. [Vt raperent eum & facerent eum regem.] pro, & raperent ſe vt facerent ſe regem. Significat enim euangeliſta diſpoſitionem illorum ad cogendum per modum raptus Ieſum ad hoc vt acceptaret regnum. In quo monſtratur magnus affectus illorum ad faciendum Ieſum regem: motorum ex eo quòd pauerat eos. Simulque monſtratur quòd cognoſcebant Ieſum alienum eſſe ab appetitu regni: vt pote quem oportebat rapere. [Fugit iterum.] Superfluit iterum. Et non eſt legendum

dum fugit, ſed ſeceſſit. [In montem ipſe ſolus.] Hinc clare apparet quòd Ieſus deſcenderat de monte ad docendum, ad ſanandum, & demum paſcendi panibus & piſcibus turbam. ¶ Nec interuenit fuga: quoniam dimiſſa ſeu licentiata turba (vt Matthæus teſtatur) aſcendit in montem: tum ad orandum. tum ad ſecedendum â loco quo venturi erant vt facerent ipſum regem. [Vt autem ſero.] pro, ſerum, [factum eſt.] Hoc factum diſcipulorum non fuit poſt ſeceſſum Ieſu in montem, ſed ante præcipiente immo compellente Ieſu diſcipulos, vt conſcenſa naui ſe præirent ad Bethſaidam donec licentiaret turbas. Sed Ioannes euangeliſta prius narrauit integrum progreſſum Ieſu vſque ad montem: & deide narrat progreſſum diſcipulorum. [Deſcenderunt diſcipuli eius ad mare.] A deſerto Bethſaide aliquantulum remoto â mari, deſcenderunt ad illam forte maris partem in qua reliquerant nauem. [Et quũ aſcẽ diſſent nauim venerunt.] pro, veniebant, [trans mare in Capharnaum.] Relatiuum eſt trans mare. Et ſicut ora maris Tiberiadis erat trans mare reſpectu loci vnde Ieſus venerat cum diſcipulis, ita Capharnaum erat trans mare reſpectu iſtius loci vnde modo ſoluebant diſcipuli. ¶ Sed ſtatim occurrit hic quæſtio quia Ieſus præceperat vt ſe precederent ad Bethſaidam. apparet enim quòd inobedientes fuerint diſcipuli euntes ad Capharnaũ. ¶ Solutio eſt quòd (quantum ex ſcriptis colligitur) Capharnaum eſt ciuitas non ad littus maris, ſed aliquantulum â mari remota: ita quòd portus nõ erat portus Capharnaum, ſed portus Bethſaidæ, & propterea coincidunt nauigare ad Capharnaum & ad portum Bethſaidæ, quo appulerunt. Et quoniam portus ille in regione Genezareth erat, aut forte Genezareth vocabatur, ideo terminus iſte ad quem huius nauigationis appellatur & Genezareth & Bethſaida & Capharnaum ab euangeliſtis, diuerſis rationibus. ¶ Et nota quòd nõ dicit venerunt, ſed veniebant inchoata enim nauigatio verſus Capharnaum ſignificatur, non perfecta. [Et tenebræ iam factæ erant: & non venerat ad eos Ieſus.] Ratio additur receſſus diſcipulorum ſine Ieſu. Significatúrque diſcipulos expectaſſe vſque ad tenebras nocturnas Ieſum. ſi forte licentiata turba veniret ad eos: qui iam præceſſerant & præparauerant nauim. [Mare autem vento magno flante exurgebat.] Tempeſtas maris deſcribitur ex vento, quam alij euangeliſtæ diffuſius proſequuntur. [Quum remigaſſent ergo quaſi ſtadia vigintiquinque aut triginta.] Rem geſtam humano more euangeliſta deſcribit, velut ignota menſura ſtadiorum: vt intelligamus quòd hiſtoriam ſcribit humanæ hiſtoriæ more-

[Vident Iesum ambulantem super mare,& proximum naui fieri.] Circa quartam vigiliam noctis hoc fuisse testatur Marc⁹. ita quòd tanto tempore tam parum nauigauerant. [Et timuerunt.] putantes phantasma esse. [Ille autem dicit eis: ego sum nolite timere.] Tacet euangelista scripta ab alijs de Petro, qui iuit ad Iesum,&cę. [Voluerunt ergo accipere eum in nauim.] Scrupulosa sunt hæc verba: quoniam præ se ferunt quòd Iesus non ingressus est nauim quòd tamen constat ex alijs euangelistis esse falsum ¶Solutio est quòd euangelista non dicit Iesum nõ esse ingressum in nauim (quod esset contrarium narrato ab alijs) sed dicit quòd voluerunt eum accipere in nauim significans quòd discipuli putantes se more solito nauigaturos vsque ad portum, voluerunt ipsum accipere in nauim. Sed quia opinio solitæ nauigatiõis fefellit eos, ideo subiungitur non negatio ingressus Iesu in nauim, sed negatio solitæ nauigationis: subiungendo [Est statim nauis fuit ad terram] pro, in terra, [in quam ibant.] Ita quòd secundum historiã Iesus ingressus est nauim: & statim non solito cursu nauigationis nauis fuit in portu illo ad quem tendebant, vt vltra miracula ab alijs recitata, intelligamus etiam hoc miraculum factum quòd statim nauis appulit ad terram ad quam ibant. Et quia non est ingressus Iesus nauim ad finem solitæ nauigationis ad quem volebant ipsum accipere, ideo euangelista vsus est tali modo loquẽdi. [Altera die.] pro, postero die. Significatur enim dies immediate sequens. [Turba quæ stabat trans mare] In illa parte maris vnde discesserant discipuli sine Iesu. [Vidit quia nauicula alia non erat ibi nisi vna.] Desunt sex dictiones. [Illa quam ingressi sunt discipuli eius,& quòd nõ introisset cum discipulis suis Iesus in nauim.] pro: nauiculam, [sed soli discipuli eius abissent. Aliæ vero supervenerunt.] pro: venerunt, [naues à Tiberiade.] Illa maris ora erat quidem Tiberiadis: sed distabat à Tiberiade, à qua in illum locum venerunt naues postero die [Iuxta locum vbi manducauerant panem.] Miraculum panis non fuit patratum in ora maris: sed (vt dictum est) in loco deserto Bethsaidę iuxta quem locũ erat hæc pars maris ad quam venerunt à Tiberiade naues. Et propterea euangelista dicit, iuxta locum vbi manducauerant panem. [Gratias agentes deo.] pro, gratias agente domino. Non enim describitur quòd comedẽtes gratias egerint, sed quòd Iesus donator panis gratias egerit ¶Et dixit hoc euangelista, ad explicandum de qua mãducatione panis loquitur: scilicet de illa qua manducauerũt panẽ datum à domino gratias agente. ¶Significantérque nõ nomi-

nat

nat Ieſum,ſed dominum appellat ad explicandum vtranque naturam diuinam dicendo dominum humanam, dicendo quòd gratias egit. Vtriuſque enim opus in miraculo illo apparuit. [Quum ergo vidiſſet turba quod Ieſus non eſſet ibi neque diſcipuli eius, aſcenderunt.] Deeſt,& ipſi,[in nauiculas & venerunt Capharnaum quærentes Ieſum.] Supradicta omnia argumenta narrauit euãgeliſta,ad explicandam rationem quare turba venerit ad quærendum Ieſum in Capharnaum: quoniam hinc pendet occaſio ſequẽtis doctrinę. ¶[Et nihilominus ſignificatur quòd venientes in Capharnaum,quærebant vbi erat Ieſus: non enim inuenerunt ipſum in littore,aut in porta ciuitatis. [Et quum inueniſſent eũ trans mare.] in Synagoga Capharnaum vt inferius explicatur. [Dixerunt ei. Rabbi quando huc venisti?] Quum debuiſſent petere quomodo huc veniſti trans mare,ruſticano modo petunt quando huc veniſti; confundentes quando & quomodo. Euangeliſta ſiquidem recitat ruſticorum verba: qui non diſtinguunt aduerbia interrogatiua. [Reſpondit eis Ieſus.] Sequens doctrina reſponſiue data ſignificatur. [Et dixit,Amen amen dico vobis,quæritis me.] Non reſpondet Ieſus interrogationi ruſticorum: ſed facto eorum qui quęrebant eum. [Non quia vidiſtis ſigna.] Quærere Ieſum ex miraculis viſis fructus eſt intentus per miracula. Eſt enim quærere Ieſum affectu imitandi ipſũ diſcendique ab ipſo,quod in illis non erat. [Sed quia manducaſtis ex panibus & ſaturati eſtis.] Affectus ad corporeum cibum manifeſtatur trahens illos ad quærendum Ieſum. [Operamini.] Occaſione accepta ex eo quòd iſti quærebant Ieſum propter cibum corporis,inſtruit eos Ieſus de cibo animæ,quemadmodum Samaritanam occaſione aquæ inſtruxerat de potu. Et incipit ab opere. tum vt de cibo animæ tractet ad ſimilitudinem cibi corporis, qui operando acquiritur: tum vt intentionem ſpiritualis cibi explicet non ſufficere ſine opere ſed oportere intendentem ſpiritualem cibum acquirere,exercere ſe operãdo ad hoc vt acquirat illum. [Non cibum qui perit.] Cibus corporis appellatur cibus qui perit. quia eſt ad ſuſtentationem vitæ mortalis. ¶[Et quoniam Ieſus mandat operari, & verat operari propter cibum corporeum,ideo hinc erroris occaſionem ſumpſerũt qui nõ laborandum credunt vt manducemus corporaliter. Neſcierunt enim diſtinguere inter finem intentum,& id quod conſurgit ex neceſsitate materiæ. Cibus enim corporis non eſt finis intentus ab homine: ſed ex neceſsitate mortalis naturę conſurgit indigentia cibi: appetitus cibi: & conſequenter operari propter cibum. Cibus

autem

autem animæ est intentus vt finis, toto appetitu studio & oper acquirendus. Ita quòd quum dicitur operamini non cibum qui perit, sensus est intendite per opera vestra non cibum qui perit, quòd est prohibere cibum qui perit vt finem. Hunc enim sensum manifestat subiuncta aduersatiua. [Sed qui permanet in vitam æternam,] Cibum nanque permanentem in vitam æternam vt finem intentum, per opera acquirendum esse constat. Animæ autem cibus constat ex vero & bono: quia anima constat ex intellectu & voluntate, & intellectus pascitur vero: voluntas autem bono. Vnde cibus qui permanet in vitam æternam, constat ex vero & bono nutriente vitam animæ eternam. Appellatur enim cibus animæ permanens in vitam æternam, quia officium eius est sustentare vitam immortalem: quæ est vita æternæ gloriæ futuræ. Et directe contra cibum qui perit, distinguit cibum permanentem in vitam æternam. ¶ Inferius autem explicabitur quid est iste cibus. nunc satis est nosse quòd quemadmodum cibus corporis sustentat vitam corporalem mortalem, ita cibus animæ sustentat vitam in æternum mensuram ipsius animæ. Ita quòd non de quocunque cibo animæ est sermo, sed de permanente in vitam æternam: vt intelligamus hunc cibum non solum distingui à cibo corporis, sed etiam à quocunque cibo animę non nutriente illam ad vitam æternæ felicitatis qualis est bonum humanæ gloriæ, & veritas quæcunque non ducens ad æternam fœlicitatem. ¶ Et inchoauit à præcepto operandi non propter cibum pereuntem, sed æternũ quia intentio cœlestis magistri est auertere hominis à soluto fine studiorum humanorum & conuertere ac eleuare homines omnes ad dirigendum studia, & opera sua pro quanto tenduntad propriũ bonum ipsorum, ad cibum æternum vt finem concupiscibilium reliquorũ. ¶ Vbi & aduerte quòd in præcedenti ca. affectũ præponentẽ gloriam humanã, descripsit impedire fidẽ: hic vero studium ad cibũ pereuntem plus quàm ad æternum, prohibet Illud anima, hoc corpus præstat impedimentum saluti æternæ. [Quẽ filius hominis dabit vobis.] Ne erraremus intelligendo posse per nosmetipsos operando acquirere cibum permanentem in vitam æternã absque eo quòd daretur nobis ab aliquo homine, subiunxit propriũ possessorẽ simúlque largitorẽ cibi permanentis in vitam æternam esse filiũ hominis: vt intelligamus non aliunde posse nos acquirere cibum quam ex dono filij hominis. Simúlq; intelligamus ad habẽdũ hunc duo oportere concurrere alterum ex parte nostri scilicet opus alterũ ex parte filij hominis scilicet dare. [Hunc enim.] Pronomen

nomen hunc, clare in textu Græco demõſtrat non eibũ ad filiũ hominis. quoniam eſt maſculini generis, & dictio interpretata cibũ eſt fœminini generis. [Pater ſignauit,.]pro, ſigillauit, deus.]Coniunctio enim, monſtrat q; hæc ſententia reddit rationẽ præcedẽtis. Redditur ſiquidẽ ratio quare filius hominis dat nobis panem permanentẽ in vitam æternam, quia ipſum pater deus ſigillauit hoc eſt quia ipſe eſt filius dei. ¶Incarnationis myſterium ſigillatione filij hominis à patre deo, ſignificatur: eo q; quẽadmodum ſigillãdo figura ſigillatis ſigilli imprimitur ſigillato, ita filio hominis ĩpreſſus quodammodo eſt filius dei, qui eſt figura dei iuxta illud ad Hebræ. 1. qui quum ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ ei⁹. eſt enim filius dei ſimilis patri in ſubſtantia. Et propter hoc ſignificantius in litera non dicitur pater ſed pater deus. quod eſt nomẽ ſubſtantiæ diuinæ [Dixerunt ergo ad eum.]Non dicit reſpõderũt aut dixerũt illi, ſed dixerũt ergo vt intelligamus nõ illos ruſticos qui dixerãt quãdo huc veniſti, ſed homines eruditos in lege occaſione accepta ex verbis Ieſu, dixiſſe hæc quæ ſubiunguntur. præ ſe ferunt enim loquentes eruditos, qui præſentes erant in Synagoga. [Quid facimus.]pro faciemus, [vt operemur opera dei?]Intellexerunt iſti verba Ieſu (ſcilicet operamini cibum qui permanet in vitam æternam) monere ad opera dei: percipientes quod operari opus dei eſt id quod dat vitam æternam. Et propterea erudite petunt quod eſt illud factum noſtrum in quo conſiſtit operati opus dei. Sicut enim aliâs pẽtierunt quod eſt mandatum magnum in lege, ita modo petunt quod eſt factum noſtrum quod nos oportet operari, in quo conſiſtit operari opus dei præbens vitã æternã. Factum ſiquidem noſtrum ſignificatur, dicendo in preſenti facimus. [Reſpondit Ieſus: & dixit eis. Hoc eſt opus dei.]Illi quæſierãt de operibus, Ieſus reſpondet de opere. ſignificans vnum eſſe opus velut ſubſtantiale. ¶Et dicit dei, non legis. contra opera ſiquidem legis diſtinguitur ab apoſtolo fides, & non contra opus dei: [Vt credatis in eum quem miſit ille.] Credere eſt opus noſtrum & eſt opus dei & propterea directe reſpondet quæſito: aſsignans opus noſtrum voluntarium, ſimul & diuinũ. Credere ſiquidem in Ieſum, continet in ſe, & id quod eſt intellectus (ſcilicet credere Ieſum quod commune eſt voluntorijs & inuitis: nam & dæmones credunt inuiti myſterium incarnationis & trinitatis, ex euidentia factorum) & id quod eſt voluntatis: ſcilicet confidere, tendere in Ieſum. hoc enim præpoſitio in, adiungit. Credere ſiquidem deum aut deo, actus eſt ſolius intellectus: ſed credere in deum,

eſt

est credendo confidere seu tendere in deum, quod continet in se actum intellectus & voluntatis: actus fidei, spei, & charitatis. ¶Et significanter complectitur mysterium trinitatis & incarnationis: dicendo in eum quem misit ille scilicet deus. Vbi aduerte quòd credere in verbum incarnatum, appellatur opus dei non solum quia est donum dei in opere nostro, sed quia est opus primum exactum à deo, & vniens hominem deo. In hoc enim opere consistit substantialiter vnio hominis ad deum in hac vita: & est illud quod præbet vitam æternam. [Dixerunt ergo ei.] rursus eruditi in Synagoga: occasione accepta alterius quæstionis ex eo quòd ad hoc peruenerat doctrina Iesu quòd credere in ipsum missum à deo, conferebat vitam æternam. [Quod ergo tu facis signum, vt videamus & credamus tibi?] Non petunt quodcunque signum, sed tale signum quòd habeat duas conditiones. Prima est quòd videatur à nobis: altera est quòd sufficiens ad faciendum nos credere, tibi quæ dicis de teipso. Et propterea magis, explicando intentionem quæstionis, subiungunt. [Quid operaris?] scilicet sufficiens ad hoc. [Patres nostri manducauerunt manna.] Argute petunt, proponendo signum monstratum quum missus est Moyses: clare significantes quod quia tu maiorem te dicis Moyse (dicendo quòd credere in te missum à deo confert vitam æternã) oportet quòd tu operaris signum maius quam fuit illud quod fuit tempore Moysi: quo tempore patres nostri manducauerunt manna. Acsi apertius dixissent, non aliqua turba, sed vniuersus populꝰ qui tunc erant patres nostri, manducauerunt manna, non panes hordeaceos. [In deserto.] in quo quadraginta annis fuerunt. Et intendunt per hoc quòd signa quæ fecerat non erant sufficientia sed oportebat signum maius monstrare [Sicut scriptum est.] Hinc clare apparet quòd non erant rustici, sed eruditi in lege (in Synagoga præsentes) qui mouebant has quæstiones. [Panem de cœlo dedit eis manducare.] Communis panis, ex terra generatur manna autem ex quo conficiebatur panis, non generabatur in terra, sed modum roris de supernis descendebat: & propterea sicut ros dicitur de cœlo descendere, ita & panis ille dicitur de cœlo datus. [Dixit ergo eis Iesus] Occasione nacta ex quærentium verbis, aggreditur Iesus doctrinam de seipso quatenus est panis vitæ. Et primo tractat de seipso vt est panis vitæ. deinde de passione sua futura secundum quam est cibus & potus vitæ. [Amen amen dico vobis, non moyses dedit vobis panem de cœlo.] In textu Græco præponitur articulus dictioni panem. Ex

quo

quo patet quòd non negat Ieſus Moyſen dediſſe patribus eorum panem de cœlo, ſed negat Moyſen dediſſe illum panem de cœlo. hoc eſt inſignem illum panem de cœlo qui præbet vitam æternam. ¶ Ita vt hinc duas differentias intelligamus, alteram inter datores, Moyſen & patrem Ieſu, alteram inter datos panes de cœlo ſcilicet manna & panem illum. hæ enim duæ differentiæ monſtrãtur ex aduerſatiua ſubiuncta. [Sed pater meus dat vobis panem de cœlo verum.] Et ſignificanter apponit verum ad declarandum quod illum panem permanentem in vitam æternam, pater Ieſu dat, non fictum, non præſumptum. ſed verum, ſed vere exiſtentem talem quod permanet in vitam æternam. [Panis enim verus] pro, dei, [eſt.] Dictioni panis præponitur articulus, vt intelligamus quod de eodem inſigni pane loquitur, & quem prius appellauerat panem verum, modo appellat illum panem dei. ¶ Et per coniunctionem enim, reddit rationem vtriuſque differentiæ prædictæ, ex duabus conditionalibus. Altera eſt. [Qui de cœlo deſcendit.] hoc eſt qui non ſolum datus dicitur de cœlo, ſed vere deſcendit de cœlo. Deſcendere ſiquidem actus eſt voluntarius, qui non competit inanimatis. quæ mouentur quidem deorſum, ſed nõ vere deſcendunt. Rurſus de vero cœlo, de ſumma celſitudine deſcendere, non competit cuicunque inanimato. Et propterea etiam hinc apparet differentia panis veri ſeu dei. ¶ Altera eſt. [Et dat vitam mundo.] Et hęc quoque differentia duo complectitur. ſcilicet dare vitam, & mundo, non populo Iſrael tantum. Et intendit per dare vitam, dare vitam ſimpliciter & abſolute, & non ad tempus. Ex hoc enim quod ille panis dei habet has conditiones (ſcilicet quod vere deſcendit de cœlo, & vere dat vitam mundo) manifeſte infertur q Moyſes nõ dedit illũ. [Dixerunt ergo ad eum.] Occaſione accepta ex tã præclaris cõditionibus deſcripti panis, prorũpũt auditores ad petẽdũ. [Domine ſemper da nobis panem hũc.] Quemadmodum Samaritana petiit, da mihi hãc aquã vt nõ ſitiam neque veniam huc haurire, ita iſti carnaliter petunt. ſignũ autem quod carnaliter petũt, habetur ex eorũ verbis: iunctis cum hoc q Ieſus ſubiungit eos nõ credere [Dixit autem eis Ieſus. Ego ſum panis vitę.] Hactenus dixerat in tertia perſona credendũ eſſe in eum quem miſit pater deus. modo explicat in prima perſona tanquam prius de ſe ipſo velut indiuiduo vago locutus fuerit. & modo indiuiduo ſignato, dicendo ego ſum. Ita quod petentibus da nobis hunc panem, reſpondet, ecce hic panis, ego ſum panis vitæ. [Qui venit ad me, non eſuriet. & qui credit in me non ſitiet]

Decla

Declarat se esse panem vitæ, ex effectu: quia scilicet præstat non esurire neque sitire vnquam. Acsi apertius diceret. panis quicunque alius non est panis vitæ absolute, sed est panis vitæ ad horam: quia non tollit famem & sitim absolute, sed pro tunc: ego autem tollo famem & sitim in æternum. Et ratio differentiæ est: quia reliqui cibi sunt transitorij & propterea redit fames, redit sitis. ipse autem solus est permanens, ita quòd nunquam desinit. ¶Et quum debuisset dicere qui manducat me (vt consequenter loqueretur ad panem) dixit qui venit ad me, qui credit in me: vt abstraheret auditores à cogitatione panis corporei, à cogitatione manducandi & bibendi corporaliter, & eleuaret eos ad cogitandum & intelligendum quod de pane spiritus loquitur. ¶Dicit autem venit & credidit, vt vtriusque patris animæ officia explicet. credere siquidem partis est intellectiuę: venire autem partis affectiuæ. Voluntas enim tendit ad obiectum in re: intellectus autem trahit obiectum in se. Propter quod dicunt philosophi quòd bonum & malum est in rebus, verum autem & falsum in anima. ¶Et quum dixisset se esse panem vitæ, declarat nihilominus quod tollit non solum famem sed sitim: vt eleuemur ad intelligendum & penetrandum quod quæ sunt diuisa in inferioribus alimentis (nam alimẽti sicci est tollere famem, humidi vero tollere sitim) vniuntur in rebus superioris ordinis. nec ibi est distinctio huiusmodi alimentorum: sed plenam vtriusque appetitus sacietatem panis vitæ fert secum. ¶Et verificatur tam non esurire quàm non sitire (vt in cap. 4. declaratum est) simpliciter & absolute. Cum quo stat quòd quanto magis credimus in Iesum & venimus ad eum, tanto magis esurimus & sitimus augmentum & perfectionem. [In æternum.] pro, vnquam. Sacietas non ad horam sed perpetua significatur. [Sed dixi vobis: quia & vidistis me & non credidistis] pro, creditis. Tacitæ obiectioni respondet, vtendo hac aduersatiua, Poterant enim obiicere quod oportebat facto monstrare seipsum panem vitæ, & non verbis. Huic inquam obiectioni respondet. sed dixi vobis, sed verbo explicaui me esse panem vitæ, quia vidistis me factis & tamen non creditis. Ita quod necessitas dicendi est quia facta visa non ducunt vos ad credendum. verba enim adiuncta factis plus valent. [Omne quod dat mihi pater ad me veniet.] Petentibus panem hunc, responderat Iesus ecce ego sum hic panis: & subiunxerat veniendum esse ad se. Declarat modo modum habendi hunc panem. qui est modus veniendi ad eum. ¶Et intendit quod habere hunc panem pendet primo ex dono patris sibi infallibili.

fallibili. Acſi apertius dixiſſet. Vos petitis da nobis hunc panem: ſcitote quod modus habendi eſt iſte, quod pater dat mihi habitu ros hunc panam: ita dat quod infallibiliter ad me venient. oportet ergo vos volentes hũc panem eſſe datos mihi à patre meo, datos ſic quod infallibiliter ad me veniatis. Et per hoc excluditur omnis via ſalutis ſi non itur ad Chriſtum. ¶ Et eſt ſermo de dare non ſecundum quid (hoc eſt ſecundum præſentem iuſtitiam) ſed de dare ſimpliciter & abſolute, quod vocatur dare per prædeſtinationem. Quod enim deus abſolute dat Chriſto, proculdubio ſortietur effectum: quod ſcilicet ad eum veniet ex tali dare. [Et eum qui venit ad me.] Non ſola patris datio, ſed liberum hominis arbitrium ad habendum hunc panem concurrit & propterea deſcripto infallibili inuentu ex ordine diuini doni, ſubiũgitur liber concurſus hominis dicendo & eum qui venit, venire enim actus eſt voluntarius. [Non eijciam foras.] Tertium concurrens ad habendum hunc panem, eſt conſecutio ipſius Ieſu Ad quam ſe concurrere Ieſus, tertio loco deſcribit: ad ſimilitudinem acceptantis venientem ad ſe domi. Non acceptans ſiquidem venientem: eiicit eum foras: acceptans autem retinet eum intus. ¶ Duo ergo dicit. Primum quod ſeipſum concurrere ad hoc, declarat: vt ſeipſum obiectũ beatitudinis declaret. Alterũ eſt quòd eiectio, eſt eiectio ab intimis: alioquin non terminarentur ad foras. Vt hinc intelligamus venientes ad Ieſum, admittẽdos ab ipſo ad intima, ad ea quę ſunt internę fœlicitatis. ¶ Et dixit hoc ad declarandũ qualis vitæ eſt panis: ſcilicet vitæ ſpiritus, quæ conſiſtit in intimis. Sicut dixit non eijciam, ad declarandum ſe quantum eſt ex ſe, venientes omnes recipere. ¶ Collige prudens lector quod tribus concurrentibus ad habendum hunc panem (ſcilicet patre dante, homine veniente, & Ieſu admittente) quum ipſe Ieſus dicat ſe nullum eiicere venientem, relinquuntur duo reliqua tanquam nõ ad ipſum Ieſum ſpectantia, ſed ad patrem & ad homines: ac per hoc ſatis factum eſt petitioni da nobis hunc panem. Acſi apertius dixiſſet ego quidem ſum ille panis, & nullum eiicio venientem ad me: ſed patris dono & veſtra voluntate opus eſt vt ad me veniendo panem hunc habeatis [Quia deſcẽdit de cœlo.] Simul reddit rationem quod ipſe non eiicit datos ſibi à patre: & declarat ſe habere conditiones ſuperius deſcriptas panis dei. Prima enim conditio erat quod deſcendit de cœlo, & hanc in ſe verificari explicat: dicendo quia deſcendi de cœlo, nõ corporeis greſsibus ſed veniendo mihi carnem humanã. Ipſa enim carnis in terra aſſumptio

ptio, descensus est de cœlo de summa celsitudine. [Non faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.] Duas esse in Christo voluntates hic patet: humanam scilicet (de qua dicit voluntatem meam) & diuinam, quam dicit voluntatem patris. ¶ Dupliciter autem de voluntate humana Iesu loqui possumus. vel secundum seipsam: vel vt subiacet regulæ diuinæ voluntatis. Voluntas enim Iesu secundum seipsam, secundum suam naturam, nude accepta, non habet bonitatem infallibiliter: quoniam eiusdem est naturæ cum voluntate quæ fuit in Adam ante peccatum. Prout autem inhæret regulæ diuinæ voluntatis, declinare non potest ad malum. Vtriusque autem conditionis textus meminit. nam dicendo non vt faciam voluntatem meam, de voluntate humana nude accepta loquitur. verissimum siquidem est quod non venit ad habendum pro regula operum suorum voluntatem humanã secundum se. Dicendo autem sed vt faciam voluntatem eius qui misit me, significat voluntatem suam faciendi conformiter ad voluntatem diuinam. [Hæc est enim.] pro, autem, [voluntas eius qui misit me patris.] Explicat voluntatem paternam quam ipse est adimpleturus. Et primo quo ad datos sibi à patre dicendo. [Vt omne quod dedit mihi non perdam ex eo.] Ratio quare nõ eiicio, est voluntas patris vt non perdam aliquid eorum quę dedit mihi. [Sed resuscitem illud.] Duo constituit mihi pater erga ad datos à se mihi. Alterum est negatiuum. vt scilicet non perdam aliquem eorum. Alterum positiuum. vt resuscitem illos. Primum spectat ad salutem spiritus, secundum ad salutem corporis vtrunque tamen ad statum æternæ fœlicitatis. ¶ Et declarat per hæc duo officia sua se missum esse ad seruandum ea quæ sunt spiritus, & ad resuscitandum corpora, quæ manifeste sunt officia solius dei. [In nouissimo die] Tempus resuscitationis describitur finis temporis. non enim esset nouissimus dies nisi esset finis tẽporis. iuxta illud Apoca. 10. iurauit per viuentem in secula quod tempus non erit vltra. [Hæc est autem voluntas patris mei qui misit me.] Repetit voluntatem patris: vt explicet eandem respectu venientium quam explicauerat respectu datorum. Ita quod vbi prius explicauit voluntatem patris ad explicandum officia propria sibi constituta erga datos sibi à patre, modo explicat eandem ad explicandum effectus seu fructus acquirendos à venientibus ad Iesum [Vt omnis qui videt filiũ & credit in eum.] Vere credentes describuntur duobus actibus scilicet videndi filium, & credendi in eum. Et hic quidem secundus iam declaratus est. Primus autem contine

net quòd filius videtur credendus Nõ enim dicit quòd omnis qui videt me(quod posset intelligi de visu corporali)sed qui videt filiũ quod non potest intelligi nisi de visu spirituali. Et quum constet quòd non est sermo de visione beata(quoniam iungitur videre cũ credere)consequens est quòd de illa spirituali visione filij est sermo quæ stat cum credere immo quæ est ratio credendi nam præponitur videre filium ad credere in eum. Huiusmodi autem visio filij est qua mente videmus filium credendum: vel ex euidentia miraculorum, vel ex testimonio scripturarum, vel ex interno lumine fidei. Hæc enim sufficiunt ad videndum filium sub ratione credibilis. quã credibilis rationem explicant subiuncta verba, & credit in eũ. Nisi enim de visione filij sub ratione credibilis esset sermo, & esset implicatio in adiecto adiicere visioni filij credere in ipsum(quoniam quod videtur non creditur) & non subiunxisset & credit in eum. Adiiciendo itaque & credit in eum, explicat quòd de videre filium sub ratione credibilis loquitur. ¶Et hinc habes erudite lector modum rationémque credendi, esse visionem credibilium. Non enim speciale aliquid de filio explicatur: sed quod commune est omnibus quæ sola fide habentur: Credimus enim mysterium trinitatis, mysteriũ incarnationis & reliquos articulos fidei, quia videmus nõ illa quæ credimus, sed illa esse credibilia. Sicut credimus remotissimas partes terræ conditionémque earum quas nũquam vidimus, quia habemus tot testimonia quòd videmus illas esse credibiles. [Habeat vitã æternam.] Ecce fructus primus, spectans ad fœlicitatem spiritus [Et ego resuscitabo eum in nouissimo die] Ecce secundus fructus, spectans ad fœlicitatem corporis. ¶Vbi aduerte q̃ non repetẽdo dicit & ego resuscitabo: sed ad significandũ se executurũ cõstitutum sibi à patre vt resuscitet, executurum autem respectu credentiũ in eũ. [Murmurabant ergo Iudæi de illo] Hinc apparet q̃ non rustici, non Galilæi sed Iudæi qui ab Hierosolymis venerant(vt alij testantur euangelistę) erant mouentes has quæstiones, increduli & omnia perturbantes. [Quia dixisset, ego sum panis viuus.] Superfluit viuus. [Qui de cœlo descendi Et dicebant, nonne hic est filius.] Deest Iesus Legẽ dũ est. [Nõne hic est Iesus filius Ioseph, cui' nos nouimus patrẽ, & matrẽ?] A nomine proprio & à genere simul describũt ipsum: apponentes etiam notitiam patris & matris. ¶Et habes hinc coniecturam quod Ioseph viuebat tunc temporis, sicut & mater Dico autem coniecturã: quia posset dici quòd paulo ante mortuus esset & tamen notus erat istis. [Quomodo ergo dicit hic, quod de cœlo

scendi?] Ratio murmuris consistit in hoc quòd Iesus erat homo genitus sicut & alij: quod incomposibile apparebat verbis Iesu quibus dicebat se descendisse de cœlo. venit enim ex matris vtero sicut & cæteri. [Respondit ergo Iesus: & dixit eis.] Huic murmuri occurrit Iesus: primo compescendo. [Nolite murmurare.] pro, ne murmurate, [in inuicem.] Superfluit præpositio in. In quo apparet quòd non dicebant hæc Iesu, sed inter se. [Nemo potest venire ad me.] Explicat deinde rationem quare murmurant: quia scilicet carent dono dei quo trahantur ad Christum. ¶Nec dicit nemo venit ad me, sed nemo potest venire. vt intelligamus negari non solum actum veniendi sed potentiam veniēdi. Et est sermo de potentia propinqua quæ scilicet elicitiua est actus, cui ad operandum non deest nisi executio. [Nisi pater qui misit me traxerit eum.] Non violentia, sed reuelatione, inspiratione, instinctu, excitatione mentis. Nec propterea excusatur non veniens ad Iesum, si non trahitur à patre cœlesti: quoniam nō excusatur ab obice impediente ipsum vt trahatur à patre ¶Explicat ergo Iesus clare qd superius occulte dixerat, omne quod dat mihi pater &c. declarando simul quòd ideo isti murmurabant quia non erant tracti à patre. Ita quòd ordo veniendi ad Iesum, est quòd primo est tractus internus: & propterea attribuitur patri, inuisibili. deinde est posse per donum acceptum venire. & tertio est venire. [Et ego resuscitabo eū in nouissimo die.] Non est repetitio sed explicatio eiusdē gratiæ resuscitationis, conferendæ ab ipso venientibus ad eum. Quam etiam à se conferendam dixerat credentibus in se: vt idem intelligamus præmium vtrorumque scilicet venientium & credentium. Quæ autem sit differentia inter venire & credere, iam declaratum est. [Est scriptum in prophetis.] Authoritate scripturę declarat tractum paternum Nec nominatur propheta aliquis: quoniam sententia prophetarum inducitur. [Et erunt omnes.] Non distribuit pro singulis generum, sed pro generibus singulorum. hoc est non significantur omnes homines, sed omnes conditiones hominum: masculi, fœminæ, senes & pueri, diuites & pauperes, barbari & reliquæ hominum differentiæ. Intendit enim quòd cuiusque conditionis homines erunt [Docibiles.] pro, dociles, [dei.] Hic est modus quo pater trahit scilicet docendo intus. Ad hoc affertur prophetarum sententia quòd cuiusque conditionis homines erūt dociles, facile suasibiles respectu dei docētis. Hinc enim facile apparet vniuersalis extensio diuini tractus ad rusticos, ad mulieres &c. ita quòd nemo venit nisi tractus diuina doctri-

doctrina interiori. [Omnis qui audiuit à patre & didicit.] Efficacia tractus simul cum modo discendi à deo declaratur. Acsi apertius diceret. Ex parte quidem patris concurrit docere trahendo, seu trahere docendo: quorum alterum pertinet ad intellectum, alterum ad voluntatem. ex parte vero eorum qui docentur & trahuntur, concurrit primo audire internum: & propter hoc dicitur, audiuit à patre, concurrit secundo discere. ¶ Humano more spiritualia describuntur. Discipulus primum audit à magistro: & per hoc discit, sed auditus perceptio est eorum quæ dicuntur: discere autem continet in se & credere & proficere. oportet enim addiscentem credere præceptori. & quanuis credat non discit nisi in auditis proficiat. Proportionaliter siquidem accedentes ad deum oportet primum audisse: hoc est percepisse quæ deus docet. deinde didicisse: hoc est credendo profeciisse in auditis. & sic tertio. [Venit ad me.] non corporali gressu sed affectu, sed operibus. Hęc est enim efficacia diuini tractus. [Non quia patrem vidit quisquam.] Ne intelligeres audiri patrem sicut auditur sensibilis doctor (qui videtur dum auditur) & putares spirituali visione videri patrem à spiritualiter audientibus, occurrit huic falsę existimationi: declarando quòd solus ipse vidit patrẽ. Et excluditur non sollũ qui libet homo, sed etiam quicũque angelus. Sed est sermo de quocunque secundum vires naturales, & propterea subiungit [Nisi is qui est à deo, hic vidit patrem.] Solus enim deus naturali facultate videt deum. Vnde & per hoc non solũ excludit erroneum intellectum, sed & simul declarat seipsum esse verum deum: vtpote qui solus vidit deum patrem. ¶ Nec propterea excluditur spiritus sanctus. quia videre est actus essentialis, respectu cuius exclusiua seu exceptiua adiuncta termino personali (puta patri aut filio) non excludit aliam personam diuinam: vt in theologia speculatiua declaratur. [Amen amen dico vobis, qui credit in me.] Tertio respondet quo ad materiam de qua murmurabant scilicet ego sum panis qui de cœlo descendi. Respondet autem prius diuisim: hoc est prius quãtum ad illud ego sum panis, deinde quantum ad illud qui de cœlo descendi & demum coniungit vtrunque simul. ¶ Confirmat quod dixerat ego sum panis: declarando qualis panis est ab effectu & modo edendi illum. Dicendo enĩ qui credit in me, mãducationẽ panis significat. Subiungendo aũt. [Habet vitam æternam.] præsentaneum effectum manducationis huius panis significat. Et verificatur quòd habet vitam æternam virtualiter & in sui initio. Charitas enim seu gratia initium est vi-

tæ æternæ: ſicut ſemen continet fructum. ¶Et declaratur per hoc quòd nulla opus eſt mora ad hoc quòd panis iſte cauſet vitam æternam: ſed dum manducatur, efficit quòd manducans habet vitam æternam in ſeipſo. [Ego ſum panis vitæ.] Ratio quare qui credit in me habet vitam æternam, eſt quia ego ſum panis vitæ: hoc eſt ſum cibus conferens vitam abſolute (& non ad tempus) manducãti me [Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto, & mortui ſunt.] Declarat illam particulam qui de cœlo deſcendi, ex differentia inter manna appellatum panem de cœlo, & hunc panem de cœlo: penes hoc quòd manna à manducantibus ſe non tollebat mori, panis autẽ iſte manducantibus ſe, confert nõ mori. ¶Vbi perſpicacius attende quòd differentia iſta non eſt penes omnino idẽ hoc eſt penes mori corpore. puta quod alter permiſerit mori corpore, alter vero tollat mortẽ corporis: vel ℣ alter permiſerit mori ſpiritu, alter vero tollat mortem ſpiritus. Neuter enim ſenſus eſt literalis. ¶Sed differentia iſta eſt penes idem proportionaliter ſcilicet penes comedentes reſpectiue. Eſt enim ſenſus ℣ mãna ſe mãducantibus non conferebat nõ mori corpore, quũ mãducãtes ipſum ederent ad vitã corporis: iſte autem panis manducantibus ſe confert non mori illa vita ad quam ſeruandam manducatur. manducatur enim propter vitam ſpiritus: & confert non mori ſpiritu. Stat itaque ſolida differentia, relata ad mãducantes & mortem proportionaliter ſeu reſpectiue. ¶In qua differentia conſidera etiam ℣ reſpõdet dicentibus. quid operaris tu pluſquàm Moyſes patres noſtri manducauerunt manna in deſerto ſicut ſcriptum eſt, panem de cœlo dedit eis. Reſpondet enim ecce quid operor maius. quoniam mãna cibus fuit non tollens mortem, iſte autem panis eſt cibus tollens mortem. ¶Si quęris quo pacto verificatur ℣ iſte panis tollat mortem quum multi poſtquàm comederunt hunc panem mortui fuerint ſpiritu. alioquin in errorem illorum laberemur qui dicunt charitatem ſemel habitam non poſſe perdi. Solutio eſt quod quantum eſt ex parte cœleſtis panis, ſufficiens eſt ad conferendum comedenti nunquam mori ſpiritu. hoc eſt nunquã peccare mortaliter. ſed ex defectu ex libero arbitrio habentis vitam quæ duraret in æternũ, prouenit mors ſpiritus. Abijcit enim à ſe vitam ſpiritus ille qui peccat: & non ex defectu panis aut vitæ prouenit mors ſpiritus. Non ſic autem erat in manna. quoniam cibus erat corporeus, impotens ad præſtandum vitam corporis ſine mori. [Hic eſt panis de cœlo deſcẽdens: vt ſi quis ex ipſo mãducauerit nõ moriatur] pro, vt quis ex eo edat & nõ moriat. Plus

continet

continet hæc litera quàm vt comedens hunc panem, non moriatur, quoniam cum hoc significat etiam quòd panis iſte deſcendit de cœlo ad hoc vt edatur, hoc enim clare ſignificatur dicendo, de cœlo deſcendens vt quis ex eo edat [Ego ſum panis viuus.] Declaratis ſigillatim ſingulis particulis, iungit vtranque ſimul. Ego ſum panis viuus, quo ad primam. [Qui de cœlo deſcendi.] quo ad ſecundam. ¶Vbi aduerte quòd prius dixit ego ſum panis vitæ, modo autem ego ſum panis viuus: vt intelligamus ipſum eſſe & panem vitæ ſeruatiuum vitæ aliorum in æternum, & panem in ſeipſo formaliter viuum. & differre á manna, non ſolum quia eſt panis tollens mortẽ, ſed etiam quia eſt panis in ſeipſo viuus. Ita quòd deſcendit vere de cœlo viuꝰ. & non cecidit de cœlo vt manna res nõ viua. [Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.] Prius ablationẽ mortis dixerat effectum huius panis modo collationẽ vitæ æternæ dicit effectum eiuſdẽ panis. Vt vtrinque, ex vtroq; cõtrario (morte ſcilicet & vita) declaretur effectus huius panis. Et intellige viuet in æternum, quantum eſt ex parte panis. vt expoſitum eſt. ¶Vbi perſpice efficaciã huius panis non ſolum ad tollendam famem, ſitim & mortem, & ad conferendum ſtatim vitam, ſed ad efficiendum quòd viuat in æternum. [Et panis quem ego dabo.] Poſtquam declarauit ſeipſum ratione ſuæ deitatis panem viuum qui de cœlo deſcendit, tranſit modo ad declarandum rurſus ſeipſum etiam ſecundum humanam naturam aſſumptam eſſe panem viuum, & incipit à morte paſſionéque ſua: dicens eſſe ſimiliter cibum mundi. Ita quòd non ſolũ ipſe verbum eſt cibus & vita mundi, ſed etiam ipſe crucifixus, mortuus, &c eſt panis & vita mundi. Quod eſt dictũ, oportere mundum paſci credendo & amando, nõ ſolum deum in ipſo Ieſu homine, ſed etiam hominem paſſum ac mortuum pro ſalute mundi. Propterea enim hactenus ſeipſum dixit panem: modo autem cũ coniunctione copulatiua, accumulando ait & panis. ¶Significantérque dicit dabo, & non dicit. do quoniam futura erat donatio eius. Simulque petentibus da nobis hunc panem. declarat qualis eſt panis quem ipſe dabit. [Caro mea eſt] Deſunt tres dictiones ſcilicet [Quam ego dabo] Et ſequitur [Pro mundi vita.] Manifeſtiſsime explicat panem hunc fore paſſionem & mortem ſuam: dicendo quòd panis quem ego dabo eſt caro mea, nõ myſtica, non ſpiritualis ſed quam ego dabo pro mũdi vita. conſtat enim quòd in paſſione & morte ſua daturus erat carnem ſuam naturalem pro mundi vita. ¶Et dicendo dabo, ſignificat voluntario dono ſe paſſurum ac moriturum. Et dicendo

pro mundi vita, manifestat causam patiendi & moriendi non pro aliquorum sed pro mundi vita. ¶Si vita spiritus intelligitur, glosa opus est distinctiua de sufficientia vel efficientia. Mors enim Christi sufficiens fuit pro spirituali vita mundi: quanuis non effecerit illam in omnibus propter impedimentum ex parte multorũ. Quanuis etiam secundum efficientiam possit verificari mors Christi pro mundi vita spirituali: pro quanto spiritualem vitam effecit non alicuius partis aut ætatis mundi, sed in omni parte & ætate mundi. ¶Sed si vita in sua amplitudine intelligitur, non est op⁹ glosa limitatiua: quoniam vitam corporalem etiam iniquorum efficit mors Christi: restaurauit enim naturam non in aliquibus sed in omnibus: vt potentius sit donum Christi quàm peccatum Adæ. [Litigabant.] pro, pugnabant, [ergo Iudæi adinuicem.] Occasione sumpta ex hoc quòd Iesus dixerat carnem suam esse panem qué esset daturus, inter se certabant Iudæi, nõ Galilæi. [Dicentes. Quo modo potest hic.] Impossibilẽ modum existimabãt. [Nobis carné suam.] Superfluit suam: sed subintelligitur. [Dare ad manducandum? Dixit ergo ei Iesus.] Occasione sumpta ex hac verborum pugna inter Iudæos, procedit ad explanandum ordinatè manducationẽ carnis suæ. Et inchoat à necessitate manducandi illã [Amẽ amen dico vobis: nisi manducaueritis carnẽ filij hominis & biberitis eius sanguinem.] Necessitas manducandi carnem & bibendi sanguinẽ filij hominis, explicat ex priuatiõe vitæ, proculdubio spiritualis. [Non habebitis.] pro, nõ habetis. Significatur enim præsens priuatio, non futura tantũ. [Vitam in vobis.] Et quoniã textus iste similis præcepto baptismi superius 3 cap. descripto (nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu non potest introire in regnum dei. pari siquidem necessitate ac modo hic dicitur, nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguiné non habetis vitã in vobis) occasio diuersarũ factionũ seu sectarũ fuit & est, ideo perspicacius discutiendus est: vt clare habeatur sensus literalis, ex quo solo trahitur efficax argumentum ¶Triplex igitur sensus dicitur huius literæ. Primus est de fide mortis Christi. Et est sensus. nisi vsi fueritis morte filij hominis tanquàm cibo & potu, non habetis vitam spiritus in vobis. Et hic sensus est in se verus & necessario, intentus. Verus quidem quoniã nisi anima hominis sic credat mortem Christi quòd sustentetur per illam velut cibo & delectetur in illa velut potu, non habet vitam gratiæ in seipsa. Necessario autem intentus. tum quia separatio carnis & sanguinis manifeste mortem Christi in qua separatus est ipsanguis à carne, explicat.

tum

tum quia expreſſe dixit, caro mea eſt quam dabo pro mundi vita: quod conſtat mortem eius explicare, immò ad declarandum hoc (ſcilicet quam dabo pro mundi vita) ad reſpondendū Iudæis quo modo poteſt hic nobis dare, manifeſtat modum: ſcilicet per ſeparationem carnis & ſanguinis: hoc eſt per mortem talem in qua ſanguis ſeparabitur à carne, qualem conſtat eſſe mortem crucis.

¶ Secundus ſenſus eſt de fide ſacramenti euchariſtiæ, quòd eſt memoriale mortis Chriſti iuxta illud Apoſtoli: quotienſcunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annūciabitis. Calix enim & hoſtia ſeparationem realem carnis & ſanguinis quæ fuit in cruce, ſignificant. Et eſt ſenſus, niſi ſpiritualiter manducaueritis & biberitis ſacramentum euchariſtiæ, non habetis vitam in vobis Et hic ſenſus eſt verus in ſe: quoniam ſpiritualiter manducare & bibere ſacramentum euchariſtiæ quo ad rem ſacramenti, nihil aliud eſt quàm manere in Chriſto & Chriſtū manere in eo, ſine qua manſione conſtat non eſſe vitam ſpiritus.

¶ An autem ſit intentus, non clare apparet immò ſi perſpicaciter fuerit conſideratum, apparet quòd ſermo formalis non eſt de ſacramento, ſed de re ſacramenti, ſed de fonte ſacramenti: quoniam formaliter loquendo ſi manducare & bibere ſpiritualiter ſacramētū euchariſtiæ neceſſariū eſt ad vitā, ſequitur quòd ſacramētaliter manducare & bibere idem ſacramentū eſt neceſſarium ad vitam. Et patet ſequela: ex eo quòd præceptum cogens ad ſacramentum, formaliter loquendo cogit primo & directe ad ſacramentalē perceptionē: vt patet in præcepto baptiſmi. ad ſpiritualē autem perceptionē (quæ conſiſtit in voto) cogit tanquam ad initium ſacramēti. Vnde dicere quòd hic præcipitur ſpiritualis perceptio euchariſtiæ & non ſacramentalis, formaliter loquēdo eſt contraria implicare. Nec propterea intelligas arguendos doctores exponētes hoc de ſpirituali manducatione: quoniam ad rem ſacramenti referunt.

¶ Tertius itaque ſenſus eſt de manducatione ſacramentali, digne tamen. Et eſt ſenſus, niſi realiter māducaueritis carnē filij hominis in ſacramento hoſtiæ, & biberitis in ſacramento calicis eius ſanguinē, non habetis vitā ſpiritus in vobis. Ita quòd iuxta hunc ſenſum neceſſarium eſt ad ſalutem nō ſolum ſacramentum baptiſmi, ſed etiā ſacramentū euchariſtiæ ſub vtraque ſpecie. Ex hoc ſenſu orta paulo ante eſt ſecta Bohemorū, cōmunicātium etiā infantes ſub vtraque ſpecie. Huic ſenſui contrariatur eccleſiæ conſuetudo, nō cōmunicans infantes, nec cōmunicans populū ſub vtraq; ſpecie. Nec ſola cōſuetudo, ſed doctrina quoniā docet ſufficere ad ſa-

futem communicare ſub ſpecie panis. ¶Et quamuis hęc authoritas ſufficiat ad manifeſtandum quòd textus iſte non tradit præceptum de perceptione ſacramenti ſub vtraq3 ſpecie, & conſequẽter quòd non tradit præceptũ de manducando & bibendo ſacramentum euchariſtiæ, ſectatoribus tamen illorum dogmatum nõ ſatis ſit, ſed textum hunc pro ſe afferunt contra noſtram conſuetudinem & doctrinam dicendo quòd niſi de perceptione ſacramẽti tractaret dominus in his verbis non diſtingueret inter manducare & bibere, & rurſus non diſtingueret inter manducare carnem & bibere ſanguinẽ, ſed ex hoc quòd iã accurate diſtinguit inter hæc, inſinuat quòd de perceptione ſacramenti euchariſtiæ tractat. Præterea ſubiũgendo caro mea vere eſt cibus, & ſanguis, meus vere eſt potus, non poteſt negari quin de ſacramento carnis & ſanguinis loquatur. eadẽ aũt materia tractatur hic monſtrando neceſſitatẽ, quæ tractatur ſubiungendo veritatem. De ſacramenti ergo euchariſtię mãducatione & bibitiõe eſt hic ſermo. ¶Sed hęc facile reijci untur perſpiciendo quod in hoc eodem capitulo paulò ſuperius Ieſus dicit, qui venit ad me non eſuriet, & qui credit in me non ſitiet vnquã. Clare enim in his verbis quæ cõſtat non ſpectare ad ſacramentũ euchariſtiæ, dominus diſtinguit eſurire: & ſitire: quod æquualet ad diſtinguere inter manducare & bibere: nã eſurire ad manducationem & ſitire ad bibitionem pertinet. Non poteſt itaque ex diſtinguitione inter manducare & bibere, trahi argumentum efficax ad inferendum quôd de ſacramento euchariſtiæ eſt ſermo. Similiter diſtinctio inter carnem & ſanguinem non adiuuat, ſed potius ad contrarium ducit: quoniam caro non qualitercũ que deſcribitur diſtincta à ſanguine, ſed ſeparatione vt cib⁹ à potu conſtat autem quod realis ſeparatio carnis & ſanguinis Chriſti in ſacramento, eſt repræſentatiue tãtum: in morte autem Chriſti fuit ſecundum rem. ¶Et ſi inſtetur quòd hic eſt ſermo de carne & ſanguine ſub ratione cibi & potus, & nõ ſecundũ quòd in eſſe ſuo naturali erant: ac per hoc de carne in ſacramento & ſanguine in ſacramento ſeparatis. Solutio habetur ex iã dictis: quòd ſuperius dominus tractauit de ſeipſo vt tollit famem, & vt tollit ſitim. & tamẽ nõ præterea infertur quòd tractauit de ſeipſo ſub ſpecie ſacramenti qua tollit famẽ, & ſpecie ſacramenti qua tollit ſitim. Tractat enim de carne & ſanguine partibus mortis ſuæ. vt cõplectẽdis mente vt cibo & potu animę quia niſi ſuſtentetur ſpiritus morte Chriſti vt cibo & delectetur illa vt potu, non eſt vita ſpiritus in nobis. Quod demum dicitur caro mea vere eſt cibus, &c. ad literã (vt patebit)

tebit)eandem materiam tractat, & mortem ſuam habere vere rationem cibi aç potus ſignificat:vt ibi declarabitur. Quanuis extẽſiue verificetur etiam de carne & ſanguine ſub ſacramento: ſicut etiam caro naturalis & ſanguis naturalis Chriſti extenduntur ad ſacramentũ euchariſtiæ:pro quanto vere continentur ſub ſpeciebus panis & vini in illo ſacramẽto. ¶Inepte autem applicari hinc neceſsitatem communicandi omnibus,ex eo deprehenditur quod manducare ſacramentum præſupponit manducationem naturalẽ ſicut naſci ſacramentaliter præſupponit naſci naturaliter. Nullus naſcitur ex aqua & ſpiritu niſi nat⁹ ſecundũ carnem, & ſimiliter nulli impotenti exercere actũ manducandi naturalem imponitur neceſſitas manducandi ſacramentum.Infantes ergo qui adhuc manducare nõ poſſunt, ſed ſugere, inepte concluduntur ſub hoc præcepto dato ſed non conceſſo quòd de manducatione ſacramẽti textus loqueretur.Quod enĩ ſub actu manducandi imponitur,ſolis potentibus manducare indici intelligitur ſecundum planam legum omnium intelligentiam,ſed non oportet ex datis arguere iſtos:quia ex textu conuinci poſſunt nam de illo manducare ac bibere tractat textus iſte,de quo immediate ſubditur. [Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem.] Conſtat enim quòd manducare & bibere ſacramentum,non eſt hoc manducare & bibere quoniã mãducare & bibere ſacramentũ, commune eſt ad digne & indigne manducare & bibere: vt Apoſto.clare docuit.1.ad Cor.11.hoc autem de quo textus loquitur,non eſt cõmune ad digne & indigne:quia eſt habere vitam æternam:vt textus dicit.Nõ enim dicit qui manducat digne carnem meam, & bibit digne ſanguinem meum,ſed qui manducat & bibit:vt intelligamus quòd de ipſo manducare & bibere loquitur quod non eget modificatione digne,quod non eſt commune ad digne vel indigne.[Clare igitur apparet quòd non eſt ad literam ſermo de manducare & bibere ſacramentum euchariſtiæ, ſed de manducare bibere mortem Ieſu.

¶Declarata itaque neceſſitate manducandi carnem & bibendi ſanguinem(alioquin non habetur vita ſpiritus in nobis)declarat modum quo hoc manducare & bibere ſe habet ad vitã.Multipliciter ſiquidem cõtingere poteſt aliquid eſſe neceſſariũ ad vitã. Poſſum⁹ enim dicere niſi pecuniam habeas nõ ſanaberis,niſi medicum habueris nõ ſanaberis, niſi tali balneo aut cibo vſus fueris nõ ſanaberis,& hæc diuerſimode verificãtur. Et propterea quum dixiſſet Ieſus,niſi manducaueritis carnẽ,& biberitis ſanguinẽ non habebitis vitã in vobis,quia multipliciter intelligi poterat manducatio

neceſſaria

neceſſaria ad vitam, declarat quomodo concurrit manducare carnem & bibere ſanguinem eius ad vitam: dicendo. [Habet vitam æternam.] Ecce de quo manducare loquor: de illo ſcilicet quod eſt habere vitam æternam, quòd fert ſecum vitam æternam, quod ponit in manducante & bibente vitam æternam. ¶ Vbi patet qualiter ſe habet hoc manducare & bibere ad vitam æternam. quòd nõ ſicut aliquid accidentale aut extrinſecum, ſed eſt ipſum habere vitam æternam. Dicendo enim poſt promulgatam neceſſitatem mãducandi ad vitã, qui manducat habet vitam, ſignificat quòd manducare eſt habere vitam. Et vere ſic eſt. quandoquidem paſci morte Ieſu, eſt habere vitam æternam. [Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.] Non eſt repetitio, ſed explicatio eiuſdem præmij mãducãtium carnem & bibentium ſanguinem filij hominis: quod promiſſum eſt tam venientibus quàm credentibus in filium dei, miſſum à deo. [Caro enim mea.] Coniunctio enim teſtatur quòd ad reddendam rationem præcedentium inducuntur hæc verba. Redditur ſiquidem ratio eius quod dixerat, qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem habet vitam æternam. Et incipit ratio ab hoc quòd caro eius eſt cibus & ſanguis potus. Caro mea. naturalis quam dabo pro mundi vita. [Vere eſt cibus.] Non dicit eſt cibus corporis, ſed abſolute eſt cibꝰ: ne arctareꝭ ſenſum ad cibũ corporis. Vnde ſufficit ad verificandum hunc textum quòd ſit cibus animę tranſfertur enim cibi nomen & ratio à cibo corporis ad cibum animæ, Cibus autem nomen eſt officij cibandi, ſignificans proportionem rei quæ manducatur ad cibandum manducantem. Vnde panis qui eſt cibus hominis, eſt venenũ accipitri. ¶ Ad ſignificandum itaque quòd caro ſua non falſo, non opinione, ſed ſecundum veritatem cibat animam, dicit, vere eſt cibus: ad differẽtiam gloriæ humanæ q̃ reputatur cibus animæ: ad differentiã ſpeculatiuæ contemplationis, quæ reputatur cibus animæ, & vniuerſaliter ad differentiam reliquorum quæ reputantur cibare animã: quoniam nihil horum vere eſt cibus animæ quoniam nihil horũ viuificat animã: verus enim cibꝰ ſolus ille eſt qui viuificat. [Et ſanguis meus.] naturalis qui effundetur pro mũdi vita. [Vere eſt potus.] non venenum: Eſt enim non falſo, non opinatiue officiũ habẽs potus animę eſt nãq; viuificãs animam ſicut potus corporeꝰ viuificat corpus. ¶ Et dixit hæc: ad manifeſtandũ quòd mors ſua eſt alimentum perfectũ animæ. conſtat enim alimentum perfectũ ex cibo & potu. [Qui manducat meã carnẽ & bibit meum ſanguinẽ, in me manet & ego in illo.] Proſequitur rationem: declarando

modum

modum quo tam caro quàm ſanguis ſuus viuificet alendo animã. Et affert ambas veri cibi & veri potus conditiones, verificari inter carnem ac ſanguinem ſuum & manducantẽ ac bibentem, Tandiu res manducata eſt cibus corporis quandiu manet in manducante & manducans in illa, & ſimile eſt de potu: Alimentum enim corporis oportet quod ſit in illo qui alitur: alioquin non aleret, & rurſus oportet quòd qui alitur ſit in re quę alit: ſit dico per operationem naturæ. Niſi enim natura eius qui alitur attendat alimento, iam non alitur. rurſus ſi alimentum tranſiuit ſiue in eum qui alitus eſt, ſiue in quancun que aliam materiam, iam non eſt amplius alimentum, iam non eſt cibus aut potus. ¶Dicendo itaque in me manet & ego in illo, omnes conditiones alimenti deſcribit ſibi cõuenire reſpectu manducantis carnem & bibentis ſanguinem eius. Nam dicendo manet, excludit tranſitum dicendo in me, ponit attentationem manducantis ad ipſum, & dicendo & ego in illo, ponit ſe intus in manducante. Coniunctionem ergo mutuam ac permanentem intus, ſignificat inter manducantem & ipſum. Conſtat autem coniũctio iſta mutua in anima, ex charitate: iuxta illud, Qui manet in charitate, in deo manet & deus in eo. Et eſt animum manere in IESV vt amato & deſiderato: & ſimiliter IESVM manere in animo vt amato & trahendo ad ſe. ¶Si hæc latius intelligere vis, conſidera quomodo amans eſt in amato ſecundum amorem veræ amicitiæ, ſimul & concupiſcentiæ: cogitando de illo, deſiderando illi bona (gloriæ, famæ, diuitiarum) ſperando ab illo, &c. & intelliges hæc. ¶Significantius autem dicit in me & ego in eo, & non dicit manet in carne aut in ſanguine meo & ſanguis aut caro mea in illo: vt aſcendat à carne & ſanguine ad ſeipſum: vt declaret quòd manducare carnem & bibere ſanguinem, cõiungit manducantem & bibentem non tantum carni & ſanguini, ſed ſibiipſi, vt intelligamus quòd qui paſcitur morte eius, non coniungitur tantum humanæ meæ naturæ, ſed coniungitur mihiipſi, qui ſum nõ ſolum homo, ſed verus deus. [Sicut miſit me.] Pedetentim inducit concluſionem. Incœpit enim ex hoc quòd caro & ſanguis meus eſt verũ alimentũ animæ, & inde ſubiunxit q̃ hoc alimentũ præſtat manducanti & bibenti, manere in me & me in illo: modo autẽ adiungit quòd manere in me & me in illo. dat manducanti viuere propter me, vt ſic de primo ad vltimũ illatio pareat eius quod propoſuerat ſcilicet qui manducat meam carnẽ & bibit meũ ſanguinẽ habet vitã æternam. ¶Ad declarãdum itaque hoc quòd manere me in mãducante & manducãtẽ in me, cõferat

ferat viuere propter me, immo sit ipsum viuere propter me affert similitudinem modi quo ipse Iesus viuit. Et dicendo misit me, vtranque naturam suam significat. nam missus est filius dei: missio autem est ipsa incarnatio. [viuens pater.] Quia intendit resoluere effectum qui est vita manducantiũ, in supremã causam propriam, ideo non dicit sicut misit me pater, sed adiungit viuens, vt effectus vitæ reducatur in primum viuentem tanquã propriam vitæ causam. [Et ego viuo.] Ecce causa media, similiter secundum latitudinem vitalem. [Propter patrem.] Ex eo quod meminit missionis, & præpositio propter dependentiam significare videtur, de vita Iesu spirituali qua ver⁹ homo viuit spiritu propter patrem viuentem tum effectiue, tum exemplariter, tum finaliter, est sermo. [Et qui manducat me. & ipse viuet propter me.] hoc est sicut missio à patre viuente facit, me viuere propter patrem, sic consequenter manducatio mei viui facit manducantem viuere propter me. Ita quod missioni respondet manducatio & viuere propter patrem viuum, respondet viuere propter me viuum. Et missio quidem filij à patre viuente, est verissima & propria ratio quod filius secundum humanitatem viuat totaliter ppter patrem nam mysteriũ incarnationis est ratio quod filius secundum quod homo totaliter viuat propter patrẽ. tota enim vita Christi fuit semper propter deum. ita q̃ nihil penitus declinauit ab esse propter deum. manducare vero Iesum viuum (hoc est pasci in intellectu & affectu de Iesu viuo) ratio est quod manducans viuat non totaliter sed secundum spiritum propter Iesum viuum non mortuum cibum. Vt intelligamus quòd à patre viuente deriuatur vita in filium viuum, & à filio viuo deriuatur vita in nos, sed à patre deriuatur per missionẽ, à filio vero deriuatur per manducationem, & percipiamus non solum in Iesu vt filius est dei sed etiam vt est filius hominis, esse virtutem causatiuam vitæ nostræ: non sicut in primo principio vitæ sed sicut in media causa tali qualis descripta est: scilicet vnita filio dei per gratiam vnionis personalis quã ipsius missio significat. Simúlque percipiamus cõtrarium esse ordinem in manducatione hac spirituali & in manducatione corporali, quo ad rationem vitæ. In cibatione enim corporis, ratio viuendi ex parte manducantis se tenet, & ex ipso prouenit quod cibo communicetur vita: vt patet. In manducatione autem hac, vita communicatur manducanti ex cibo manducato: ita quod vita se tenet ex parte Iesu qui manducatur viuus. Et ad hoc explicandum attulit aduerbium similitudinis dicendo sicut misit

me.

me ſignificatur enim aſsimilari modo viuendi propter patrem, ex miſsione cauſato, modum viuendi noſtrum ex manducatione ipſius. ¶ Mutila autem apparet ſimilitudo: quia poſt ſicut non ſubiungitur ſic perfecta enim locutio exigebat vt diceretur ſic & qui manducat me. Sed propter myſterium Euangeliſta tacuit ſic: ad ſignificandum quod non ſimilitudo quam cauſalitas intenditur, per hæc verba vt intelligamus quod quia pater viuens miſit filiũ viuentem propter ipſum deum patrem, ideo effectum eſt vt qui manducat Ieſum viuat propter Ieſum. Hinc enim ſenſus intentus eſt, reddens rationem veram & propriam quare manducans carnem & bibens ſanguinem Ieſu habet vitam æternam, & propterea non ſubiunxit ſic: ſed tacito hoc aduerbio ſubiungit coniunctionem copulantem effectum ſuæ propriæ cauſæ. [Hic eſt panis.] Recole quod ſermo iſte de carne eius vt cibo incœpit dicendo & panis quem ego dabo caro mea eſt quam dabo pro mundi vita: quia itaque à pane incœpit, ad panem redit. Nec ad repetendum dicuntur iterum verba hæc: ſed ad explicandum eadem competere filio hominis quæ dicta ſunt de filio dei. Superius de ſeipſo ratione naturæ diuinæ exiſtentis in ipſo miſſo à deo, in ipſo verbo incarnato, dixerat hic eſt panis qui de cœlo deſcendit, & reliqua de differentia ad manna in deſerto. modo hæc eadem dicit de carne ſua, ratione tamen hypoſtaſis. Vnde pronomen hic demonſtrat panem carnem ſuam dandam pro mundi vita. [Qui de cœlo deſcendit.] Et eſt præteriti temporis deſcendit. Vt intelligamus non eſſe aliam carnis ſuę hypoſtaſim & aliam hypoſtaſim filij dei, ſed vnam & eandem, dicit de pane carnis ſuæ quod deſcendit de cœlo. Et vere hypoſtaſis carnis Ieſu deſcendit de cœlo, quando verbum caro factum eſt. [Non ſicut manducauerunt patres veſtri manna & mortui ſunt.] Nõ eſt repetitio ſed explicatio quod etiam panis qui eſt caro ſua habet hanc conditionem quod tollit mortem. & differt à mãna dato in deſerto. in hoc quod manducantes manna mortui ſunt, perdiderunt vitam pro qua ſeruanda manducabant manna, non ſic autem contingit manducantibus hunc panem, ſed. [Qui manducat hunc panẽ] carnis meæ. [viuet in æternum.] illa vita pro qua ſeruanda manducat hunc panem. Quod verum eſt quantũ eſt ex parte manducati panis, quoniam ſufficit ad ſeruandum vitam ſpiritus in æternum. Quia tamen non tollit libertatem arbitrij humani, ex parte hominis contingere poteſt quod manducato hoc pane homo poſtea moriatur morte ſpiritus, morte peccati mortalis, abiciendo

do à se vitam æternam quam panis hic præstat. [Hæc dixit in synagoga docens in Capharnaũ.] Locus describitur, vt historia explicet. [Multi ergo audientes ex discipulis eius, dixerũt. Durus est hic sermo.] Accusãt sermonem Iesu quòd impenetrabilis sit ad similitudinem duri, quod nõ cedit tangenti. [Et quis potest eum audire?] Superfluit cõiunctio &. Nõ solũ sermonem accusant, sed auditorem non posse inueniri dicunt. [Sciens autem Iesus apud semetipsum.] Vt intelligamus quod murmur discipulorum non audiebatur à Iesu: sed diuinitus sciebat Iesus discipulorum murmur. [Quod murmurarent de hoc discipuli eius, dixit eis, Hoc vos scãdalizat?] Interrogatiue legendũ est. Intelligens siquidẽ Iesus ex sermone suo scandalizatos discipulos, intendit sedare eorum scãdalum & interrogatiue manifestat eis quæ inter se dixerant murmurando. ¶ Pronomen hoc demonstrat sermonem dictum de seipso quod erat panis cœlestis &c. Et non expectata illorum responsione tollit rationem scandali. subiungendo [Si ergo videritis filium hominis.] Duo dixerat Iesus quæ videbantur dura. Alterum fuit. ego sum panis viuus qui de cœlo descendi. Vnde & contra hoc dixerant Iudæi, nõne hic est Iesus filius Ioseph &c. Alterum fuit, Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem non habetis vitam in vobis, cum reliquis huiusmodi. Contra quòd dixerant Iudæi, quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum? Et propterea quo ad vtrunque sedat Iesus scandalum. Et quantum ad primum (scilicet ego sum panis viuus qui de cœlo descendi) dicit. si ergo videritis filiũ hominis. [Ascendentem vbi erat prius.] Supple videbitis veritatem verborũ meorum sonantium quòd descendi de cœlo. Et vere conuincit discipulos conditionalis ista quòd si viderint ipsum ascendentem in cœlum, certi erunt quòd descenderit de cœlo. visus enim contestans ascensum, sufficiens est testimonium de priori descensu. Subintelligitur autem categorica, quòd videbitis filium hominis ascendentem: ac per hoc manifestum tunc erit quòd descendi de cœlo. ¶ Dixit autem hæc conditionaliter: eo quòd multi illorum discipulorum non erant visuri ipsum ascendentem in cœlũ. Propter hoc enim non dixit videbitis: sed conuincit eos ex conditione si videritis. multi siquidem illorum erant visuri & multi non: vt patet ex eo quod multi remanserunt & multi abierunt. ¶ Et dicit vbi prius erat, propter veritatem vtriusque naturæ erat enim prius secundum naturam diuinam in cœlo & ascendebat secundum naturã humanam. vna tamen & eadem hypostasis

vtriusque

vtriuſque naturæ. Et propterea ratione vnius erat ibi ratione alterius erat aſcenſurus. [Spiritus eſt qui viuificat.] Quantum ad ſecũdam occaſionem ſcandali (ſcilicet manducationem carnis ſuæ) ſedat ſcandalum acceptum, prius aſsignando rationem vitæ abſolute, & deinde applicando ad propoſitam materiam. Et abſolute quidem dicit. ſpiritus eſt qui viuificat, vita quę ſola eſt vera vita ſine admixtione mortis, qui viuificat animam, qui dat & ſeruat vitam æternam. [Caro non prodeſt quicquam.] hoc eſt caro inquantum caro inquantum diſtinguitur è regione ſpiritus, non prodeſt quicquam ad dandum ſeruandũmque vitam eternam. Sicut Nicodemo impoſsibile reputanti quod homo iterum naſcatur, dixerat quod natum eſt ex carne caro eſt & quod natum eſt ex ſpiritu ſpiritus eſt, ita modo diſcipulis ſcandalizatis de manducatione carnis ſuæ & potu ſanguinis ſui ad habendum vitam ęternam, dicit. Spiritus eſt qui viuificat, vita æterna, caro non prodeſt quicquam, ad vitam æternam. Et eſt ſermo iſte formalis de ſpiritu & carne: & verus ſic vt nullam habeat contradictionem ſi penetretur. Non dicit, caro mea non prodeſt quicquam (hoc enim contrariaretur antedictis qui manducat meam carnem habet vitam æternam) ſed dicit caro, vt intelligamus in pronomine mea, ſignificari ſpiritum iunctum carni: ex quo caro mea prodeſt multum ad vitam æternam, ex quo caro mea manducata ſeruat vitam æternam. Propter quod reddidit rationem quare caro ſua confert vitam æternam, ex hoc quòd ipſe viuit propter patrem, & manducans ipſum viuit propter patrem, & manducans ipſum viuit propter ipſum. quæ ambo conſtat ſpectare ad ſpiritum. Vnde hinc habetur quòd etiam caro Chriſti inquantum caro è regione ſpiritus, nec crucifixa nec mortua prodeſt quicquam ad vitam mundi. ſed confert vitam mundo inquantum caro Chriſti crucifixa, mortua &c quoniam dicendo caro Chriſti inquantum caro, dicitur id quod commune eſt omni carni. dicendo autem inquantum caro Chriſti, dicitur id quod eſt proprium Chriſto. ſcilicet caro iuncta filio dei & ſpiritui charitatis in anima Ieſu Chriſti. [Verba quæ ego locutus ſum.] pro, loquor, [vobis.] Res ſignificatæ per verba quæ ego loquor vobis in hac mea doctrina de carnis & ſanguinis mei manducatione & bibitione. [Spiritus & vita ſunt.] Tum ex parte rei manducandæ & bibẽdæ: quia caro mea & ſanguis meus habent rationem cibi & potus, ex ſpiritu & vita ex ſpiritu quidem deitatis meæ & charitatis meæ: ex vita vero ſimiliter diuina & ſpirituali in me exiſtente. Tum ex parte

actus

actus manducandi & bibendi quia manducare & bibere non ſunt actus carnales, ſed ſpirituales & vitam veram ſecum ferentes. Tum ex parte manducantium: quia non ſecundum carnalem partem ſed ſecundum eam partem hominis quæ ſpiritus eſt, & ad quam ſpectat vita vel mors æterna, exercenda eſt manducatio carnis meæ & bibitio ſanguinis mei. Tum ex parte effectus quia nō ſeruatur per hoc manducare & bibere caro, ſed ſpiritus. & confertur non vita opinata aut ſecundum quid, ſed vita quæ vera & æterna vita eſt. Omni ergo ex parte quæ dixi ſunt ſpiritus & vita.

¶ Vbi prudens lector conſidera quod cum duo in re hac dixerit (ſcilicet manducare & bibere, & vitam æternam habere manducando & bibendo) primum declarat eſſe ſpiritum, hoc eſt ſpirituale. alterum autem confirmat eſſe vt dixerat: ac per hoc inſtruit eos q; verba ſua ſpiritualiter intellecta (hoc eſt de ſpirituali cibo, de ſpirituali potu, de ſpirituali manducare & bibere) habent ſecū vitam æternam, vt prius dixerat Et quia tota ratio ſcandali erat ratione manducationis & bibitionis carnalis, ideo ſufficientiſsime ſublata eſt ¶ Et ſcito hoc in loco antiquum errorem negantem in euchariſtiæ ſacramento verum Chriſti corpus contineri, modernis temporibus fundatum eſſe ſuper hunc textum caro non prodeſt quicquam Conuincuntur autem ex hocmet textu, intellecto ſecundum eos de ſacramento euchariſtiæ: ex eo quod manifeſte dictum eſt, qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem habet vitam æternam. Si nanque de ſubſtantia carnis Chriſti eſt ſermo, caro multum prodeſt: vtpote qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem habet vitam æternam, & modo dicitur quòd non prodeſt quicquam ergo propriam ignorant vocem hæretici iſti. ¶ Planus literæ ſenſus iam explicatus eſt: ſcilicet quod eſt ſermo de carne vt caro diſtinguitur contra ſpiritum eſt ſermo de carne abſolute non de carne Chriſti, quæ eſt caro iuncta ſpiritui qui eſt deus. Sed ſi etiam condeſcendendum eſt iſtis hebetioris intellectus, in promptu eſt altera expoſitio: ſcilicet quòd quum dicitur quòd caro non prodeſt quicquam, caro non eſt nomen ſubſtantiæ ſed officij hoc eſt carnalis tam cibus quàm potus. Hic enim ſenſus directe reſpondet ſcandalo diſcipulorum, & nulli prius dictorum aduerſatur: quoniam cum hoc ſenſu eſt ſimul verum quòd qui ſpiritualiter manducat carnem naturalem Chriſti & ſpiritualiter bibit naturalem ſanguinem Chriſti (credendo conſtendo, & amando carnem datam pro mundi vita & ſanguinem ſimiliter fuſum pro mundi vita) habet vitam æternam. Perinde

Inde est autem asserere quòd caro naturalis Christi non prodest quicquam ad vitam spiritus, & asserere quòd caro crucifixa, sanguis effusus Iesu Christi nihil nobis prodest ad salutem æternam, quia caro non prodest quicquam quod est non esse christianum. [Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt.] Reddita ratione doctrinæ suæ Iesus declarat scandalum discipulorum non ex duro sermone sed ex eorum incredulitate procedere. Et ad hoc significandum aduersatiua vtitur coniunctione: dicendo, sed sunt quidã ex vobis. Acsi apertius dixisset, Nõ est duritia sermonis occasio scandali, sed incredulitas quorũdã ex vobis [Sciebat enim ab initio Iesus.] Interponit Euangelista rationem verborum Iesu non esse scientiam nouam, sed scientiam ab initio conceptionis suæ. [Qui essent credentes.] Duo explicat præscita. Alterum commune multis: quo distinguuntur credentes à non credentibus Alterum proprium Iudæ proditori: dicendo. [Et quis traditurus esset eũ.] Quo distinguitur Iudas ab alijs vndecim Apostolis [Et dicebat] ex scientia prædicta. [Propterea dixi vobis] Nõ solum docet originem scandali esse ex eorũ incredulitate, sed originem incredulitatis eorum declarat propterea, quia sunt quidam ex vobis qui nõ credunt, dixi vobis, paulo antè. [Quia.] pro, ℣, [nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datũ à patre meo.] Ecce origo incredulitatis vestræ, negatio tractus à patre meo. hoc enim superius dixerat, nemo potest venire ad me nisi pater me traxerit eũ. [Ex hoc.] pro, ex eo subaudi tẽpore [multi discipulorũ eius abierũt retro.] pro, abierunt ad ea quæ retro Incredulorum pertinaciam subiungit Euangelista: quòd non obstantibus his sermonibus Iesu, multi discipuli abierunt ad ea quæ retro. Profectum vitæ spiritualis significari per progressum ad anteriora, defectum vero per ire ad ea quæ retro, testatur Apostolus ad Philip. 3. ea quæ retro sunt obliuiscens, ad ea vero quæ sunt priora meipsum extendens. Vnde Euangelista describit istos ad defectum vitæ spiritualis abisse. [Et iam non cum illo ambulabant.] sequela corporali Vnde appa ret quòd & corpore & spiritu deseruerunt Iesum. & ℣ abire retro, spectat ad spiritum: sicut non ambulare spectat ad societatem corporalem. [Dixit ergo Iesus ad duodecim, Nunquid & vos vultis abire?] Occasione accepta ex recessu multorum discipulorũ, interrogat Iesus duodecim non inuitando ad recessum, sed tũ ad explicandũ eos esse in sua libertate. tum ad cauendũ ne putarent Iesum indigere eis: & arrogarent sibi quòd remanendo cum Iesu, conferrent beneficium ipsi Iesu. [Respondit ergo ei Simon Petrus.]

Significanter Euangelista apponit ergo: vt intelligamus Petrum
Sc. plenum fidei & feruoris, occasione accepta ex hac propositione
Iesu prorupisse in hãc responsionem. [Domine ad quem ibimus?]
Nota particulas responsionis Inchoat à persona Iesu tanquàm ab
eo cui nullus est comparabilis: dicendo ad quem ibimus, scilicet
similem tibi? Quasi dicat, nullus est qui possit tibi comparari ad
quem ire possemus. [Verba vitæ æternæ habes.] Dixerant alij di-
scipuli, durus est hic sermo. & propterea Petrus post commenda-
tam personam, commendat sermonem Iesu. Commendat autem
ad communem mundi vtilitatem, non diuitiarum sed vitæ, non
temporalis sed æternæ. [Et nos credidimus.] pro, credimus, [& co
gnouimus.] Vtrunque est præteritum. In persona collegij duode-
cim apostolorum Petrus putans se verum dicere, putans alios vn-
decim esse tales qualis ipse erat, tertio loco à communi apostolo-
rum fide perseuerantiam asserit, & dicit duos actus. scilicet credi-
disse (& hic est actus intellectus moti à voluntate ad credendum)
& cognouisse. & hic est actus intellectus moti à testimonijs tot mi
raculorum [Quod tu es Christus filius dei.] Deest secundũ quos-
dam codices Græcos, viuentis. Quod si in omnibus nõ est, adiun-
ctum ab aliquo videtur. Si autem de textu est, dicta videntur hæc
à Petro postquam in partibus Cæsarææ Philippi dixerat ex patris
cœlestis reuelatione, tu es Christus filius dei viui. Matt 16. vbi hęc
exposita sunt. [Respondit ei Iesus, Nonne ego vos duodecim ele-
gi?] Corrigit Iesus responsionem Petri: aperiendo quòd occasio
dicendi nunquid & vos vultis abire, non ex diffidentia aut ig-
norantia fuit sed ex iniquitate vnius eorum. [Nec dicit absolute vn⁹
ex vobis diabolus est, sed commemorando electionem nonne ego
elegi vos duodecim ad explicandum grauitatem criminis, quòd
cum tanto beneficio (scilicet quòd ego elegi vos) vnus ex vobis
est diabolus & ad insinuandum nouitatem huius criminis in illo,
scilicet quòd post electionem est effectus diabolus. Dicendo nan-
que nõne ego elegi vos, insinuat quòd bonos elegit duodecim ex
vniuerso numero discipulorum. immo ad hoc significãdum, pro-
nomen emphasim exercens appositum apparet. Acsi appertius di-
xisset, ex eo quòd non obstante quòd ego elegerim vos bonos ad
gradum Apostolatus, vnus ex vobis ex sua libertate est diabolus,
occasio mihi data est interrogandi omnes. nunquid & vos vultis
abire, vtendo male vestra libertate sicut ille vnus vtitur. Simulque
declarat petro & alijs non verificari verba Petri ad quem ibimus,
de singulis eorum. nam ille vnus habebat alium ad quem iret. sci-

licet

licet ad propria commoda. [Et ex vobis vnus diabolus.] Dictionẽ Græcam interpres reliquit debebat transferre hanc vt alias: & dicere calumniator seu delator. explicat siquidem Iesus speciem criminis. Et vere Iudas calumniator seu delator fuit: quoniam detulit Iesum & calumniatus est Iesum tanquàm malum, quando vendidit ipsum. Quod quanuis alibi non sit ab euangelistis explicatum, constat hoc in loco explicari: expresse subiungente Euangelista q, propter Iudam proditurum Iesum, dixit Iesus hæc de Iuda [Est.] Non dicit erat aut fuit, sed est: vt intelligamus crimen præsens, nõ in vno actu sed in vsu. calũniator enim seu delator nõ potest proprie dici qui semel tantum calumniatur aut defert, sed qui in vsum ducit calumniari seu deferre. Ita quòd hinc habemus quòd Iudas iam erat calumniator, etiam antequàm calumniaretur Iesum quòd sensualis esset: vtpote qui vnguenti precioſi vnctionibus delectaretur: & hoc à muliere pulchra. hanc enim calumniam implicite elicimus ex euangelio. [Dicebat autem de Iuda Simonis Scarioth.] pro, Iscariote. Legendum est enim in casu ablatiuo: quia refertur non ad Simonem sed ad Iudam: vt ipsius cognomẽ. [Hic enim erat traditurus eum, quum esset vnus ex duodecim.

CAPVT VII.

Post hęc autẽ.] Ordo historię significatur. [Ambulabat.] prædicando [Iesus in Galilæã.] p, in Galilęa. Erat enim in Galilęa. [Non enim volebat in Iudęã.] pro in Iudęa [ambulare.] hoc est nõ volebat discurrere per Iudęã prædicando, sed discurrebat per Galilæam, [Quia quærebant eũ Iudęi interficere.] Ad litérã ideo declinabat Iudæã, quia nolebat adhuc capi & occidi. agens quod erat hominis. [Erat autem in proximo.] pro, in propinquo, [dies festus Iudæorum scenophegia.] pro, scenopegia. Et est dictio Græca, à fixione tentoriorum dicta: significans festum tabernaculorũ quod à quintodecimo die mensis septimi à Iudæis septẽ diebus celebrabatur, in memoriam quòd fixerãt tabernacula quadraginta annis in deserto, aliti à deo: vt dicitur Leui. vigesimotertio. Et describit tempus Euangelista. vt intelligamus sex menses defluxisse inter relata in præcedenti capitulo & quę referuntur in hoc. nam illa fuerant gesta quum propè esset pascha, quod celebrabatur ad primã oppositionem lunæ ad solem in ariete: hoc autem festum celebrabatur sole existente in libra, quum esset in oppositione lunæ mensis septimi. vt gesta interim, ab alijs Euangelistis scripta, non repetat. [Dixerunt autem.] pro, ergo. Occasionem dicendi,

prius præmisit Euangelista fuisse quia Iesus declinabat Iudæam, declinans persecutiones Iudæorum. Et propterea dicit, dixerunt ergo: hoc est ex hac occasione. [Ad eũ fratres eius.] Scripturę cõsuetudine, consanguinei appellantur fratres. [Transi hinc.] id est ex Galilæa. [& vade in Iudęam.] Vbi est Metropolis Hierusalem. [Vt & discipuli tui videant opera tua quæ facis.] Seipsos eximũt à numero discipulorum: cupientes vt discipuli Iesu qui erant in Iudæa, qui non sequebantur ipsum sed audiebant ipsum, viderent miracula quæ faciebat Iesus. [Nemo quippe in occulto quid facit & quærit ipse in palã.] pro, in libertate, [esse.] Rationem assignãt transeundi in Iudæam ad hoc vt discipuli eius videant miracula ipsius, ex communi ratione quærentiũ liberari à persecutionibus. Nullus enim quęrẽs liberari à persecutionibus, facit miracula sua in occulto. sed in publico. vt sic visis miraculis habeat fautores & liberetur à timore persecutionum. ¶ Vbi duo considera. Alterum est quòd isti supponebant Iesum quærere liberari à persecutionibus Iudæorum, quærere vt ipse esset in libertate eundi per Iudæã & Hierusalem, & libere prædicandi & docendi ibidem, absque timore persecutionum Iudæorum. Et hoc putabant quia videbant quòd Iesus nolebat in Iudæam ire quia quærebãt ipsum Iudæi interficere. ¶ Alterum est quòd locus Galilææ respectu Iudææ existimabatur ab illis locus occultus respectu Iudæorum propter hãc enim existimationem, dicunt Iesum facientem miracula in Galilæa facere in occulto respectu Iudæorum. Et habet nonnihil veritatis dictum istorum: quoniam miracula quanuis publice fierẽt in Galilæa, quia non fiebant in Iudæa, non credebantur à Iudæis narrata audientibus. & propterea erant Iudæis occulta quantum ad certitudinem scientiæ, quantum ad visum. [Si hæc facis.] Sub dubio dicunt Iesum facere miracula: vt ex eorum verbis cognoscamus ipsorum incredulitatem. [Manifesta teipsum mundo.] Primum hortati sunt vt iret in Iudæam ad faciendum ibidem miracula ad acquirendum libertatem à persecutionibus Iudæorum: modo hortantur ipsum ad idem ad acquirendam gloriam humanam. ¶ Et manifestationem in Iudæa appellant manifestationem mundo. tum quia ibi erant ex omni natione mundi, propter templum ad quod confluebant Israelitæ ex omni parte mundi. tum quia ibi erant principes sacerdotum & Scribæ ac summa totius populi Israel. Et propterea quod ibi erat manifestum, redundabat in manifestationem toti mundo: per quem dispersi erant Israelitæ. Ibi enam erat Cæsaris nomine præses: quo mediante poterat ipse

manife-

manifeſtari Cæſari: ac per hoc mundo. [Neque enim fratres eius credebant in eum.] Interponit Euangeliſta rationem verborum: quia ſcilicet nec ipſi credebant in Ieſum, ſed exiſtimantes ipſum eſſe purum hominem, ad ea quæ mundi ſunt hortabantur: libertatem ſcilicet & gloriam. vnde clare apparet hos Ieſu conſanguineos non eſſe illos qui erant electi in eius Apoſtolos, ſed alios. [Dicit ergo eis Ieſus] occaſione accepta ex eorum verbis [Tempus meum nondum aduenit.] Reſpondet ordine retrogrado ad ſingula. Et primo ad tertium, ſi hæc facis manifeſta te ipſum mundo dicendo quòd tempus manifeſtandi ſeipſum ita publice in Iudæa, nondum aduenit. Significãs per hoc quòd ſingula opera ſua agebat definitis temporibus, & non prout occurrebat: vt faciunt alij homines. Et in hoc continetur quòd nondum aduenerat tempus eundi in Iudæam. vt illi ſuadebant. [Tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum.] Adiungit differentiam inter tempus ſuum & tempus illorum: ad ſignificandum impedimentum non eſſe commune ſibi & illis: ſed differri tempus ſuum non autem tempus illorum, ad eundum manifeſte in Hieruſalem. [Non poteſt mundus odiſſe vos.] Reſpondet ſecundo dicto: ſcilicet vt viſis miraculis in Iudæa, liber ſit à perſecutionib⁹. Reſpõdet autem declarando cauſam perſecutionum non eſſe ignorantiam miraculorum, ſed odium ex eo quòd teſtimonium reddit de malis operibus eorum. Et ſimul explicat impedimentum temporis ſui non habere locum in fratrum ſuorum tempore. Ita quòd vtrunque intendit: ſcilicet & reddere rationem quare tempus ſuum nundum aduenit, & tempus illorum ſemper eſt paratum: quia mundus me odio habet, vos autem non & declarare quòd non ignorantia miraculorum ſed odium eſt ratio quòd Iudæi quærunt ipſum interficere. ¶ Quia autem fratres eius meminerant mundi (dicendo manifeſta teipſum mundo) ideo Ieſus etiam mundi meminit, dicendo nõ poteſt mundus, intendens appellatione mundi vniuerſitatem affectorum mundo vt ſic. Propter quod ſignificanter dicit non poteſt. naturale ſiquidem eſt vnicuiq3 diligere quod ſuum eſt. ac per hoc naturale eſt mundo diligere quod ſuũ eſt, diligere vos qui eſtis affecti mundo. ¶ Et per hoc ſoluitur obiectio opponentium quòd poterant iſti odio haberi ab alijs mundanis hominib⁹: vt cõtinue videmus odia mundanorum hominum inter ſe. Nam hinc appareret quòd non mundus, non ipſa vniuerſitas mundanorum contrariatur mundanis: ſed contrarietas eſt inter aliquos particulares mundanos hinc inde ex particularibus cauſis. Inter Ieſum au-

tem & mundum(hoc eſt vniuerſitatem mundanorum)erat cõtrarietas: quoniam ipſe contrarius erat non aliquibus: ſed omnibus mundanis vt ſic. Vnde & ſignificanter Ieſus loquitur de mundo tanquan de aliquo vno ſubiungendo. [Me autem odit, quia ego teſtimoniũ perhibeo de illo.] non quia neſciat miracula mea, ſed quia ego tum operibus tum verbis teſtimonium perhibeo de illo. [Quia.]pro, quòd, [opera eius mala ſunt.]Ecce res de mundo teſtificata à me: ſcilicet quod opera mundi(quorumcunque affectorum mundo)mala ſunt. Et hæc eſt vera ratio odij Iudæorum contra me. [Vos aſcendite ad diem feſtum hunc.] Reſpondet primo, tranſi hinc & vade in Iudęã Reſpondet autem ſimul concludendo ex præmiſſis vos aſcendite nunc. [Ego enim non aſcendam.]pro, ego nondum aſcendo, [ad diem feſtum iſtum.]Non negat ſe aſcẽſurum ſed negat ſuum tunc aſcenſum Sciebat enim ſe paulo poſt aſcenſurum. [Quia meum tempus nondum impletum eſt.] Quod prius dixerat nondum aduenit, modo dicit nõdum impletum eſt: inchoauerat enim ſed non aduenerat quo ad terminum. [Hęc quũ dixiſſet, ipſe manſit in Galilæa.]exequendo quod dixerat, ego nõdum aſcendo. [Vt autem aſcenderunt fratres eius, tunc & ipſe aſcendit ad diem feſtũ.] Quot dies interceſſerint quibus morat⁹ eſt in Galilæa poſt illa verba neſcitur: ſed hoc tamẽ ſcitur quòd poſt aſcenſum cognatorum ſuorum ipſe aſcendit [Non manifeſte, ſed quaſi in occulto.]Non enim aſcendit prędicando, pręmittendo diſcipulos ad præparandos auditores &cæ. ſed velut perſona priuata. [Iudęi ergo] de quibus dictum eſt quod quærebant eum interfi cere [Quærebant eum in die feſto, vt caperent. & dicebant, Vbi eſt ille] Non aperiebant venenum ſuum turbis: ſed non vidẽtes eum more ſolito interrogabant vbi eſt ille, volentes inueſtigare vbi eſſet [Et murmur multus.] pro, multum, [erat in turba.]pro, in turbis. [de eo. Quidam enim dicebant quòd bonus eſt. alij autem dicebant non, ſed ſeducit turbas.]pro, turbam. In turbis quidem erat murmuratio: & de turba erant dicentes ꝙ bonus eſt, & dicentes aut quod ſeducit turbam, inter turbas quidem erant, ſed non de turba. Niſi forte increduli aliqui de turba: arrogantes ſibi exẽptionem à turba, tanquam prudentiores alijs [Nemo tamen palã.] pro, libere, [loquebatur de illo.] Quamuis diuerſæ eſſent opiniones de Ieſu illi tamen qui recte ſentiebant, non libere loquebantur quod ſentiebant. [Propter metum Iudæorum.]Turbæ erãt diuerſarum tribuum & exiſtentes in Hieruſalem timebant Iudæos, qui principabantur & perſequebantur Ieſum. [Iam autem die feſto mediante.]

diante]pro,circa festi dimidium . Festum scenopegiæ durabat septem dies.vnde quarta dies videtur significari [Ascendit Iesus in templum.]Dixerat prius euangelista quod ascendit Iesus ad diem festũ:modo autem dicit quòd quarta die ascendit in templum.An autem ista sit explicatio temporis quo appulit Iesus Hierosolymis an triduo fuerit ibidẽ quasi in occulto,certum non habeo [Et docebat.]more solito in templo [Et mirabãtur Iudæi.]Quanuis quę rerent eum interficere,& Iesus agens quod est hominis ad tempus declinauerit eos,modo agens quod est dei,compescebat eos ne se caperent: & in motum admirationis eos vertit. [Dicentes , Quomodo hic literas scit] Manifestant ipsimet Iudæi duo.Alterum est quòd doctrina Iesu erat talis quæ notitia scripturarum procedebat,& tali notitia quæ non poterat haberi, nisi à viro literato: alioquin non dixissent,quomodo hic literas scit.Alterum est quòd sciebant Iesum non didicisse literas:alioquin non dixissent. [Quũ non didicerit?]Vbi aduerte quod non Galilæi,sed Iudęi erant isti: vt intelligamus Iudæos diligentius examinasse anteactam vitam & exercitationem Iesu in pueritia,in adolescentia & in iuuentute, & inuenisse quòd fabrili arti operam dederat, non literis. [Respondit Iesus,& dixit.]Occasione sumpta ex admiratione Iudæorũ declarat Iesus quomodo literas scit.[Mea doctrina.] quam auditis.[Nõ est mea.]hoc est non est à me. Quod verissimum est:quia est à patre.Ita quòd pronomen mea quũ dicitur mea doctrina,simplicem possessionem significat: quum vero dicitur non est mea, originem negat à se:quoniam nec ipse est à se,sed à patre. [Sed eius qui misit me.]Sed est originaliter eius,patris,qui misit me,per mysterium incarnationis. [Si quis voluerit.] Declarauerat quo modo literas scit,dicendo quòd suum docere erat in se à patre qui misit illum declarat modo qui sunt cognoscẽtes hoc scilicet quod doctrina eius est ex deo. Nec exigit vt literas didicerint aut discant,non magnitudinem ingenij,non longum studium. sed solam voluntatem., dicendo siquis voluerit. [Voluntatem eius facere.] Ecce quod exigit volendum.scilicet facere voluntatem dei, factis exequi quòd vult deus. [Cognoscet.] Amplissima schola ad cognoscendum , omnibus patet sola bona voluntate. [De doctrina.] supple mea. [Vtrum ex deo sit an ego à meipso loquar.] pro,loquor.Bona voluntas confert intellectui discernere doctrinam quæ ex deo est ab ea quæ non est ex deo quia spiritualis homo omnia dijudicat,animalis autem non percipit ea quæ dei sunt. Sicut enim bona dispositio gustus dat gustui discernere diffe-

 rentias

rentias saporũ,sic bona dispositio voluntatis si vere est bona(hoc est quantum est ex se, ex executione diuinæ voluntatis suam bonitatem comprobans)dat intellectui discernere doctrinam ex deo à doctrina quæ non est ex deo.hæc enim vt contraria vere bonæ dispositioni sentitur: illa autem vt consona. ¶ Et dixit hoc suauissimus doctor:vt declararet in Iudæorum voluntate consistere, vt cognoscant si doctrina eius est ex deo,an ipse loquatur à seipso se cluso deo. Et exclusit per hoc tacitam interrogationem quomodo possumus nos cognoscere verum esse quòd doctrina tua sit ex deo.modus enim iam dictus est. [Qui à semetipso loquitur gloriam propriam quærit.] Declarat nihilominus benignissimus magister signum commune omnibus etiam non facientibus voluntatem dei,quo possit cognosci doctrinam eius esse à deo Et confistit signum in hoc quòd qui loquitur à semetipso secluso deo, tẽ dit ad propriam gloriam,quærit quæ sunt mundanæ gloriæ: qui autem non quærit propriam gloriam,sed gloriam dei, monstrat quòd doctrina sua est à deo.Gloria enim est præcipuum appetibile ex doctrina,& propterea qui non quærit propriam, sed dei gloriã docendo, ex deo docet, non à seipso.Hanc tamen secundam partem latius prosequitur dicendo. [Qui autem quærit gloriam eius qui misit eum, hic verax est]Quo ad officium fideliter quærens quæ sunt mittentis,veraciter exercet officium missi. [Et iniustitia in illo non est.] Esset iniustitia si gloriam sibi vsurparet. Vbi considera quòd absolute hæc sunt vera de quolibet doctore diuinorum quôd qui quærit propriam gloriam,non à deo,sed ex seipso loquitur:qui autem quærit gloriã dei,& verax est in officio docendi,& iniustitiam non committit vsurpando sibi gloriam quæ deo debetur.Immò & consignificatur quòd qui loquitur à seipso, non solum iniustus est quærendo propriam gloriam,sed etiam nõ verax est:vtpote qui à semetipso(hoc est non ex deo) loquitur:omnis enim homo mendax. ¶ Singularissime autem dicit hæc Iesus de seipso in tertia persona verificata:quoniam & omnino verax,& sine vlla iniustitia quærens gloriam dei cum confusione propria, vixit, docuit & conuersatus est. [Nonne Moyses.] Dixerat si quis voluerit,declarando in volũtate eorum consistere quòd cognoscant doctrinam eius: subiungit modo ipsos non esse tales.eo quòd non seruant legem dei.Et hinc reddit rationem quare nõ cognoscunt doctrinam eius esse ex eo.Aggrauat autem transgressionem eorum,dicendo nonne Moyses.Commemorando enim datorem legis quẽ ipsi venerabantur, inexcusabiles eos monstrat:non-

ne

ne Moyſes,quem vos veneramini [Dedit vobis legem] Dei.[& nemo ex vobis facit legē?] Quanuis ſermo iſte verificaretur de omnibus,pro quanto nullus perfecte ſeruabat legem(iuxta illud Actuum decimoquinto quod neque nos,neque patres noſtri portare potuimus)directe tamen ad Iudæos quærentes Ieſum interficere,ſermo iſte dirigitur. Vnde & ſubiungitur. [Quid me quæritis interficere?] Contra legem directe agitis,quærentes me interficere Scriptum eſt Exod 13. inſontem & iuſtum ne occidas: quænam cauſa eſt in me cur quæratis me interficere. [Reſpondit turba] Ieſus in communi loquebatur, ad Iudæos intendens turba autē ne ſciens Iudæorum conſilium arrogauit ſibi verba omnibus dicta. Et propterea reſpondit.[Et dixit.Dæmonium habes.] Prorumpit in contumeliam,immò blaſphemiam: vere conteſtans quòd non ſeruabat legē.ac per hoc nō cognoſcebat doctrinā Ieſu eſſe ex deo, ſed attribuebat eam dæmoni.Neſciens inſana turba vnde IESVS doctrinam haberet, attribuit illam dæmonio:& dæmoniacum aſſerit Ieſum.[Quis te quærit interficere?] Attribuit mendacium Ieſu, dicenti quid me quæritis interficere? Et hoc quia turba neſciebat conſilium Iudæorum:ſed temeritas turbæ monſtratur negādo quod neſcit.[Reſpondit Ieſus: & dixit eis, Vnum opus feci.] Non reſpondet contumelijs, ſed cauſæ quam imponebant ei Iudæi,ſcilicet quod eſſet violator ſabbati. propter quam cauſam dicebant ſe perſequi illum· vt in capite quinto dictum eſt. Vbi & narrauit euangeliſta curationem languidi triginta octo annos:cuius nunc meminit Ieſus, dicendo vnum opus feci. Commemorat enim illud opus quo curauerat hominem illum in ſabbato,& præceperat vt tolleret grabbatum ſuum. hoc ſiquidem fuerat opus factum ab ipſo in Hieruſalem. [Et omnes miramini.]Quum multa feciſſem miracula in Hieruſalem non eſtis admirati omnes niſi de hoc vno.Apparebant enim in hoc vno quaſi contraria .hinc diuina operatio miraculi,præſertim quia cura facta fuerat ſolo imperio:inde violatio ſabbati.Et propterea mirabātur omnes, neſcientes cauſas vtriuſque facti iungere [Propterea Moyſes] hoc eſt vt non miremini opera mea in ſabbato, vt intelligatis licita eſſe opera mea in ſabbato, ideo Moyſes circunciſionem præcepit fieri etiam in ſabbato.Intendit enim Ieſus inſtruere eos quòd ex hoc quòd ſecundum legem circūciſio licita eſt in ſabbato,inſinuatum eſt quod opera quæ fiunt diuina authoritate, in ſabbato liciat ſunt talia autem erant opera eius.[Dedit vobis circunciſionem [Dupliciter dedit. Primo ſcribendo mandatum dei factum ad

Abraham

Abraham de circuncisione. Secundo præcipiendo illud seruari Leuitici duodecimo. [Non quia ex Moyse est, sed ex patribus.] prioribus Moyse. Et interposuit hoc ne male intelligerent quòd Moyses dedit circuncisionem. [Et in sabbato circunciditis hominem.] Factum subiungit ex suo genere illicitum in sabbato, quod tamen facitis. [Si circuncisionem.] quæ non est curare sed vulnerare. [Accipit homo in sabbato vt non soluatur lex Moysi.] præcipiens octauo die circuncidi. [Mihi.] misso à deo [indignamini.] contra me insurgitis. [Quia totum hominē sanum feci in sabbato?] E regione circuncisionis ponit sanare totum hominē. Circuncisio enim integritatem hominis tollit, auferendo particulam pellis vulnúsque infert, egens medicina. Et propterea dicit sanum feci, contra ægritudinem vulneris: & dicit totum, contra diminutionem integritatis, ad conuincendum eos, quòd si in sabbato licet facere opus violans sanitatem & tollens integritatem hominis multo magis licet facere opus sanitatis integrę. [Verificatur autem integritas sanitatis in illo homine curato, quia sanauerat eum nō solum in corpore, sed in anima. Quod apparet ex eo quòd illi dixit, noli amplius peccare ne deterius tibi aliquid contingat. ad hanc enim integritatem significandam dicit, totum hominem sanum feci. [Nolite iudicare secundum faciem.] pro, aspectum. E regione circuncisionis locauerat. sanum facere totum hominē: e regione Moysi locauerat seipsum. Et propterea ad occurrendum ijs qui poterant dicere tu te æquiparas Moysi, dicit. Nolite iudicare secundum aspectum, exteriorem, quo aspicior à vobis pauper & vnus de populo, & non dux populi sicut Moyses. [Sed iustum iudicium iudicate.] Considerate merita causæ, considerate me patratorem miraculi solo imperio: & sic iustum iudicium iudicate, mihi licere facere hæc in sabbato non minus quàm Moysi circuncidere in sabbato: immo ex parte operis multo magis.

[Dicebant ergo quidam ex Hierosolymis.] pro Hierosolymitis. Ciues Hierosolymitani describuntur. [Nonne hic est.] Hierosolymitæ isti quanuis increduli, & scientes consilium Iudæorum contra Iesum, nihilominus non erant in numero quærentium interficere Iesum. Et propterea in tertia persona aiunt. [Quem quærunt.] scilicet Iudæi. [Interficere? Ecce palam.] pro, libere. Et deest coniunctio. Ita quòd legendum est [Et ecce libere loquitur.] In quo apparet quod vtebatur Iesus virtute deitatis suæ quando volebat libere loqui & non capi. Testantur enim isti quòd non solum non audebant facere, sed nec dicere. Et

propterea

propterea ſubdunt. [Et nihil ei dicunt, Nunquid vere cognouerunt.] Suſpicantur mutaſſe ſententiam principes, ſuſpitione collatiua diſcurrendo, non credendo. [Principes.] Primates notitiam habentes legis & prophetarum, principes appellant: & ex eis pendere populum quo ad notitiam Meſiæ ſignificant, referendo cognitionem ad principes ſpectare. [Quia.] pro, quod, [hic eſt Chriſtus?] Deeſt vere Legendum eſt. [quod hic eſt vere Chriſtus.] Ieſus enim erat ſecundum multorum opinionem Chriſtus. & propterea iſti dicunt ſi cognouerunt quod eſt vere Chriſtus nõ ſecundum opinionem. [Sed hunc ſcimus vnde ſit.] Hinc apparet incredulitas iſtorum & quòd nec ipſi credebant in Ieſum, nec putabant principes mutaſſe ſententiam. Excludunt ſiquidem his verbis Ieſum eſſe Chriſtum, propterea quod ſciebant originem eius ſcilicet natum ex Maria & ioſeph, vt ipſi putabant. [Chriſtus autem quum venerit nemo ſcit vnde ſit] Mira cæcitas. Sciebant Meſiam ex ſemine Dauid promiſſum: & cum hoc nemo ſcit vnde ſit quod eſt manifeſte confiteri duas origines Chriſti alteram notam ex Dauid & alteram ignotam. Et tamen ex eo quod cognoſcebant originem ſecundum carnem, negant ipſum eſſe Chriſtum confundentes origines, confuſum habentes intellectum, ſicut & confuſum habebant affectum. [Clamabat ergo Ieſus in tẽplo] Occaſione accepta ex verbis Hieroſolymitarum Ieſus duplicem originem ſuam ſignificat. Clamor autem tum ad libertatem ſermonis, tum ad magnitudinem materiæ ſignificandam fiebat. [Docens & dicens. Et me ſcitis.] ſecundum carnem. [& vnde ſim ſcitis.] ſecundum carnis originem: vt vos dicitis. [Et à meipſo non veni.] hoc eſt & cum hoc quòd de me ſcitis, verum eſt etiam aliud quod neſcitis: ſcilicet quod à meipſo non veni in hoc enim ſignificatur myſterium tum deitatis tum incarnationis eius. nam venit deus incarnatus non à ſeipſo ſed à patre. [Sed eſt verus.] ſeu verax. Deum ſignificat appellatione veri ſeu veracis quia vt dicitur ad Roma 3. deus verax, omnis verò homo mendax. Nã ſicut ſuperius in cap. 6. quia ſe actorem vitæ dicebat, appellauit deum viuentem (miſit me pater viuens) ita mòdo quia ſe actorem vitæ doctrinæ tradit, appellat deum verum. doctrina enim à veritate procedit. [Qui miſit me.] Miſsio incarnatio eſt explicando enim illam negationem à meipſo non veni, dicit ſe miſſum ab eo qui eſt fons veritatis. [Quem vos neſcitis.] Et hæc eſt origo Meſiæ quam vos neſcitis: de qua dicitis. Chriſtus quum venerit nemo ſcit vnde ſit. [Ego ſcio eum.] Hieroſolymitæ dixerant, nemo

ſcit

ſcit vnde ſit Ieſus diſtinguit, declarando quòd vos quidem neſcitis vnde ſit, quia neſcitis eum qui miſit Meſſiam ego vero ſcio eũ, quod eſt ſcire originem diuinam Meſſiæ, quod eſt ſcire vnde ſit. [Et ſi dixero quia neſcio eũ, ero ſimilis vobis mẽdax ſed ſcio eũ] Omnes iſtæ tredecim dictiones ſuperfluæ ſunt. [Quia ab ipſo ſũ] Rationem reddit quare ſcit illum veracem, hoc eſt deum: quia ab ipſo ſum. Non dicit quia ab ipſo ſum hoc vel illud, huius vel illi' naturæ, in hoc vel illo gradu, ſed abſolute quia ab ipſo ſum: ad ſignificandum natiuitatem ſuam diuinam, qua eſt à deo patre. Sufficiens enim ratio ſciendi deũ, eſt quia ab ipſo ſum abſolute. quoniam hoc importat eſſe deum. [Et ipſe me miſit.] in carnem. Ex primo eſt ſcientia diuina: ex ſecundo eſt ſcientia humana, beata tamen. quam habuit anima Chriſti ab inſtanti conceptionis ſuæ ex gratia vnionis perſonalis: quam ſignificat miſsio. [Quærebant ergo eum apprehendere.] Accenſos animos Iudæorum ex dictis Ieſu verbis (quibus duas origines ſuas manifeſtauerat) Euangeliſta ſignificat deſcribens eos hac occaſione quærentes eum apprehendere. Intelligebant enim Ieſum loqui de origine ſua diuina præter humanam, & propterea accendebantur ad apprehendendum eum tanquam blaſphemum. [Et nemo miſit in illum manus: quia nondum venerat hora eius.] hoc eſt ab ipſo diffinita vt apprehenderetur. In hoc enim diuinam ſuam virtutem monſtrabat. [De turba autem multi crediderunt in eum.] Quanuis pertinaces fuerint Iudæi non tamen infructuoſa fuit Chriſti doctrina tunc: quoniam multi de turba crediderunt in illum. [Et dicebant.] illi de turba qui credebant. [Chriſtus quum venerit, nunquid plura ſigna faciet quam quæ hic facit?] Recitat Euangeliſta argumentum quo vtebantur credentes in Ieſum, ad firmitatem ſuæ fidei. Et eſt argumẽtũ à multitudine miraculorũ: quia promiſſus Chriſt' non faciet plura miracula quã facit Ieſus. ac per hoc non eſt expectandus venturus Chriſtus, ex quo præſens eſt faciens tot miracula. Acſi apertius dicerent. In quo cognoſcendus eſt Meſſias, ſi non cognoſcitur ex tanta multitudine miraculorum quia maiorẽ non faciet Chriſtus? [Vtuntur autem modo loquendi tanquam Chriſtus ſit venturus, dicendo Chriſtus quum venerit nũquid plura ſigna faciet? vel communicando in modo loquendi cum nõ credentibus Ieſum eſſe Meſſiam vel referendo futurum ad promiſsionem factam patribus & deſcriptam à prophetis. Acſi dixiſſent. Chriſtus ſecundũ prophetas venturus, nunquid plura ſigna promiſſus eſt facturus iis quæ hic facit? Vbi aduerte legendũ eſſe

[Plura

[Plura signa his faciet.] Ita quod in nostro textu deest pronomen his. ¶Quàm.Superfluit. quę hic facit vel fecit. Audierunt Pharisæi turbam murmurãtem de illo hæc.Subiungit Euangelista occasionem subsequentis doctrinæ,narrando quòd Pharisæi audientes turbam non libere loquentem hæc prædicta de Iesu,sed murmurantem,tanquam magis sonarent quam proferrẽt [Et miserunt principes & Pharisæi.] pro,& miserunt,Pharisæi & principes sacerdotũ,[ministros vt apprehenderẽt Iesũ.]Pharisęi quidẽ audierunt turbam sonantem hæc de Iesu.sed non soli,sed ipsi simul cum principibus sacerdotum(apud quos summa authoritas erat)miserunt ministros vt apprehenderent Iesum. Ecce prouisio quã fecerunt ne crescerẽt multitudo credentium in Christum. An autem missio ministrorũ fuerit illo die quarto quo ascendit Christus in templum,an altero die,hic non clare dicitur. Rationi tamẽ consentaneum est quòd altero die hoc fuerit:& quod doctrina illius diei soluta significata sit in pertinacia quærentium apprehendere eum,& in fructu multorum credentium in ipsum. quorum verba Pharisæi audientes post prædicationem concurrerunt ad principes sacerdotum:& cum eis postea miserunt ministros. Et hoc sine dubio amplectendum apparet: ex eo quod inferius altera turbæ dissentio ex nouis Iesu sermonibus subiungitur. [Dixit ergo eis Iesus] Superfluit eis. Tacet Euangelista executionem: hoc est aduentum ministrorum ad hoc vt apprehenderent Iesum. Et illorum aduentu subintellecto narrat quid dixerit Iesus,sciens missos ministros vt se apprehenderent. [Adhuc modicum tempus vobiscum sum.] Aperit Iesus se nolle adhuc comprehendi dicendo se adhuc modico tẽpore cum illis permansurum. Acsi apertius dixisset.nõ est adhuc tempus quo egovolo apprehendi.superest enim modicũ tempus Quod fuit spatiũ sex mensiũ,hoc est vsque ad pascha ¶Elegit autem Iesus modico tempore prędicare,vt etiam hinc monstraret se esse verum deum vtpote qui tam modico tempore monstrans seipsum personaliter sufficeret ad mutandum totum mundum:vt rei probauit euentus. [Et vado ad eum qui me misit.] Voluntariam mortem suam significat,dicendo vado.nam de ire per mortem ad literam loquitur.Intercedente enim morte iuit ad deũ qui misit illum iuit autem moriendo,resurgendo & ascendendo in cœlum. ¶Et significanter explicat qui me misit vt intelligamus quod vadit secundum naturam humanam,quam missio explicat. [Quæretis me.] Postquam iuero ad patrem quæretis me ad retinendum.[Et non inuenietis.]me resur

gẽte

gente. Custodia enim quam procurarunt poni in sepulchro Iesu Christi (ne forte venirent discipuli eius & furarentur eum) fuit quærere Iesum ad retinendum corpus eius, vt confunderent discipulos Iesu de promissa resurrectione infra triduum, sed non inuenerunt eum tertio die retinendum: quoniam surrexit. ¶ Persecutionem itaque sui à Iudæis, non finiendam morte sua prædicit: dicendo. quæretis me etiam in sepulchro retinere, & non inuenietis, retinendum illo tempore quo quæretis me retinere. [Et vbi sum ego.] in gloria patris mei. Nō dicit vbi ero sed vbi sum: vt intelligamus ipsum iam esse ibi quo vadit. esse quidem vt deus: quo vadit autem vt homo. [Vos nō potestis venire.] Nō solum non venietis, sed nec potestis venire. tum quia facultas naturę non extēdit se ad hoc. tum quia malitia vestra impedimentum præstat, & efficit vt non possitis. [Dixerunt ergo Iudæi ad seipsos.] Subsungit Euangelista cogitationes Iudæorum causatas ex dictis verbis: [Quo hic iturus est.] Intellexerant verba Iesu, non de ire per mortem, sed de ire de loco ad locum in hac vita. & propterea discurrunt, incerti quo hic iturus est. [Quia nō inueniemus eū.] Angustia Iudæorum erat, ne Iesus euaderet persecutionem ipsorum. [Nunquid in dispersionem gentiū.] pro, Græcorū, [iturus est, & docturus Gētes.] ℘, Græcos. Dubitauerūt isti an Iesus iturus esset ad docendū Israelitas dispersos in regno Græcorum: vbi non poterant potestatem suam exercere principes Iudæorum. fuerant enim Israelitæ longo tempore sub regno Græcorum: & magna videtur multitudo eorum dispersa inter Græcos, & propterea dicunt in dispersionem Græcorum. Israelitæ siquidem dispersi in Græcia, Græci vocabantur: & dispersi Romæ, Romani vocabantur vt patet Actu. 2 [Quis est hic sermo quem dixit. quæretis me & non inuenietis. & vbi ego sum, vos nō potestis venire? In nouissimo autem die magno festiuitatis.] Ad insinuandum quod continuabat Iesus illis diebus exercitium docendi, extremos dies commemorauit Euangelista, inchoando à medietate festi vsque ad vltimum. Et quoniam addit diem illum nouissimū esse magnū, octauus dies describi videtur: qui erat dies solennis. Dicitur enim Leui. 23. de die primo & octauo ℘ erit celeberrimus atque sanctissimus: est enim cœtus atque collectæ. Hic siquidem erat terminus festiuitatis. [Stabat Iesus, & clamabat.] vt ab omnib⁹ audiretur, vt magis excitaret ad magnitudinem promissi. [Dicens, Si quis sitit.] Dixerat malis, quò ego vado vos non potestis venire. inuitat modo nō omnes sed sitientes, sed appetentes spiritualia bona. & propterea dicit

cit si quis sitit. ¶Explicat autem appetitum boni spiritualis nomine sitis, quia sub similitudine aquę, spirituale bonum promissurus erat. [Veniat ad me.] Nemo excipitur. sed cuilibet sitienti spirituale bonum, monstratur fons. monstratur iter ad fontem. Dicendo veniat, voluntarium ire significat dicendo ad me, fontem demonstrat. [Et bibat.] quod est etiam actus voluntarius. Non sufficit venire ad fontem. sed oportet bibere, si leuanda est sitis. non sufficit venire ad Iesum fide, sed oportet incorporare sibi Iesum haustu amoris [Qui credit in me.] Quod dixerat veniat ad me & bibat, exponit dicendo credit in me. Actus enim fidei & amoris significatur dicendo credit in me: vt superius declaratum est. [Sicut dicit scriptura.] Duplex potest esse constructio citatæ scripturæ. vel cũ præcedenti particula & est sensus. qui credit in me quemadmodum scripturæ prophetarum dicunt in me esse credendum. Vel cum sequenti particula. & est sensus quemadmodum dicit scriptura sacra, flumina aquę viuæ fluxura de ventre eius. ¶Primus sensus indubiè est verus. Alter autẽ incertus est: eo quòd in sacra scriptura quam habemus non inuenitur hoc dictum. Dico autem quam habemus: quoniam multos libros prophetarum non haberi qui forte tempore quo Iesus erat in terra habebantur, apparet ex libro Paralip. vbi fit mentio librorum Nathan, Gad, Ahiæ, Addo, Semeiæ, & Ozai. [Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.] Plus dicit hic Iesus quàm dixerat Samaritanæ. Tunc enim dixerat, aqua quam ego dabo fiet in eo fons aquæ salientis in vitam ęternam. nunc autem dicit quòd flumina fluent de ventre eius. ¶Et dicit flumina. tum ad significandum alterum flumen ad salutem propriam, alterum ad salutem aliorum. tum ad significandum diuersa flumina gratiarum diuersarum ad salutem aliorum. Vtroque enim modo apparet in Apostolis flumina fluxisse aquæ viuæ post receptum spiritum sanctum in Pentecoste. [Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum] Declarat Euangelista sermonem Iesu metaphoricum. [Nondum enim erat spiritus datus.] pro, sanctus. Explicat Euangelista significanter se dixisse in futuro accepturi erant. quia spiritus sanctus de quo est sermo, nondum erat. vt intelligamus quòd non de spiritu sancto quomodolibet, sed illo modo quo nondum datus erat, sed dandus esse sermonem. ¶Vbi aduerte duo esse hic obscura. Alterum circa verba textus Non enim dicit nondum erat spiritus datus, sed nondum erat spiritus sanctus. quod secundum sonum verborum blasphemia est, sonat enim spiritum sanctum secundum

substan-

ſubſtantiam nondum fuiſſe. Sed ratio dicendi manifeſtat quod non loquitur de eſſe in ſe ſed de eſſe in credentibus. Dixerat enim de ſpiritu quem accepturi erant credentes in eum & reddendo rationem quod accepturi erant credentes, dicit nondum enim erat ſpiritusſanctus ſupple in credentibus in eum. ¶ Et tunc ſurgit alia obſcuritas circa hanc ſententiam. ex eo quod conſtat in quocunque eſt charitas eſſe ſpiritumſanctum: ac per hoc non apparet verum quod nondum erat ſpiritusſanctus in credentibus in eum. Solutio eſt quod hic eſt ſermo de ſpirituſancto ſub ratione ſpirituſſancti communi ſenſibiliter credentibus in Ieſum. Tria dico. Primum ſub ratione ſpirituſſancti: hoc eſt ſub ratione ſpiritus ſimpliciter & abſolute ſancti: ad differentiam ſpirituſſancti quo ad hoc vel illud puta quo ad donum prophetiæ vel quo ad gratiam miraculorum & ſimilia Secundum communis credentibus in Ieſum: quanuis enim Ioannes Baptiſta repletus fuerit ſpiritu ſancto communis tamen non fuit ſpirituſſanctus ante feſtum Pentecoſtes. Tertium ſenſibiliter. Ita quod ſpirituſſanctus abſolute & communiter & cum hoc ſenſibiliter (hoc eſt cum hoc ſignis ſenſibilibus, non erat tunc in credentibus in Ieſum. Et de hoc ad literam Euangeliſtam loqui, apparet ex duobus. Tum ex eo quod dicit quem accepturi erant credentes in eum, per hoc enim ſignificat quòd de futuro dono communi credentibus in eum loquitur ſicut per hoc quod nominat ſpiritumſanctum ſignificat quòd loquitur de ſpirituſancto abſolute. Tum ex ratione ſubiuncta de glorificatione Ieſu: quum dicit. [Quia Ieſus nondum erat glorificatus.] Hęc enim ratio clare ſignificat quod de ſpirituſancto communiter & ſenſibiliter dato credentibus in Chriſtum poſt aſcenſionem domini eſt ſermo. ¶ Et dicitur Ieſus nondum glorificatus. quia nõ totaliter fuit glorificatus ante reſurrectionẽ ſuam: imino ante aſcenſionem ſuam. nam ante reſurrectionem habuit tam corpus quàm animam paſſioni alicui ſubiectam. & ante aſcenſionem adhuc non habebat extrinſecam gloriam cœleſtis habitaculi. [Ex illa ergo turba.] pro, multi ergo è turba. Non ſuperius nominata ſed alia. vnde & diſſentiones proprias huic turbæ ſubiungit. [Quũ audiſſent hos ſermones eius, dicebant, Hic eſt vere prophe ta.] Pars turbæ etſi nõ perfecte credit, ſentit tamen Ieſum nõ ficte, non falſo ſed vere eſſe prophetam: ſicut fuerunt alij veri prophetæ [Alij dicebant, Hic eſt Chriſtus.] Pars turbæ melius diſpoſita recte ſentiens de Ieſu, aſſerit ipſum eſſe Meſiam. [Quidam autem dicebãt, Nũquid à Galilæa venit.] pro vẽtur⁹ eſt, [Chriſtus? Nõne

ſcriptura

ſcriptura dicit quod ex ſemine Dauid & de Bethlehem caſtello vbi erat Dauid, venit Chriſtus?] Pars turbę male diſpoſita obiicit à patria: eo quòd Ieſus Galilæus reputabatur. Et quoniam iſti ſcripturam citant, eruditiores in turba videntur fuiſſe. [Diſſenſio itaque facta eſt in turba propter eum.] Vniuerſum hoc capitulum narratiuũ eſt diſſenſionũ. vſqueadeo vt ſi ſupputentur, ad ſeptenariũ numerum aſcendãt. Tanquàm ex intentione euangeliſta collegerit diſſenſiones cum proprijs occaſionibus, quas alij Euangeliſtę prætermiſerant, quæ tamen omnes in feſto illo vel occaſione illius feſti obortæ ſunt. Intendit ſiquidem Euangeliſta deſcribere quæ erant de Ieſu opiniones in Iudæa: poſtquàm alij Euangeliſtæ deſcripſerant, in Galilæa quem dicunt homines eſſe filium hominis. [Quidam autem ex ipſis volebant appræhendere eum.] Pertinaces non ſolum in incredulitate, ſed in propoſito capiendi Ieſum etiam in illa turba deſcribuntur: longe peiores miniſtris miſsis ad capiendum Ieſum. Nam miniſtri abſtinuerunt voluntarie ab executione mandati: iſti autem iniuſsi volebant eum capere. [Sed nemo miſit ſuper eum manus.] Hinc clare apparet aliam turbam fuiſſe hanc ab illa ſuperius nominata. Quia enim bis in illis diebus voluerunt eum capere, ideo Euangeliſta iterum dicit q̃ nemo apprehendit eum. eadem proculdubio ratione, quia nondum venerat hora diffinita ab ipſo. [Venerunt ergo miniſtri ad Pontifices & Phariſæos.] Ordo narrationis inſinuat quòd miniſtri die vltimo feſtiuitatis interfuerunt prædicationi Ieſu. An autem pluribus diebus venerint & tamen diſtulerint tam exequi quàm referre, an vltimo tantum die venerint ad capiendum, incertum eſt. Potuit enim eſſe quod Phariſæi & pontifices prius ordinauerint vt miniſtri irent ad capiendum Ieſum (& propterea Euãgeliſta ſuperius narrauit q̃ miſerunt miniſtros) & tamen miniſtri nõ iuerint vſque ad vltimum diem. & potuit eſſe quòd penultimo die miſerũt, ita vt vltimo irent. Diuerſis enim modis potuit accidere interuallum temporis. [Et dixerunt eis illi, Quare non adduxiſtis illũ, Reſponderunt miniſtri, Nunquam ſic locutus eſt homo ſicut hic loquitur.] Superfluit loquitur: & deeſt homo. Legendum eſt. [ſicut hic homo.] Ex modo loquendi, ex gratia ſermonis fatẽtur miniſtri ſe victos & mutatos. hoc enim ſignificat aduerbia ſic & ſicut. [Reſponderunt ergo ei Phariſæi, Nunquid & vos ſeducti eſtis?] Inſurgũt in miniſtros, arguentes eos ex ſermonibus Ieſu ſeductos à veritate legis. [Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum aut ex Phariſæis.] Nõ ſufficit arguere eos tanquàm ſeductos:

ctos: sed ab exemplo nituntur illos conuincere. ab exemplo inquam maiorum, tum primatum apud quos est authoritas & scientia, tum Phariſæorũ apud quos vigebat religio. [Sed turba hæc] Ne sequantur cum turba, monent ministros suos. [Quæ non nouit legem.] Ex ignorantia legis turbam seduci dicunt. & quod peius est subdunt. [Maledicti sunt.] Deute. vigesimo septimo dicitur, maledictus qui non permanet in sermonibus legis. & propterea appellant eos de turba credentes in Iesum maledictos: tanquàm recedentes à lege. [Dixit Nicodemus ad eos, ille qui venit ad eum nocte qui vnus erat ex ipsis.] Vltima dissentio inter ipsos principes ex verbis Nicodemi describitur. [Nunquid lex nostra iudicat hominem?] Videns Nicodemus furorem collegarum præcipitum contra Iesum, quia damnabant iam ipsum inauditum, nõ opponit excusando Iesum tanquàm innocentem (nolebat enim se manifestare esse discipulum Iesu) sed obiicit quòd damnatur inauditus, obiicit modum quo proceditur contra Iesum. & hoc nõ ex meritis Iesu sed ex vi legis. [Nisi prius audierit ab ipso & cognouerit quid faciat?] Excludit Nicodemus iudicium ex aliorum relatione: & oportere ipsum audiri qui iudicandus est dicit. tum vt opponat se torrenti. tum vt audirent Iesum loquentem: sperans quòd si audirent illum, mutarent sententiam saltem aliqui eorum. [Respondérunt & dixerunt ei, Nunquid & tu Galilæus es?] Excæcante illos furore, non respondent obiectioni sed insurgendo in collegam, quòd hanc suasionẽ non zelo legis sed affectu ad Iesum protulerit, suspectum eum proferunt tanquàm Galilæum: hoc est imitatorem Iesu Galilæi. Hic enim mos est magnatum nolentium audire sana consilia reddere scilicet suspectos eos qui sane cõsulunt, tanquàm factiosos aut affectos. [Scrutare scripturas.] Superfluit scripturas. Inter doctos erat sermo, & propterea diuertendo à iusto modo suaso, diuertunt Nicodemum ad scrutandum historias. [Et vide quia.] pro, quòd, [à Galilæa propheta nõ surgit.] pro, nõ surrexit. Arguebant isti ex præteritis (ex eo scilicet quòd nullus fuerat propheta ex Galilæa) quòd Iesus nõ solum nõ esset Messias sed nec propheta: ac per hoc quòd esset pseudopropheta. & consequenter quòd iuste eum persequebantur. Sed sicut falsum dixerunt dicendo quòd nullus ex principibus credebat Iesu (vt patet de Nicodemo) ita forte falsum dixerunt in hoc. Sed quicquid sit de falsitate aut veritate præteritorum, constat temerarium esse iudicium propterea iudicare quòd nullus Galilæus posset esse propheta, constat furorem esse propterea persequi Iesum. [Et reuersi

sunt

sunt vnusquisque in domum suam.] Dissentio hæc peperit bonũ fructum dissoluendo congregatos principes & Pharisæos contra Iesum.

CAPVT VIII.

I Esus autẽ perrexit.] Aduerte quòd hæc prima pars huius capituli cum tota historia adulteræ, non est omnino authentica quoniam non cõstat ipsam esse partẽ euangelij. Vnde & Hierony in 2. lib. dialogi aduersus Pelagianos dicit. in euangelio secundũ Ioannem in multis & Græcis & Latinis codicibus inuenitur de adultera muliere quæ accusata est apud dominum, Dicendo in multis, monstrat non esse authenticam hanc historiam sicut reliquæ partes euangelij secundum Ioannem. Quia tamen in ecclesia legitur tanquàm pars euangelij, exponemus illam. [In montem oliueti.] pro, oliuarum. hoc est in Bethaniam, intra districtum montis oliueti existentem. Ibi enim hospitabatur nocte: vt patet ex alijs euangelistis. [Et diluculo iterum venit in templum: & omnis populus venit.] pro, veniebat, [ad eum & sedens docebat eos. Adducunt autem Scribæ & Pharisæi.] Deest ad ipsum. [mulierem in adulterio deprehensam: & statuerunt eam in medio: & dixerunt.] pro, dicunt, [ei. Magister hæc mulier modo deprehensa est in adulterio.] Superfluit modo. & desunt aliquæ dictiones. Ita quòd legendum est. [Deprehensa est in ipso facto quum adulteraretur.] Proponunt patratum crimen inexcusabile. [In lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi.] pro, eas quæ sunt huiusmodi, [lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant tentantes eum.] Exponit Euangelista quorsum proponerent hanc quæstionem. [vt possent accusare eum.] Vel quòd contrarius esset legi, si contra legem Moysi diceret non lapidandam: vel de inclementia, si diceret lapidandam. Et si quidem contra legem diceret accusarent eum iudicialiter. si autem contra clementiam, accusarent eum apud populum, manifestando ipsum inclementem. [Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra.] Quid scripserit, nescitur, Cur autẽ scripserit, ad literam puto vt hoc facto ostenderet se esse deũ: qui olim digito scripserat in tabulis lapideis mãdata decalogi. Scribit non in lapide sed in terra, & nõ calamo sed digito vt ex modo scribendi se eundem deum, ex differentia autem inter terram & lapidem, differentiam status noui testamenti à statu veteris testamenti significaret. Nisi enim hoc factum ad significandum fecisset, inutile apparet [Quum ergo perseuerarent interrogantes eũ.]

Hinc coniicitur quòd non ſcripſit verba quæ poſtmodum protulit vt legerentur à Scribis & Phariſæis: tanquam prius reſpondiſſet ſcripto. & poſtea protulerit quæ ſcripſerat. Non enim perſeueraſſent petentes reſponſum. [Erexit ſe & dixit eis, Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat.] Prudentiſsima reſponſio, nec legi contraria nec à clementia aliena: ſed via ad clementiam ſine offenſione legis, cum confutatione malignantium. [Et iteruin ſe inclinans ſcribebat in terra. Audientes autem hęc.] Superfluit hæc. & deſunt aliquæ dictiones. Legendum eſt. [At illi quum audiſſent, & à conſcientia redarguerentur.] Totum enim explicat Euangeliſta. [Vnus poſt vnum exibant: incipientes à ſenioribus.] Deſunt tres dictiones. [Vſque ad poſtremos. Et remã ſit.] pro, & relictus eſt. Significatur enim quòd illi abeũtes reliquerunt Ieſum, [Solus Ieſus.] Nõ per excluſionem diſcipulorum, ſed tentantium. [Et mulier in medio ſtans,] hoc eſt immota à loco medio in quo ſtatuerant eam. Scribæ & Phariſæi. [Erigens autem ſe Ieſus] Deſunt hic multę dictiones. [Quũ neminem vidiſſet pręter mulierem.] Intellige neminem illorũ qui contra mulierem venerant. [Dixit ei mulier vbi ſunt qui te accuſabant.] pro, vbi ſunt illi accuſatores tui? [nemo te cõdemnauit? Quę dixit, Nemo domine. Dixit autem Ieſus. Nec ego te condemnabo.] pro, condemno. Ecce clementia ſine legis iniuria. Eſt enim ſenſus, nec ego condemno te ad hoc vt lapideris. [Vade & iam amplius noli peccare.] Officium iudicis recuſauit exercere: quia nõ venit vt iudicet mundũ. officium vero ſaluatoris exercet monens vt amplius non peccet. [Vbi etiam relucet magna manſuetudo. non enim eam aſperitate verborum corripuit, ſed ſola monitione cauendi in futurũ à peccato. [Iterum ergo locutus eſt eis Ieſus.] Nulla continuatio præcedentis facti ad hæc ſubiuncta, teſtatur adiectitiam eſſe præcedentem particulam: nec immerito ab illuſtribus doctoribus prætermiſſam. Poſtquam ergo in nouiſsimo feſtiuitatis die dixerat Ieſus, ſiquis ſitit veniat ad me &c. iterum locutus eſt eis ſcilicet Iudæis. [Dicens, Ego ſum lux mundi.] Apte ſermoni de veritate doctrinę & de ſpiritu ſancto, adiungitur ſermo de luce. ne intelligerẽt ſpiritum quem accepturi erant diſcipuli, fore ſpiritum impetus & furoris quo poetæ ſcribunt homines agi (quem philoſophi manię tribuunt) declarat venientes ad ſe, ita replendos ſpiritu quòd ſimul replebuntur lumine. propterea enim adiungit, ego ſum lux mundi. Proculdubio de ſeipſo diuina hypoſtaſi ſecundum diuinam naturam loquitur, appellando ſe lucem mundi.

Eſt

Est enim lux non sensibilis sed intelligibilis: cuius ista lux sensibilis participatio quædam est. est lux, non lumen quoniam est fons luminis, non participatio lucis. Est lux mundi non hominum tantum sed vniuersorum. ab vniuersis diuersimode participata. nam à creaturis intellectum habentibus participatur intelligendo: diuersimode tamen, tum secundum diuersos naturæ gradus & dispositiones, tum secundum diuersitatē meritorum: à creaturis vero sensum habentibus diminute participatur sentiendo. sunt enim sensus velut riuuli intellectus. A creaturis demum infimis, vestigio quodam potius quàm imitatione lucis illius participatio habetur. [Qui sequitur me.] non corporali gressu, sed fide, charitate, imitationeque operum. [Nō ambulat.] pro, non ambulabit [in tenebris.] Lucem sine occasu se esse manifestat: promittendo sequentem se lucem, non ambulaturum in tenebris. Si enim ipse esset lux quandoque deficiens, contingeret quòd sequēs ipsum lucem quandoque ambularet in tenebris quando scilicet lux deficeret seu occideret. Sed ex hoc quòd non est ambulaturus in tenebris sequens ipsum, manifestat quòd ipse est lux indeficiens, non solum in seipso sed etiam in sequente ipsum, simúlque declarat nullum ambulantem in tenebris, esse sequacem suum. Et est sermo de tenebris ignorantiæ, oppositæ scientiæ salutis. & tenebris peccatorum, quæ contrariantur ipsi saluti. [Sed habebit lumen vitæ.] Lumen participatio est lucis. & dicitur vitæ, ad differentiam luminis scientiæ eorum q̄ nō requiruntur ad vitam animæ. Et declarat per hoc quòd non promittit sequacibus suis participationē suæ lucis ad sciēdum speculabilia philosophiæ & similium, sed lumen vitæ hoc est lumen directionem suæ vitæ in vitam. vnde & dicitur lumen vitæ tum illuminandæ tum conferendæ. illuminat enim vitales actiones nostras (quales sunt omnes actiones voluntariæ) & confert vitam gratiæ (q̄ est initium vitæ æternæ). ¶ Duplex ita ꝫ fructus in sequacibus lucis describitur: scilicet negatio ambulationis in tenebris, & assecutio luminis vitæ. Vterque proprius lucis effectus est. [Dixerunt ergo ei Pharisæi.] Religionis professores ex sua professione audaciores cæteris loquuntur: qui humiliores esse deberent. [Tu de teipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum.] Prorumpunt Pharisæi in reprehensionem Iesu, occasione sumpta ex eo quod proprium testimonium nō habet rationem veri testimonij. Quod verum est de testimonio puri hominis vt sic. [Respondit Iesus & dixit eis. Et si ego testimonium perhibeo.] Pronomen ego, non demonstrat Iesum secū-

dum quod homo ſecluſo deo (vt in capitulo quinto demonſtrauit) ſed demonſtrat hypoſtaſim vtriuſque naturæ, diuinę ſcilicet & humanæ. vt ſequentes rationes manifeſtant. [De meipſo.] quo ad ea quæ de me credenda ſunt, quæ videri ab hominibus non poſſunt: cuiuſmodi ſunt quòd deus ſum, quòd verbum ſum factum caro [Verum eſt teſtimonium meum.] Directe contrarium eius quod dixerant Phariſæi aſſerit in hac conditionali. Non dicit verus eſt ſermo meus, verum eſt dictum meum, ſed verum eſt teſtimonium meum. Plus enim requiritur ad verum teſtimonium quàm ad verum ſermonem. Sermo nanque verus, contentus eſt ſic eſſe vt ſignificat, ad teſtimonium autem verum requiruntur tria. Primo quòd ſic ſit vt ſignificat. Secundo quòd ſit iuſtum, non ex paſſione prolatum. ſuſpecti enim teſtimonium non habetur pro vero teſtimonio. Tertio quod ſit legitimũ. Quidquid horũ deſit, nõ eſt verum teſtimonium: vtpote non conſtans ex ijs quæ requiruntur ad integram rationem teſtimonij, ſicut non eſt verum aurum, ſi aliquid deſit ex requiſitis ad integram rationem auri. Et propterea ſubiungit Ieſus probationem ſequælæ in conditionali præpoſita, quantum ad hæc tria. [Quia ſcio.] Prima conditio requiſita ad veritatem teſtimonij (ſcilicet veritas ſermonis) pendet ex ſcientia. oportet enim ſcire ſic eſſe qui teſtatur ſic eſſe. Et propterea quantum eſt ex parte ſcientiæ manifeſtat teſtimonium proprium eſſe verum, dicendo quia ſcio. [Vnde veni & quo vado.] Vniuerſa materia teſtificata conſiſtit in myſterio incarnationis & fructu ipſius Et propterea vtriuſque ſe plenam habere notitiam explicat. Myſterij quidem incarnationis, dicendo vnde veni. nam in his verbis continetur vtraque natura. Dicendo vnde, deitas ſignificatur cum origine à patre: iuxta illud. exiui à patre. dicendo veni, myſterium incarnationis explicatur. [Fructus vero, dicendo & quo vado. Totus enim progreſſus eius ad ſalutem humani generis, ſignificatur dicendo vado: adiuncto termino paternę dexteræ ad quam vadit ducendo ſecum membra ſua. [Vos autem neſcitis vnde venio aut quo vado.] Differentia inter me, & vos penes ſcire & neſcire vnde venio & quo vado, ratio eſt quod vos dicatis mihi teſtimonium tuum de teipſo non eſt verum, & quòd ego dicam eſſe verum. Acſi apertius dixiſſet, Si vos ſciretis vnde venio & quo vado, non diceretis mihi, teſtimonium tuum de teipſo nõ eſt verũ. [Vos ſecundũ carnem iudicatis] Secunda conditio veri teſtimonij eſt iuſtitia, eſt quôd nõ procedat ex paſsione. ex affectu, ſed ex iuſtitia. Differentia inter vos & me penes iuſtitiam, eſt q̃ vos

ſecun-

ſecundū carnem iudicatis. Iudicare enim proprius eſt actus iuſtitiæ, quum ſit ius dicere, quod tunc in veritate eſt, quum ius dicitur animo, verbo & opere. quod complectitur omnem iuſtitiæ actū. Vnde iudicare ſecundum carnem, eſt ius dicere ſecundum carnalem affectum [Ego non iudico quenquam.] Non dicit ego non iudicabo. ſed dicit ego non iudico quia quanuis futurus eſſet iudex, in præſenti tamē tunc vita nō iudicauit, non ius dixit, ſed gratiam ſalutis impendebat. [Et ſi iudico ego.] Iuſtitiam ſuam Ieſus (quam non exercitatione iudicij monſtrabat) aperire volens, manifeſtat eam conditionali. propterea enim præmiſit ſe non exercere iudicium, vt locum pararet conditionali. Intendit ſiquidem contra id quod dixerat vos ſecundum carnem iudicatis, è regione apponere iuſtitiam ſuam, ſicut fecit de ſcientia. Et quia categorice nō poterat aſſerere, ego autem iudico iudicium verū eo (quòd ipſe non exercebat iudicium) ideo negando ſe iudicare, ad conditionalem deuenit. [Iudicium meum verum eſt.] Contra iudiciū ſecundum carnem diſtinguit iudicium verum, contra iudicium illorum (monſtratorum per pronomen vos) diſtinguit iudicium ſuum ſignificans quòd illi iudicant, non ex iuſtitia, ſed affectu: ipſe autem iudicat ex iuſtitia. ¶ Et intendit per hanc differentiam in præcipuo iuſtitiæ actu inter ſe & illos, manifeſtare differentiam in ſecundarijs iuſtitiæ actibus, de quorum numero eſt ferre teſtimonium. Acſi apertius dixiſſet. Vos ſecundū carnem iudicatis, ſecundum carnem teſtimonium perhibetis. & propterea inter vos teſtimonium proprium non eſt verum ex parte iuſtitiæ, ego autē licet non iudicem, quia tametſi iudico, iudicium meum ſecundum veritatem iuſtitiæ eſt, ideo etiam teſtimonium meum de meipſo, verum eſt etiam ex parte iuſtitiæ. [Quia ſolus non ſum.] Ratio quare iudicium meum verum eſt, eſt quia non ſum purus homo, ſed deus. Deū ſe eſſe ſignificat dicēdo quia ſolus nō ſum. Quælibet creatura habet hoc quòd eius eſſe non eſt niſi ipſa ac per hoc ſola eſt ſuo eſſe, cuilibet autem & ſoli hypoſtaſi diuinæ conuenit vere dicere ſolus nō ſum. quoniam vno eodémque eſſe quo eſt vna hypoſtaſis diuina, eſt & alia. Vnde & ſubiungit [Sed ego.] quod eſt pronomen hypoſtaſis. [Et qui miſit me pater.] quod eſt etiā nomē hypoſtaſis. Et meminit miſſionis, vt intelligamus eādē eſſe hypoſtaſim vtriuſque naturæ diuinę ſ cōmunis ſibi & patri, & humanę ſecūdū quā eſt miſſ⁹. [Et in lege veſtra ſcriptū eſt.] Tertia cōditio veri teſtimonij eſt eſſe legitimum. Et ideo, hanc etiā conuenire teſtimonio proprio de ſeipſo manifeſtat citans legem Moyſi, quā illi

profitebantur.[Quia.] pro,quòd,[duorum hominum testimonium verum est.]Quantum est ex parte legis numerus binarius testium ad legitimam veritatem sufficit [Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso.]Si duorum hominum testimonium legitime verum est multo magis testimonium duarum personarum quæ sunt deus. Ego enim sum vna persona diuina. [Et testimonium perhibet de me qui misit me pater.]Ecce alia persona diuina.Sed diligentius nota quòd vis huius probationis consistit in hoc quòd me perhibente testimonium de meipso,pater simul perhibet testimonium de me:ita quòd testimonium meum de meipso est testimonium duorum testium:scilicet meum & patris. Ex hoc enim directe probat quod testimonium suum de seipso est verum legitime: qui est testimonium duarum personarum. Et per hoc manifestat indiuisa esse opera diuinarum personarũ:sicut in præcedenti probatione manifestauit indiuisum esse diuinarum personarum. Vnde non est quærendum quid est illud testimonium paternum: quoniam de eodem testimonio loquitur. [Dicebant ergo ei.]Occasione totties introducti patris nouam quæstionem mouent. [Vbi est pater tuus?] De loco quærunt dei,quem credebant vbique esse,& propterea non meruerunt responsionem ad quæsitum,sed ad ignorantiam. [Respondit iesus.] monstrando eis rationem ignorantiæ [Neque me scitis neque patrem meum.] Et verum dicit:quia neutram hypostasim diuinam cognoscebant. [Si me sciretis forsitan.]pro,vtique,[& patrem meum sciretis.]Ecce via sciendi patrem,scire me. Et est verum non solum de notitia certæ fidei(qua qui indubitata fide cognoscit filium ,indubitata quoque fide cognoscit patrem)sed etiam de scientia euidentiæ nam qui videt filium,videt & patrem:vt inferius dicetur Philippo.[Hæc verba locutus est iesus in Gazophilatio.] Specialem templi locum Euangelista explicat: in quo erat capsa thesauri , seu potius oblationum quæ seruabantur pro ærario diuinorum.[Docens in templo. Et nemo apprehendit eum.]Sicut nec durante festo apprehẽsus est,ita nec transacto festo apprehendi potuit nolens:eadem ratione repetita [Quia necdum venerat hora eius.]Vere esus,vtpote ab ipso libere definita.[Dixit ergo iterum eis iesus.]Ne intelligeremus euangelistam repetere in præcedenti narrata capitulo,apposuit iterum.Subiunguntur enim similia immò eadem secũdum partem. [Ego vado.] Totus progressus meus tam vitæ quàm mortis,est voluntarium ire [Et quæretis me.]tum in sepulchro retinendum:tum in meis membris persequendo, Saule Saule quid

me

me perſequeris? [Et ſi peccato veſtro moriemini.] hoc eſt & in peccato perſecutionis meæ, in peccato pertinaciæ veſtræ moriemini corpore. Quod vſque in hodiernum diem verificari videmus. moriuntur enim Iudæi in peccato infidelitatis ſuæ erga Ieſum. [Quo ego vado.] ad dextram, ſcilicet patris mei. [Vos nō poteſtis venire.] impediente vos infidelitatis crimine. [Dicebant ergo Iudęi.] non Galilæi. [Nunquid interficiet ſemetipſum, quia dicit, quo ego vado vos nō poteſtis venire?] Prius audientes hæc eadem verba, dixerant nunquid in diſpoſitionem Gręcorum iturus eſt? nunc peiora cogitant, nunquid interficiet ſemetipſum? exiſtimantes ad omnem locum quo iret Ieſus poſſe quoque ſe ire (de locis huius mundi loquendo) & ſola morte poſſe ire illō quo ipſi non poſſent ſequi. ſupponebant enim quod nullus eorum ſe vellet interficere. [Et dicebat eis.] Interpoſitis verbis Iudęorum circa ſenſum verborum Ieſu, proſequitur euangeliſta doctrinam Ieſu explicatiuam illius particulæ, & in peccato veſtro moriemini. [Vos de deorſum.] pro, ex ijs quę deorſum. ſeu ex infernis. [Eſtis: ego de ſupernis ſum.] Intendens declarare fidem ſuam ſolam eſſe remedium quōd non moriantur in peccatis ſuis, inchoat à duplici differentia inter ſe & illos: quia manifeſtatur hinc eorum neceſſitas, inde ipſius virtus. ¶ Prima differentia eſt, vos ex infernis eſtis, ego de ſupernis ſum. Quæ vera eſt tam quo ad eſſe perſonale. quia vos cō ſtatis ex infimis, quæ ſunt ex nihilo, ego autem ſum de ſupernis, quæ ſunt diuina. Tum quo ad eſſe moris ſeu ſpiritus: vos enim habetis affectum ex infimis: ego autem repletum habeo affectum de ſupernis, quæ diuina ſūt [Vos de mūdo hoc] ſcilicet ſenſibili. [Eſtis ego nōn ſum de hoc mundo.] Altera differentia etiam vtroque modo verificatur quia & perſona mea non eſt de mundo ſenſibili, perſonæ autem veſtræ ſunt de mundo ſenſibili & mores veſtri ſunt de ſenſualitate huius mundi, mores autem mei non inde ſunt. ¶ Et hæc ſecunda differentia eſt velut ſpecies primæ, quæ eſt velut genus. eſſe enim ex infimis, commune eſt omnibus creaturis eſſe autem de mundo ſenſibili, ſolis ſenſibilibus conuenit Et habetur ex his differentijs quōd vos indigetis me: vtpote qui eſtis ex infernis, qui eſtis de mundo ſenſibili. indigetis me qui ſum de ſupernis, qui non ſum de hoc mundo. [Dixi ergo vobis] Infert ex his differentijs vtrunque. Et primo mortem eorum in peccatis. [Quia.] pro, quod, [moriemini in peccatis veſtris.] Ex hoc enim quōd vos eſtis ex infernis, manetis in peccatis veſtris & ex hoc ꝙ vos eſtis de hoc mūdo (ſcilicet ſenſibili) moriemini in ſtatu in quo

eſtis,

eſtis .[Si enim non crediderius,quia:]pro,quòd,[ego ſum]Ecce ſecundum: ecce remedium,in poteſtate eorum poſitum, quòd ego de ſupernis ſum,quòd non ſum de hoc mundo,ſi non crediderius quod ego ſũ. [Morieminini in peccato veſtro] pro,in peccatis veſtris Significanter autem non repetit de ſupernis,ſed dicit abſolute quòd ego ſum: vt intelligamus oportere credere ipſum eſſe verum deum. Nulla enim creatura poteſt abſolute dicere, ego ſum: quum plus habeat de non eſſe quàm de eſſe,ſicut qui plus habet nigredinis quàm albedinis,non poteſt abſolute dicere ego ſum alb⁹. Solus autem deus eſt qui eſt ſine quacunque permixtione non eſſendi eſt enim ſolus actus purus,nullam omnino compatiens in ſe potentialitatẽ omnis autẽ creatura permixta eſt potẽtiæ vt in philoſophia patet [Dicebant ergo ei.]Occaſione ſumpta ex eo quòd dixerat ego ſum,abſque additione aliqua,interrogãt Iudæi Ieſum. [Tu qui es?]Adiectionem petunt. non intelligentes quòd ſe deũ diceret. [dixit.] Deeſt,coniunctio Legendũ eſt.[Et dixit eis Ieſus. Principium qui.]pro,quia,[& loquor vobis.]Dictio interpretatiua principiũ,in textu Græco aut eſt caſus accuſatiui,aut eſt aduerbium. Et in caſu quidem accuſatiuo conſtruere hunc textum fateor me neſcire,propter quod aduerbialiter hunc textum intelligo. ¶Duo enim in hac prima reſponſione Ieſus de ſeipſo reſpondet quærentibus tu quis es.& poſtea addit tertium, Reſpondet enim in primis ſe poteſtatem habere iudiciariam . quod eſt ipſum eſſe iudicem eorum. Et deinde ſe eſſe miſſum à verace ad annunciandum mundo quæ ab illo audiuit , demum ſubiungit notitiam ſui futuram poſt mortem ſuam. ¶Se autem eſſe iudicem non qualitercunque,ſed commemorando eorum demerita eorum crimina,in hoc quòd audiunt ipſum Ieſum loquentem ſibi , & non credunt , reſpondet dicendo principium, hoc eſt primum quidem dico vobis,quia & loquor vobis [Multa habeo.]pro poſſum,[de vobis loqui & iudicare.]Hoc eſt in primis quia & ego perſonaliter loquor vobis prædicando,manifeſtando myſteriũ ſalutis mũdi) ideo poſſum multa de vobis tum loq teſtificando iniurias quas mihi infertis. tum iudicare damnando. Inferius dicetur , ſi non veniſſem & locutus eis non fuiſſem peccatum non haberent,hoc idem hic ſignificatur quòd quia Ieſus locutus eſt eis , ideo multa de ingratitudine & pertinacia eorum poteſt loqui & iudicare. ¶In quo vides quod commemorando eorum demerita explicat ſe iudicem ,non actu iudicantem,ſed potentem, ſed habentem poteſtatẽ iudiciariam Et hoc eſt primũ quòd reſpondet quærẽtibus,

tu

tu quis es? Sed quoniam iudiciũ in futurũ ſeruabatur (ad ſecundũ ſcilicet aduentũ) ideo modus explicandi ſe iudicé tãquam officij veri quidem ſed futuri introducitur cũ aduerbio primũ & conũctione aduerſatiua ſed tranſeũte ad officium præſens. [Sed qui me miſit verax eſt.] Aduerſatiua vt dictum eſt cõiũctio, ad ipſũ dicere potius quàm ad rem dictam refertur: ſicut & aduerbium principium: ad dicere quoque refertur. Ita q̃ cõtinuatio literæ eſt hæc. Primum dico quia & loquor vobis, multa poſſum de vobis dicere & iudicare. ſed quoniam hoc ſeruatur in futurũ, dico præſens officium, meum qui me miſit verax eſt. ¶ Deſcribit præſens ſuum officium, prius ex parte mittentis: deſcribendo mittentẽ eſſe veracem. Deum mittentem appellat veracem quia de miſſione ad docẽdum eſt ſermo doctrina enim procedit à veritate. Et dicendo qui me miſit verax eſt, dicit, miſſus ſum à verace. [Et ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo.] Non ſolum mittens eſt verax non ſolum miſſus ſum à verace, ſed etiam ego ſum verax: quia quæ audiui ab eo (& non alia) loquor in mundo. Ita quod petentibus Iudeis tu q̃s es, reſpondet quo ad præſentia quòd ſum miſſus à verace verax ad loquendum mundo. ¶ Significanter autem dicit audiui, & non dicit vidi: quoniam quæ ipſe Ieſus etiam ſecundum animam vidit in deo veritatis fonte, non ſunt ſermone explicabilia: quæ autem audiuit, ſicut vocibus ſignificantur audita, ita ſermone quoque poſſunt mundo explicari. Ad ſignificandum itaque quod non omnia quorum notitiam habuit à deo, ſed ea tantum quæ vt explicabilia nouit hæc docuit, dicit quæ audiui ab eo. ¶ Significanter quoque dicit loquor in mundo. loquor inquit, nõ ſcribo: & in mũdo, non in angulo, non in vno regno, non in Aſia ſed in mundo. quoniam doctrinam ſuam ſic tradebat in vno loco, quod intendebat eam tradere mundo: quoniam miſſus eſt doctor mundi, & nõ Iſraelitarum tantum. [Et non cognouerunt quia.] pro, quòd [patrem eius.] pro, eis. [dicebat deum.] Superfluit deum. Intendit enim euangelista dicere quod non cognouerunt quòd loquendo illis ſupradicta patrem appellaret veracem qui miſit ipſum: & à quo audiuit hæc quæ docet & teſtatur in mundo, explicando mundo. Oportebat enim ad hoc cognoſcendum quod iungerent hæc verba cum verbis à Ieſu ſæpe dictis: ſcilicet pater me⁹ miſit me. his nanque adiunctis cognouiſſent q̃ de patre ſuo loqueretur: quòd reſpondiſſet quærentibus tu quis es, ſum fili⁹ veracis qui miſit me verax annũcias mundo quæ à patre meo audiui. Hoc enim officiũ continue exercebat Ieſus [Dixit ergo eis Ieſus.] Occaſione ſumpta ex

pta ex eo quòd non intellexerant Iudæi responsionem Iesu quæ ad hoc quòd dicebat se filium veracis, adiunxit sequentia. [Quũ exaltaueritis filium hominis.]in cruce (mortem enim suam vt inferi' euangelista exponet,significat exaltatione filij hominis)hoc est post mortem meam in cruce. [Tunc cognoscetis.] quod modo non cognoscitis,quod modo non intelligitis tunc cognoscetis.Et dixit hoc:quia multos eorum qui crucifixuri ipsum erant, præuidebat pœnitentiam acturos, & ad fidem venturos. eosdem enim alloquitur,dicendo quum exaltaueritis,& dicendo cognoscetis.Lege actus Apostolorum & inuenies hæc impleta ad literã post missionem spiritussãcti.Actu. 2. [Quia ego sum.]Respondet directe petentibus tu quis es?ex eo quòd dixerat quia ego sum:nõ estis modo capaces ad cognoscendum,quia ego sum,absque quacunque permixtione non essendi:hoc est deitatem meam sed tunc cognoscetis me esse deum,notitia certæ fidei. [Et a meipso facio nihil.] Non solum cognoscetis quòd ego sum(quod est deitatis) sed etiam cognoscetis me esse filium dei:quod est originis diuinę. Hæc enim significatur dicendo,& à meipso facio nihil,sed esse& facere meũ,oritur ab alio,scilicet à patre.[Sed sicut me docuit pater.]Deest,meus,[hæc loquor.]Explicat patrem quem non intellexerant.Et quemadmodũ superius dixerat audiui ab eo, ita modo dicit docuit me pater:ad idem scilicet significandum: nam neque proprie est ibi auditus neque docere,sed vtrũque assumptum est ad imitandum explicanda,que enim homo dixit,potest quoq; loqui.Cognoscetis ergo nunc etiã hoc quòd sicut docuit me pater hæc loquor:hoc est sermones meos procedere à deo patre meo. [Et qui me misit.]Cognoscetis etiã mysteriũ incarnationis, quo ego missus sum.Cognoscetis inquã me non esse missum sicut alii prophetæ missi sunt à deo,sed sicut filium proprium ipsius dei: dum cognoscetis quòd & qui me misit.[Mecum est.] Minus dicit & plus significat quoniã significat meeũ,est inseparabiliter:pater enim inseparabilis est à filio incarnato.[Et non reliquit me solũ.] Deest pater.Significanter dicit non reliquit:quoniã de continuata gubernatione diuina in omnibus,& per omnia quę erant filii hominis,est sermo.Ita q; sensus est:cognoscetis q; pater nõ reliquit desistendo à cõtinuata seruatione me hominẽ solũ:hoc est seclusso deo [Quia ego q̃ placita sunt ei,facio semper]Meritũ cõtinuatę gubernationis describitur?ex hoc quòd nõ quãdoque, sed absque vlla interpollatiõe semper fecit quæ placita sunt patri,meruit cõtinuè gubernari,cõtinua diuina cura seruari in oĩbus suis

actionibus

actionibus & passionibus &c. ¶Nec obiicias contra hoc meritū q̄ ipsemet erat deus, seruans seipsum hominem sine vllo merito. voluit enim etiam hoc modo (scilicet merendo. continuam habere gubernationem diuinam. ita q̄ non solum iure diuinæ personæ sed etiam alio modo) scilicet iure meriti (habere voluit cōtinuitatē diuinæ curæ, Quemadmodum voluit intrare in gloriam suam etiam merito mortis suæ. [Hæc illo loquente multi crediderunt eum.] Fructus prędicationis Iesu subiungitur ab euangelista. [Dicebat ergo Iesus ad eos qui crediderunt ei iudæos.] Duas conditiones horum describit euangelista. Alteram generis, scilicet Iudæos qui maxime aduersabantur Christo. Galilæi enim minus erant illi contrarij. Alteram fidei informis: nā non dicit crediderunt in eum) quod significat fidem formatam charitate (sed crediderūt ei: quod est act⁹ fidei informis. [Si vos mānseritis in sermone meo] Præuidebat istos non perseueraturos. & propterea à conditionali incipit. Nec dicit si vos deliberaueritis manere. sed si vos manseritis. quod ad ipsam perseuerantiæ executionem spectat: Manere autem in sermone Iesu, est perseuerare in fide & opere prædicatis atque præceptis sermone Iesu. [vere discipuli mei eritis.] pro estis. Ad differentiam discipulorum ad tempus (qui scilicet ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt) apponit vere: declarans per hoc quod discipuli sui ad tempus, non sunt vere discipuli sui. Propter hoc enim dicit in præsenti estis. aperte significando quod discipuli non mansuri, non sunt vere discipuli sui: quia nō sunt discipuli absolute sed secundum quid, scilicet ad tempus. [Et cognoscetis veritatem.] Pondera cōditionalem: cuius antecedens est si vos manseritis in sermone meo. Cuius consequens multas habet partes. primam de præsenti, vere discipuli mei estis. secundam de futuro, & cognoscetis veritatem. Perseuerantia ergo in sermone Iesu, infert nō solum esse discipulū Iesu absolute, sed etiam futuram cognitionem veritatis. ¶Non dicit & credetis, sed cognoscetis: vt claritatem notitiæ significet. Nec dicit cognoscetis quæ dico, quæ propono mundo vt credantur, sed veritatem. tum quia discipuli Iesu perseuerantes superueniente lumine spiritus sancti cognouerunt veritatem fidei. quanuis non viderint illa quæ credebant, tum quia perseuerantes omnes in fide formata adipiscuntur fructum fidei cognitionem veritatis fidei. Vident enim credenda esse ea quæ sunt fidei, non vt opinabilia, non vt probabilia, sed vt vera. Hoc est si quidem cognoscere veritatem. quod est videre credibilia sub ratione veri credibilis, non opinabilis aut

pro-

probabilis [Et veritas liberabit.] pro, liberos faciet, [vos] Hæc est tertia pars consequentis, quæ est fructus secundæ: scilicet quòd veritas fidei cognita faciet vos liberos à seruitute peccati, à seruitute passionum mundanarum. ¶ Vide discipulos Christi suscepto spiritusancto à timore & respectibus humanis liberos. & intelliges hanc promissionem. Conspice quotidie electos dei liberos à seruitute mundanarum passionum, & videbis veritatem huius promissionis. Præter hoc quòd veritas fidei formatæ liberat à seruitute peccati, quantũ ad maculam. [Responderunt ei.] Iudæi scilicet qui ei crediderunt. [Semen Abrahæ sumus.] Quum multa audissent, nihil magis eos offendit quàm imputata seruitus. Et propterea omissis reliquis, superbi discipuli impatientes quod appellati fuerint serui, non solum liberum sed nobile genus suum ex Abraham proferunt. Carnales enim erant & de corporali libertate intellexerant verba Iesu, & propterea liberum erant genus [Et nemini seruiuimus vnquam.] Non solũ genere sed etiam secundũ proprias personas liberos se affirmant: dicendo se nunquam seruisse alicui, Artificiose loquuntur, libertatem ab extremis tuentes (scilicet ex Abraham primo patre & à proprijs personis) omittendo intermedios parentes: quos constabat multiplici seruitute affectos tum in AEgypto, tum in Babylone, tum in varijs subiectionibus & direptionibus: vt patet in libro Iudicum. Dicebant autem isti personas suas esse liberas, quia adhuc non erant in seruitutem Romanorum redacti, sed erant tributarij: & non vt serui sed vt liberi sub Cæsare gubernati per præsidem. [Quomodo tu dicis, liberi eritis?] Futura enim libertas seruitutem supponit. Hinc clare apparet discipulos istos parum reuereri magistrum: dum se sic opponunt contra eum. [Respondit eis Iesus.] man suetissimus magister ordine præposterο. Nam prius respondet explicando de qua libertate & seruitute loquitur. & deinde ad id quod dixerant semen Abrahæ sumus. [Amen amen dico vobis quia] pro, quod, [omnis qui facit peccatũ, seruus est peccati.] Ecce de qua seruitute loquor. Et est sensus quod omnis nullo excepto faciens peccatũ, incurrit seruitutem peccati. Consistit autem seruitus peccati in duobus. vnũ est in non posse abiicere illud à se. Quanuis in potestate facientis peccatum, sit facere vel non facere peccatum: factum tamen peccatum abiicere à se, non est in potestate eius. Hanc ergo seruitutem incurrit, quòd oportet ipsum subiici peccato facto. remanet enim peccatum macula & reatu in anima inseparabiliter. quanuis actio peccati transitoria sit sicut & delectatio ¶ Secũdum est quod peccatum

catum remanens dominatur in animo, trahendo ad aliud peccatū tanta & tali efficacia vt oporteat hominem subiectum peccato nisi pœniteat, denuo peccare. quia iam animus auersus est ab incommutabili bono retinente hominem ne peccet. Nec propterea excusatur peccator à nouis peccatis. tum quia voluntarie committit singula, licet non possit vitare omnia. tum quia voluntarie se posuit in statu talis seruitutis. tum quia potest quod in se est facere vt pœniteat. ¶ Merito autem qui facit peccatum incurrit seruituteṁ peccati: quia faciendo peccatum exorbitat à vera libertate quia abutitur libertate, vtendo ea contra rectam rationem, vtendo ea contra præcepta dei largitoris libertatis. iustum est enim vt qui seipsum ab ordine rationis rectæ deiecit, tortæ rationis seruituti subiaciat. Et est sermo de peccato simpliciter & absolute: quod est solum peccatum mortale. peccatum enim veniale non est peccatum nisi secūdum quid. [Seruus autem non manet in domo in æternum. filius manet in æternum.] Declarata seruitute: declarat liberatorem à seruitute, & ex differentia inter seruum & liberum in genere descendit ad propositum in speciali. Assumit autem differentiam inter filium & seruum absolute, penes hoc quod est manere vel non manere in domo. Et intendit quòd seruus non habet ius manendi in domo in æternum: quoniam nullum habet ius perseuerandi in domo domini sui, sed ex nutu domini pēdet quod vendatur, ꝙ nūquam ad domū redeat. filius autem ius habet manēdi in domo patris in ęternū eo ipso quod filius est. ¶ Significantiusque dicitur filius in numero singulari: vt plenū ius manendi in domo patris explicetur, ne vlla diuisio cū fratre impediēs obiiciatur. ¶ Et cū multæ sint differentiæ inter filium & seruum, hanc solam suauissimus doctor assumpsit: quoniam hæc differentia directe manifestat fructum libertatis. Dixerat enim quod veritas liberos vos faciet: nec vlteriorem fructum subiecerat & propterea modo fructum libertatis subiungit: qui est manere in domo in æternum. Quem depēdere à filio, ex hac differentia infert subiungendo. [Si ergo vos filius liberauerit.] pro, liberos faciet, [vere liberi eritis.] pro, estis. Ex hoc quod filius manet in domo in æternum potestatem liberum faciendi seruum habet. Et si hac potestate vsus fuerit filius ęterni patris erga vos seruos peccati, subiungendum erat manebitis in domo in ęternū. Sed radicē manēdi in domo in ęternū, subiunxit. vere liberi estis: hoc est non estis amplius serui peccati, sed vere liberi, ad differētiā eorū qui sunt liberi ad tempus. & cōsequēter manebitis i domo patris mei in æternū. in qua serui peccati ad

ad tempus quidem manere possunt. non autem in æternum. Domus enim dei (vt patet. 1. ad Timo. 3.) est congregatio fidelium, in qua multi serui peccati sunt, sed non perseuerabunt in æternum in societate iustorũ: quod esset manere in domo dei in æternum. ¶Considera q̃ prius dixerat, veritas vos liberos faciet: & modo dicit, si filius vos liberos faciet. vt intelligamus libertatem nõ pẽdere ex sola cognitione veritatis non pendere ex solis actibus nostris quos numerauerat (scilicet permanere in sermone eius, & cognoscere veritatem) sed etiã ex gratia filij. Et vere sic est: quoniam ex parte nostri requiritur & id quod est intellectus & id quod est operis: ex parte aũt dei requiritur donũ filij ad nostram libertatẽ. ¶Considera rursus q̃ libertas à passionibus, à respectibus mũdanis & huiusmodi oritur à libertate spiritus, quę est per veritatem fidei: & per oppositũ esse seruum passionũ & respectuũ humanorũ, ex seruitute peccati prouenit. & propterea Iesus contra libertatem gratiæ quæ est per veritatem fidei è regione locat seruitutem peccati [Scio quia.] pro, quòd, [filij.] pro, semen, [Abrahę estis.] Occasione accepta ex eo quod dixerãt discipuli Iudæi semen Abrahę sumus, arguit eos intendens quòd licet natura descenderint ex Abrahã, imitatione tamen morum ex alio sunt patre quàm Abraham. Assentit itaque generi secundum naturalem originem ex Abraham. & opponit cõtrariũ morem dicendo. [Sed quæritis me interficere.] In quo apparet quòd isti qui crediderunt ei, iam mente recidiuauerãt. [Quia sermo meus non capit.] pro, non habet locum, [in vobis.] Ne excusarent tanquam iustam intentionem occidendi ipsum, subiungit innocentiam suam. Acsi apertius dixisset quæritis me interficere nõ ob aliquod meum crimen, sed quia sermo meus non habet locum in vobis. ¶Et vere sermo eius non habet locum in animis passionibus subiectis: quales esse istorum animos, & præcedentia & sequentia testantur. Ex eo enim q̃ sermo Iesu non habebat locum suum in animis Iudæorum procedebat q̃ ipsum vt blasphemum ac vt violatorem sabbati persequebantur, passio siquidem animi impedit mentem à discretione veri. [Ego quod vidi apud patrem.] Deest, meum, [loquor.] Arguit rationem arguendi. ad conuincendum eos quòd habent alium patrem quàm Abraham. Et arguit ab exemplo suo, ego loquor quæ vidi apud patrem meum, & vna eadémque sententia ab exemplo suo arguit & iustitiam doctrinæ suæ explicat, dicendo se loqui visa apud patrem suum deum ¶Nec te moueat quòd superius dixerat se loqui audita & docta à patre. Eadem siquidem sunt visa, audita

& docta,

& docta, diuersis rationibus diuersimode significata. Hic enim significantur vt visa, ad testificãdum euidentem notitiam illorum se habere Et quia argumento ab exemplo cõgruit, vt congrue inferat, subiungit. [Et vos]deest, igitur, [quæ vidistis apud patrem vestrum facitis.] Quemadmodũ ego loquor quæ vidi apud patrẽ meũ, sic consequens est vt vos quæ vidistis apud patrem vestrum faciatis. Quod est dicere quòd quærẽdo me interficere, facitis quæ vidistis apud patrem vestrum: vt hinc intelligerent se aliũ patrem habere quàm Abraham. [Respondẽrũt, & dixerunt ei. pater noster Abraham est.] Audientes se facere quæ viderũt apud patrem suũ, & non intelligentes quid Iesus intenderet, perstant in carnali origine, rursus asserendo suum patrem esse Abraham. Acsi apertius dixissent. hoc scimus quòd pater noster Abraham est: quid autem tu intendas dicendo quòd facimus quæ vidimus apud patrem nostrũ nescimus. [Dicit eis Iesus. Si filij Abrahæ estis.] pro, essetis, [opera Abrahæ facite.] pro, faceretis vtique. Non de filijs secundũ carnem sed secundũ imitationem fidei & morum loquitur, dicendo si filij, imitatione, essetis Abrahæ, faceretis vtique opera Abrahæ. Nec eget probatione hæc conditionalis. [Nunc autem quæritis me interficere.] Procedit à destructione consequentis ad destructionem antecedentis, opus vestrum est quærere occidere me, nõ virum iniustum seu malum, sed. [Hominem qui veritatem vobis locutus sum.] Nota singulas particulas. Primo hominem. in quo nullum sonat meritum vt occidatur. sed potius vt non occidatur. Deinde qui veritatem locutus sum. ad excludendum crimen quodcunque tam mendacij quàm falsitatis. [Quam audiui à deo.] ad excludendum crimen pseudoprophetæ Et per hoc excludit vtrumque causam quæ secundum legem erat contra prophetas. scilicet si vel falsum dixisset, vel propheta esset non veri dei sed idolorum seu dæmonum &c. [Hoc Abraham non fecit.] Pronomen hoc, demonstrationem simpliciter exerset, demonstrat enim genus operis: & non hoc opus individuale. Intendit siquidem quòd simile opus nunquàm fecit Abraham. Et in hoc completur destructio consequentis. [Vos facitis opera patris vestri.] Vbi concludendum erat vos non estis Abrahæ filij, imitatione, concludit non dictam negatiuam: sed affirmatiuam continentem in se virtualiter illam: dicendo. vos facitis opera patris vestri. Intendit enim inferre conclusionem pendentem etiam ex antedictis, vos quæ vidistis apud patrem vestrum facitis. Excluso namque quòd non facerent opera Abrahç, persistit in conclusione priore, vos fa-

tis opera alterius quàm Abraham patris veſtri: non ſecundum carnem ſed ſecundum morem [Dixerunt itaque ei.] Tandem intellexerunt quòd non de patre carnali, ſed de patre fidei ac morũ Ieſus loquebatur, & propterea inchoant nouam reſponſionem. [Nos ex fornicatione non ſumus nati.] Fornicationem appellant idololatriam: eo quòd in ſacra ſcriptura filij fornicationum appellantur Iſraelitæ idololatræ. De patre ergo fidei, religionis, & conſequenter morum, reſpondent ſe non eſſe ſecundum cultum & mores natos ex idololatria. [Vnum patrem habemus deum.] Non ſumus vt Samaritani, habentes plures patres religionis: colentes plures deos, ſeu colentes deum verum & cum hoc alium deum. hi enim habent plures patres nos vero vnum tantum patrem religionis habemus deum, qui ſolus eſt deus ¶ Et dicunt hoc vt reſtiant verba Ieſu, vos quę vidiſtis apud patrem veſtrum facitis. Nõ enim poſſent argui ſi facerent quæ vidiſſent apud patrem ſuum deum. [Dixit ergo eis Ieſus.] Conſequenter ad eorum verba dicit. [Si deus pater veſter eſſet diligeretis vtique me.] hoc eſt ſi deus amore & honore haberetur à vobis pater, diligeretis ſaltem me. Et non dixit diligeretis & honoraretis: quoniam ab honorando poterant excuſari ignorantia quòd ipſe eſſet deus: ſed à diligendo nulla poterant palliatione ſe excuſare. debebant enim ipſum diligere ſaltem vt dei nunciũ ſeu prophetam. conſequens nanque eſt vt diligens aliquem vt patrem, diligat omnem nuncium illius vt rem patris. Propter quod ſubiungit: [Ego enim ex deo proceſsi.] deus de deo æterna natiuitate, & homo miſsione. [Et veni.] pro, venio. ad prædicandum, ad redimendum mundum. Ecce ratio conſequẽtiæ: quòd ſi deus pater veſter eſſet, diligeretis me; quia ego ab illo proceſsi & veni, quia ſum res dei & nuncius eius. [Neque enim à meipſo veni] pro, venio hoc eſt non venio ad prædicandum ex proprio cõſilio ſeclu ſo deo. [Sed ille me miſit,] ad euãgelizandũ. [Quare loquelam meam non cognoſcitis?] Interrogatiue legendum eſſet. Et eſt ſenſus. quare non cognoſcitis loquelam meam eſſe diuinam ex ipſa loquela? Sicut enim Petrus Galilæ e loquens. ex loquela agnitus eſt (quum dictum eſt illi. Galilæus es, nam & loquela tua manifeſtum te facit) & communiter hominum patriæ loquelis agnoſcuntur, ita Ieſus loquelam ſuam diuinam habẽs dicit, quare loquelam meam non cognoſcitis? Quemadmodum enim miracula ſua faciebat non ſicut alij prophetæ ſed modo diuino (ſcilicet imperando) & quemadmodum docebat tanquàm poteſtatem habens, ita modus loquendi diuinus erat, & diuinitatem ſonabat.

ſonabat. Quod miniſtri pontificum in præcedenti capitulo teſtati ſunt qui miſſi vt eum caperẽt, ex modo loquendi Ieſu mutati retulerunt, nunquam ſic locutus eſt homo ſicut loquitur iſte homo. [Quia non poteſtis audire ſermonẽ meũ.] Reddidit ipſemet Ieſus rationẽ quare loquelam ſuam non cognoſcerent. Acſi apertius dixiſſet. Dicam ego vobis quare loquelam meam nõ cognoſcitis. ratio eſt quia non poteſtis audire ſermonem meum: tanto me odio habetis, tanta inuidia me proſequimini vt non poſsitis audire ſermonem meum. hinc enim fit vt non poſsitis cognoſcere loquelã faſtidio habentes ſermonem meum, non cognoſcitis loquelam. [Et dixit hoc. ad explicãdum quòd ignorantię ſuæ, cauſa ſunt ipſimet, eſt eorũ malitia tanta vt nec audire quidem poſsint ſermonem eius. Redditque ſimul veram cauſam non cognoſcendi loquelam. oportet enim ad diſcernendum loquelam attente audire ſermonem loquentis [Vos ex patre diabolo eſtis.] quod pluries in genere dixerat patrẽ veſtrum. demum explicat illum. Diabolus (vt dictum eſt) Græca eſt dictio: & ex vi ſermonis ſignificat calumniatorem ſeu delatorem. tranſlatum autem eſt ad ſignificãdum dæmonem tam apud Græcos quàm apud Latinos. Ita quòd hoc in loco nomen eſt dæmonis. Patrem autem non natura, ſed exemplo dicit. Vnde & ſubiungit [Et deſideria patris veſtri vultis facere.] Quòd habeatis diabolum vt exemplar quod imitamini, hinc patet quia deſideria illius vultis facere. filij enim eſt adimplere deſideria paterna. In quo oſtendit eos obſequentiſsimos eſſe filios diaboli: vtpote qui non expectant præcepta patris, ſed ſpontanei ſunt ad adimplendum deſideria patris. [Ille homicida erat ab initio.] Probat ꝙ ipſi deſideria patris diaboli volunt facere quo ad duo ſcilicet homicidium & elongationem à veritate. Vtrunque enim horũ erat in iſtis: quærentibus interficere Ieſum, & elongatis valde à veritate quam euangelizabat Ieſus. Et propterea vtrunque horum manifeſtat eſſe in diabolo: vt conuincãtur ꝙ volendo hęc facere, volunt adimplere deſideria diaboli. Ille, diabolus, homicida erat. Vere homicida: qui occidit hominem anima & corpore. abſtulit enim vitam animæ & vitã corpori, non ab vno homine ſed ab homine, ab humano genere. Vere homicida. quoniã ex intentione occidendi animam & corpus hominis, tentauit & ſuaſit homini. Et dicit ab initio: quia in initio mundi quo creatus fuit homo, homicidiũ fecit. [Et in veritate nõ ſtetit.] Declarat alterũ crimen dæmonis, quod fuit prius quàm homicidium. Et eſt ſermo de veritate fidei. in principio ſiquidẽ omnes angeli illuminati ſũt

veritate fidei ſupernaturalis beatitudinis, ad quam peruenire poſſent proprijs meritis: ſed aliqui perſeuerarunt in veritate fidei reuelatæ beatitudinis, appetentes & petentes illam ex diuina gratia aliqui autem non perſeuerarunt in veritate conformantes ſe gratię reuelatę beatitudinis. & propterea dicuntur in veritate non ſtetiſſe [Quia non eſt veritas in eo.] hoc eſt quia non eſt in eo amor veritatis. Et conſidera quòd vbi debuiſſet dici, quia non fuit in eo veritas, dixit quia non eſt in eo veritas. vt plus ſignificaret: vt ſcilicet manifeſtaret perſeuerantiam non veritatis in diabolo. Ita quòd quia ex tunc non eſt in eo veritas vt amata in amante, ideo in veritate non ſtetit. vera enim & propria ratio non perſeuerandi in veritate reuelatæ beatitudinis, eſt negatio amoris ad veritatem. in hoc nãque primum diſcreti ſunt angeli boni à malis quòd illi amauerunt veritatem reuelatam vt regulam & finem actionum ſuarum, iſti autem non amauerunt illam nec amant. ¶Et aduerte quòd quanuis ſit ſermo de veritate iuſtitiæ fidei reuelatæ, non tamen dicitur & in veritate iuſtitiæ fidei, ſed in veritate nõ ſtetit: & ſimiliter nõ dicitur quia non eſt in eo veritas iuſtitiæ, ſed quia nõ eſt in eo veritas. ad ſignificandũ quòd veritas iuſtitiæ fidei, eſt veritas ex qua pẽdet omnis veritas quæ eſt in libera poteſtate cuiuſcunque creaturæ. Ita quòd ideo dicitur abſolute in veritate & veritas: eo quòd eſt ſermo non de hac vel illa. ſed abſolute in qua libe rum eſt ſtare quę poteſt amari & non amari. Quod dicimus propter veritatem naturalem intellectus: quę non ſubeſt libertati creaturę rationalis. quę & remãſit in diabolo. De hac enim non eſt ſermo, ſed de veritate in qua ſtare vel non ſtare poſitum eſt in libertate rationalis creaturæ: vt textus ipſe clare ſonat. [Quum loquitur mendaciũ, ex proprijs loquitur.] Veritatem reuelatam reliquit, naturalem autem habet non propriam ſed communicatam à deo: ſed quum mendaciũ loquitur, non ex communicatis ſibi à deo. [Quia mendax eſt & pater eius] ſcilicet mendacij. Non ſolum eſt mendax, ſed etiam primus qui dixit mendacium. Primum enim mendacium in ſacra ſcriptura commemoratum, eſt mendacium quod dixit diabolus Euæ, nequaquàm moriemini. [Ego autem ſi.] pro, quia, [veritatem dico, nõ creditis mihi.] Duarũ conditionũ quas deſcripſit in dæmone, alteram (ſcilicet homicidij) ſuperius deſcripſerat iſtos imitari, dicendo quæritis me interficere. alteram (ſcilicet auerſionis à veritate) ſubiungit modo iſtos imitari: dicendo quòd quia dico veritatem ideo non creditis mihi. Vere cõprobatur inimica vobis veritas, ex eo quòd non creditis mihi quia

dico

dico veritatem. hoc enim eſt comprobare vos eſſe filios diaboli, qui contrarius eſt veritati, vtpote pater mendacij. [Quis ex vobis arguet.]pro,arguit [me de peccato?] Ne Iudæi ſe excuſarent, dicendo quòd ideo non credunt ei quia peccator eſt, innocentiã ſuam ab omni peccato proponit dicẽdo. Quis ex vobis arguit, hoc eſt habet rationem arguendi, me de peccato? quaſi dicat. nullus, quia nullum peccatum habeo. [Si veritatem] Deeſt autem eſt. Si [autem veritatem dico.] Partitione vtitur. Si non poſſum argui de peccato, ſed veritatem dico. [Quare vos non creditis mihi.] Et intendit probare quod dixerat ſcilicet quia veritatem dico non creditis mihi. Acſi apertius diceret. Si non ex odio veritatis nec ex meo peccato, reddite vos rationem quare vos non creditis mihi, ex quo ego dico veritatem. [Qui ex deo eſt.] Adiungit alteram rationem quare non credunt ſibi, dicendo qui ex deo eſt, non loquendo de eſſe naturæ, ſed de eſſe moris. Et eſt ſenſus. Qui ex deo eſt ſecundum affectum. [Verba dei audit.] id eſt ſuſcipit. Verba quidem dei neceſſaria ad ſalutem, ſuſcipit vt neceſſaria ad ſalutem. verba autem dei exhortatoria, ſuſcipit vt expedientia illa vt præcepta, hæc vt conſilia [Propterea vos non auditis.] Hinc apparet quod non de auditione corporali, ſed de auditione interna (hoc eſt ſuſceptione Ieſus loquitur) nam ad literam illis loquebatur verba diuina qui audiebant. Ex hoc enim quod dicit in præſente non auditis, ſignificat quòd de interna locutione loquebatur. [Quia ex deo non eſtis.] ſecundum affectum. Conſidera in hac illatione affirmatum eſſe ex deo, inferre affirmationem audiendi verba dei: & negatum eſſe ex deo inferre negationem audiendi verba dei, vt intelligamus propriam afferri cauſam. nam in cauſis prorijs affirmatio eſt cauſa affirmationis & negatio negationis. Et vere ex dono dei in affectu (ſiue donum illud ſit gratuita motio. ſiue quodcunque aliud gratuitũ) inde prouenit interna auditio verborum dei. ſiue exterius ſiue interius proponantur ¶ Vbi etiam nota quòd non repetit verba dei, dicendo propterea vos non auditis (non enim dicit propheta vos non auditis verba dei) vt intelligamus eadem eſſe verba ipſius & verba dei: vt intelligerẽt Iudæi quod idem erat non credere verbis Ieſu & non audire verba dei. Quod Iudæi intellexiſſe ſe monſtrant in ſubiuncta reſponſione. [Reſponderunt ergo Iudæi.] Hactenus euangeliſta non aliter nominauit reſpondentes, vt intelligeremus illos locutos Iudæos qui crediderunt Ieſu: modo nominat Iudæos reſpondentes: ad inſinuã dũ quòd docente Ieſu in tẽplo illos Iudęos qui crediderũt Ieſu, cõ

uenerunt interim ad eos alij Iudæi. Ita ꝙ responsio ista nō aferbitur illis qui crediderunt vt propria, sed cōmunis significatur Iudæis ibi præsentibus, tanquā lacessitis iniuria duplici tum ex deo nō estis. tū ex patre diabolo estis. [Et dixerūt ei. Nonne bene dicimus nos.] Vbi manifestāt se hæc quidē dixisse. sed modo agnosce re quòd bene dicunt, modo approbant dicta. Nec aiūt nōne bene dicūt, sed bene dicimus nos. manifestantes se esse illos qui perseue rant dicendo hæc. [Quia.] pro, ꝙ, [Samaritanus es tu.] non genere sed more. Samaritani enim & contrarij erant Iudæis, & partim seruabant ritū Iudæorū & partim nō & propterea quia Iesus videbatur contrarius eis, & videbatur partim seruare legem & partim soluere violādo sabbatū, ideo contumelioſe appellant eum Samaritanum moribus. [Et dæmonium habes.] Nolentes credere Iesum miracula facere diuina virtute, doctrinámque habere à deo attribuūt vtrunque dæmoni. Et intendūt ꝙ Iesus demoniaca virtute, & miracula faceret & doceret. propterea q; tot arrogare sibiipsi. [Respondit Iesus.] Nō ad cōtumeliā propriā, qua appellatus est Samaritanus: sed ad iniuriā dei, qua dictū est dæmoniū habes. Hęc enim directe tollebat fidē credētium, tollebat veritatē doctrinæ, nocebat populo præter hoc ꝙ erat directe contumelia diuina, vt filius dei diceretur dæmoniacus. [Ego dęmonium non habeo.] Maxima mansuetudine iniuriā declinat simplici negatione. [Sed honorifico patrem meum.] Probat ab opere se non habere dæmoniū, quia opus facit contrarium dæmonio: scilicet honorifico patrem meum. Dęmon enim contra honorē dei pugnat: ego aūt deum patrem meū honorifico, verbo & opere. [Et vos inhonoraſtis.] pro, inhonoratis. [me.] Et vos hęc verba nō dicitis vt credatis me esse talem: sed ad inhonorādū, ad cōtumelia afficiendū me. [Ego autem nō quæro gloriā meā.] Quanuis dicam ꝙ vos inhonoratis me, nō tamen propterea ego homo quæro gloriā meā præsentē. Rursus quanuis dicā de meipso ꝙ ex deo processi, & alia huiusmodi, non tñ p hæc q̄ro gloriā meā: hoc est nō q̄ro per hęc, honorari & laudari ego homo, sed quæro obedire, declarare veritatē, euāgelizare vobis quæ sunt ad dei gloriā & vestrā salutē. & breuiter nō intēdo nec quæro præsentē gloriā meā. sed opera obedientiæ, sed merita, sed vt laudetur & glorificetur deus. [Est qui quærat.] Licet ergo non quærā gloriā meam, scitote tamen mihi esse debitam, & quod extat deus qui quærat gloriā meam intentio mea secūdum quòd sum homo non tendit ad hoc vt ego homo in præsenti glorificer à vobis: intentio tamen dei tendit ad hoc vt vos glorificetis me. Deus enim

vult

vult vt homines honorẽt in præsenti vita sanctos suos (sicut præcipit honorari parentes) quanuis sancti viri non quærant vt glorificentur in præsenti vita. ¶ Nec dicit est qui quærit, sed quærat: vt intelligamus deum non tam quærere quàm quæsiturum: hoc est præcipere quidem vt glorificetis me, non tamen effectum facere velut studiose quærens, sed quæsiturũ postea eos qui glorificauerunt & qui non, examinando merita hominũ. [Et iudicet] Non aduersatur hæc sententia superiori, pater non iudicat quenquam: quoniam ibi est sermo de iudicio sensibili & vniuersali. hic est sermo de iudicio quod quotidie exercetur à deo, & in vita, & in morte hominum. Non solum itaque extat qui inquirat, sed etiam qui ius dicat non glorificantibus & glorificantibus me. illos puniẽdo, istos præmiando. [Amen amen dico vobis. si quis sermonem meũ seruauerit.] Lacessitus iniuria Iesus non desistit à prædicatiõe instruens ab exẽplo prædicatores, & quod dixit verbo se non quærere gloriam propriam, monstrat euangelio: proponendo ea quæ erant salutis humani generis, Simulque contestatur à potentia sermonis sui, non dæmoniacum, sed diuinum esse suum sermonem: docendo quòd si quis sermonem suum opere seruauerit. [Mortem non videbit in æternum.] Dicit in æternum, ad differentiam mortis temporalis: mors enim æterna est mors animę: mors vero temporalis est mors corporis. ¶ Nec dicit non morietur, sed non videbit mortem: vt intelligere possent quòd de morte illa loquebatur quæ cõsistit in videre, quæ priuat non vita naturæ, sed vita quę consistit in visione: quæ est vita fœlicitatis æternę. Ita quòd videre mortẽ est habere mortẽ in actibus animæ, visione significatis. [Dixerunt ergo ei Iudæi. Nunc cognouimus.] Vide furorem non solum à cõtumelia inchoant responsionem (quum tamen Iesus eis mansuetissime proponeret eorum salutem) sed proprij honoris obliuiscuntur: manifestantes se temere hactenus dixisse, dæmonium habes. Non enim dicunt nunc etiam cognouimus, sed nunc cognouimus. prius igitur non cognouerant, & tamen dixerant. [Quia.] pro, quòd, [dæmonium habes.] Impossibilem reputabant veritatẽ verborum Iesu, & propterea dicunt se nunc cognouisse quod dæmonium habet vtpote loquens manifeste falsa & impossibilia [Abraham mortuus est & prophetæ.] Exacerbati odio nõ solũ errant intelligẽdo verba Iesu de morte corporis. sed præcipites nõ dubitant nõ quærunt quo sensu illa verba dixerit, sed diffinũt de morte corporis dicta, & propterea obijciunt mortem Abrahę & prophetarũ; quos cõstabat sermonem dei seruasse [Et tu dicis

ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, non guſtabit mortem in æternum Ieſus dixerat non videbit mortem ſpiritus ſignificans actione ſpiritualiſſima, qualis eſt viſio iſti vero paſſionibus excęcati, de morte corporis intelligentes, actionem materialiſſimam inter ſenſationes (qualis eſt guſtare) repetunt [Nunquid tu maior es patre noſtro Abraham qui mortuus eſt, & prophetæ mortui ſunt.] Debebant conſequenter dicere nunquid tu maior es deo (cuius ſermo ſeruatus non abſtulit mortem Abrahæ & prophetarum: quum dicas, ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, non videbit mortem in ęternum) ſed paſſio non ſolum impedit cognitionem, ſed etiam ordinem conſequentiámque ſermonis. Simúlque manifeſtant quã de illo opinionem habebant poſt tot miracula: quòd ſcilicet non eſſet maior nec Abraham nec prophetis. [Quem te ipſum facis?] Sicut à contumelia inchoarunt ita in contumeliam terminant. Non dicunt quis es, ſed quem te facis? ſignificando quòd ſeipſum exaltaret, quòd ſibiipſi arrogaret perſonam quæ non eſſet: dicendo tantam eſſe vim ſermonis ſui vt ſeruet à morte [Reſpondit Ieſus] ordine præpoſtero, nec ad ſingula, ſed ad duo vltima. Omittit enim reſpondere ad primum (ſcilicet dæmonium habes) quia iã reſpõderat [Si ego glorifico me ipſum.] Dixerant vltimo, quẽ te ipſum facis, imponentes ei quod non eſſet, ſed faceret ſeipſum perſonam tam excelſam. Et propterea ad hoc primum reſpondet, Si ego, homo ſeeluſo deo, facio meipſum glorioſum, vt vos dicitis, [Gloria mea nihil eſt.] tum quia vana, tum quia falſo eſſet gloria quã ego mihi vſurparem. [Et pater meus qui glorificat me.] Ecce vnde veniunt verba glorioſa de me ſcilicet à patre meo [Quem vos dicitis quia] pro, quòd, [deus veſter eſt.] Clare aperit eis quòd pater ſuus eſt deus, non alius deus quàm ille quem Iudæi dicunt deum ſuum: vt manifeſte intelligas quòd ipſe homo nõ glorificat ſeipſum, ſed deus eſt qui glorificat illum, deus eſt qui mandat ei dicere illa. deus eſt qui dedit ei vnde illa glorioſa verba vera ſint. nam deus pater generando filium deditei deitatem, ex qua glorificabatur. ¶Significanter autem non dicit, pater meus deus veſter, ſed apponit quem vos dicitis deum veſtrum: quia in veritate non erat deus eorum vtpote quem non colebant corde, ſed ore. iuxta illud hic populus labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt à me.

[Et non cognouiſtis eum.] Differentiam ſubiungit inter ſe & illos, penes notitiam patris dei. Si pronomen eum monſtrat patrem, planus eſt ſenſus: quia non cognouerunt deum ſub ratione patris ęterni filij. Si autem pronomen eum demonſtrat deum,

tunc

tunc ſcrupulus occurrit: quia notus in Iudæa deus. ¶Solutio eſt quod ſi eſt ſermo de notitia fidei, intelligitur de notitia affectiua & effectiua: qua iſti carebant. Et huic ſenſui fauent ſubiuncta è regione verba Ieſu, ſcio eum & ſermonem eius ſeruo. Si autem eſt ſermo de notitia euidentiæ, planus eſt ſenſus, quod, Iudæi non habebant euidentem notitiam dei ſui. Quanuis enim potuiſſent habere euidentiam per creaturas (vt dicitur ad Romanos primo) euidentiam tamen dei ſecundum ſpecialem prouidentiam qua nominabatur deus eorum, non habebant. [Ego autem noui eũ.] tam filius dei notitia diuina, quàm vt filius hominis notitia beata. [Et ſi dixero quia.] pro, quòd, [non ſcio eum, ero ſimilis vobis mendax.] In hoc ero ſimilis vobis quòd ero mendax, ſi dixero ꝙ non noui eum. Mendaces erant, dicentes nunc cognouimus quòd dæmonium habes, quod enim non eſt non poteſt ſciri. Et quanuis impoſſibile fuerit tam antecedens quàm conſequens huius conditionalis, ipſa tamẽ conditionalis eſt vera, ſicut ſi diceremus ſi leo volat habet alas, conditionalis eſt vera & tamẽ tam antecedẽs quã conſequẽs eſt impoſſibile. [Sed ſcio eũ.] Exaggerat Ieſus ſe noſſe deum patrẽ ſuum: & illos ignorare, vt hinc manifeſtet tum ſe ſcire quòd pater ſuus glorificat eum, quod ipſi nolunt ſcire, tum vt manifeſtet coniunctionẽ ſui cũ deo patre, ad excludẽdum coniunctionẽ cum dæmone. Propter quod etiam adiungit [Et ſermonẽ eius ſeruo.] Verus homo obedio ſermoni dei, quod directe contrariatur habentibus dæmonium [Abraham pater veſter.] Reſpõdet ad id quod dixerant, nunquid tu maior es patre noſtro Abrahã. [Exultauit vt videret.] Deſiderium Abrahæ ad vidẽdum, deſcribitur ab exultatione: vt qualitas ac quãtitas deſiderij ſignificetur. Quod enim deſideratur exultando, tum magnum tũ lætũ valde deſiderũ eſt. [Diẽ meum] hoc eſt claritatẽ diuinitatis meæ. [Et vidit & gauiſus eſt.] Nõ viſione per eſſẽtiam, ſed viſione certæ notitiæ. [Et gauiſus eſt.] Textus iſte ſufficit ad teſtificandũ quòd ſic fuit: nec oportet teſtimoniũ ex Geneſi quærere. [Dixerũt ergo Iudęi ad eũ. Quinquaginta annos nõdum habes.] Vt in tuto verba proferrẽt dicũt quinquaginta annos, quum Ieſus duos ſupra triginta annos haberet [Et Abraham vidiſti.] Hinc apparet quòd Ieſus dicendo ꝙ Abraham vidit diẽ meum, non de die futuro reſpectu temporis Abrahæ, ſed præſenti loquebatur. Ita quòd verba quibus vſus eſt Ieſus, ſignificabant præſentiam ſuam Abrahæ alioquin nõ intelleXiſſent Iudæi quòd Abrahã vidiſſet, nec Ieſus conſequẽter reſpondiſſet de diuinitate ſua vt reſpondit, dicens [Dixit eis Ieſus, amen

amen

amen dico vobis,antequam Abraham fieret ego sum.] Non dicit ego fui,vt deum se esse profiteatur qui ita est quod non nouit præteritum aut futurum. Et hinc clare apparet quòd de die æternitatis suæ dixit,vidit diē meum.Ad manifestandum siquidē illam veritatē, dicit antequam Abraham fieret ego sum ex eo enim quod deitatē suā manifeste affert,significat quòd de die deitatis suæ locutus est.[Tulerunt ergo lapides vt iacerēt in eū,]Tanquam non ferētes blasphemiā,cucurrerunt ad lapides: vt pœna legis statuta contra blasphemos,eum occiderēt. Vbi apparet manifestus furor, sine processu,sine authoritate iudicis,sine sententia procedere ad lapidationē non habita etiam ratione loci,tēpli scilicet.[Iesus autem abscondit se.]pro, absconditus est.Non sub aliquo latibulo, sed sua potestate Redditus est enim inuisibilis ab eis,& propterea dicitur absconditus.[Et exiuit de templo.]Desunt hic septem dictiones.[Transiēs per medium illorum, & præterijt sic.] Quatuor siquidē narrantur de Iesu.Primum quòd absconditus est,inuisibilitate.Secundum quòd exiuit de templo.Et hinc explicatur locus in quo supradicta docuerat.Tertium via qua exiuit,dicēdo transiens per medium illorum,ne intelligeremus per diuerticula exisse de tēplo Quartum modus quo ambulauit scilicet quòd sic absconditus inuisibilitate pertransiuit in medio,dicendo & præterijt sic scilicet inuisibiliter.Et in hoc Iesus id quod verbis dixerat (scilicet se esse deum)facto comprobauit.deitatis nanque opus erat, inuisibilē se reddere coram ipsis statim. ¶Quāto autem spatio inuisibilis ierit extra tēplum, nō est aliter scriptūm: insinuatur tamen tanto spatio sic iuisse quanto opus fuit ad euitandum illum furorem:tantum enim spatium insinuat euangelista.dicendo & præterijt sic.Quod tamen non negamus potuisse esse solum spatium infra septa templi: quoniam euangelista nihil de hoc manifestat.

CAPVT IX.

T præterieus Iesus.]Non est certum an istud transire fuerit statim post historiam narratam.Ex eo enim quòd describuntur discipuli Iesu cum eo, apparet quòd non fuerit tunc.Nam solus abscōditus exiuit de templo,& preterijt in medio illorum.[Vidit hominem cæcum à natiuitate.]Nisi fixisset intuitum erga illū, non attulisset euangelista occasionem quæstionis subiunctæ à discipulis quòd Iesus vidit illum cæcum.[Et interrogauerūt eum discipuli

ſcipuli eius dicentes. Rabbi quis peccauit, hic aut] pro, an, [parentes eius vt cæcus naſceretur?] Supponunt diſcipuli ex peccato pro uenire mala pœnę. Et quia in hoc eos erraſſe manifeſtat Ieſus, nõ eſt mirũ quòd ſomniauerint alteram quæſtionis partẽ ſcilicet peccatum illius, vere enim aſſimilatur ſomnio: quum fuerit natus cæcus, nec potuerit peccare antequã naſceretur. [Reſpõdit Ieſus. Neque hic peccauit neque parentes eius.] Subintellige vt cæcus naſceretur. Nõ negat eũ aut parẽtes peccaſſe: ſed negat peccatũ eorũ fuiſſe cauſam cæcitatis. [Sed vt manifeſtentur opera dei in illo.] Diſcimus hinc mala pœnę à deo infligi quandoque ad manifeſtandum gloriam ipſius dei. Nec in hoc iniuriã facit deus alicui vtpote qui nulli debet: & qui propter maius bonum diſponit res ſuas ſic. ¶ Significanter autem dicit opera dei, & non dicit opus dei: vt intelligamus non ſolum opus miraculoſæ ſanitatis manifeſtandum in illo, ſed quòd opera Ieſu ſint à deo manifeſtanda in illo, ad hoc eũ directe ordinata ẽ miraculoſa hæc curatio. [Me oportet operari.] Diuerſis occurrentibus occaſionibus, multiplicat Ieſus documenta. Vnde & nunc occaſione oblata cæci qui non petebat curari, docet qua ratione & quanto tempore operaturus eſt. Dicendo enim oportet, manifeſtant quòd etiam non rogatus facturus eſt opera, ad hoc vt adimpleat quod ſibi iniunctum eſt à patre. Huiuſmodi enim neceſſitatẽ clare ſignificat, dicendo me oportet operari opera eius qui miſit me. De ſeipſo ſiquidem miſſo loquitur: conſtat autẽ ipſum oportere adimplere iuſſa à mittente. [Opera eius.] Significanter dicit operari opera eius, vt indiuiſum ſignificetur operari filij & patris. immò vt vnum & idem operari intelligamus eſſe filij hominis, filij dei & patris. [Qui miſit me.] Non ſolum ad significãdũ rationẽ neceſſitatis ſed ad explicandum quę ſunt opera quę oportet illũ operari, dicitur qui miſit me. Significatur enim p. hoc quòd ſunt opera ad quæ facienda miſſus eſt in primo ſuo aduẽtu. ita quòd omnia opera ſpectantia ad primum aduentũ. comprehẽduntur. [Donec dies eſt.] Ecce quanto tempore oportet ipſum facere ea ad quæ miſſus eſt. Et appellat totum tempus ab initio primi aduentus vſque ad tẽpus ſecundi aduentus diẽ, ad ſimilitudinẽ diei ſenſibilis. Conſueuimus enim noſtra opera exercere donec dies eſt iuxta illud, ortus eſt ſol, exibit homo ad opus ſuũ, & ad operationẽ ſuã vſque ad veſperã. Ratione itaque tẽporis idonei ad operandũ appellatur totũ tempus vſque ad iudiciũ dies eo q; vſq; ad tempus illud, liberũ eſt operari meritorie vel demeritorie. Et vſque ad tempus illud extenduntur opera Ieſu ſpectantia ad primũ

eius

eius aduentum.continua enim gubernatio ecclesiæ,ad primum eius spectat aduentum.Vnde & ipse dixit.ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi [Venit nox quando nemo potest operari]Hinc clare apparet quod de die cui succedit nox,locutus est,& quod noctem appellat tempus in quo non potest aliquis operari,proculdubio meritorie. Vnde nõ dicit venit nox in qua ego non possum operari.sed dicit in qua nemo potest operari,significans aperte ꝙ de die & nocte aliorum loquitur, hoc est de tempore quo alii possunt operari meritorie vel demeritorie & de tẽpore quo neutrũ poterunt.Quod erit tẽpus secundi aduẽtus tunc enim erit cõpleta dies merẽdi,vel demerẽdi, & veniet nox: hoc est tempus non amplius merendi aut demerendi. [Quandiu sum in mundo,lux sum mundi.]Ne intelligeres diem & noctem succedere sibi Iesu,neue intelligeres noctem propter absentiam ipsius Iesu,declarat præsentiam suam in mundo esse sicut præsentiã lucis solaris.quæ semper est clara,nullãque habet in se vicissitudinem diei & noctis,sed semper est[lux mundi:diuisio autem diei & noctis,est partibus terræ.Acsi apertius dixisset non dixi diem & noctem nisi vestrum diem & vestram noctem.nam vobis est dies & vobis nox,non mihi:quia ego quandiu sum in mundo siue in primo siue in secundo aduentu,semper sum lux mundi,semper luceo luce intelligibili.Vnde nõ definitur certum tẽpus dicendo quãdiu futurum sit tempus quo non sit in mundo:sed significatur,coæuitas lucendi mundo ad eius esse in mundo,& quia esse in mundo erit æternum,ipse quoque erit lux mundi in æternum In cui⁹ signum nõ dicit quandiu ero.nec dicit lux ero sed vtitur præsenti tempore(quod est proprium deitatis & æternitatis) dicendo vbique sum.[Hæc quum dixisset,expuit in terram:& fecit lutum ex sputo.]Non accepit puluerẽ ex terra,&in vola manus fecit lutũ sed expuit in terram & ibi fecit lutum.[Et liniuit lutum] ¶Non solum posuit lutum,sed vnguendo,illud super oculos extendit. [Super oculos eius.]pro, cæci.[& dixit ei.vade,laua in natatoria Siloe.quod ĩterpretatur missus.]Quia dictione hebraica vtebatur scribens Græce(quanuis esset nomen proprium)apponit interpretationem ad significandum mysterium virtutis illuminatiuæ in illo lauacro esse non natura sed ex significato, hoc est ex misso,hoc est verbum caro factum est.[Abijt ergo,& lauit & venit.]ex lauacro illo [Videns.Itaque vicini & qui viderant eum prius quia mẽdicus.]pro,quod cæcus,[erat dicebãt nonne hic est qui sedebat & mendicabat?Alij dicebant quod hic est.alij autem, nequaquam

sed

ſed ſimilis] Superfluunt duæ dictiones: nequaquam ſed Legendum eſt. [Alij autem ſimilis eius.] ꝑ, ei, [eſt ille vero.] Superfluit vero. [Dicebat quia.] pro, quod [ego ſum. Dicebant ergo ei quomodo aperti ſunt tibi oculi? Reſpondit ille.] Deſunt duæ dictiones [Et dixit. Homo. qui dicitur Ieſus lutū fecit & vnxit oculos meos.] Si quæritis quomodo cognouit cæcꝰ quòd Ieſus lutū fecerit, quū hoc non viderit? Reſpõdetur quod ſpuere illum in terram, ſenſu auditus percepit: facere autem lutū. reuelatione ipſius aut aſſiſtentium diſcipulorum cognouit. Non enim res geſta eſt concurrentibus ſolis nudis verbis quę recitat euãgeliſta: vt cõuincitur ex eo quod nõ recitatur promiſsio recipiẽdi viſū. Nõ enim recitatur dictū, vade laua in natatoria Siloe & recipies viſū. quod tamẽ conſtat fuiſſe ei dictū. Quemadmodū ergo hoc nõ eſt recitatū, ita nõ ſunt recitata verba quæ interuenerũt inter cæcum & Ieſum ſeu diſcipulos, oportet enim ſub intelligere quod aut cæcꝰ dixerit quid vultis mihi facere? aut quod ei ſine interrogatione dictū fuerit bono animo eſto, permitte luto ꝙ facit ſeu fecit Ieſus vngi oculos tuos. A ratione ſiquidem humana alienum eſt quod res ſic nude geſta ſit, cum ſolis verbis euãgeliſtæ. [Et dixit mihi. vade ad natatoriã Siloe & laua. Et abii & laui, & video.] pro, vt autẽ abij & laui, viſum recepi [Et dixerũt.] pro, dixerunt igitur, [ei. vbi eſt ille? Ait. neſcio. Adducũt ad Phariſæos eum qui.] Deeſt, dudum, [cæcꝰ fuerat. Erat autem ſabbatum quando lutū fecit Ieſus, & aperuit oculos eius Iterũ ergo interrogabãt eũ & Phariſæi quomodo vidiſſet. Ille dixit eis lutū poſuit mihi ſuper oculos: & laui & video. Dicebãt ergo ex Phariſęis quidã nõ eſt hic homo a deo: qui ſabbatũ nõ cuſtodit. Alij autẽ dicebãt quomodo põt homo peccator hęc ſigna facere? Et ſchiſma erat inter eos. Dicũt ergo.] Superfluit ergo [cęco iterũ tu quid dicis de illo q] ꝑ, quia, [aperuit oculos tuos] Interrogãt Phariſæi illũ qui fuerat cęcꝰ quid dicis de Ieſu, ꝓpter hoc ꝙ aperuit tibi oculos? Ille aũt dixit quia.] ꝑ, ꝙ, [propheta eſt. Nõ crediderũt ergo Iudæi de illo ꝙ cęcꝰ fuiſſet & vidiſſet, donec vocauerũt parẽtes eiꝰ qui viderãt, & interrogauerũt eos, dicẽtes. Hic eſt filius veſter quẽ vos dicitis ꝙ cæcus natus eſt? quomodo ergo nũc videt? Reſpõderũt eis parẽtes eius: & dixerũt. Scimus ꝙ hic eſt filius noſter, & quod cæcus natus eſt quomodo autem nũc videat neſcimus: aut quis eius aperuit oculos, nos neſcimus. Ipſũ interrogate ætatem habet] Tranſpoſitæ ſunt particulæ. Legẽdum eſt. [Ipſe ætatẽ habet, ipſum interrogate ipſe de ſe loquatur.] pro, loquetur [Hæc dixerũt parentes eius quoniã timebant Iudæos Iã

enim

enim conſpiraueranᵗ Iudęi,vt ſi quis eũ cõfiteretur eſſe Chriſtum, extra Synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt quia.] pro,quòd,[ætatem habet,ipſum interrogate Vocauerũt ergo rurſum hominem qui fuerat cæcus & dixerunt ei. Da gloriã deo.nos ſcimus quia.] pro.quòd, [hic homo peccator eſt.] Non valentes Phariſæi infitiari factum, procurant vt illuminatus non adhęreat Ieſu, nec publicet miraculum in laudem Ieſu.& hoc ſub ſpecie diuinæ gloriæ. Intendunt enim dicere quòd gloria miraculorum danda eſt deo,non homini peccatori.quod det gloriã deo,affirmãdo cum eis veritatem ſcilicet quod Ieſus eſt peccator, & quod deꝰ illuminauit eum.[Dixit ergo eis ille.Si peccator eſt neſcio ſed vnũ ſcio quia.]pro,quòd, [cæcus quum eſſem modo video. Dixerunt ergo ei.] Deeſt,rurſus. Iterum interrogant,ſi forte variaret narrando factum.[Quid fecit tibi?quomodo aperuit tibi oculos? Reſpondit eis Dixi vobis iam:&.]Deeſt,non,[audiſtis]Intendit qui fuerat cæcus arguere eos ℘ non audierant interno auditu, ℘ non erant ſurdi corde.Ita quod de auditu interno loquitur.Quum autẽ ſubdit.[Quid iterũ vultis audire?] de auditiõe exteriore loquitur. [Nunquid & vos vultis diſcipuli eius fieri?] Inſinuat ſe iam diſcipulum Ieſu eſſe.[Maledixerũt.]pro,conuitiati ſunt Non enim imprecatio ſignificatur,ſed conuitiũ [Ergo ei:& dixerunt.Tu diſcipulus illius ſis.]pro,es.Intellexerãt Phariſæi iſtũ ſe profiteri diſcipulum Ieſu & hoc ipſum in conuitiũ illi dicunt. ſicut conuitiando dicimus tu es indiſciplinabilis,& ſimilia.Erant enim iſti de numero illorũ de quibus ſcriptũ eſt,væ qui dicitis bonũ malũ.eſſe nanque diſcipulũ Chriſti in contumeliam vertunt [Nos autem Moyſi diſcipuli ſumus.] Tanquam conuitij rationem reddentes, Ieſum contrarium Moyſi ponunt. occaſione illa quia ſabbatum non cuſtodit,inſtitutum à Moyſe. [Nos ſcimus quod Moyſi locutus eſt deus:hunc autem neſcimus vnde.ſit.]Quantum ad doctrinam.Fatebantur enim ſe neſcire vnde ſit doctrina Ieſu ſcientes doctrinam Moyſi eſſe à deo:ſed nolebant ſcire.[Reſpondit ille homo:& dixit eis.In hoc enim mirabile eſt quia.] pro,quòd,[vos neſcitis vnde ſit:& aperuit meos oculos.]Eorũ ignorãtiam miraculo illuminationis ſuæ.vertit iſte homo in cumulum miraculi. Et intẽdit quòd ſi vos ſciretis vnde ſit(puta à deo) minus miraremini de operibus eius.ſicut minus mirabantur de miraculis Chriſti illi qui pro certo tenebant ipſum eſſe filium dei,ſed veſtrũ neſcire accumulat admirationem:vtpote latentiorem conteſtans cauſam euidentis facti quo aperuit oculos meos.[Scimus autem quia.] pro,quòd, [peccatores

catores deus non audit] Secundum communem regulam communiter à fidelibus creditã, loquit iſte homo. Regulare ſiquidem eſt peccatores nõ exaudiri à deo, hoc eſt perſeuerantes in animo peccandi Tales náque ſoli dicunt peccatores cõmuniter, qui enim nõ perſeuerant vocãtur pœnitentes. ¶ Nec obſtat ſi perſeuerantes in peccatis, quandoque exaudiantur: quoniam hoc eſt præter regulare & ratum. [Sed ſiquis dei cultor eſt, & voluntatem eius facit, hũc exaudit] pro, audit. Et eſt ſermo de audire cum effectu: quòd dicimus exaudire. Et dixit hæc, ad redarguendum aliud dictum Phariſæorum ſcilicet nos ſcimus quòd hic homo eſt peccator. ex hoc enim quòd Ieſus exaudiebatur à deo, arguit quòd non erat peccator. [A ſeculo non eſt auditum quia.] pro, quòd, [quis aperuit oculos cæci nati] Procedit ad vlteriora ex nouitate facti: ex hoc quòd nunquam aliàs legitur factum à quocunque propheta ſimile miraculum [Niſi eſſet hic à deo.] Non ſuffecit iſti homini concluſiſſe negatiuam (ſcilicet quòd Ieſus non erat peccator) & communem conditionem iuſtorum ſcilicet quòd cultor dei eſt & voluntatem eius facit: ſed ex nouitate miraculi infert ipſum eſſe à deo, ad confutandum tertium Phariſæorum dictum, hunc autem neſcimus vnde ſit. apertius dicens quòd ex ipſo facto apparet hunc Ieſum eſſe à deo, & quo ad miracula & quo ad doctrinam. [Non poterat.] pro, non poſſet, [facere quicquam.] Verum dicit iſte olim cæcus ſecundum doctrinam legis. in qua eruditus erat Homines nanque eſſe à deo, cognoſcebant ex miraculis. ſic enim cognoſcebant Moyſen, Eliam, ſic Eliſeum. Nondum intellexerat cæcus iſte nouam Chriſti doctrinam: qua docuit q; etiam gratia miraculorum conceditur peccatoribus, & propterea dixit, niſi iuſtus eſſet hic à deo non poſſet facere quicquam. Et nihilominus regulariter loquendo, gratia miraculorum non niſi conceditur. ¶ Et hæc intellige exponendo verba iſtius cæci dicta ab eo. Quod ideo dixerim: quia conferendo primam reſponſionem quam dederat Phariſæis dicentibus nos ſcimus quod hic homo peccator eſt, cũ ijs quæ modo dixit, apparet ſuperueniſſe intus diuinum lumen quo protulit hæc verba de Ieſu. Nam prima reſponſione dixerat, ſi peccator eſt neſcio. modo vero probat quod non eſt peccator, ſed dei cultor & faciens eius voluntatem: & (quod plus eſt) probat quod eſt à deo, ex nouitate tanti miraculi. Vnde exponendo tanquam ex interno lumine procidentia, dicta de hoc ſingulari, veriſsima ſunt quòd niſi eſſet hic à deo miſſus non poſſet facere quicquam mirabilium operum quæ facit. [Reſponderunt

derunt: & dixerunt ei.in peccatis.] Deeſt,tu.Contemptiue appoſitum videtur pronomen.[Natus es totus.] Cæcitatem pœnam peccati interpretantes, dicunt eũ natũ totũ in peccatis. Et refertur totum ad animã & corpus. Omnes nãque ſecundũ:animã naſci in peccato,didicerãt à Dauide.ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum.&c. Sed quia iſte etiã in corpore cũ pœna peccati nat⁹ fuerat, ideo dicũt in peccatis tu natus es totus: hoc eſt ſecundũ vtranque partẽ,animã & corpus.[Et tu doces nos?] Repetũt pronomẽ contemptiue:& indignũ dicũt vt doceat, Præſumptionis eũ arguunt: tanquã immerſum peccatis, prẽſumentẽ officiũ iuſti docere ſiquidem diuina,officiũ eſt iuſtorũ. ¶Significantérque adiũgunt.nos acſi aperte dicerent. Si doceres infimos aut pares,tolerabile forte eſſet.ſed quod tu doceas nos(Phariſæos profitentes religionem & iuſtitiã)intolerabile eſt.[Et eiecerunt eũ foras.] hoc eſt extra Synagogam decreuerunt eum eſſe: hoc eſt excõmunicauerunt eum. Quod enim modo eſt excommunicare,hoc tunc erat ab eorũ congregatione ſeparare: quod eſt extra Synagogam facere.Qui autem eſſent actus à quibus priuabantur ſeu ſeparabantur iſti, nõ eſt ſcriptum.[Audiuit Ieſus quia.]pro,quod, [eiecerunt eũ foras.& quũ inueniſſet eũ.]Non dicit reperiſſet,tanquam fortuito obuium: ad ſignificandũ quod ex intentione inuenit eũ. Quod ideo dixit euangeliſta:vt inſtrueret paſtores eccleſiæ,vt eſſent ſtudioſi erga repulſos ab alijs propter nomen Ieſu.[Dixit ei.Tu credis in filiũ dei.] Non interrogat tu credis in me, ſed in filiũ dei,latentem in homine.fidẽ enim diuinitatis ſuæ exigit.[Reſpõdit ille.& dixit.Quis eſt domine.]ſupple filius dei.[Vt credã in eũ?] Quanuis cæcus iſte agnoſceret Ieſum eſſe illũ qui ſe illuminauerat,nõ tamen didicerat quod ipſe eſſet filius dei.& ꝓpterea credens Ieſu,ab ipſo petit quis eſt fili⁹ dei exhibens ſe paratũ ad credendũ.[Et dixit ei Ieſus.Et vidiſti eũ.]ſcilicet filiũ dei,in corpore. [Et qui loquitur tecum,ipſe eſt.] Pronomen eũ & relatiuũ qui,ſignificant hypoſtaſim filij dei eſſe hypoſtaſim illam quæ videbatur,quæ loquebatur:ad confutationem hæreticorum diſtinguentiũ plures hypoſtaſes in Chriſto. [At ille ait.credo domine.Et procidens adorauit eum.]Superfluit procidens. Verbis dixit credo domine: & facto adorationis confeſſam fidem executus eſt opere religionis.[Et dixit ei Ieſus.]Superfluit ei. Non dicit euangeliſta ſubiuncta verba dicta illi qui fuerat cæcus:ſed abſolute dicta à Ieſu in communi. [In iudicium ergo in hunc mundũ veni.]Non eſt contraria hæc ſententia illi ſuperius dictæ cap.3.non miſit deus filium ſuum in mundum vt iudicet

dicet mundum: quoniam ibi de officio ſuo loquitur, hic autem de effectu qui conſurgit ex officio eius. Vnde ibi negauit ſe iudicare, quod ſonat officium: hic vero non affirmat ſe veniſſe ad iudicãdum, ſed veniſſe in iudicium, tanquam conſurgens ex ſuo officio. Subiuncta enim verba hũc ſenſum manifeſtãt. [Vt qui non vidẽt, videant, & qui vident cęci fiant.] Ex officio prædicandi, docendi, miracula faciendi. & demum redimendi mundum per crucem, conſecutum eſt hoc iudicium tum diſcretiuum tum punitiuum: vt qui non vident, tam gentiles qui modo nõ vident quàm Iudæi qui nõ arrogant ſibi videre, videant (& eſt ſemper ſermo de viſione ſalutis fidei) & per oppoſitum qui vident, hoc eſt qui arrogant ſibi videre, cæci fiãt. [Nec dicit: non videant (quod importat priuationẽ actus videndi) ſed dicit cæci fiant, quod importat priuationem poſſe videre. quoniam arrogantes ſibi quòd ſine Ieſu videãt ea quæ ſunt ſuæ ſalutis, incurrunt iuſto dei iudicio talem mentis diſpoſitionem vt nec poſsint videre ſalutem fidei. Quanuis diuina gratia non ſit alligata huiuſmodi pœnis, ſed multos horũcõuertat ad ſe: vt patet de Paulo apoſtolo, & multis Iudæis indur atis poſtea vere conuerſis. Hæc diſcretio, hæc pœna, ſubſecuta ex aduentu Chriſti manifeſte apparet. [Et audierunt quidam ex Phariſæis.] Deeſt, hęc, [qui cũ ipſo erant.] Inter multos auditores deſcribuntur etiam quidam ex phariſæis: qui non dicendi ſed notandi ac accuſandi gratia cũ ipſo erant. [Et dixerunt ei. Nunquid & nos cæci ſumus?] Scientes ſe non credere in Ieſum, & audientes appellari cæcos incredulos Ieſu, petunt explicari in ſpecie de ſe, nũquid & nos cæci ſumus? [Dixit eis Ieſus. Si cæci eſſetis.] Non interrogauerunt iſti phariſæi nunquid & nos cæci ſumus, vt debebant interrogare, interrogando conſequenter ad verba dicta à Ieſu. dixerat enim & qui vident cæci fiant: & non dixerat cæci ſunt. Sed interrogauerant nunquid & nos cæci ſumus. quod longe diſtat à verbis Ieſu Nam Ieſus locutus fuerat de fieri cæcum cæcitate quæ eſt pœna peccati: vt qui arrogant ſibi videre, puniantur cæcitate. iſti autem interrogant non de pœna incurrenda ſed quid ſentit & dicit de præſenti ipſorum diſpoſitione in mente, quo ad hoc quod eſt videre vel cæcum eſſe. Et propterea Ieſus directe & proprie reſpõdet interrogationi eorũ, non de cæcitate quæ eſt pœna peccati ſed de diſpoſitione mentis eorum abſolute, dicendo ſi cæci eſſetis: hoc eſt ſi priuati eſſetis notitia ſcripturarũ, notitia doctrinę meę, notitia miraculorũ meorum. [Non haberetis peccatũ] infidelitatis in me. eſſetis enim exculati ab hoc peccato. Hinc ſiquidem

clare patet quòd non de cæcitate illa quæ est pœna peccati(de qua dixerat,cæci fiant)loquitur nunc,illa enim non excusat à peccato infidelitatis. [Nunc vero dicitis quia.] ℞,℣,[videmus]Nó dicit, nunc vero videtis (quod est contrarium cęcitati)sed dicit,nũc vero dicitis quòd videmus: hoc est nunc vero arrogatis vobis videre Et per hoc explanat quod superius dixerat,& qui vident cęci fiant. Hic siquidé explicatur quòd appellatur qui vident,qui dicunt quòd videmus arrogantes sibi videre. quod cõmune est omnibus superbis & sapiẽtibus huius mundi,& Iudæis incredulis Christo: vt patet. [Peccatũ vestrũ.]Deest ergo. Legendum est [Peccatũ ergo vestrũ manet.]Arrogantia videndi mysteria diuina,videndi ea quæ sunt propriæ salutis, optime infert peccatum vestrũ manere: Duo infert. tum peccatum vestrum: scilicet infidelitatis in me.tum perseuerantiam infidelitatis vestræ,significatam dicendo manet.

CAPVT X.

A Men amen dico vobis.]Minus perspicaciter qui distinxit textum euãgelij per capita,inchoauit hic caput decimum. Debuerat siquidem inchoare vbi dictum est.& dixit Iesus in iudicium,ego in hunc mũdum veni. Inde enim ex priuato cum olim cæco sermone transijt euangelista ad narrandum sermonem publicũ. Vbi & descripsit inter auditores etiam Pharisæos: ad quorum interrogationem quum declarasset Iesus qui sunt videntes incursuri cæcitatem,modo declarat qui sunt non videntes visuri,declarando esse oues & illismet auditoribus continuato sermone ait,amen amẽ dico vobis.[Qui non intrat per ostium.]Parabolam proponit differentiæ inter furem & pastorem, penes non intrare per ostium vel intrare per ostium: subiungendo conditiones pastoris & ouium.[In ouile.] pro, in stabulum. Plus enim significatur quàm ouile.significatur nanque locus septus intra quem seruantur oues. [Ouium.]non camelorum,non boum, non asinarum,non ęquarum, non caprarum. Minimis infimisque ac vtilioribus & inermibus quadrupedibus gregalibus indigentibus pastoris cura,assimilat electos suos Iesus. reliqua enim maiora,capræ autem & minus vtiles & armatæ sunt cornibus.[Sed ascendit aliunde.]Duas conditiones ingressus describit.alteram negatiuam scilicet non intrare per ostium.alteram affirmatiuam scilicet ascendere aliunde. Vt duabus his cõditionibus concurrentibus describatur ex modo ingrediendi fur. [Et significanter dicit ascendit & non dicit intrat: ad significandum quod non qualitercunque intrat fur sed ascendendo:

ſcendendo: hoc eſt altiorem gradum vſurpando. Doctores enim capita ſectarum & pſeudoprophetæ deſcribuntur. [Ille fur eſt & latro.] Et appellatur fur ſimul & latro: quia & occulte & violente acceptarus eſt non ſuum. Fures enim ſunt, occultando doctrinam ſuam ſub ſpecie veritatis: latrones autem adiiciendo tot media vt tanquàm vim inferant mentibus hominum quos ſeducunt. Vel qui prius ſunt fures, poſtea emergunt latrones, cogendo manere in falſa doctrina. [Qui autem intrat per oſtium, paſtor ouiũ.] Ecce differentia inter furem ouium & paſtorem earum, penes viã intrandi. paſtor enim intrat per oſtium: fur autem aſcendit aliunde. [Huic oſtiarius aperit.] Ratio differentiæ eſt: quia oſtiarius aperit paſtori ouium, non autem furi. ¶ Vniuerſa hæc parabola inferius exponitur ab ipſo Ieſu: excepta hac clauſula, & ea quam iam expoſuimus, ſed aſcendit aliunde. Et propterea ſcito oſtiarium intelligi ſpiritumſanctum. qui aperit vero paſtori ingreſſum ad oues, & non aperit furi ingreſſum ad oues. Nullus enim illuſtratione ſpirituſſancti ſeducitur ab huiuſmodi doctoribus: & ſoli illuſtrati à ſpirituſancto, ſuſcipiunt verum paſtorem. [Et oues vocem eius audiunt.] Sex conditiones veri paſtoris deſcribit. Tres conſiſtentes in actionibus ouium ſcilicet audire, ſequi & ſcire. & tres conſiſtentes in actionibus paſtoris ſcilicet vocare, educere, & præcedere. Sed in textu non hoc ordine nominantur, ſed interſecantur: inchoando ab actione ouium quæ eſt audire. Et eſt ſermo non de auditione exteriori (quoniam tali auditione oues audiunt etiam fures) ſed de auditu velut ſpontaneo. Læto enim animo audiunt vocem paſtoris. [Et proprias oues vocat nominatim.] Hæc eſt conditio prima ex parte paſtoris. in qua ſimul deſcribitur vocare nominatim. & eius ratio ſcilicet quia oues ſunt eius propriæ, [Et educit eas.] Secunda paſtoris conditio, eductio eſt ouium ex ſtabulo ad paſcua [Et quum proprias oues emiſerit, ante eas vadit.] Antedictæ conditiones quadrant paſtoribus ouium corporaliter. hæc autem tertia minus quadrare videtur: quoniam paſtores corporei ſoliti ſunt ſequi greges: iuxta illud & ſuſtulit eum de gregibus ouium, depoſt fœtantes accepit eum. Poſſet tamen intelligi quòd cuſtodes ſequuntur gregem. paſtor autem cuius ſunt propriæ oues præcedit. Et hunc puto eſſe ſenſum parabolæ. [Et oues illum ſequunt̃] Adiungitur ſecunda conditio conſiſtens in actu ouium ſequendo paſtorem. [Quia ſciunt vocem eius.] Tertia conditio conſiſtens in actu ouium (ſcilicet cognoſcere vocem paſtoris) deſcri-

bitur vt ratio ſecundæ. Et eſt etiam ratio primæ : ideo enim & audiunt & ſequuntur, quia cognoſcunt vocem paſtoris Vnde apparet quòd non quencunque greſſum ouium ſed illum qui ſit ad vocem paſtoris, parabola hęc tractat, & propterea deſcribit paſtorem prędedere. Si enim paſtor ſequeretur gregem, quantumcũque grex graderetur, non tamen graderetur, tali ratione ſcilicet verſus vocẽ paſtoris [Alienũ autem non ſequuntur.] pro, ſequentur. Quẽ prius dixerat furem & latronem, eundem modo appellat alienum. Qui enim fur eſt, aſcendendo aliunde quàm per oſtium, idem alienus eſt ouibus, quum vocat oues vt ſequantur ſe. & propterea oues nõ ibunt poſt eum. [Sed fugiunt.] pro, fugient, [ab eo.] Et hoc quoque verũ cernitur. [Quia non nouerũt vocem alienorũ.] Propria ratio ſequelæ eſt notitia vocis. & propterea propria ratio non ſequelę, eſt notitia vocis. [Hoc prouerbiũ dixit eis Ieſus.] Appellauit euangeliſta parabolam hanc prouerbium eo quòd loco doctrinæ inferius explanandæ propoſita eſt. [Illi autem non cognouerunt quid.] pro, quę, eſſent quę. Diminute enim interpres tranſtulerat [Loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum Ieſus. Amen amen dico vobis, quia ego ſum oſtium ouiũ.] Non intelligentibus auditoribus parabolam quò tenderet, incipit declarare eam, inchoãs ab initio ſcilicet qui non intrat per oſtium, ille fur eſt & latro : explicando ſe eſſe oſtium, & quotquot venerunt fures & latrones. ¶ Inchoat autem a coniunctione cauſali, dicendo quia ego ſum oſtium : vt ex hoc quòd ipſe eſt oſtium, inferat reliquos eſſe fures & latrones. Non dicit oſtium ouilis ſeu ſtabuli, ſed oſtium ouium : vt intelligamus ipſum eſſe oſtium proprium ouium, hoc eſt prædeſtinatorum. & intelligamus per ipſum tantum aditum haberi ad oues, hoc eſt prædeſtinatos : nullaque alia via ingreſſum patere ad eas. [Omnes quotquot venerunt.] Subaudi ideo. Eſt enim ſenſus, quia ego ſum oſtium ouium, ideo omnes quotquot venerunt. ¶ Quod ſuperius deſcripſit non intrare per oſtium ſed aſcendere aliunde, modo deſcribit dicendo oues quotquot venerunt. Quibus verbis multitudo ſignificatur dicendo quotquot propria autem præſumptio, ſignificatur dicendo venerunt. vt per hoc quòd non miſsi ſunt à deo ſed venerunt præſumptione propria, & per hoc quòd multi tales ſunt, ſignificentur non intrare per vnum oſtiũ quod ego ſum, ſed aſcendere aliunde. ¶ Et eſt ſermo ad literã de omnibus capitibus ſectarum, qui præſumpſerunt duces ſe exhibere hominum ad veram beatitudinem. [Fures ſunt & latrones.] ex hoc ipſo quòd per ſeipſos venerunt & non per me oſtiũ,

fures

fures ſunt, ſtudentes ad tollendum homines qui eorum non ſunt occultata doctrina ſub ſpecie veritatis: & latrones, velut violentiam inferentes multiplicatis medijs ad trahendum ſeu retinendum homines. [Sed non audierunt eos oues.] Hinc in primis clare patet appellatione ouium intelligi prædeſtinatos. hi enim ſunt ſoli qui non audiunt interno auditu fures & latrones. Apparet ſecundo declarari hic illam particulam parabolæ, alienum autem non ſequuntur quia non nouerunt vocem &cæ. Apparet tertio ratio quare ſe dixerit oſtium ouium, & non dixerit ſe oſtium ouilis ſeu ſtabuli: quoniam hic manifeſtatur quòd quanuis iſti quotquot venerunt ingreſſi fuerint ſtabulum ſeu ouile ad furandum, non tamen aditum habuerunt ad oues, quarum ipſe eſt oſtium. Hæc enim negatio aditus ſignificatur dicendo ſed non audierunt eos oues: vt per hoc intelligamus quod per aliam viam quàm per oſtium poteſt iri ad ouile ſeu ſtabulum, ſed non ad oues. Capita enim ſectarum & hæreſum, per aliam viam quàm per Chriſtum ingrediuntur congregationem fidelium, aggrediuntur eccleſiam, ſed non ingrediuntur ad oues, non furantur eas. [Ego ſum oſtium.] Aſſumpſerat pro ratione declarandi fures & latrones ſe eſſe oſtium. nec hoc probauerat. & propterea modo probat illud reaſſumendo abſolute ego ſum oſtium. Et eſt ſenſus ego creditus, officium habeo oſtij reſpectu ouium. Vnde & ipſemet expreſſe dixit, ego ſum oſtiũ ouium: vt intelligamus non oportere nos eſſe ſolicitos ad inueſtigandũ quomodo ipſe Ieſus eſt oſtium reſpectu ſui ipſius. Ex eo enim quòd declarando parabolam explicat ſe eſſe oſtium ouium, exemit nos ab hac ſolicitudine. Vnde probando ſe eſſe oſtium, non probat niſi reſpectu aliorum. [Per me ſiquis introierit.] Officium oſtij eſt quòd per ipſum introeatur & exeatur: finis autem oſtij eſt ſalus ex ingreſſu & egreſſu. ad hoc enim fit oſtium vt ingrediantur ſeruandæ oues, & egrediantur ad paſcua. Et propterea ex officio & fructu probat ſe oſtium. Officium quidem tangitur dicendo, per me ſiquis introierit. Et eſt ſenſus quòd ſi quis per fidem in me, introierit in meipſum, in intima dei, in vnitatem eccleſiæ. [Saluabitur.] Ecce præcipuus fructus ingreſſus per ipſum Et eſt ſermo de æterna ſalute [Et ingredietur & egredietur.] Secundarius fructus deſcribitur, ſpectans ad præſentem vitam primus nãque ſpectat ad futuram. Dicere enim & ingredietur & egredietur, perinde eſt ac dicere exercebitur in ijs quę intus, & in ijs quæ foris, ĩ ijs quæ ſunt animę & in ijs quę ſunt corporis. cõuerſabitur cũ fidelibus qui ſunt intus & cũ infidelibus qui ſunt

foris,vacabit ſpiritualibus & tẽporalibus.Nõ quòd prẽnũcietur quẽlibet electum hæc omnia facturũ:ſed quòd libertatem faciendi hæc cum ſecuritate fructus ſubiuncti habet.[Et paſcua inueniet.] Magna oſtij cõmendatio,quod indefinenter dat ingredi & egredi varijs occupationibus ſemper cum fructu,ſemper cum inuentiõe paſcui,proculdubio animæ hoc eſt ſemper cũ inuentione alimẽti animę propriæ,diligentibus ſiquidẽ deum qui ſecundũ propoſitũ vocati ſunt ſancti,omnia cooperantur in bonum. [Fur nõ venit.] Duo dixerat alterum quia ego ſum oſtium ouium,alterum,omnes quotquot venerunt fures ſunt & latrones.Et propterea poſtquam declarauit primũ,modo declarat ſecundum ex cõtraria intentione furis & ſua.Acſi apertius diceret.ex intentione patet omnes nõ per me intrantes eſſe fures. quia fur nõ venit ad oues.[Niſi vt furetur.]Oues ſibi.[Et mactet.]tollendo vitam ouium. [Et perdat.] æterna damnatione. Ad tria hæc mala ordinatur doctrina ſectarum.nam primo ad tollendum oues à veritate,ſecundo ad tollendum vitam ſpiritus,& tertio ad æternã damnationem ouium tendũt.Quod contra [Ego veni vt vitam habeant.]ſpiritus in præſenti tempore.[Et abundantius habeant.]in æternitate. Vbi nota prudens lector duo. Alterum eſt quòd Ieſus probat ſe oſtium ouium non ſolum ex officio fructuoſo oſtij,ſed etiam ex intentione vtili ouibus vt intelligamus ipſum eſſe oſtiũ intellectuale,habens propriam intentionem.Alterũ eſt quod deſcribendo conditiones ſuas quatenus eſt oſtium ouium,deſcribit eas dupliciter.ſcilicet ex fructu,dicendo ſaluabitur &c.& ex intentione, dicendo ego veni &c. ¶[Furem autem deſcribit non ex fructu ſed ex intentione tantum dicendo fur non venit niſi vt furetur &c.vt intelligamus ipſum oſtium aſſequi intẽtum ſuum:furem vero nequaquam quo ad oues quarum ipſe Ieſus eſt oſtium : quoniam licet fur veniat vt furetur mactet & perdat oues , non tamen furatur mactat aut perdit aliquam ouium prædeſtinatarũ. [Ego ſum paſtor bonus.] Declarat conſequenter propoſitæ parabolæ ſequentẽ particulã: ſcilicet qui autem intrat per oſtium paſtor eſt ouium.declarando quis eſt iſte paſtor. & dicendo ego ſum paſtor bonus. ¶[Et in textu Græco præponitur articulus dictioni paſtor,& alter articulus dictioni bonus.vt intelligamus quòd explicat ſe eſſe non paſtorem ſed illum paſtorem:& ſi ambigeres quis eſt ille paſtor, ſubiungitur ille bonus.ad ſignificandũ quod eſt ſummus paſtor ſumme bonus,quòd eſt ille expectatus paſtor, expectatus bonus. Hæc enim ad ſignificandũ ſe eſſe verũ Meſiam optimo officio paſcendi animas, dicta

ſunt:

sunt. [Bonus pastor.] Antequã declarat quod dixit ego sum pastor bonus, multiplicat parabolam superius inchoatam: adiungendo differentiam inter pastorem bonum & mercenarium ac non pastorem. Ita quòd ab hoc loco vsquequo resumatur ego sum pastor bonus, parabola est. Et primo describit bonum pastorem ab opere, [Animam suam ponit pro ouibus suis.] Superfluit suis: hoc est vitam suam corporalem exponit periculo pro seruandis ouib⁹. Sicut enim homines pro seruandis rebus à latronibus vitam suam periculo exponunt, pugnando pro seruatione rerum, ita boni pastores vitam suam exponunt periculo, repugnando, contra lupũ pro seruandis ouibus. Vnde & Dauid oppositus se contra leonem & vrsum pro seruãdo grege: vt dicitur. 1. Reg 17. [Mercenarius autem.] Supple pastor: ita quòd è regione boni pastoris locat pastorem mercenarium: qui scilicet mercede conductus pascit alienas oues. [Et qui non est pastor.] Non solum mercenarium, sed etiã eum qui non est pastor locat è regione pastoris boni, cum subiuncta explicatione. [Cuius non sunt oues propriæ.] Tum quia contingere posset vt is qui non est pastor, esset dominus ouium, & presens veniente lupo: qui se opponeret contra lupum pro seruandis ouibus propriis, & propterea ad excludendum à sermone suo non pastorem dominũ ouiũ, dicit cuius non sunt oues proprię. Tũ ad explicandum verũ pastorem esse solum illum qui pascit oues proprias. ¶Duas itaq; personas contra bonum pastorem distinguit. scilicet pastorẽ mercenarium (qui vocatur pastor, sed non bonus) & eũ qui nõ est pastor ita quòd nec est dominus ouium: vt est custos, famulus, & quicunque alius cui deest vtrũque ¶Et apposuit hoc: vt intelligamus vim rationis consistere in proprietate ouiũ & nõ in officio mercenarij vel non pastoris. Et vere sic inter homines apparet quòd siue officiũ habeat siue non, si oues non sunt ip sius, fugit quilibet tam pastor seu custos quàm non pastor nõ custos. Et ordo literæ est Mercenarius aũt & vniuersaliter qui nõ est pastor, cuius &c. Ita quòd à specie ascendit ad gen⁹, à mercenario ad omnẽ non pastorẽ ita quòd nec sit dominus ouium. mercenarius enim species est non pastoris [Videt lupũ veniẽtẽ.] Vtriusq; ex vna parte differentia ad bonũ pastorẽ ex altera parte describit in aduẽtu lupi (siue exemplo ad corrũpendũ mores, siue doctrina ad errores fidei, siue fæuitia cõtra credẽtes) venientis contra oues. [Et dimittit oues.] eueniat illis quicqd eueniat. [Et fugit.] timore seu silẽtio. [Et lupus rapit.] Hinc clare apparet ꝙ parabola est, nã secundũ veritatẽ inferius dicitur ꝙ nemo rapiet oues. Vnde glosæ

lupi & huiuſmodi, dictæ ad ſupplendum ſenſum inferius non expoſitorum intelligendæ ſunt. Secundum parabolam autem tantum intelligendū eſt quòd lupus rapit & ſimiliter quod ſequitur. [Et diſpergit oues.] Non enim diſperguntur ſpiritualiter oues prę deſtinatæ veniente lupo. [Mercenarius autem fugit quia mercenarius eſt] Reddit rationem quare mercenarius fugit, dimittendo oues ex itento lucro, quia ſcilicet propria intentio eius eſt ad mercedem. [Et non pertinet ad eum de ouibus.] pro, & non eſt illi cura ouium. Cura mercenarij eſt circa lucrum ſuæ mercedis & non circa ſalutē ouium. Vbi aduerte quòd quanuis duas perſonas dixerit fugientes (ſcilicet tam mercenarium quàm eum qui non eſt paſtor cuius non ſunt oues propriæ) tantummodo tamen rationem reddit quare mercenarius fugit vt intelligamus eandem militare rationem circa illum quemcunque cuius non ſunt oues propriæ & mercenarium. ¶ Occurrit hic nō diſſimulanda quæſtio ex eo quòd ſecundum huius intimæ intelligentiæ ſenſum quilibet ſolo Ieſu excepto deſcribitur hoc in loco mercenarius ſeu non paſtor: quia nullius ſunt oues propriæ niſi Chriſti. Et ne hoc quiſpiam gloſſet, ipſe Ieſus teſtatur inferius dicens, Petre, paſce oues meas, non tuas. Tam Petrus igitur quàm quicunque ſucceſſor & epiſcopus cuiuſcunque eccleſiæ deſcribitur hinc videns lupum venientem, & dimittens oues & fugiens, cuius tamen oppoſitum euentum geſta multorum teſtantur. ¶ Solutio eſt quod verum eſt hinc haberi quòd ſolus Chriſtus eſt verus paſtor cuius ſunt oues propriæ. reliquos autem omnes non eſſe ſecundum ſeipſos paſtores, ſed pro tanto eſſe paſtores pro quanto poſſunt cum Paulo vere dicere viuo ego iam non ego viuit autem in me Chriſtus, cuius ſunt oues propriæ. [Ego ſum paſtor bonus.] Præpoſita parabola, reſumit probandū adhibiturus probationes. [Et cognoſco meas.] Prima probatio à cognitione affertur. Propoſitum fuerat inter conditiones paſtoris quod proprias oues vocat nominatim, & quod oues cognoſcunt vocem paſtoris, & propterea probat ſe eſſe paſtorem ex his duabus conditionibus altera actiue & cognoſco meas altera paſſiue. [Et cognoſcunt me meæ] pro, & cognoſcor à meis. ſupple ouibus. Vbi aduerte non ſolum notitiæ, ſed proprietatis mentionem fieri vt probet ſe paſtorem nō mercenarium non eum cuius non ſunt oues propriæ. Quum autem dicit & cognoſco meas, explicat quòd cognoſcit ea quibus ſuæ oues diſtinguuntur à non ſuis. quod eſt cognoſcere prædeſtinatas effectúſq; prædeſtinationis in eis quod eſt cognoſcere intima earum præ-

ſentia

ſentia & futura. Rurſus ſignificat quod notitiam habet infirmitatum reliquarúmque conditionum earum non minus quàm paſtor corporeus cognoſcit conditiones pecudum ſuarum. Et ſimiliter quum dicit cognoſcor à meis ſignificat ſe à prædeſtinatis agnoſci vt eorum paſtorem, curatorem, viuificatorem &c. eſt enim in prædeſtinatis internum lumen faciens in eis huiuſmodi notitiam. [Sicut nouit me pater.] Similitudo proportionalis apponitur ad declarandum modum vtriuſque notitiæ & prius primæ. Supplédum eſt enim ad ſicut nouit me pater ita cognoſco meas. Et eſt ſenſus quòd ſicut pater nouit me filium notitia practica (intima quæque mea actiones paſſiones euentus noſcendo curâs) ita proportionaliter ego cognoſco oues meas, vt oues meas omnium quæ illarum ſunt curam habendo [Et ego agnoſco patrem] Repete ſicut & ſupple. Ita quod ordo eſt, & ſicut ego agnoſco patrem ita cognoſcor à meis. Quod ſimiliter intelligendum eſt de notitia affectiua. Et eſt ſenſus quòd ſicut ego homo agnoſco patrem vt patrẽ refero omnia mea ad patrem, recognoſco ipſum vt à quo omnia habeo, ita proportionaliter cognoſcor à meis ouibus vt curator paſtor & viuificator earum ita ad me recurrunt in ſuis omnibus. ¶Et attulit hanc ſimilitudinem ad declarandum quòd non extrinſeca, & infra terminos propriæ vtilitatis notitia eſt inter ipſum & oues eius, quemadmodum eſt inter paſtores & pecudes eorum: ſed eſt notitia intellectualis & veræ amicitiæ, quemadmodum eſt inter ipſum & patrem. Et eſt ſermo de notitia intellectuali affectiua, vt dictum eſt. Et cum hoc ad declarandum ordinem ſalutis humanæ decretum à deo mediante myſterio incarnationis filij dei. Ad hunc enim ordinem ſpectat recognoſcere Ieſum ſicut ipſe recognoſcit patrem, & Ieſum curam noſtri habere ſicut pater curã ipſius habet [Et animã meam pono pro ouibus meis] Superfluit meis. Altera probatio directe tendit ad probandum quòd eſt bonus: ita quòd prius probauit ſe paſtorem, modo probat paſtorem bonum immò illum ſummum paſtorem ſummè bonum, Et appellatione animæ intellige virã corporalem. Quod vt formali ſenſu penetres, cõſidera quòd idem eſt anima vt habet officium animæ & vita corporalis. nam anima non eſt anima niſi animando corpus: in qua animatione conſiſtit vita corporalis, & propterea appellatione animæ non intelligitur res quæ eſt anima: ſed officium animæ quod eſt animare corpus Et idem eſt ponere animã formaliter loquendo, & ponere vitam corporalem. ¶Nec dicit pro ouibus meis, ſed pro ouibus, quæ tamen ſunt ipſius.

ſius: ad ſignificandum tum quòd non pro propria ſua vtilitate, ſed pro vtilitate ouium ponit vitam. Et per hoc manifeſtat differentiam ſui à corporeis paſtoribus bonis pecudum ſuarum quoniam illi exponunt vitam ſuam ad ſeruandum pecudes pro vtilitate ipſorum paſtorum: Ieſus autem pro vtilitate ouium, pro ouibus ſaluandis, propter ipſarú ouium ſalutẽ. Tum vt intelligamus præfectos in paſtores, debere hanc vitam ponere pro ouibus eiſdem. [Et alias oues habeo.] declarat ſingulas particulas verborum quæ dixit, & animam meam pono pro ouibus. Et inchoat a ouibus excludendo à mentibus Iudæorum quòd ſoli Iudæi eſſent oues quod poterant intelligere ex eo quod ſcriptum erat, nos autem populus eius & oues paſcuæ eius. Hoc inquam excludit, declarando ſe alias oues habere. ¶ Vbi etiam aduerte hoc ſubiungi poſtquam dixerat & animam meam pono pro ouibus: ad inſinuandum fructum mortis ſuæ, futurum adducere alias oues. Et dicit habeo, non habebo: quia iam prædeſtinatione habebat oues ex Gentilibus. [Quæ non ſunt ex hoc ouili.] pro, ſtabulo. hoc eſt quæ non ſunt ex ritu cultus Iſraëlitici, quæ non ſunt ex hoc ſtabulo legis Moſaicæ. [Et illas oportet] neceſſitate diuinæ diſpoſitionis. [Me adducere.] ad veritatem & vnitatem fidei. Nec meminit Apoſtolorum ſuorum per quos conuertendæ erant gentes, ſed tantum ſuimet: ad ſignificandum quod ipſe fuit internus ductor, & non Apoſtoli. [Et vocem meam audient.] Ecce modus adducendi ecce executio. Et dicit vocem meam, proculdubio internam. prædicantibus enim Apoſtolis nunquam adductæ fuiſſent oues, niſi in illorum prædicationibus & miraculis internam Chriſti vocem audiſſẽt. [Et fiet vnum ouile.] pro, grex ex vtriuſq; ouibus. [Et vnus paſtor] Superfluit coniunctio &. ¶ Si quæris quo pacto verificatur quòd paſtor vnus fiet, quum iam eſſet ipſe Ieſus paſtor vnus, conſidera quod quemadmodum iam erat vnus grex tot ouium ex Iſraël, & tamen adductis ouibus ex populo Gentili dicitur fieri gregem vnum (quia ex adductione illarum non erat conſtituendus alter grex, ſed prior grex ampliandus) ita ex adductione aliarum ouium non erat conſtituendus alter paſtor, ſed vnus præexiſtens paſtor extenſurus erat ſeipſum ad paſcẽdum omnes. [Propterea me diligit pater, quia ego pono animam meã.] Declarata illa particula ouibus, declarat illam particulam pono animam meam, quadrupliciter. Primo explicando quàm gratum eſt patri hoc ſuum opus. Et hoc ad differentiam carnalium patrum: qui ægrè ferunt filios ponere animas ſuas pro ouibus

¶ Verum

¶Verum ante omnia aduerte ordinem literæ: quoniam sic ordinanda est quia ego pono animam meã propterea me diligit pater vt iterũ sumam eã. Ita ꝙ non est sermo de paterna dilectione simpliciter & absolute, sed ad hoc scilicet vt iterũ sumã eam. Est enim sensus ꝙ tam gratum est patri me ponere animam meam, hoc est volũtarie mori, vt quia ego pono animã meã, propterea ex hoc merito diligat me ad tantũ beneficium. s. vt iterũ sumam eam, hoc est vt resuscitẽ meipsum. Vbi longe plus dicit quàm Paulꝰ dixerit, factus obediens vsq3 ad mortẽ, propterquod & deus exaltauit illũ &c. Nã hic explicatur quod datum est ei vt ipsemet resuscitet seipsum. ¶Significanter autem dicit diligit me: vt intelligamus quòd non loquitur de seipso quatenus est filius dei pure, sed quatenꝰ est verbum caro factum. Nam quanuis verum sit in opere creatiõis ꝙ tam pater quàm filius quàm spiritus sanctus ex dilectione creat, non tamen proprie dicitur quòd pater diligit se aut filium ad hoc vt creet ne significetur aliqua vtilitas adueniens deo in hoc quod creat. In opere tamen resuscitationis Iesu Christi ex mortuis, verbum factum caro vtilitatem assecutum est vitæ corporalis immortalis, & propterea dicit, diligit me vt iterum sumam eam. Vnde apparet quod pronomen me, demonstrat verbum carnem factum. Et ratio meriti ac præmij quadrat [Vt iterum sumam eam.] Hinc quoque apparet quòd appellatione animæ intelligit vitam corporalem, quam moriendo posuit, & resurgendo iterum sumpsit. Hypostasis siquidem diuina etiam in morte iuncta tum corpori tum rei quæ fuerat anima, sumpsit iterũ corporalem vitam: quòd est sumere iterum animam animantem corpus. Defierat enim morte animatio in qua cõsistit vita corporalis. [Nemo tollit eam à me.] Secundo declarat quod ponit animam suam nõ inuitus dicendo ꝙ nemo tollit eam à me, inuito. Ita ꝙ crucifixores abstulerunt quidem vitã à Iesu, sed non ab inuito. [Sed ego pono eã à me ipso.] hoc est spontanee. Et adiunxit hoc ad differentiam corporei pastoris: qui exponit periculo vitam suam ad seruandum pecudes, sed nõ sponte moritur nec sponte exponit se tali periculo, sed coactus necessitate inuadentium. Propter hoc enim declarat quod non inuitus, non coactus violentia persecutorum sed spontanee moritur. Et hoc est vsqueadeo verũ vt voluntarium fuerit mori sicut voluntariũ fuit esurire, sitire, & reliquæ actiones ac passiones Iesu. poterat enim ab his omnibus se seruare si voluisset. [Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterũ sumendi eã.] Tertio declarat modum voluntariæ mortis, ad differentiam

aliorum

aliorum qui ſponte ſe offerunt morti. Declarat autem ſingulariſſimum modum volũtarij in ſe ex poteſtate. Nullus nanque aliorum habet in ſua poteſtate mori & iterum reſumere vitam. Non enim in poteſtate alicuius prophetæ ſeu martyris fuit mori. vnde & præcabantur, domine tolle animam meam. Sed Ieſus habebat in ſua libera poteſtate ſuum mori quando volebat. Et ſimiliter habebat in ſua poteſtate reſuſcitare ſeipſum. quod conſtat nulli alteri conceſſum. Et per hoc apparet quod ſingulariſſimo modo voluntarie poſuit vitam ſuam. [Hoc mandatum accepi a patre meo]. Declarat quarto quòd ex obedientia ponit animam ſuam. hoc mandatum, ſcilicet ponendi animam meam, accepi à patre meo. Et ſic declarauit verba illa & animam meam pono, quod non inuitus ſeu coactus ſed ſpontanee & omnino ſponte (vt pote habens poteſtatem ponendi & ſumendi eam) & quod ex obedientia ponit eam, faciens gratiſſimum opus patri. ita quod propterea diligitur ad hoc vt iterum ſumat eam [Diſſentio iterum.] Deeſt igitur. Legẽdum eſt. [Diſſentio igitur iterum facta eſt inter Iudeos propter ſermones hos.] Poſt diſſentionem ſeu diſſenſiones ſuperius narratas, noua refertur diſſẽſio inter Iudæos propter hęc verba. [Dicebãt autem multi ex ipſis, dæmonium habet & inſanit: quid eum auditis. Alii dicebant. Hæc verba non ſunt dæmonium habentis. nunquid dæmonium poteſt cæcorum oculos aperire.] Hinc apparet aliquos Iudæorũ recte ſẽſiſſe & dixiſſe de Ieſu: nec in fructuoſum fuiſſe ſermonem Ieſu ad Iudæos. [Facta ſunt autem encænia in Hieroſolymis] Dictio Græca eſt encœnia, ſcribẽda per diphtongum in ſecunda ſyllaba. ne mutetur ſignificatio, & ſignificat apud nos initialia. Hoc autem loco ſignificat feſtum dedicationis tẽpli ſeu altaris. [Et hyems erat.] Hinc clare apparet quòd nõ erat anniuerſarium feſtum dedicationis templi factæ tempore Salomonis: quoniam conſtat illum fuiſſe non hyeme ſed menſe Septembris. vt patet. 3. Reg. 8: ¶ Sed an fuerit feſtum anniuerſarium dedica tionis ſecundi templi tempore Zorobabel factæ vel dedicationis altaris factæ tempore Maccabeorum, non clare patet prima facie. Si tamen proprietas ſermonis conſideretur (quæ quum in cæteris tum præcipue in hoc euangeliſta penſanda eſt) apparet quòd non ſignificatur feſtum Maccabeorum: quoniam dedicatio illa altaris fuit facta non in hyeme ſed in fine autumni: ſcilicet vigeſimoquinto die menſis noni. 1. Maccabæ: 4. Septimus enim menſis erat principium autumni: & tribus menſibus durat. Dedicatio autem templi ſub Zorobabel, fuit facta in hyeme:

me.quia fuit in die tertia menſis duodecimi, qui vocatur Adar.vt patet.1. Eſdræ.6 Hyems enim menſe decimo inchoans, comprehendit menſem duodecimum. Et hoc tanto magis liquet, quanto geſta hæc deſcribuntur in ſequenti capitulo valde propinqua tempori reſuſcitationis Lazari: quæ fuit prope paſcha. [Et ambulabat Ieſus in templo]. Non intelligas Ieſum ambulare intus in domo dei quæ propriiſſime templum vocabatur (quoniam in illud ſolt ſacerdotes intrabant) ſed appellatione templi intelliguntur atria & porticus & reliqua quæ erant infra ſepta templi. [In porticu Salomonis.] Locus erat, Salomonis cognomine appellatus. propter quid autem non conſtat. Certum eſt enim quod porticus illa non fuit à Salomone conſtructa: quoniam vt patet. 4. Reg. vlt.combuſta fuerunt à Chaldæis quæ Salomon ædificauerat.[circunderunt ergo eum Iudæi].Ex condicto aduerſus Ieſum ſe conuenire,etiam circundatione monſtrant: tanquam facto mentem exponentes.[Et dicebant ei, Quouſque animam noſtram tollis.] Fingunt ſe cruciari obſcuritate verborum Ieſu: vt pote affectantes ſequi ipſum ſi manifeſte loqueretur. Cruciatum enim ſuſpenſi animi ad affectatam rem ſeu noticiam ſignificant, exaggerando vſque ad periculum vitæ: dicentes vſquequo animam noſtram tollis.[Si tu es Chriſtus,dic nobis palam].pro,libere.Maligne interrogant ſi tu es Chriſtus. Audiuerant ſiquidem ipſum dicentem ſe filium dei, & ſe miſſum à deo, & alia huiuſmodi ſpiritualia, ſed nunquam dicentem manifeſtè ſe Chriſtum: & ſciebant quod dicere ſe Chriſtum erat dicere ſe regem: ac per hoc offendi Cæſarem, & poſſe accuſari apud Pilatum læſe maieſtatis. Et propterea nituntur inducere Ieſum ad hoc vt libere dicat ſe eſſe Chriſtum, tanquam crediturí verbo eius: vt pote qui tantopere affectant hoc noſſe. [Reſpondit eis Ieſus.] Nec nunc libere voluit eis dicere, ego ſum Chriſtus (quia adhuc non erat tempus paſſionis eius ab eo diffinitum) ſed reſpondet ad intima eorum: manifeſtans quòd intelligit corda eorum quod ficte interrogant eum.[Loquor] pro,dixi.[vobis].Directe percutit petentes,dic nobis.dixi vobis de me quis ſim [Et non creditis].Non ſolum non credidiſtis,ſed nec creditis,verbis meis:nec ergo nunc crederetis ſi dicerem me eſſe Chriſtum, ſed fingitis vſquequo animam noſtram tollis. [opera quæ ego facio]. Non ſolum verbis ſed nec operibus meis teſtimonium perhibentibus de me, creditis: qui modo fingitis ſolis verbis vos credituros.[In nomine patris mei.] hoc eſt ad teſtificandum nomen patris mei,ad teſtificãdum deum

eſſe

esse patrem meum, ad testificandum me esse filium dei. [Hęc testimonium perhibent de me.] Miracula demonstrantur, attestantia quod ipse est filius dei. [Sed vos non creditis, nec verbis nec operibus quia nó estis ex ouib' meis] Desunt tres dictiones scilicet. [Quemadmodũ dixi vobis.] Ratio quare non creditis tam verbis quam operibus meis, est quia non estis secundum animam oues meæ. Ex parte eorum ratio redditur quia nõ sunt suasibiles vt sunt oues eius. quia tamen clare subiungũtur conditiones ouium prędestinatarum, ideo textus iste ad literam de prædestinatis ouibus loquitur: reddens rationem quare non credunt, ex origine ouiũ prædestinatarum, non quantum ad naturam sed quantum ad dona gratuita credere enim gratuitum donum dei est ¶Quod autem dicit quemadmodum dixi vobis, ad id videtur referri quod octauo dictum est capitulo, vos ex patre diabolo estis. ¶Aduerte hic quod quia isti Iudæi qui circundederant eum non credebãt verbis Iesu, absque periculo desperationis eorum potuit illis dici quod nõ erant prædestinati quũ & hoc non possit trahi in exemplũ ab alijs: quoniam nullus potest alicui dicere tu non es prędestinatus, nisi Christus. [Oues meæ vocem meam audiunt.] Describit simul oues suas, & mõstrat conditiones quæ desunt Iudęis qui non erant oues eius vt per hoc se recognoscant. ¶Vbi etiam aduerte Ioannem Euangelistam iunxisse hæc gesta & dicta in festo dedicationis antedictis in parabola ouium, pastoris, furis & mercenarij: quoniam hæc supplent declarationem illius parabolæ. Vnde illam particulam in parabola positam & oues vocem eius audiunt, prius applicauerat quo ad oues ex populo Gentili, dicendo in futuro & vocem meam audient: modo autem applicat ad oues ex populo Israel, dicendo in præsenti vocem meam audiunt. Et est sermo de auditu interno. Sicut & priuilegium ouium suarũ quale quantumque est, aperuit ex differentia inter oues suas & alios: dicendo propterea non creditis quia non estis ex ouibus meis. [Et ego cognosco eas.] Ipsę quidem intus percipiunt vocem meam & ego intima eorum cognosco, notitia practica, curam eorum habendo quoniam notitia speculatiua tam oues quàm non oues intime cognoscit. [Et sequuntur me.] Hæc particula in parabola posita, hactenus non fuerat explicite applicata. Et sequuntur me, imitando vestigia mea, exempla vitæ meæ. [Et ego vitam ęternam do eis.] Non dicit dabo sed do. vt intelligamus quod de dono in præsenti vita loquitur: iuxta id quod superius dixit. qui credit in me habet vitam æternam, in semine præsentis gratiæ, in pignore

gnore charitatis. Sicut enim tanquam præmium auditæ vocis attulerat curam ouium, ita tanquam præmium sequelæ affert donum vitæ æternæ in semine & pignore certo. [Et non peribunt in æternum.] Præcedentes conditiones ad præsentia dona spectant hæc autem ad futura. illa ad virtutes & dona quæ sunt in animabus ista ad gratuita auxilia spectant. Et non perhibunt, ægritudine, passione, negligentia, & alijs quibuscunque internis occasionibus, in æternũ, quanuis ad tempus cadere possint. vt de Petro, Paulo, Dauide, Moyse apparet, [Et non rapiet eas quisquam.] Omnem modum deficiendi excludit. nam primo excluſit modos ab intus & modo excludit modos ab extra, dicendo & non rapiet eas quisquam. Vnde manifeste apparet quod de ouibus prædestinatis loquitur de ijs enim solis verum est quòd vltra gratiam, charitatem & virtutes in anima, tot, talia & tanta adhibentur à deo gratuita auxilia vt in æternum non pereant, vt non rapiat eas violentia cuiuscunque sæuitiæ, cuiuscunque pœnę &cæ. ¶Et dixit hæc ad declarandum illam parabolæ particulam: scilicet quòd fur aliunde ascendit & venit vt furetur mactet & perdat. Ad declarandum inquam quod non sortietur effectum quo ad oues suas (quòd hactenus non declarauerat) dicit quod quanuis latro veniat vt rapiat oues eius, nemo tamen rapiet oues meas. [De manu mea.] seruatoria, de potestate, de cura, de possessione mea, [Pater meus quod dedit mihi, maius,] pro, pater meus qui dedit mihi, [maior omnibus est.] Probat vltimam particulam (scilicet nemo rapiet de manu mea) ex magnitudine patris: quia scilicet pater deus qui dedit ei oues, maior est potentia, prouidentia, solicitudine & reliquis non isto vel illo, sed omnibus, hominibus, dæmonibus & rebus. [Et nemo potest rapere de manu patris mei.] Magnitudinem paternam applicat ad excludendum quancunque potentiam ad præualendum contra manum paternam. [Ego & pater vnum sumus.] Vbi directa subsumptio expectabatur; manus mea & manus patris mei est vna (sic enim concluſum directe fuisset, ergo nemo potest rapere de manu mea: quod erat probandum) subsumpsit ego & pater vnum sumus, subsumpsit non vnitatem membri vnius (scilicet manus) sed vnitatem totius. Ego enim & pater, ipsas totas hypostases significant. & esse vnum, vnitatem essentialem non secundum partem sed simpliciter & absolute significat. Ita quòd dicendo ego & pater sumus, distinctas hypostases significat. dicendo autem vnum sine additione aliqua vnitatem essentiæ significat.

¶Et quod

¶Et quod hoc intendat significare, ex eo patet quod aliter non concluderet eandem esse manum suam & manum patris. quod hinc intendit inferre, vt concludat quod nemo potest rapere de manu sua. Et confirmatur ex intellectu Iudæorum qui quũ hoc audissent, concurrerunt ad lapides: vtpote audientes hominem dicẽtem se esse vnius essentiæ cum deo [Sustulerunt ergo.] Deest. rursus, [lapides Iudæi vt lapidarent eum.] Ne intelligeremus reperi attentatam lapidationem in cap. 8 addidit euangelista rursus occasione siquidem tam manifestæ apparentis blasphemiæ lapidare illum volebãt sine processu, sine iudice acti furore. [Respõdit eis Iesus.] Vere monstrat Iesus in potestate sua esse cohibere persecutores suos. nam etsi Iudæi sustulerunt lapides vt lapidarent eũ, & nihil deerat nisi actus lapidandi, quia tamen ipse lapidari nolebat, cohibet eos diuinitatis suæ virtute: & velint nolint continent se à lapidatione, & audiunt Iesum ipsos alloquentem [Multa bona ọpera ostendi vobis ex patre meo.] Ab operibus incipit confutare eos eo quòd Iudæi ex abrupto ad lapidandum procedere volebant, non dicentes an propter opera an propter verba vellent ipsum lapidare. vtraque enim proposuerat. verba quidem dicendo, dixi vobis & non creditis. opera vero dicendo, opera quæ ego facio &c Et Iudæi calumniabantur tam opera quam verba Iesu. vt superius Euangelista dixit cap. 5 Persequebantur siquidem eum ratione operum, quia curabat in sabbato ratione vero verborum, quia æqualem se dicebat deo. [Propter quod eorum operũ me lapidatis?] Non dicit vultis lapidare, sed lapidatis vt intelligamus quod erant in procinctu lapidandi. imino quod quantum ex ipsis erat lapidabant: diuina autem virtute inuiti continebantur à lapidando. [Respondẽrunt ei Iudæi.] Deest. dicentes. [De bono opere non lapidamus te: sed de blasphemia.] Fatentur quod ratione verborũ persequũtur ipsum. [Et quia tu homo quũ sis.] Emphasis est, non coniunctio alterius criminis. Acsi apertius dixissent. sed de blaphemia & tam enormi blasphemia. [Facis teipsum deum.] Vsitato modo loquendi dicunt facere seipsum deũ intendentes quod asserebat seipsum esse deum, quod ingerebat se pro deo. [Respondit eis Iesus.] Ad singula respondet & primo ad id quod calumniabantur. scilicet de blasphemia [Nonne scriptum est in lege vestra.] Nomine legis appellat omnes libros canonicos, pari authoritate habitos apud Iudæos cum libris Moysi. liber siquidem psalmorũ hic citatur. [Quia.] Superfluit quia [ego dixi dij estis.] Propheta nominat deos in allato textu homines.

vere

vere enim possunt homines aliqui nominari dij, non natura sed participatione diuinæ potestatis, visionis seu gratiæ. [Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est] Arguit explanando scripturam explanat enim dicendo ad quos sermo dei factus est: declarando quòd ratione diuini sermonis facti ad homines, homines nominati sunt dij. quod est ratione diuinæ notitiæ participatæ audiendo deum homini loquentem, communicari homini diuinum nomen. Arguit vero, præadiiciendo irrefragabilitatem scripturæ sacræ. [Et non potest solui scriptura.] hoc est non potest negari aut destrui quin scriptura sacra vera sit. [Quem pater sanctificauit & misit in mundum.] Aduerte perspicacissime quòd formalis est sermo Iesu responsiuus ad Iudæos. Dixerant Iudei quòd Iesus blasphemaret, dicendo seipsum hominem esse deũ: ita quòd blasphemia tam enormis consistebat in hoc quòd homo esset deꝰ. Ad hoc directe Iesus respondet non solum monstrando quòd secundum scripturam potest sine blasphemia dici homo deus: sed argumento monstrando quòd si secundum scripturam ex minori dono nominatur homo deus, nulla est blasphemia ex patris sui singularissimo dono sanctificationis & missionis in mundum dicere se hominem esse deum seu filium dei. Hic est sensus literalis; directe confutans Iudæos, & clare manifestans veritatem rationis quare Iesus Christus homo quum sit, est verus filius dei & verus deus. Vide singula. Arguit in primis ad hominem esse deum ex facto ad hominem sermone dei, ad hominem esse deum ex ipso sanctificato à patre & misso in mundum: vt ponderemus differentiam inter factum ad hominem sermonem & sanctificatum ipsum hominem, vt intelligamus quòd esse deum ex sermone ad hominem facto est esse accidentale (sermo enim non nisi accidentale esse confert audienti) esse vero hominem deum exfieri ipsum sanctum à patre, est esse substantiale. Significatur enim nõ quòd ipse homo prius extiterit auditurus aut visurus sed quòd quũ factus est, non est qualitercunque factus sed est factus sanctus à patre: hoc est factus est sanctus filius. pater enim inquantum pater ad filium refertur. Et verissime ac propriissime significatur donum gratiæ vnionis. ex dono siquidem gratiæ vnionis & non ex natura homo est filius dei personaliter, homo est deus personaliter. ¶ Iterum dico bene nota quòd aliud est loqui de hypostasi Iesu quare est deus, & aliud de homine Iesu quare est deus. Prima quæstio quærit de natura diuina respectu hypostasis. & respondendum est quòd non ex dono sed ex natura est deus ex

æterna generatione est deus & non ex sanctificatione. Altera vero quæstio quærit de individuo humanæ naturæ respectu naturæ hypostasis diuinæ: & respondetur quòd ex dono gratiæ vnionis personalis, ex dono sanctificationis non ex natura homo habet quòd sit deus. est enim Iesus homo, verus deus vnitate personæ. Et hoc directe quadrat tam calumniæ Iudæorum quia tu homo quum sis facis teipsum deum. hinc enim manifestat quòd ipse homo quum sit, factus est à patre sanctus filius (quod est hominem factum esse deum) quàm suauitati argumentationis. quoniam ex hominem esse deum propter minus gratiæ donum suauissime procedit argumentum ad hominem esse deum ex maximo & singularissimo dono gratiæ. ¶ Apparetque nihilominus hinc quòd Iesus non declinauit, nõ subterfugit, nõ palliauit veritatem quã dixerat de sua vera diuinitate: sed Iudæis impossibile reputantibus q̃ homo sit vere deus, manifestauit (manuducendo ex scripturæ authoritate) quòd homo ex singulari dono gratiæ vnionis est vere & secundum esse substantiale deus filius dei personaliter. Vnde & cessant Arrianę obiectiones. ¶ Quanuis autem dicendo quẽ pater sanctificauit, manifestauerit hominem factum sanctum filium dei patris, ad explicandum tamen veram illius hypostasis diuinitatem (vt omnis hæreticorum praua extorsio tolleretur) subiunxit & misit in mundum. Constat enim secundũ veram philosophiam solũ deum esse extra mundum vniuersum: omnes autem substantias reliquas tã intellectualis quàm sensibilis ordinis esse partes vniuersi. Quocirca ex hoc quòd filius iste describitur missus in mundũ, significatur clare q̃ erat secundum se extra mundum nullus enim mittitur illuc vbi est. ac per hoc q̃ est verꝰ deus missus in mundũ: hoc est factꝰ pars vniuersi. Per mysteriũ enim incarnatiois (quod significat missio) filius dei verus deus, factus est homo: ac per hoc pars vniuersi, quod significat mundus. [Vos dicitis quia.] pro, q̃, [blasphemas, quia dixi filius dei sum.] Dicendo ego & pater (quẽ omnes intelligebant deum) dicebat se filiũ dei. Si enim dico deũ patrem meum, dico me filium dei. [Si non facio.] Postquam excluſit quòd blasphemet (monstrando ex scriptura quòd hominem dicere deum ex dono gratiæ diuinæ, non est blasphemia: & aperiendo quòd ipse homo. quum sit ex singulari dono paternæ sanctificationis est filius dei personaliter) subiungit consequenter argumentum conuincens Iudæos ad credendum ipsum esse filium naturalẽ, ipsum & patrem esse vnũ essentialiter. Et arguit à distinctione contradictoriorum: inter quæ nullũ constat esse medium.

Et

Et incipit à membro negatiuo, dicens si non facio. [Opera patris mei.] Ad probandū q̄ ego & pater vnū sumus, oportuit significare eadem esse opera sua & patris & propterea significanter dicit opera patris mei. & illamet tractat aut se non facere aut facere aperte proponendo ex identitate (non ex similitudine) operum patris & suorum, cognoscendum quòd ipse & pater sunt vnum. Sunt autem dei patris opera, solo imperio resuscitare mortuos, expellere dæmones, curare omnia genera morborum. [Nolite credere mihi.] Si opera non testantur veritatem verborum, licentiam habeto te non credendi verbis meis. [Si autem facio.] Ecce alterum contradictionis membrum: quod est affirmatiuum. si facio opera patris mei. [Et si mihi non vultis credere.] pro, non creditis, [operibus credite.] Duo debētur Iesu ex hoc quòd facit opera patris sui. Alterum est fides verbis eius, alterum est fides operibus eius. Nam ex huiusmodi operibus & debebant credere vera esse verba quę dicebat (quoniam deus non est testis mendaciorum miracula autem eius fiebant ad testificandum verba eius: iuxta illud vt autem sciatis quòd filius hominis habet potestatē in terra dimittēdi peccata, surge & ambula) & debebant credere factis quæ monstrabant diuinitatē facientis. Et propterea Iesus vtriusque credulitatis meminit. Et ad secundam saltē conuincit illos: dicendo, & si mihi non creditis, dicenti me filiū dei patris, me esse vnū cum patre, saltem operibus credite. Opera enim ipsa testantur me facientem opera patris mei, esse vnum cū patre meo [Vt cognoscatis & credatis.] hoc est vt ex operibus ipsis cognoscatis, nō q̄ ego in patre & pater in me est, sed credendū esse q̄ ego in patre & pater in me est. & propterea cognitioni adiungit fidem, & credatis ita quòd me esse in patre & econuerso, est cognoscendum & credendū, & prius cognoscendum ex operibus & postea credendū. est enim cognoscendū q̄ est credendum, est autem credendum q̄ est sic est cognoscendū & cognitum sub ratione credibilis. est credendum & creditū sub ꝓpria ratione. [Quia.] pro, quòd, [pater in me est & ego in patre.] Consubstantialitatis patris & filij (proposita sub alijs verbis, dicēdo ego & pater vnū sumus) explicatur modo per mutuū inesse. Discurre omnis generis patrē & filium in toto vniuerso, & nunquā inuenies hoc mutuum inesse · quanquam inuenies mutuum amorem, mutua officia, & id genus similia · vt ex hoc quòd pater est, nō intelligit amat aut quouis alio opere iūgitur sed est (secundū esse ꝓculdubio substantiale quū in deo nullū sit accidens) in me & ego similiter in patre idētitas esse substātialis in patre & me significet.

Hæc enim idem ſola identitas verificare poteſt quòd ego in patre & pater in me eſt, ſecundum eſſe ſubſtantiale. [Quærebant ergo.] pro, rurſus. Quamuis retracti fuerint à furore lapidandi, verterunt tamen furorem in aliquid minus malum. Et quoniam aliàs quæſierant apprehendere Ieſum, ideo dicunt rurſus. [Eum apprehendere.] vt ſic ſatisfacerent & ſuo furori & principibus ſuis, tradendo illis Ieſum comprehenſum. [Et exiuit de manibus] pro, manu, [eorum.] Dicendo de manu, inſinuat quòd iam ad apprehendendum eum non ſolum animum adiecerant ſed & manus extendebant. ¶ [Modus autem quo exiuit non explicatur: intelligendum tamen videtur quòd fuit ſimilis alteri deſcripto in cap. 8. quã do reddidit ſe inuiſibilem illis. [Et abiit iterum trans Iordanẽ in eum locum vbi erat Ioannes baptizans primum.] Ideo in hunc locum venit Ieſus, vt occaſio commemorãdi teſtimonia Ioannis de ipſo daretur, ad confirmationẽ credentiũ in ipſum. multum enim prodeſt perſecutionis tempore rememoratio priſtinarum teſtificationum. [Et manſit illic.] commoditatem præbens tam credentibus quàm volentibus diſcere aut curari adeundi eum, ad certum locum & ſolitum ſanctis doctoribus. [Et multi venerunt ad eum.] Ecce fructus commodi loci. [Et dicebant.] ſiue incolæ loci illius ſiue venientes, occaſione accepta commemorandi teſtimonia Ioannis ex loco, hic eſt enim fructus electi loci. [Quia.] pro, quòd, [Ioannes quidem ſignum fecit nullum.] Duo dicunt. Alterum eſt comparatiuum inter Ioannem & Ieſum quo ad miracula, quòd Ioannes nullum fecit miraculũ. ibi ſubaudi, Ieſus autem fecit tot miracula. Et hæc comparatio excitata, fructus eſt loci electi. Et vtilis eſt: vt ſciamus Ioannem Baptiſtam ſine miraculis traxiſſe ad ſuam doctrinam, ad ſuum baptiſma populos: Ieſum autem cum tot miraculis tot perſecutionibus publicis vexatum. ¶ [Alterum eſt. [Omnia autem quæcunque dixit Ioannes de hoc, vera erant.] Ecce firmitas fidei ex verificatione omnium de Ieſu prædictorum à Ioanne. Ita quòd teſtimonium duplex de Ieſu ex hoc loco prolatũ eſt alterum quòd prælatus eſt Ioanni in virtute ſignorum. Alterũ quòd verificata ſunt omnia de ipſo dicta à Ioanne [Et crediderũt multi.] deeſt ibi, [in eum.] Ecce fructus vltimus & principalis ex loco illo ex teſtimoniorum collatione, quòd illic crediderunt. Negatus fructus in porticu Salomonis in templo, deſcribitur in loco deſerto. in templi enim porticu nullus credidit: hic autem multi crediderunt in eum.

CAPVT

CAPVT XI.

Erat autem quidam languens.]pro,qui infirmabatur,[Lazarus à Bethania.] Oppidum vnde originē habebat Lazarus significatur.[De castello Marię & Marthæ.] Appositiue ad Bethaniam,exponitur Bethania fuisse oppidum harum mulierum:vt conditio nobilis sororum eius describeretur:vtpote quæ dominæ essent oppidi illius.Dicit enim Euangelista castellum esse illarum, nō ipsas esse de castello: quòd significaret ipsas inde oriundas.[Sororum eius.]pro,fororis eius.Et pronomen eius est femininī generis.refertur enim non Lazarus sed Maria, dicendo Martham esse sororem Mariæ.per hoc autem quòd Martha introducitur vt soror Mariæ,insinuatur quòd Maria erat maior, quòd erat principalior.[Maria autem erat quæ vnxit dominū vnguento.]Ex hoc quoque quòd resolutio descriptionis fit ad Mariam, insinuatur quòd maria erat persona præcipua.¶[Non dicit quæ postea vnxit aut quæ vnctura erat,sed vnxit:vt intelligamus Mariam fuisse illam quæ vnxerat.Et si huic descriptioni iunxerim' quòd descriptio communiter fit à notioribus,& quòd nulla alia inuenitur de qua verum fuerit tunc quod vnxit pedes Iesu, apparebit quòd illā esse dicit Mariam quæ Luc.7.sine nomine describitur vnxisse pedes domini immo ex industria Ioannes qui legerat euangelium Lucæ, explanat hanc esse illam.Attestatur huic sensui non solum quòd planus ac suauis est iuxta literam:sed etiam mos huius Euāgelistæ, qui eodem modo à præteritis actionibus describit tam Caipham quàm Nicodemum inferius. ¶Nec quadrat anticipatiue dictum hoc fuisse ab Euangelista: eo quòd anticipatio habet locū quando non narratur res gesta in suo loco, aut occasio præoccupandi vrget. in proposito autem hicmet Euangelista narrat in proprio tempore subsecutam vnctionem: & nulla sese obtulit occasio præoccupandi futuram vnctionem, vt patet. Extorqueri igitur videtur litera, huiusmodi anticipatione. Describitur itaque Maria maior ac præcipua, ex notissimo actu præterito quo vnxerat pedes Iesu:ad quem meruit admitti sola.[Et extersit pedes eius capillis suis.]Officia & verba Lucę Euangelistę refert:vt illa intelligatur.[Cuius frater Lazarus infirmabatur.]Etiā Lazarus describitur relatiue ad Mariam. ad significandum Mariam non solum sorori sed fratri præstare.[Miseruntergo.]Inferendo īsinuat quor sum sunt hæc descripta. Nō iuerunt,occupatæ circa curam fratris graui ægritudine laborantis,sed miserunt.[Sorores eius ad eum]

Superfluit eius. Ambæ miserunt [Dicentes.] per nuncium seu nun cios. [Domine ecce quem amas infirmatur.] Sciunt non oportere ab amante petere, sed significare sufficit necessitatem. & propterea non explicite petunt sana eum sed solum significant ęgritudinem. Et citant non merita propria aut Lazari, sed meritum amoris Iesu erga Lazarum. prouocando per hoc vt amoris sui erga Lazarum officia exerceat quòd est plus quàm simplici petitione supplicare sana eum [Audiens autem Iesus, dixit eis.] Superfluit eis ex eo tamen quòd audiens dixit, proculdubio coram nuncio seu nuncijs dixit. Simultas enim temporis audiendi & dicendi, significat illis aut coram illis dictum. [Infirmitas hæc non est ad mortem.] De infirmitate illa potest dupliciter haberi sermo, Vel secundum se & sic erat ad mortem. nam vere Lazarus ex illa infirmitate mortuus est. Vel vt erat sub ordine diuinæ prouidentiæ. & sic verum est ꝙ non erat ad mortem. hoc est ad hoc vt Lazarus maneret mortuus, sicut alij homines mortui. Et hic est sensus literalis: vt aduersatiua subiuncta testatur. [Sed pro gloria dei.] Et vere fuit pro gloria dei: quoniam fuit ordinata ad hoc vt Lazarus moreretur re suscitandus [Vt glorificetur filius dei per eam.] Explicat modum gloriæ dei: vt scilicet glorificetur filius dei per ipsam infirmitatem. Addidit hoc, ad explicandum filium dei esse deum ex eo enim quòd postquàm dixerat pro gloria dei, subiungit gloriam fore filij dei, aperte significat ipsum filium esse deum, pro cuius gloria est hæc infirmitas. [Diligebat autem Iesus Martham & sororem eius Mariam.] Superfluit Mariam. [Et Lazarum.] Ne putares quòd Iesus ex minore erga has mulieres aut Lazarum amore tardauerit ire ad curandum seu resuscitandum Lazarum, excludit huiusmodi causam Euangelista, narrans amorem Iesu erga singulos. [Vt ergo audiuit quia.] pro, quòd, [infirmatur.] Sicut excluſit negationem amoris fuisse causam moræ, ita excludit quod præoccupatus sit à morte Lazari ne sanaret eum: describendo voluntariam morã Iesu ab auditione ægritudinis ne cogitares quòd iuit aut disposuit se ad eundum, sed morte Lazari præuentus non fuit in tempore.

[Tunc quidem manſit in eodem.] pro, in quo erat [loco.] Vbi audierat quòd Lazarus infirmatur. Immotus ab illo loco in quo erat describitur. vt omnino voluntariam intelligamus moram. [Duobus diebus.] Non solum mora sed quantitas moræ electa significatur, vt inueniret quatriduanum mortuum: quo tam euidens fieret miraculum vt nulla posset calumnia affici. [Deinde post hæc.] pro, hoc. scilicet gestũ, [dicit discipulis suis.] Superfluit

suis.

ſuis. [eamus in Iudæam iterum.] Ideo hac vice ſpecialiter dicit diſcipulis eamus in Iudæam: quia euidens fuerat periculum lapidationis eius paulo antè in Iudæa, vt intelligerent diſcipuli quòd voluntarie ibat, non obſtantibus periculis. [Dicunt ei diſcipuli, Rabbi nunc quærebant te Iudæi lapidare.] Hinc apparet primo, paulo ante fuiſſe feſtum encæniorum in quo quæſierunt Ieſum lapidare in porticu Salomonis: ac per hoc fuiſſe in menſe duodecimo: quum hæc circa reſuſcitationem Lazari, geſta fuerint prope Paſcha. ¶ [Apparet ſecundo quòd vltimus aſcenſus Ieſu in Hieruſalem ex Galilæa (cuius meminerunt alij euangeliſtæ, ecce aſcendimus Hieroſolymam & filius hominis tradetur, & cætera) fuit aduentus ille quo Ieſus venit tempore feſti encæniorum. Ita quòd pluſquam per menſem præuenit tempus Paſchatis: nam vt hæc Ioannis hiſtoria ſonat, poſt feſtum encæniorum Ieſus non redijt in Galilæam, ſed iuit trans Iordanem vbi Ioannes Baptiſta primũ baptizauerat, & inde eum non receſſiſſe vſquequo venit ad Lazari reſuſcitationem, patet ex tanta propinquitate ad feſtum encæniorum vt diſcipuli tanquam præſens nominent illud tempus, dicendo nunc quærebant Iudæi te lapidare. Supplet enim Ioannes geſta omiſſa ab alijs euangeliſtis poſt vltimum ex Galilæa aſcenſum in Hieroſolymam [Et iterum vadis illuc?] Diſcipuli amore amicitiæ erga magiſtrum moti auertere nituntur magiſtrum à malo lapidationis, à malo mortis, à malo periculorum, cauendo abire illuc. [Reſpondit Ieſus.] Duo dixerant diſcipuli, & ad ambo reſpondet ſatiſfaciendo. [Nonne duodecim ſunt horę diei.] Ad id quod dixerant nunc quærebant, reſpondet ex diuerſitate horarum in vno eodémque die artificiali, qui tempore veris conſtat ex duodecim: quia tunc eſt æquinoctium. Et intendit per hoc dicere quòd mutantur quæ geruntur non ſolum de hebdomada in hebdomadam & de die in diem, ſed etiam de hora in horam vniuſmet diei, non ſemel ſed multotiens, ſicut multæ (puta duodecim) ſunt horæ in vno & eodem die. vt per hoc intelligerent quòd licet paulo ante quæſierint Iudæi ipſum lapidare, modo eſt aliud tempus & non quærent hoc. [Si quis ambulauerit.] pro, ambulat, [in die, non offendit: quia lucem huius mundi videt. Si autem ambulauerit.] Deeſt quis. & legendũ eſt in præſenti. [Si autẽ quis ambulat in nocte, offendit quia lux non eſt in eo.] Dixerant ſecundo & iterũ vadis illuc. reſpõdet ad hoc Ieſus quòd ſecurus vadit, abſque periculo quòd offendat in aliquid, quòd impingat in aliquid ipediẽs: qa vadit in claritate lucis diuinę, omnia videns. Hoc

 enim

enim directe satisfacit timori discipulorum ne magister incidat in lapides aut manus Iudæorum. Et hoc significat ex metaphora differenter ambulantium in die, & ambulantium in nocte: illi enim non offendunt quia vident in claritate diei quęcunque occurrũt: isti autem impingunt vel in lapides, vel in parietes, vel in gradus &c. quia nõ videt in clara luce solis. ¶ Vbi discerne quòd per hæc nõ dicit Iesus se ire securum à morte aut persecutione Iudæorum, sed se ire securum ab offendendo, ab impingendo: hoc est ab incursu alicuius incogniti, alicuius non clare visi, quod est timentis. Quem timorem discipuli incutiebant Iesu, hortantes vt caueret à Iudæa [Hęc ait, & post hæc,] pro, [dicit eis.] Clare significatur ex duplicata significatione ordinis post descriptam mansionem ibi duobus diebus, quòd verba vtraque (scilicet eamus in Iudęam iterum, & Lazarus amicus, &c.) dixit Iesus post illud biduum. Vnde conijcitur quòd infra illud tempus Lazarus est mortuus, & ex industria non recessit inde donec esset mortuus. ne (vt dictum est) pręoccupatus, morte Lazari in itinere videretur. [Lazarus amicus noster dormit.] Mortem appellat Iesus somniũ: quia Lazarus quãuis in seipso mortuus esset, dormiebat tamen Iesu. Vnde & subdit. [Sed vado vt à somno excitem eum.] Explicat simul causam quare vadit in Iudæam, & tam facile sibi esse suscitare Lazarũ à morte quàm facile est hominem dormientẽ excitare à somno, propterea enim mortuum dixit dormire. [Dixerunt ergo discipuli eius, Domine si dormit, saluus erit. Dixerat autem Iesus de morte eius: illi autem putauerunt quia.] pro, quòd, [de dormitiõe somni diceret. Tunc ergo Iesus dixit eis manifeste. Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos vt credatis quoniam non eram ibi.] Ordo huius litęrę est, & gaudeo quoniam nõ eram ibi, propter vos vt credatis. Cõstat enim non posse construi vt credatis quoniam non eram ibi: quia hoc (scilicet Iesum non fuisse ibi) viderant & non erat eis credẽdũ. Et est sensus. Et gaudeo de absentia mea corporali ab ægritudine Lazari: præsentia enim mea interpellata, curasset eum & seruasset à morte. Gaudeo inquam de mea absentia ex qua secuta est mors Lazari, propter vos, propter vestrum bonum inde prouẽturum scilicet vt credatis. Magnum siquidem est bonum, & ad salutem necessarium credere ¶ Hinc apparet quòd pronomen vos, non demonstrat discipulos secundum seipsos (qui iam credebant) sed in persona aliorum. Vel vt credatis. hoc est vt habeatis testimonium euidentissimum ad crẽdendum. resuscitatio enim Lazari sola, est sufficiens ac euidentissimum testimonium ad credendum

ea quæ

ea quæ sunt christianæ fidei Et sic pronomen vos, demonstrat discipulos credentes. [Sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas qui dicitur didymus] Dictio Græca est didymus, Latine geminus seu gemellus: natus scilicet simul cum altero. Nescio an a Græcis Thomas hoc nomen acceperit, an etiam inter Hebræos geminus appellabatur. Qua quoque ratione dictus sit geminus, fateor me nescire diuinare [Ad condiscipulos.] Superfluit con [Eamus & nos: & moriamur.] pro, vt moriamur. [cum eo.] Magni feruoris impauidique animi verba sunt hæc Thomæ: adhortantis alios discipulos nõ ire, sed eamus cum Iesu, vt cum ipso Iesu simul moriamur, simul lapidemur, simul occidamur. Et dixit hęc Thomas: quia videbat Iesum ire in Iudæam, & sponte offerre se periculo persecutionis Iudaicæ, quam manifeste viderant fuisse: & cognoscẽs illorum nequitiam arbitrabatur (sicut veritas erat) quod non desisterent à persecutione Iesu Christi. [Venit itaque Iesus, & inuenit eũ quatuor dies iam in monumento habentem] Hinc apparet quòd si pro quia Iesus tunc dixit discipulis Lazarus mortuus est, quãdo expirauit, iter illud à loco vbi Ioannes baptizauerat vsque ad Bethaniam quatuor diebus Iesum peregisse. Ita quod Lazarus biduo vixit postquam Iesu nunciatum est, ecce quem amas infirmatur. rationi enim consentaneum est ex eo quòd Iesus biduo post dixit Lazarus mortuus est, tunc dixisse quando expirauit. ¶ Et confirmatur: quia tempore quo nunciatum est Iesu ecce quem amas infirmatur, Lazarum adhuc vixisse indicant verba Iesu, infirmitas hæc non est ad mortem. ex hoc enim quod infirmitatem præsentem demonstrat, viuum adhuc significat. Immò si perspicacius aduertimus, intelligemus verba illa dicta nuncio seu nunciis pro responsione: ex quo nihil aliud narratur respondisse. & ipse non est motus de loco illo per biduũ, & rationi consonat vt nuncius nullam audiens promissionem quod Iesus veniret, audita hac bona responsione (scilicet infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria dei) reuersus fuerit lætus nuncius ad sorores, & Lazari infirmitas non esset ad mortem: Sed sensum verborum Iesu, nec penetrauit ipse, nec penetrarunt alij qui audierunt. [Erat autem Bethania iuxta Hierosolymam quasi stadijs quindecim.] Stadium octaua pars est miliarii Romani hoc est constantis ex mille passibus. Minus itaque duobus miliaribus (& vt Lucas testatur sabbati itinere) distabat Bethania ab Hierusalem. ¶ Et describitur propinquitas ad Hierusalem, tum vt commoditas Hierosolymitarũ nobilium ad visendum Mariam & Martham, tum vt resuscitatio

Lazari

Lazari prope Hieruſalem & præſentibus Hieroſolymitis nobilibus intelligatur. De quibus ſubditur. [Multi autem ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam vt conſolarentur eas de fratre ſuo.] Multitudo Iudæorum ex Hieroſolymis affutura miraculo deſcribitur. Et hæc eſt ad literam vna rationum quare Ieſus diſtulit vſque ad quartum diem mortis Lazari venire: vt interim ſcilicet & mors Lazari publica eſſet in Hieruſalem, & Iudæi conuenientes ad conſolandum ſorores, teſtes eſſet tanti miraculi. [Martha ergo vt audiuit quod Ieſus venit.] Curam domus geſſiſſe Martham teſtantur euangeliſtæ multi, deſcribendo illam multis vicibus miniſterio occupatam, & propterea modo tanquam curæ domus vacanti, primum annunciatum eſt Ieſum venire. [Occurrit illi.] Promptitudo explicatur. [Maria autem domi ſedebat.] Hinc apparet tum quòd Martha per domum diſcurrebat (ad hoc enim ſpectat differentia inter Mariam domi ſedentem, & Martham audientem aduentum Ieſu) tum quòd Maria erat præcipua in domo, vtpote quæ domi ſedebat cum Iudæis qui venerant ad conſolandum eas, Martha circa curam domus occupata. [Dixit ergo Martha ad Ieſum, Domine ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus.] Fides quidem explicatur de poteſtate Ieſu ad ſeruandum fratrem ne moreretur: ſed minor quàm oportuit ex eo apparet quòd abſentiæ corporali attribuit negationem gratiæ. Vnde clare apparet quòd non credebat adhuc explicite Ieſum eſſe verum deum. [Sed & nunc ſcio quia.] pro, quod, [quæcunque popoſceris à deo, dabit tibi deus.] Hæc verba addidit Martha tum ad temperandum verba antedicta, domine ſi fuiſſes hic frater meus non fuiſſet mortuus. Sonabant enim quærulum aliquid, tanquam tarditas Ieſu ad veniendum fuiſſet cauſa non habitæ gratiæ. Acſi apertius dixiſſet, non propterea perdo fidem in te, ſed ſcio quòd quæcunque popoſceris & cætera. Tum ad conſequenter loquendum (in genere tamen) iuxta reſponſionem Ieſu relatam à nuncio. infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria dei vt glorificetur filius dei per illam. Videns enim Martha fratrem mortuum ante aduentum Ieſu, & credens ipſum eſſe veracem: cõferendo hinc mortem fratris ſui ſecutam, inde verba Ieſu, neſciuit melius diſcere quàm explicare ſortem ſuam malam ex abſentia IESV, & ſubiungere quòd indubiè credit quòd quæcunque popoſcerit. Non quòd per hoc intenderit petere aut credere futuram fratris reſuſcitationem in ſpecie, ſed fateri in genere integram in ipſo & verbis

eius

eius quæ non intellexerat fidem. Et hæc quo ad intentionem Marthæ sed mota proculdubio fuit à spiritu sancto vt in genere fateretur spem futuri tunc miraculi. [Dicit illi Iesus, Resurget frater tuus.] Respondet Iesus prædicendo miraculum tunc futurum: vt per hoc explanet sensum verborum suorum, infirmitas hæc & cætera. [Dicit ei Martha Scio quia.] pro, quod, [resurget in resurrectione in nouissimo die.] Iesu non dicente resurget nunc sed resurget, intellexit Martha de resurrectione communi. [Dicit ei Iesus, Ego sum resurrectio.] mortuorum corpore. Et est sermo causalis: hoc est qui resuscito mortuos. [Et vita.] animarum: hoc est qui viuifico animas vtriusque enim vitæ (corporalis scilicet & animæ) se esse actorem primum significat. [Qui credit in me.] qui credendo tendit spe atque charitate in me. [Etiam si mortuus fuerit.] corpore [viuet.] etiam corpore tandem vita beata vita quæ vere est vita. non illa communi malis, qua quærent mortem & mors fugiet ab eis. ¶ Et per hoc discernit inter resurgentes in nouissimo die. Hic enim habetur quod soli qui credunt in Iesum, tunc viuent, proculdubio vita beata. alij nanque viuent, vita pœnali, vita misera, vita exosa ipsismet. Et hoc dixit declarando ego sum resurrectio: sequentia vero dicit declarando ego sum vita. [Et omnis qui viuit.] corpore [& credit in me] fide formata [non morietur in æternum.] morte animæ. Quod verissimum est quantum est ex sufficientia vitæ quam habet ex fide formata in me. Alioquin credit, perseuerantiam significat coniungentem fidem vitæ corporis Ita quod sensus est, & omnis qui viuit & credit in me. hoc est in quo credere in me, coniungitur cum illius viuere in corpore Per hoc nanque excluditur omnis nõ perseuerans vsque in finem vitæ. quia talis in fine viuit & non credit in Iesum. Et sic absque alia glosa indubie verificatur quod non morietur in æternum. hoc est morte animæ, quæ sola est mors æterna secũdum veritatem. [Credis hoc?] Nõ dubitat sed prouocat interrogando ad credendum altiora quam confessa fuerat: ad credendum non solum hominẽ sanctum potentem impetrare à deo quęcunque, sed verum deum. esse enim resurrectionem & vitã proprium est deo. [Ait illi. Vtiq; domine.] Verum dicit, sed in genere. Credidit enim vera esse quæ Iesus dicebat, & credidit ita esse vt Iesus dicebat, sed non penetrabat quod hæc significarent ipsum esse verum deũ. Et propterea subdit [Ego credidi quia] pro, quod, [tu es Christus.] Hic clare apparet sensus dictus scilicet quod Martha credidit

credidit ita esse vt dicebat Iesus, sed non penetrabat vim verborum, non propterea explicite in specie credidit Iesum esse deum qui creauit cœlum & terram, sed credebat explicite in specie Iesum esse illum Christum qui prophetatus est venturus ad saluandum mundum: ac per hoc omnia quæ de seipso dicebat esse vera. nam reddens rationem quòd credat Iesum esse resurrectionem & vitam, &c. affert suam iam olim fidem quòd ipse esset ille Messias [Filius dei viui]. Superfluit viui. Quia Christus commune nomen erat regibus omnibus Iudæorum, ideo propria adiectiua illius expectati Christi subiunguntur. Quorum primum est filius dei. Vnde & Caiphas etiam dixit, adiuro te vt dicas nobis si tu es Christus filius dei. Ita quòd per hoc quòd dicebant Christum filium dei, non intelligebant secundam in trinitate personam: sed excellens donũ diuinæ gratiæ [Qui in hunc mundum venisti] pro venturus erat. & superfluit hunc. Alterum adiectiuum expectati Christi erat, quòd a prophetis prædictus erat venturus in mundũ ad salutem mundi. Et propterea Martha plene fatetur explicite & in specie Iesum esse verum illum Christum hac sua professione. [Et quum hæc dixisset, abiit] Omittit euangelista quòd Iesus vocãdam iussit Mariam. subintelligendum hoc reliquens ex subiunctis Marthæ verbis ad Mariam. Et eadem ratione simul omittit quòd Iesus monuit Martham dicentem se credere quòd si credet videbit gloriam dei intendens quòd videret gloriam dei in miraculo resuscitationis fratris sui: nam & hoc subintelligendum reliquit euangelista in subiunctis postea verbis Iesu ad Martham, nõne dixi tibi. [Et vocauit Mariam sororem suam silentio] pro, clanculum. hoc est occulta voce. [Dicens, magister adest, & vocat te] Hinc clare apparet quòd vult subintelligi euangelista, Iesum iussisse vt vocaretur Maria. [Illa vt audiuit] Promptitudo significatur. [surrexit] pro surgit, [cito], cũ celeritate. [& venit] Presentis est tẽporis, actus enim præsentes describuntur. [Ad eum. Nõdum enim venerat Iesus in castellum: sed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei Martha] Ex proposito siquidẽ Iesus, substitit expectans Mariam. Superfluit illo, & adhuc [Iudæi ergo qui erant cum ea in domo & consolabantur eam.] Hinc coniicitur quòd personæ nobiles erant Iudæi isti: vt pote qui venerant in Hierusalem ad hoc, & erant in aula cum Maria domina oppidi ad consolandum eam. [Quũ vidissent Mariã quia] pro, quòd. [cito surrexit & exiit. secuti sunt eam dicentes quia,] pro, quod [vadit ad monumentum vt ploret ibi]. Diuina prouidentia disponebatur vt omnes qui

in

in domo erant conuenirent ad videndum miraculum, & etiam inuidi testes fierent tanti miraculi & virtutis Iesu. propter hoc enim Iesus iussit vocari Mariam, propter hoc & substitit in loco vbi occurrerat ei Martha [Maria ergo quum venisset vbi erat Iesus, videns eum cecidit ad pedes eius.] Ex hoc quod videns Iesum cecidit ad pedes eius insinuatur vel quòd tam demissis oculis Maria venit vsque ad locum vbi erat Iesus vt non nisi proxima illi viderit eum, vel quod locus extra oppidum in quo substiterat Iesus ex obliquo erat viæ qua veniebat Maria: ita vt à via recta torquendo iter versus locum illum, simul concurrerent proximum esse & videre vnde & Euangelista Mariam appulisse vbi erat Iesus, describit quando vidit Iesum [Cecidit ad pedes eius]. Locum proprium Maria agnouit pedes Iesu, & ita agnouit vt non iaceret se sed caderet, tanquam impotens se continere iuxta pedes Iesu à quibus veniam consecuta fuerat [Et dixit ei, Domine si fuisses hic, non esset mortuus frater meus.] Verba sunt deplorantis infœlicem sortem suam absentiæ Iesu in tempore ægritudinis fratris. indubie credendo quod adfuisset, tum amore proprio tum precibus motus seruasset Lazarum à morte. Communis hęc querela, communis & minor fides fuit Mariæ & Marthæ. dum vtraque corporali pręsentiæ tribuit gratiam. Verificatur, non inueni tantam fidem in Israel. [Iesus ergo vt vidit eam plorantem, & Iudeos qui venerant cum ea plorantes.] Non ociosè Euangelista describit Iesum motum ad lachrymas, ex hoc quôd vidit Mariam & Iudæos plorantes. Ita enim tendit ad narrandum Iesu diuinitatem ex verbis & factis vt describat eundem esse verum hominẽ moueri nanque ad compassionem videndo alios flere, humanæ est commiserationis. [Infremuit spiritu & turbauit seipsum]. Tam fremitus quàm turbatio nomen est passionis. Et fremitus quidem ad accensionem seu feruorem animi ad arduum aggrediendum spectat: turbatio autem ad tristitiam. Neutra in Iesu surrexit ex carne concupiscente aduersus spiritũ, sed ex spiritu. Et propterea Euangelista passiones in Iesu describens humanas (ne Iesum non hominem aut hominem stoicum putassemus) simul describit ex spiritu non carnali affectu originem habuisse illas. ita quod spiritu refertur ad infremuit & turbauit. Et fremere quidem voluit intus sicut exterius clamare, respectu ardui operis resuscitationis Lazari quatriduani, vt interior motus passionis appareret in facie cõformis operi. omnia enim suauiter disposuit Iesus. Turbari autem voluit, quia tristitia in turbatione consistit. ex hoc enim

quod

quod delectatio quies est animi, patet quòd tristitia inquietudo (quæ in turbatione consistit) est animi. Simul itaque turbationem ad condolendum & fremitum ad remedium conferendum, in se fecit secundum rectam spiritus rationem Iesus. [Et dixit.] pro, dicit. Significatur enim tempore præsenti quod inter has propassiones Iesus protulit sequentia verba. [Vbi posuistis eum?] Ecce fremendo inquirit de loco resuscitãdi mortui: vt intelligamus ipsum fremere ad tam arduum opus resuscitandi Lazarum sepultum. [Dicunt ei, Domine veni & vide. Et lachrymatus est Iesus.] Effectus turbationis internæ, sunt lachrymæ compassionis humanæ. Nullus ergo reprehendat moderatas lachrymas funeris, quas Iesus propriis lachrymis approbauit. [Dixerunt ergo Iudæi, Ecce quomodo amabat eum? Quidam autem ex ipsis dixerunt Non poterat hic qui aperuit oculos cæci nati.] Superfluit nati. Et legendum esse admiratiue seu interrogatiue assertio quod aperuit oculos cæci manifestat. Conferebant isti, hinc potentiam qua illuminauit cæcum inde lachrymas pro morte Lazari, attestantes quòd mors Lazari displicuit Iesu ac per hoc quod Iesu nolente mors Lazari euenit, tristitia enim est de ijs quæ nobis nolentibus accidunt. Et propterea vel dubitantes inquirendo dicunt non poterat? vel admirando dicunt non poterat? Acsi apertius dixissent mirum est quod non potuit, ex quo aperuit oculos cæci. [Facere vt hic.] Deest &. Legendum est. [facere vt & hic non moreretur: Iesus ergo rursum fremens in semetipso venit ad monumentum.] Hinc apparet quod fremitus propter arduum resuscitationis opus erat. Nam hoc significatur dicendo quod venit ad monumentum iterum fremens: hoc est actum fremendi feruore animi exercens non aduersus Iudæos cõtrarios sibi (quos nouerat ibi esse) sed in semetipso. Fremitum siquidem monstrabat, sed non contra aliquem sed in seipso, dispositionem animi ad opus arduum proportionatam in seipso iterans: vt magnitudinem operis pensemus. [Erat autem spelũca: & lapis superpositus erat ei.] Hinc apparet quòd spelunca illa excauata versus partem inferiorem (hoc est sub terra) erat: alioquin non describeretur lapis superpositus speluncæ. Si enim fuisset spelunca concaua in directum super superficiem terræ non diceretur lapis superpositus speluncæ,, sed appositus vel aduolutus: sicut de monumento Iesu scribitur. [Ait Iesus, tollite lapidem] Magnitudo lapidis insinuatur, ex eo quod non vni sed multis dicit tollite lapidẽ [Dicit ei Martha soror eius qui mortuus fuerat. Domine iam fœtet.] pro, olet. Quanuis Græca dictio anceps

ceps sit ad male vel bene olere, materia tamen sermonis testatur quòd de male olere (quod fœtere vocamus) est sermo. [Quatriduanus est enim.] Vt nulli calumniæ possit miraculum hoc subesse, quatriduanus in monumento asseritur. Et vt simul intelligamus Martham non speraſſe tale miraculum, ipsa est quæ obstat ne aperiatur spelunca ne fœtore offendatur Iesus cum astantibus. [Dicit ei Iesus, Nonne dixi tibi quoniam.] pro, quòd, [si credideris videbis gloriã dei?] Hinc habetur quod prius diximus: scilicet Iesum Marthę asserenti se credere, dixisse si credideris, videbis gloriam dei. insinuans & hoc futurum miraculum, & minorem Marthæ fidem, ex conditionali si credideris. Et dixit modo Iesus nonne dixi tibi, ad declarandum quorsum dixit ei hæc: vt vel nunc erigatur Martha cum auditoribus in fidem & spem futuri miraculi ad gloriam dei. [Tulerunt ergo lapidem.] Desunt septem dictiones. [Vbi eratis qui mortuus fuerat positus.] Confirmatur magnitudo lapidis in executione, ex hoc quod multi tulerunt illum. & describitur executio non obstante fœtore. ¶ Voluit autem Iesus tolli lapidem quo claudebatur sepulchrum vt ab omnibus præsentibus euidentissime videretur Lazarus resurgens. Si enim clauso sepulchro exisset, existimatum fuisset spectrum aliquod. Si autem resuscitatus pulsasset aut clamasset vt aperiretur sibi, existimatum forte fuisset quod non tunc primo clamasset, sed quod pluries antè clamauit & non fuit auditus & quod non vere fuisset mortuus. Sed vbi aperto sepulchro, omnibus patuit mortuus ac viuus fugantur calumniæ omnes. [Iesus autem eleuatis sursum oculis dixit.] Tum vt verum hominem se esse testetur orat deum. tum vt Iudæi videant quod non ad dæmonem sed ad deum conditorem cœlorum recurrit. tum vt magnitudinem operis significet tum vt internam mentis eleuationem etiam exteriori eleuatione oculorum doceat. [Pater.] Nomen Iudæis exosum explicat vt vel hoc opere cognoscant quod verus est filius dei. [Gratias ago tibi.] In gratiarum actione consistit hæc oratio: vt gratias agentem intelligamus hominem gratum deo, & non petentem resurrectionem Lazari sed imperantem, vt Iudæi penetrent esse deum. [Quoniam audisti me.] hominem in omnibus ad te recurrentem. [Ego autem sciebam quod semper me audis.] Non ideo gratias ago pro exauditione quia nouiter nouerim me exaudiri. quoniã hoc mihi notũ erat. [Sed propter populũ] pro, turbam, [quę circunstat dixi.] Ecce quare publicè tibi gratias ago. [Vt credant quia.] pro, quòd, [tu me misisti.] Nõ quæro gloriam

riam meã, non vt honorent me ſed propter ſalutem eorum vt credant quod tu me miſiſti. [Hæc quum dixiſſet.] Deeſt & Legendũ eſt [Et hæc quum dixiſſet.] Totum tempus quo Ieſus orauit, conceſſum eſt omnibus & videndi mortuum & ſentiendi fœtorem. [Voce magna clamauit.] Tum vt vox proportionata eſſet magnitudini operis. tum vt nulla poſſet calumnia verbis ſecreto dictis tanquam magicæ artis inferri tum ad figmentum illorum cõfutandum qui animas mortuorum circa mortuos eſſe dicunt ad quas vtpote propinquas, non erat opus magna voce clamare. [Lazare.] Multis ibidem ſepultis, vnus erat nominandus vt ille vnus reſurgeret. [Veni foras.] Non ſolum ſurge à morte ſed veni extra ſpeluncam. Non petit non obſecrat, ſed præcipit. vt hinc velint nolint, cogantur videntes credere ipſum eſſe filium dei vt ſe prædicabat eſſe. [Et ſtatim prodiit.] Superfluit ſtatim. Et ſignificatur quod exiuit extra ſpeluncam, vt ei fuerat imperatum dicendo veni foras. [Qui fuerat mortuus, ligatus manus & pedes inſtitis.] pro, faſciis ſepulchralibus. [& facies eius ſudario erat ligata.] Nõ ſolum geminum deſcribitur miraculum (ſcilicet & quod reſuſcitatus eſt, & quod ligatus exiuit extra ſpeluncam) vẽrum etiam ad omnes tollendas calumnias deſcribitur tot vinculis ligatum exiſſe, Si ſolutus inuentus fuiſſet aut exiſſet, non mortuus ſed ſtupefactæ maxima contractione ſpiritus ſepultus forte diceretur. aiunt enim aliquos quandoque tales exiſtimatos mortuos fuiſſe ſepultos Sed tales redeuntes ad opera vitæ, non ſolum ſe ſoluunt ſed clamant ac corrodunt quicquid poſſunt, facientes vltimum de potentia vt redeant ad terram viuentium. Lazarus vero manſuetiſsimus, ligatus non ſolum tam manus quàm pedes faſciis ſolitis adhiberi mortuis ſepeliendis (quas facillimum eſt ſoluere) ſed etiam faciem ſudario vt mos erat Iudęorum, exuit extra ſpeluncam coram omnibus. ¶Omittit hic Euangeliſta quanta admiratio quantuſque ſtupor apprehenderit circunſtantes. [Dixit eis Ieſus, Soluite eũ.] Vult Ieſus vt alij ſoluant faſcias Lazari vt tangendo Lazarum, etiam ſenſu tactus cognoſcant veritatem miraculi & alij hoc videntes firmentur. [Et ſinite abire.] Hinc apparet quod miraculoſum fuit, ligatum exiſſe foras. non poterat ſiquidem modo ambulare niſi ſolueretur. Et hoc ad perfectionem notitiæ ſpectat, vt videant Lazarum ambulare: vt non ad momentum putent reſtitutam vitam Lazaro, ſed ſicut prius antequam moreretur: immo antequã ægrotaret. Ad hoc enim ſpectat ſinite abire, proprijs pedibus: vt ſani ambulare conſueuerũt. [Multi ergo ex Iudęis qui

venerant

venerant ad Mariam & Martham.]Superfluit & Martham.[& vi derãt quæ fecit Iesus,crediderũt in eũ.]Ecce primus miraculi isti fructus in Iudæis. [Quidam autem ex ipsis.] Nota aduersatiuam & pronomen.& percipe quòd quidam illorum qui venerant ad cõ solandum Mariam & viderant Iesum resuscitasse Lazarum, deteriores effecti sunt ex tanto viso miraculo.percipe verum esse quod dixit Abrahã diuiti, quòd neque si quis ex mortuis resurrexerit credent. percipe verum esse quod dicit Apostolus quòd credere, donum dei est. [Abierunt ad Pharisæos.] Persecutores Iesu. [& dixerunt eis quæ fecit Iesus.] Narrauerũt quidem facti veritatem: sed quorsum, sed quanto dolore, quanta malignitate, non solum aduersatiua præposita ab Euangelista sed effectus subiunctus testatur.[Collegerunt.]pro,congregauerunt,[ergo Pontifices.]p, principes sacerdotũ,[& pharisęi cõciliũ.]Ecce effectus,ecce quot sum dixerunt Pharisæis quæ fecit Iesus : ad concilium habendum quid facto opus esset contra Iesum. Pharisæi autem non soli sed cum principibus sacerdotum, de congregando concilio tractant: definiuntque congregandum ac congregant.Et quoniam non dicit concilium inter sese, significat quòd concilium ciuitatis publicum congregauerunt:vocãdo Senatores, & breuiter eos qui de concilio erant.[Et dicebant,Quid facimus?]Arguendo legendum est.Materia tractata in concilio nõ nuda describitur, sed cum modo quo tractabatur : scilicet arguendo proprias moras ad occurrẽdum tanto periculo.[Quia hic homo multa signa facit.si dimittimus eum sic, omnes credent in eum] Ratio arguendi mora est, quia ex parte Iesu continue crescit causa attrahendi populũ ad se: quoniam non solum fecit sed facit multa signa. & si ex parte nostra non occurritur,non opponitur impedimentum ipsi Iesu,consequens erit quòd omnes credent in eum. ¶Significanter dicunt si dimittimus eum,tractando quod oportet opponere impedimentum ex parte ipsius Iesu impediendo ipsum: quia iam experti erãt quòd impedimentum appositum ex parte populi (scilicet quòd si quis confiteretur Iesum esse Christum extra synogogam fieret) non sufficiebat. vincebatur enim hoc impedimentum à magnitudine miraculorũ. ¶Quod etiam timent omnes credere in Iesum, intellige credere Iesum esse Messiam.hoc est enim quod prohibuerant. [Et venient Romani,& tollent nostrum locum & gentem.] Amor proprius,amor propriæ authoritatis excæcauit illos vt timerent genti à Romanis. Proponunt isti cæci quòd continuato concursu populi ad Iesum vt Messiam, Romani videntes Iudæos

regem proprium profiteri, venient cum valida manu: & tollent sacerdotium cultumque templi Iudæorum, & transferent Iudæos in alienum solum. ¶ Sed vere cæci erant quoniam si deus miraculorum signis ducet omnes ad Iesum vt Messiam, ipsemet deus protegeret à Romanis & ab omnibus. Et tanto magis debebant hoc consequenter procedendo credere, quanto ipsi expectabant Messiam secũdum regnum mundi huius quem adoraturi erãt omnes reges terræ, reducturum vniuersum Israelem de captiuitate & dispersione. ¶ Patet itaque quòd non cohærebant sibiipsis Senatores isti. excæcauit enim illos malitia eorum, & amor propriæ authoritatis quam sciebãt se non habituros sub Messia rege iustissimo. conscientia nanque propria testificabatur ipsismet q̃ perdituri erãt locũ authoritatis suæ si omnes crederent in Iesum iustum. Mirũ itaque nõ est quòd aduersus Iesum cæci fuerint quorũ consilia sibiipsis non cõstabãt. [Vnus autem ex ipsis Caiphas nomine.] Superfluit nomine. Inter tractandũ, inter arguendum, inter inquirẽdum quid facto opus esset in proposito periculo. Caiphas in specie nominatur. [Quũ esset pontifex] Ecce suprema dignitas. [anni illius.] Venalẽ fuisse pontificatũ Iosephus testatur. & eadem auaritia, frequens erat mutatio Pontificis. & non seruabãt lex Moysi de perpetuitate Pontificis. [Dixit eis Vos nescitis quicquam.] Hæc verba insinuãt quòd consiliarij ambigebant. & in varias declinabant opiniones, varia tractantes remedia circa mortem Iesu. & propterea repræhendit illos Caiphas imprudentiæ. [Nec cogitatis quia.] pro, quòd, [expedit vobis.] pro, nobis. Quia prudentia ex adinuentione & iudicio vtilis ad propriũ & commune bonum constat, ideo vtile medium non animaduerti ab istis arguit. [Vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota genus pereat.] Præstat vt moriatur vnus & saluetur tota gens quàm vt viuat vn' & pereat tota gens. Palliatum iudicium specie cõmunis boni præponendi bono particulari, nulla mentione facta de iustitia deque innocentia. non admittit recta ratio vt occidamus iustum innocẽtemque vnum vt saluetur libertas aut vita totius gentis [Hoc autem à semetipso non dixit. sed quum esset Pontifex anni illius, pphetauit quia] pro, quòd, [Iesus moriturus erat pro gente.] Exponit Euangelista quòd hæc verba, Caiphas quantum ad id quod veritatis continebat dixit actus à spiritusancto ratione officij Pontificalis quanuis quantum ad iniquę occisionis consilium intentum à Caipha, dixerit à seipso. Ita quòd Caiphas pphetauit: hoc est verba dixit quæ secundũ quòd erant vera (non secundũ quòd

erant

erant intenta ab ipso) erant prophetica: vtpote prædicentia mortem Iesu pro populo. [Et non tantum pro gente · sed vt filios.] deest & .Legendum est [sed vt & filios dei.] per prædestinatam adoptionis gratiã. [Qui erant dispersi.] per varios ritus in toto terrarum orbe. [Congregaret in vnum.] non locum, sed in vnitatem fidei, spei ac charitatis : in vnam communionem meritorum, in vnum baptisma. [Ab illo ergo die.] Concluſum fuisse ſecundum iudicium Caiphæ, Euangeliſta narrat à ſubſecuta executione. [Cogitauerunt.] pro, conſultauerunt, [vt interficerent eum.] hoc eſt vt executioni mandarent: occiſionem Ieſu. Prius enim deliberauerant Iudæi & quæſierant Ieſum interficere (vt Euangeliſta ſuperius in capite ſeptimo dixit) ſed deliberationem illam fuiſſe aliquorum & non communis conſilij teſtatur tractatus nunc poſt Lazari reſuſcitationem congregati concilij, nam tractatum fuit quid faciendum eſt : & inter varias opiniones Caiphas cenſuit Ieſum eſſe occidendum, arguendo alios imprudentiæ. hęc enim omnia non fuiſſent dicta, ſi iam communi conſilio prædiffinitum fuiſſet quòd Ieſus eſſet interficiendus. In hoc itaque concilio primum diffinitum fuit à communi conſilio vt Ieſus interficiatur. & propterea ab hoc die conſultare cœperunt communi conſilio circa executionem occiſionis concluſæ. Prius enim velut priuatæ fuerant conſultationes aliquorum primatum [Ieſus ergo non iam palam.] pro, libere, [ambulabat.] Ex occaſione huius concilij Ieſus quanuis reſuſcitaſſet Lazarum, non ambulabat libere [Apud.] pro, inter, [Iudæos.] vtpote ſciens habere ſe illos perſecutores ad mortem. [Sed abiit.] deeſt. illinc. ſcilicet ex Bethania. cedens ad tempus furori, fiduciam præbens futuris Chriſtianis declinandi quandoque perſecutiones. [In regionem iuxta deſertum in ciuitatem quæ dicitur Ephrem & ibi morabatur cum diſcipulis ſuis Proximum.] pro, propinquum, [autem erat paſcha Iudæorum.] Addidit hoc euangeliſta ad ſignificandum quòd breui tempore declinauit furorem: & vt intelligamus reſuſcitationem Lazari fuiſſe factam prope paſcha. immo tam prope vt iam incipere purificatio hominum pro paſchate. Vnde & ſubditur. [Et aſcenderunt multi Hieroſolymam de regione ante paſcha vt ſanctificarent ſeipſos.] hoc eſt mundi fierent iuxta ritum legis adhibitis cerimonialibus legitimis, ad hoc vt manducarent paſcha. Solis enim mundis licitum erat manducare paſcha. [Quærebant ergo Ieſum.] Incertum eſt an ſacerdotes ſtantes in templo vacando purificationi aduenientium ad hoc vt mundi fierent, an ipſi

aduentantes quærerent Ieſum an compararet in templo vel ciuitate more ſolito. [Et colloquebantur.] pro, dicebant, [adinuicem in templo ſtantes. Quid putatis.] pro, quid videtur vobis. [quod non venit ad diem feſtum?] Ratio autem quare ambigebāt de aduentu Ieſu ad paſcha ſubiungitur dicendo. [Dederant autem Pontifices.] pro, principes ſacerdotum, [& Phariſæi mandatum: vt ſi quis cognouerit vbi ſit indicet, vt apprehendāt eum.] Rationabile ſiquidem erat humano iudicio quòd non veniret: ſciens tale mandatum contra ſe emanaſſe.

CAPVT XII.

I Eſus ergo ante ſex dies paſchę venit Bethaniā.] Vt litera ſonat intelligendum eſt: hoc eſt ℣ feria ſexta (quæ ſabbatum immediate præcedit) venit Ieſus in Bethaniam. Illa enim dies veneris fuit anno illo ante ſex dies paſchę: vt patet ſupputādo dies vſque ad veſperam diei Iouis immediate ſequentis in qua veſpera immolatum eſt paſcha. [Vbi Lazarus fuerat mortuus: quem ſuſcitauit.] deeſt. à mortuis, [Ieſus.] Explicat Euangeliſta factū. [Fecerunt autem.] pro, igitur ei cœnam. Infert quorſum tendit narratio aduentus Ieſus in Bethaniam ſcilicet ad narrandum geſta in illa cœna. Nec explicatur qui ſunt qui fecerunt cœnā vt collatis narratis ab omnibus Euangeliſtis intelligamus cœnā fuiſſe factā cōmuniter à Maria, Martha, & Simõe leproſo. [Ibi.] hoc eſt in Bethania. Alij Euangeliſtæ explicant etiā domū Simonis leproſi. Non dicit fecerunt tunc ſeu illo die, ſed ibi quia cœna hæc fuit facta ſabbato. Ita quòd Ieſus die Veneris venerat. & cœna hæc fuit facta ſabbato. nā ſabbato non licebat iter agere: nec ſabbatū illud fuit ante ſex ſed ante quinq3 dies paſchæ anno illo. [Et Martha miniſtrabat.] Hic coniicitur domum illam fuiſſe communem Simoni leproſo & Mariæ ac Marthæ diſtinctam contignationibus: vt in altera Simon, in altera illæ habitarent. Sanguine enim iunctos illos crediderim, ex eo ℣ Martha miniſtrabat ibi. & ex eo ℣ Maria ibi venia olim promeruit. [Lazarus vero vnus erat ex diſcumbentibus cū eo.] Adiunxit hoc Euangeliſta: vt veritatē reſuſcitationis Lazari cōfirmet perſeuerantia vitæ Lazari, & actionibus communibus comedēdi & bibendi cum alijs continuatis. [Maria ergo.] Quoniam hinc occaſio modi quo Ieſus in manus traditus eſt Iudæorum pendet, ideo Euangeliſta cum nota illationis officium Mariæ intulit deſcriptis officijs Marthę & Lazari. Et ſororū quidē officia gratitudinis refert. Lazari autē teſtimonij, non verbo ſed facto diſcubitus

in cœna. [Accepit.] Et hic actus insinuat in domo propria Mariã esse: tanquam non aduexerit, sed acceperit ibidem existentem. [Libram.] Quantitas non modica ad tale opus narratur. [Vnguenti nardi pistici.] pro, pisticæ. Nardũ determinat esse non adulterinã, sed fidelem. Græca enim dictio est pisticę, Latinè fidelis. [Precioſi, Et vnxit pedes Iesu.] Non est contraria actio vnctionis pedum effusioni vnguenti super caput quam alij euangelistæ tradunt. Vtrũque siquidem opus Maria fecit prius vnxit pedes: & deinde totum residuum effudit super caput versando pixidem immò demum frangendo illam, ne aliquid supereſſet vnguenti. Suppleuit nanque Ioannes omissam ab alijs vnctionem pedum. [Et extersit capillis suis pedes eius.] Hinc insinuatur hanc fuisse peccatricem quę olim simili capillorum officio veniam meruit. Ordo præposterus prius extersit ab immunditia pedes Iesu, capillis suis mundans illos: & deinde mundos iam pedes vnxit vnguento non enim extergendum erat vnguentum. [Et domus impleta est ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex discipulis eius Iudas Scariotis.] Deest Simonis. Et casus est nominatiui Iscariotes, determinat enim non Simonem Iudæ patrem, sed ipsum Iudam. Legendum itaque est. [Iudas Simonis Iscariotes qui erat eum traditurus. Quare hoc vnguentum non vænijt trecentis denarijs & datum est egenis?] Non contrariatur Ioannes alijs euangelistis dicentibus non vnum, sed multos discipulos hoc dixisse: quoniam Ioannes præcipuo in hoc murmure tanquam capiti Iudæ attribuit. Et recte: quoniam alij non malo animo ægrè tulerunt factum hoc, sed pietatis intentione: Iudas autem tam maligno animo vt inde occasionem sumpserit vendendi Iesum. [Dixit autem hoc non quia de egenis pertinebat ad eũ.] pro, quia de egenis cura illi esset. Non negatur pertinuisse ad Iudam dare egenis de communi marsupio. sed negatur curã illi fuisse de pauperibus. multa enim ad nos ex officio pertinent quæ non sunt nobis curæ. [Sed quia fur erat. Et loculos.] pro, marsupium, [habens.] Hinc apparet non derogare perfectioni vitæ, habere communem marsupiũ pro sumptu opportuno. nihil enim imperfectionis ref̃ fecit in tota vita sua. [Ea quæ mittebãtur portabat.] Occurrit quæstio, quomodo Iesus discipulos mittebat ad prædicãdum sine marsupio, & ipse per Iudam marsupium portabat. Iesus enim non solum verbo, sed exemplo instruebat discipulos. ¶ Solutio est, quòd alia est ratio vnius collegij seu multitudinis, & alia est ratio duorum. Iesus mittens discipulos binos ad prædicandũ, noluit quòd ferrent pecuniam, facile est enim inuenire hospitem pro

duobus Sed vnum collegium vnam multitudinem tot discipulorũ cunctiũ cũ Christo, honestas morũ non habet mitti seu ire sine pecunia, in grauamen notabile hospitis. Quocirca non fecit Iesus cõtrarium eius quod præcepit discipulis. [Dixit ergo Iesus. Sinite.] pro, sine, [illam.] Ad solum Iudam ferino dirigitur, ratione dicta. [Vt in diem] Superfluit vt. [Sepulturæ meæ seruet.] pro, seruauit, [illud] Ratio quare non vexanda non arguenda sed finenda in sua pace est Maria, redditur à Iesu quia seruauit vnguentum illud in diem sepulturæ eius. ¶Non dicit in sepulturam meã sed in diẽ sepulturæ meæ intendendo declarare quòd dies ille erat dies non suarum delitiarum sed dies suæ sepulturæ quod Maria non seruauerat hoc vnguentum pro delitijs Iesu sed pro puro pietatis seu religionis officio, non secus quàm si in die sepulturæ eius hoc faceret. Dies siquidem sepulturæ quo ad vnctionem, est dies non deliciarum sed humanitatis communiter, vel pietatis ad cõiunctos, vel religionis ad sanctos prophetas. Et est puræ pietatis seu religiõis: quoniam nulla sensualitatis ratio in sepultura locum habet & præter hoc est postremi officij dies vt patet. ¶Significatur itaque hæc ex parte Mariæ quod ipsa seruauit vnguentũ illud in diẽ sepulturę Iesu (hoc est in officium puræ pietatis seu potius religionis, quale exerceretur in die sepulturæ Iesu) & non ad sensuale obsequiũ. Ex parte vero Iesu quòd ipse vnguentum suscipiebat tanquàm sepeliẽdus, & non ad delitias: vt Iudas interpretatus est Et præter hoc significatur q̃ illa vnctio erat postrema Marię respectu Iesu. Et hoc secundum factum non secundum intentionem intellige mulieris. Quia itaque & ex facto & ex intẽtione Mariæ & ex intentiõe Iesu, seruauit Maria vnguentũ illud in diẽ sepulturæ Iesu, ideo finenda est in quiete sua, & nõ est arguenda. [Pauperes enim semper habebitis.] pro, habetis, [vobiscum me aũt nõ semper habebitis.] pro, habetis. Reddit rationem quare finenda est Maria relato opere ei' ad eleemosynam pauperũ respectu cuius arguebant opus. Mariæ. Et consistit ratio in hoc: q̃ pauperũ cura est cõtinuata, hui' autem pietatis cura est tempori specialis occurrens ratio. Et propterea sicut filio innocenti dictũ est, fili tu semper mecũ es, epulari autẽ & gaudere oportuit quia modo hic frater tuus reuixit, ita modo dicitur, pauperes semper vobiscũ sunt, ego autem modo tãtum. manifestans per hoc q̃ continua incumbens cura pauperum & similium, non debet impedire curã occurrentium bonorum operum quæ ex speciali aliqua occurrẽti occasione exercenda sunt ¶Vbi etiam aduerte quòd euangelista miscendo sermonem Iesu directũ

ad

ad multos(dicendo habetis,non habetis)insinuat quòd diximus: Iudam quidem caput,alios vero discipulos accessisse ad murmur. [Cognouit ergo turba multa ex Iudeis qa.]pro, quòd,[illic est:& venerunt non propter Iesum tantum.]Hinc etiam apparet q̃ Iesus feria sexta venit in Bethaniam: quoniam si venisset sabbato,nõ intercessisset tantũ temporis vt turba quæ extra Bethaniam erat, cognouerit Iesum esse in Bethania & venerit ad videndum ipsum. [Sed vt Lazarum.]Deest &,Legendum est, [sed vt Lazarum viderent quem suscitauit à mortuis.] Hinc apparet quòd turba ista Iudæorum non erat de Bethania: quoniam habitantes in Bethania viderant Lazarum tot diebus quibus Iesus fuerat in Ephrem.[Cogitauerunt.]pro,consultauerunt,[autem principes sacerdotum vt & Lazarum interficerent: quia multi propter illum abibant ex Iudæis,& credebant in Iesum.]Cerne iniquitatem põtificum. Iã non sufficit eis vt vnus moriatur pro populo,sed etiam Lazarũ (quem diuina potentia resuscitauerat)nituntur occidere: vt cognoscamus quanta cæcitate mentis tenebantur ex propria malitia. Forsan Lazarum vocabant vt de alia vita interrogarent, vt de veritate Iesu certiores redderentur.[in craftinum autem]pro,postero die. & superfluit autem. Non ad diem aduentus Iesu in Bethaniam,sed ad diem cœnæ narratæ refertur dies posterus, qui anno illo die fuit dies post sabbatum. hoc est dies dominicus, quem quotannis veneramur diem palmarum. [Turba multa quæ venerat ad diẽ festum,quum audissent autem quia.]pro, quòd,[venit Iesus Hierosolymam.]Sciens euangelista hunc Iesu ingressum solennẽ in Hierusalem descriptum ab alijs euangelistis,perstringit illum: supplendo multa omissa ab alijs.[Et primo diẽ explicat quintũ ante paschа:dicendo die postero. Deinde explicat turbam quæ venit obuiam Iesu non fuisse Hierosolymitanam,sed illam quæ aliunde venerat ad diem festum paschatis.dicendo quæ venerat ad diem festum,[Acceperunt ramos palmarum.]Hoc est tertium q̃ supplet. Alij ramos oliuarum, Ioannes adiungit ramos palmarum, quod maioris fuit honoris. [Et processerunt obuiam ei & clamabant. Osanna]Vide dicta apud Matthæum. [Benedictus qui venit ĩ nomine domini rex Israel]Verum Messiã fatentur Iesum: appellãdo ipsum regem Israel,benedictum,venientem in nomine domini,nõ in nomine proprio,non ad gloriã propriã,sed ad gloriã domini: ad iuncta supplicatione expectatę salutis. [Et inuenit Iesꝰ asellũ] mittẽdo discipulos pro illo: vt alij referũt.[Et sedit super eũ.]Ecce modꝰ quo venit.[Sicut scriptũ é noli timere filia Sion: ecce rex tuꝰ

venit ſedens ſuper pullum aſinæ.]Appoſuit vaticinium prophetæ Zachariæ nono ad ſignificandum quare Ieſus, hac vice iuerit in Hieruſalem ſedens ſuper aſinum, & cum honore regio ſcilicet vt adimpleret ſcripturam, vt vel ſic iudæi agnoſcerẽt ipſum eſſe Meſſiam promiſſum per prophetas, ex tam publico & ſingulariſſimo teſtimonio olim prophetato. [Hæc non]Deeſt autem Legendum eſt [Hæc autem non cognouerunt diſcipuli eius primum.] Fatetur euangeliſta quòd ipſe & alij diſcipuli non intellexerunt tunc, quæ gerebantur eſſe ad impletionem prophetiæ. [Sed quando glorificatus eſt Ieſus, tunc recordati ſunt, quia.]pro, quod, [hęc erant ſcripta de eo & hæc fecerunt ei.]Non dicit tunc cognouerunt, ſed tunc recordati ſunt. Et propterea quæſtio ſurgit quomodo recordati dicuntur eius quod non cognouerunt, expreſſe enim dixit quod primum non cognouerunt: hęc memoria ſiquidem non eſt niſi prius cognitorũ. ¶Solutio eſt, quod recordatio iſta refertur ad ſcripta de Ieſu, & ad facta eidem (vt clare textus ſubiungit) & quod ambo fuerant nota diſcipulis quando recordati ſunt. Facta ſiquidem fuerant illis nota ad ſenſum, dum fiebant: quia præſentes erant, & ipſimet inter facientes erant. Scripta vero fuerant illis nota, docente illos ſpiritu ſancto omnia in Pentecoſte. Poſt modum enim recordati deſcribuntur amborum ſimul: applicando notam iam ſibi ſcripturam ad facta quæ viderant & pro parte geſſerant. [Teſtimonium ergo perhibebat turba quæ erat cum eo quando Lazarum vocauit de monumento, & ſuſcitauit eũ à mortuis.]Hoc eſt quartum ſuppletum. [Propterea & obuiam venit ei turba]Hoc eſt quintum ſuppletum. [Quia audierant eum feciſſe hoc ſignum.]Hinc apparet duas fuiſſe turbas. Alteram perhibentem teſtimonium de viſu quod reſuſcitauit Lazarum alteram quæ Ieſus reſuſcitauit Lazarũ Prima iuit cum Ieſu altera obuiam venit. Prima diſcipulorum Ieſu & habitantium Bethaniæ fuit: nam taliũ turba interfuit reſuſcitationi Lazari, præter nobiles. Altera fuit eorũ qui venerant ad Paſchalẽ ſollẽnitatem vt clare euãgeliſta dixit [Phariſæi ergo dixerunt ad ſemetipſos: Videtis quia.]pro, quòd, [nihil proficim⁹.]pro proficitis. Ex eo quòd non dicit proficim⁹, ſed proficitis poſſunt intelligi hæc verba dicta ab illis Phariſæis qui occulte credebant Ieſu: ad aduertendũ alios phariſæos à cœpta perſecutione Ieſu, ab experientia inanis ſtudij eorum ad impediendum concurſum populi ad Ieſum. Poſſunt & in malam partem accipi vt ſint verba complicum, excitantium illos quibus incumbebat ex officio ſeu delegatione vacare ad impediendum. Excitãt

autem

autem proponendo vt conſiderent id quòd vident quòd ſcilicet nihil proficiunt quo ad impediendum. [Ecce mundus totus poſt eũ abijt.] Superfluit totus. Et nihilominus hyperbole eſt conſueta de multitudinis innumeræ concurſu dicere mundus vadit & ſimilia. [Erant autem quidam Gentiles.] pro, Græci. Quartum hominum genus explicat euangeliſta poſt turbam enim præſentium ſuſcitationi Lazari turbámque audientium & phariſæos, commemorat Græcos: vt in diuerſis diuerſos fructus deſcribat, illa & ſuppleat quæ alij euangeliſtæ omiſerant. [Ex ijs qui aſcenderant vt adorarent in die feſto] Si iſti Græci fuiſſent Iſraelitæ aut Proſeliti diceretur de illis quòd aſcenderant ad diem feſtum celebrandum, ſicut de alijs dixit. Quocirca ex eo quòd appoſuit vt adorarent, deſcribit quòd erant Gentiles: venire enim adorandum in Hieruſalem, commune erat omnibus: vnde de Eunucho reginæ Aetiopum ſcribit Lucas quòd venerat in Hieruſalem vt adoraret. Et quanuis hoc omni tempore fieret, iſti tamen Græci venerant vt in die feſto Iudæorum adorarent, tanquam in tempore maioris deuotionis & concurſus. [Hi ergo acceſſerunt ad Philippũ qui erat à Bethſaida Galileæ] Obiecta hinc ſumitur quòd Græci iſti ex illis gẽtilibus erant qui in Galilęa morabantur, forte ſtipendiarij, nili enim cum Galilæa commune aliquid haberent, non cõmemoraſſet euangeliſta Bethſaidã Galilæę. [Et rogabãt eum dicentes, domine volumus Ieſum videre.] hoc eſt viſitare. alioquin non oportuiſſet internuncijs vti, qui dicerent Ieſu voluntatem ipſorũ. [Venit Philippus: & dicit Andreæ. Andreas rurſus & Philippus dixerunt.] pro, dicunt hoc eſt nunciant. [Ieſu. Ieſus autem reſpondit eis, dicens. Venit hora.] Diſcipuli nunciant quod Græci volunt eum viſitare ipſe vero non reſpondet veniant ſed venit hora: manifeſtans hac reſpõſiõe quòd gratam habet viſitationem. Dicendo nanque quòd hoc eſt tempus glorificationis ſuæ, reſpondet læta ſpectaréque hanc viſitationem ad glorificationem ſuam manifeſtat. ¶ Nec demonſtratur præſens tunc hora: ſed hora mortis reſurrectionisque eius, cum ſubſecuta aſcẽſione, miſſione ſpiritusſancti, &c. [Vt clarificetur.] pro, glorificetur, [filius hominis.] Non fuit in cruce ac morte glorificatus filius hominis, ſed turpiſſime vilificatus Verum fuit inter ſpirituales ſubſtantias glorificatus filius hominis ſtatim, mortuus: quando filius hominis ſecundum animam triumphauit de dæmonibus, & beauit ſanctos in limbo, confutauítque damnatos in inferno. In reſurrectione aũt fuit filius hominis glorificatus ſecundũ corpus, & poſtea fuit glorificatus ſecũdũ nomen

men ſuum, veneratum primum à paucis Iudæis, & deinde à gentibus omnibus. Quarum quia primitiæ erant iſti Græci, ideo Ieſus iſtorum aduentum tanquam ad ſui glorificationem ſecuturam in fide vniuerſarum gentium pertinentem acceptauit. & occaſionem manifeſtandi myſterium futuræ ſuæ glorificationis accepit. [Amen amen dico vobis, niſi granum frumenti] Ne intelligerent diſcipuli illam præſentem horam eſſe horam expectatam, declarat ex ſimilitudine ſeminum interponendam eſſe mortem ſuam ante fructum conuerſionis populorum in qua glorificabitur filius hominis. Seipſum aſſimilat grano non tritici, ſed frumenti quod eſt genus ad triticum, hordeum, ſpeltam, & ſiliginem. [Cadens in terram mortuum fuerit.] Et ſemen ipſum frumenti moritur ſatum (quod ſignificat caſus in terram) & Ieſus mortuus vere fuit in cruce. [Ipſum ſolum manet.] Vere granum ſi non ſeminatur, manet ipſum ſolum, per excluſionem fructus: ſed manet modico tempore, non ſimpliciter. Ieſus autem ſignificatus ad literam, ſi non fuerit mortuus, ipſe ſolus in toto humano genere manet ſine aliquo caſu, manet in æternum beatus, nullum enim hominem ſaluaret non mortuus: non quia non aliter poſſet, ſed quia ſic diffinitũ eſt, & propterea conditionalis eſt vera. [Si autem mortuum fuerit.] ſeminatum. Mortuus eſt Ieſus vt ſemen, vt virtutem habens ſeminatiam, vt productiuus fructus immò ad hoc mortuus eſt. [Multum fructum affert.] Plus quàm centeſimum. Mortuus eſt vnus Ieſus, & attulit fructum innumerabilium hominum. ¶ Significantiuſque dicit affert vt intelligamus differentiam inter ipſum met, & granum frumenti ſatum. Nam granum frumenti quòd mortuũ eſt, non reſurgit, vt afferat ſecum fructum: ſed fructus ex ipſo mortuo profertur. Ieſus vero ſic mortuus eſt, vt ipſemet idem numero reſurgeret & afferret fructum multum innumerabilium hominũ. [Qui amat.] Declarat fructum afferendum qui eſt tum ne errares intelligendo productionem huius fructus per modum naturæ: quemadmodum fit productio fructus ex grano frumenti ſato declarat ſiquidé fructum hunc produci à Ieſu mortuo, interueniente ex parte hominum ſequela ipſius Ieſu: & non aliter. Tum ne errares intelligendo quod omnes homines per mortem ipſius ſaluandi eſſent. diſtinguit nanque inter illos qui perdent, & qui cuſtodient animam ſuam in vitam æternam. ¶ Et quoniam ſequela Ieſu multas requirit conditiones, omnes ad tria capita reducit: ſcilicet ad odium præſentis vitæ, ad miniſterium Ieſu, & affectum imitandi ipſum. in primo contẽptus ſui, in ſecundo ſeruitus Chriſti, in

ſti, in tertio vtriuſque ratio (ſcilicet propter Chriſtum) cõprehen ditur. Declarat ita que quis eſt fructus afferendus, ex differẽtia inter fructum & contrarium penes amorem & odium præſentis vitæ, & inchoat à contrario dicens [Qui amat animam ſuã] & ſubintelligitur in hoc mundo. Et eſt ſermo formalis, nõ de re quæ eſt anima, ſed de anima in quantũ anima: hoc eſt vt exercet animandi corpus officium, quòd eſt dicere qui amat vitam ſuam in hoc tranſitorio ſtatu mundi. Et eſt ſermo de amore, non naturali aut regulato, ſed de amore ſine fræno eo modo quo amatur finis: ita quòd vitam ſuam pręponit alijs amabilibus. [Perdet eã.] perditione ęternę mortis. [Et qui odit animã ſuã in hoc mũdo.] Ecce fructus afferendus. Nec eſt ſermo de odio contrario naturali amori (de quo ſcriptum eſt, nemo vnquam carnem ſuam odio habuit) nec de odio oppoſito amori regulato: ſed de odio contrario amori propriæ vitæ vt finis. Ita quòd eſt ſenſus, qui odit vitam ſuam in hoc mundo habere pro fine vltimo. ¶ Vbi aduerte quòd ex hoc q. in odio apponitur in hoc mundo, ſubintelligenda ſignificatur eadem conditio in amore. & propterea non expoſuimus: ſed ſuppleuimus, ſubintelligendo dictam conditionem. [In vitam æternã cuſtodit.] pro, cuſtodiet, [eam.] Et hinc clare apparet q. de perditiõe mortis ęternę dictũ eſt perdet eã, contrariorũ enim contrariæ intelligendę ſunt propriæ conditiones. Qui enim vitam ſuam in hoc mundo odio habet vt finẽ, ipſe ſeruabit eã in æternã vitam quam habet pro fine: quia non ſolum vitam æternam habebit in anima, ſed in corpore. [Si quis mihi miniſtrat.] Non ſufficit interno amore & odio eſſe bene diſpoſitũ, ſed oportet etiam exterioribus officijs Ieſu Chriſto ſeruire. Et propterea odio propriæ vitæ adiũgitur miniſtrare Ieſu Chriſto, quacunque exteriori actione. [Me ſequatur.] Hæc eſt tertia conditio, quæ eſt ratio omnium. Odio habere propriã vitã, poteſt etiã ethnicis cõpetere (nam & propter famã & gloriã exponunt ſe morti, quanuis & hoc propter præſentẽ vitam faciant, quoniã famã & gloriã humanam in hoc tranſitorio mundo quærunt) ſed odio habere vitã propriam ad imitandum Ieſum Chriſtũ, propriũ eſt electis. Et ſimiliter miniſtrare ac ſeruire Chriſto, cõmune eſſet etiã malis chriſtianis: ſed ſeruire Chriſto ad imitationem Chriſti, proprium eſt electis. ¶ Et aduerte quod eſt ſermo de miniſtris qui ſunt fructus mortis ipſius Ieſu: qñ ante mortẽ nõ venit vt habeat miniſtros, ſed vt miniſter. ſed propter mortem omne genu flectat. [Et vbi ſũ ego, illic & miniſter meus erit.] Arduas cõditiones eorũ qui fructus erũt deſcripſit ex parte eorũ & propterea

ſuaues

ſuaues reddit ex præmio. Et primæ quidem conditionis præmium deſcripſit vitam æternam, ſecundæ autem & tertiæ, modo deſcribit duplex præmium. Alterum reſpondens ſequelæ: promittendo eundem locum in quo ipſe Ieſus eſt. Non dicit & vbi ero, ſed vbi ſum: vt intelligamus non corporeum locum ſed fœlicitatis gaudium, in quo ipſe Ieſus etiam inquantum homo, ab inſtanti conceptionis ſuæ erat ſecundum ſuperiorem animę partem. [Si quis.] Deeſt & legendū eſt. [Et ſi quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum pater meus.] Superfluit meus. Alterum præmium reſpondens miniſterio, apponitur promittendo honorem: vt qui ſe humiliauerit miniſtrando, honorem habeat non ab homine ſed à deo. & propterea meminit patris. ſic enim deum apppellare conſueuerat. [Nunc anima mea turbata eſt.] Incœperat reſpondere Andreæ & Philippo quod inſtabat tempus glorificationis ſuæ, intercedente tamen morte propria fructuoſa. & deſcripſerat conditiones ac præmia eorum qui futuri ſunt fructus mortis ipſius Ieſu. Deſcribit modo conditiones proprias, tum reſpectu ſuæ mortis, tum reſpectu ſuæ glorificationis tum reſpectu fructus. Et conditiones quidem proprias pro quanto refertur ad imminentem mortem, deſcribit tripliciter. & quantum ad effectum: deſcribendo animā turbatā pro paſſionibus triſtitiæ & timoris, cogitando imminentem mortem. Et voluit excitare in ſemetipſo Ieſu has propaſſiones vt verum hominem ſe comprobaret: nec ſolum verum hominem ſed paſſibilem, non corpore ſolo ſed etiam animo, ne putaremus quod voluntarius ibat ad mortem tanquam habens animum ſtoicum ſeu impaſſibilem. [Et quid dicam.] Ecce ſecundum: ſcilicet quantum ad intellectum: hoc eſt rationem diſcurſiuam, conferendo mortem imminentem (contrariam naturæ & innocentiæ ſuæ) cum diuina ordinatione. Huiuſmodi enim collationem ſignificat dicendo [Et quid dicam.] Inter hæc ſuperiora & inferiora, diuina & humana. [Pater ſaluifica me ex hora hac.] Ecce tertium quantum ad deliberationem, ecce quid turbata anima mea dicam deliberate, ecce concluſio acceptatæ mortis meritoriæ recurro ad patrem, non vt ſeruet me à paſſione & morte imminente, ſed vt ex hoc paſſionis & mortis tempore ſaluum me deinceps faciat, ſalute immortali: vt ex merito huius horæ in qua patior & morior, immortalis efficiar. Et exauditus eſt. [Sed propterea veni in hanc horam.] Quartum eſt ratio deliberationis factę. Ita quod ex parte paſſionis & mortis imminentis propoſitæ ante animum, inſurgebat turbatio interna: ex parte vero diuinæ ordi-

ordinationis disponentis olim quod veniret Iesus ad patiendum & mortem ad hoc vt sic etiam merito propriæ mortis acquireret salutem corporis immortalis sibi & aliis; prouenit deliberatio voluntariæ mortis meritorię salutis æternæ: explicata per petitionem pater saluifica me ex hac hora. Rationem suæ deliberationis reddit accumulando. sed propterea, vt patiendo & moriendo mereret salutem æternam, veni, diuina dispositione spontaneus in hanc horam, passionis & mortis. [Pater clarifica.] pro, glorifica, [nomen tuũ.] Declaratis conditionibus suis Iesus respectu mortis, declarat consequenter conditionem propriam respectu glorificationis propriæ: de qua dixerat, venit hora vt glorificetur filius hominis. Declarat autem explicando affectum suum non tendere ad gloriam propriam sed ad gloriam dei. hoc enim significat petitio ista. Acsi apertius dixisset. Glorificationem propriam cuius horam dixi venire, appeto ad gloriam diuini nominis. petitio enim quæ orando fit, interpres est interni affectus. ¶Non dicit glorifica te sed nomen tuum, quo cognosceris & nominaris tam deus quam pater. Vtrunque enim nomen glorificatum est in mundo per mortem & resurrectionem Christi: quoniam adoratus est à toto mundo, solus deus & pater Iesu Christi. [venit ergo vox de cælo dicens.] Superfluit dicens. Intellige vocem de cœlo, non quod vox illa sensibilis exierit è corpore cœlesti & illuc peruenerit: sed quoniam ex supernis veniens tanquam è cœlo descẽdens sonabat loquentem è cœlo personam. persona siquidem dei patris loquens fuit illa voce. quoniam ad patrem directa erat petitio. Ita quòd vox ista vt effectus, erat totius trinitatis causantis illam in aere: vt personæ loquentis, erat propria patris. [Et clarificaui.] pro, glorificaui, [& iterum clarificabo.] pro, glorificabo Duas petitiones porrexerat. alteram salutis proprię, alteram glorię diuini nominis. Ad primam nihil respondet cœlestis vox, sed ad secundam. tum quia in effectu secundæ clauditur effectus primæ. in glorificatione enim clauditur salus. Tum vt intelligamus illam gratiorem esse deo petitionem qua quærimus quæ dei sunt quàm qua quærimus nostra, qua cupimus gloriam diuini nominis quàm qua cupimus propriam salutem & merito: quia illa est amoris amicitiæ ad deum, ista amoris concupiscentiæ propriæ ¶Nec dicit & glorificaui te & iterum glorificabo te, sed absolute & glorificaui & glorificabo. quod secundum planum literæ contextum refertur ad nomen patris. Responsio nanque secundum petitionem intelligitur regulariter, constat autem petitu-

tum fuiſſe pater glorifica nomen tuum . igitur reſponſio dicens & glorificaui & glorificabo, ſubintelligit nomen meum. Et quoniã petitio plus ſignificabat quàm explicaret (nam intendebat quòd nomen patris glorificaretur in propria ipſius Ieſu glorificatione futura per meritum paſsionis & mortis eius) ideo hæc vox non explicat nomen meum, ſed abſolute ſonat ſine additione aliqua & glorificaui & glorificabo: ad comprehendendum vtranque glorificationem, & Ieſu Chriſti & nominis patris. Et hic eſt verus & intentus ſenſus huius vocis. ¶Nam vtrunque fuerat & glorificatum & glorificandum iterum. Fuerat enim Ieſus vnione perſonali, beatitudine animæ, partu virgineo, angelorum teſtimonio & obſequio adoratione magorum, prophetia Simeonis, Annæ, teſtimonijs Ioannis baptiſtæ, miraculorum, doctrinæ, ſolennique demum ingreſſu in Hieruſalem glorificatus. fuerat & patris nomen glorificatum in voce baptiſmi & tranſfigurationis, in prædicationibus Chriſti. vſqueadeo vt Ieſus teſtetur, pater manifeſtaui nomẽ tuum hominibus. Glorificandus vero Ieſus promittitur, quia gloria corporis gloriáque exaltationis eius adiungenda erat & ſimiliter glorificandum ſupererat nomen patris per vniuerſum mundum. Et vtrunque impletum videmus. [Turba ergo quæ ſtabat & audierat.] Hinc apparet quòd Ieſu ſtipato multa turba, Græci illi petierunt viſitare Ieſum. & quod Ieſus coram turba reſpondit Andreæ & Philippo. [Dicebat tonitruum eſſe factum.] Turba hebetior, non vocem ſed ſonum percipiens interpretata eſt fuiſſe toni truum [Alij autem dicebant angelus ei locutus eſt.] Eruditiores qui perceperant non ſolum ſonum, ſed vocem dearticulatã, interpretati ſunt conformiter ad apparitiones factas Moyſi & prophetis dicendo angelum locutum. Et verum dicebant quantum ad hoc quòd miniſterio angelico formata fuit vox illa deus enim per cauſas ſecundas operatur. Sed perſona loquens non erat angelus ſed deus. quoniam nõ angeli ſed dei eſt & glorificaſſe & glorificaturum eſſe Ieſum ac patris nomen. [Reſpondit Ieſus.] Inter diuiſas opiniones Ieſus medius non reſpondet opinionibus: ſed manifeſtat quorſum tendat hæc vox Reſpondet mentibus ſeu cordibus vtrorumque præſupponentium quòd propter ipſum Ieſum venerit hæc vox, quemadmodum fiebant verba domini ad prophetas. [Et dixit. Non propter me.] inſtruendum, non propter aliquid mihi reuelandum: ſicut fiebat verbum domini ad prophetas propter inſtructionem ipſorum. ego enim omnia noui abſque voce iſta, abſque quacunque noua reuelatione. [Hæc

vox

vox venit sed propter vos]sed ad vestram vtilitatem: vt etiam cœlestis vocis testimonio moueamini ad credendum verbis meis, vt ex hac occasione audiatis mysterium mortis meę. [Nũc iudicium est mundi.] Deest. huius. Non dicit mundi sed mundi huius (de quo alibi regnum meum non est de hoc mundo) vt intelligamus quòd de mundo secundum præsentem statum transitorium loquitur: vtpote qui mutandus modo est iure, Idcirco iudicium nunc(hoc est mortis suæ merito) esse dicit significatum per vocẽ iterum glorificabo: vt intelligamus non potentia, non mera gratia, sed interueniente iustitia mundum hunc mutari. Merito siquidem mortis Iesu Christi donatus mundus, ius iam habet vt eruatur à seruitute diaboli. & propterea ius dicitur mundo huic, nunc suffulto tali tantoque merito mortis Iesu. ¶Ita quòd si mundus ille secundum ea quæ sua sunt consideretur, non iure sed mera gratia cum eo agitur, per Christi mortem percipiendo fructus mortis Christi. Sed si consideretur vt suffultus dono meriti Christi, vendicat sibi iure, consequentes fructus. Et sic hoc in loco Iesus loquitur de mundo: significante hunc sensum aduerbio nunc, demonstrante tempus mortis eius: adiuncta ratione iudicij quæ est ius dici. [Nunc princeps huius mundi.]Ecce materia iustitię & iudicij, ecce ad quid ius dicitur huic mundo ad hoc scilicet vt diabolus princeps eiiciatur foras. ¶Non dicit diabolus, nõ tentator, nõ seductor mundi huius, sed princeps: quia non eiicitur à seducendo à tentando, à calumniando, sed à principatu, nõ particulari huius vel illius hominis ciuitatis aut patriæ sed mundi huius. Principabatur enim & adorabatur vt princeps mundi huius diabolus ante mortem Christi communiter à mundo: hoc est colebatur in omnibus dijs gentiũ Et ab hoc principatu eiectus est, sublato per Christũ cultu deorũ, ablata ex mundo(quãuis non ex singulis partibus simul) idololatria. Et hæc eiectio facta est iure, non meritorum nostrorũ sed merito Christi communicato hominibus. meruit enim Iesus vt etiam genu infernorũ flectatur in nomine suo. ¶Nec explicatur tantum eiectio à principatu. sed etiam quod eiiciendus est, apponendo [Eiicietur foras.]Parum esset eiici à principatu tollendo cultum, nisi eiiceretur in exilium, extra spem recuperandi principatum: hoc est extra opinionem numinis. Ita quod eiectio à principatu consistit in eiectione à cultu. eiectio autem foras, consistit in eiectione ab opinione numinis: hoc est quòd sublata est ab hominibus opinio quòd in dæmonibus sit aliquid numinis. Manifestatum est enim quod non sunt dij, quod

non sunt entia beata, sed quòd sunt miseri, quòd non sunt mali hominibus, quòd sunt inimici humanæ naturæ & inuidi hominum gloriæ. Vnde videmus quod quantũcunque mundus pro magna parte defecerit à fide Iesu Christi, nõ tamen rediit ad idololatriam, non rediit diabolus princeps: quia non rediit ad hoc vt adoretur. Eiectus est ergo à mundi principatu foras, extra opinionem communem hominum quod sit inter deos. [Et ego si exaltatus fuero à terra.] Non est opus quærere interpretationem: exponente ipsomet euangelista quid significaret in proposito exaltari à terra. Quandoquidem efficaciam suæ mortis asseruit: subiungendo conditionalem declarantem tum bis dictum nunc, esse tempus exaltationis suæ à terra: hoc est tempus mortis suæ in cruce, tum rationem ac modum iudicij mundi & eiectionis foras principis eius. tum ampliorem valde efficaciam suæ crucis. [Omnia] pro, omnes, [traham ad meipsum.] Verum principem non solum istius mundi sed mundi. Traxit enim omnes homines immo rationales creaturas merito crucis suæ (præteritas, præsentes & futuras) ad seipsum recognoscendũ principẽ & adorandũ quanuis diuersimode: quia quosdã voluntarios, quosdã inuitos, quosdã in hac vita, quosdã in altera. meruit enim vt sibi omne genu flectatur, cœlestiũ terrestriũ & infernorũ. ¶Vbi cernere potes erudite lector quòd vna quædam particula efficaciæ crucis Christi, est iudicium mundi eiiciendo foras illius principem. multo enim maior effectus est trahere omnes ad ipsum Iesum adorandum. [Hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus.] Hinc apparet quòd illa verba (scilicet exaltari à terra) apud Hebræos illi⁹ ætatis significabant, non mori sed mori in cruce. speciem enim mortis indicat relatiuum, qua morte. & constat speciem mortis fuisse mortem crucis. ¶Congruit autem modus moriendi, exaltationi à terra. nam crucifixi exaltati erant à terra. Et erat sensus verborum tunc in communi notitia: alioquin turba non statim intellexisset & apposuisset. [Respondit ei turba. Nos audiuimus.] Recte loquuntur: quia ipsi non legerant. [Ex lege.] Nomine legis intellige omnes libros veteris testamenti. [Quia.] pro quod, [Christus manet in æternum.] Ea quæ ad regnũ Messiæ spectant, docebantur communiter à scribis, & erant diuulgata: inter quæ est quod regnabit in æternum. ea vero quæ ad humilitatem passionem mortemque Messiæ spectant, non erant communiter nota quanuis in propheris etiam essent scripta. Et propterea turba credens ex legis authoritate perpetuitatem Messiæ, & nescions ea

quæ

quæ humilitatis Meſiæ ſunt neſciens hæc concordare, affert veritatem æternitatis Meſiæ tanquam contrariam humilitati mortis eius, tanquam incompoſsibilem crucifixioni eius, & vſque hodie infœlix Iudęa reputat hęc impoſsibilia. [Et quomodo tu dicis, oportet exaltari filiũ hominis.] Hinc apparet quòd Ieſus multa dicebat quorum aliquas tantũ ſententias collegerunt euangeliſtæ. Ecce hoc in loco euangeliſta non retulit niſi conditionalem de efficacia crucis Ieſu: & tamen Ieſus inſeruit etiam quòd oportet exaltari filium hominis, quod turba replicauit nõ finxit. [Et.] Superfluit &, [quis eſt iſte filius hominis?] Ordinato literam ſic, iſte filius hominis, quis eſt. Aeſi apertius dixiſſent: ex hoc quòd Chriſtus manet in æternũ, & filius hominis crucifigendus eſt, conſtat quòd filius hominis non eſt Chriſtus: & propterea quærimus de iſto filio hominis quis eſt, ex quo nõ eſt Chriſtus vt nos intelligebamus: vt paulo ante conclamatum eſt, benedictus qui venit rex Iſrael. [Dixit ergo eis Ieſus.] Reſpondet Ieſus turbæ quo ad ambo quæſita, ſcilicet & quòd cõeunt in vnam perſonam æternitas & mors, & ipſe quis eſt. [Adhuc modicũ.] Deeſt tempus, [lumẽ.] pro, lux, [in vobis.] pro vobiſcũ, [eſt.] Ecce quòd in vnam perſonam cõeunt lux & communicare cum mortalibus modico tempore. Eſſe ſiquidem nobiſcum, eſt communicare nobiſcum in carnis mortalitate. Vnde & poſt reſurrectionem dominus dicit diſcipulis, quũ eſſem vobiſcum. Lux autem (non lux talis, non lux huius rei) nomen eſt deitatis: quæ ſola eſt lux ſine additione aliqua, omnis enim creata lux eſt lux talis, non lux. Et vere modicũ tẽpus ſupererat quo lux cum illis erat: quia illamet hebdomada deſiit eſſe cum illis. ¶Ecce ſimul reſponſio ad alterum quæſitum, quis eſt iſte filius hominis? eſt lux modicũ adhuc tempus vobiſcum exiſtens: hoc eſt modico adhuc tempore mortalis. [Ambulate.] Ad duo proinde ex lucis ratione monet. ad ambulandum ſcilicet & credendum. Ita tamen quòd ſecundum eſt expoſitiuum primi, ad ſpirituales enim animi motus ex ſimilitudine corporalium hortatur, ambulate inquit, mentis animique motibus. [Dum lucem habetis.] Se dicit lucem, vt non participatum lumen, ſed lumen quod eſt ipſa lux intelligatur. ¶Nec dicit dum lux vobiſcum eſt (ne intelligeremus hoc monitorium reſtrictũ ad illos pauculos dies mortalitatis Chriſti) ſed dum lucem habetis. vt intelligamus hanc monitionem extendi quandiu lucis præſentia habetur. Quæ corporaliter quidem paruo tempore durauit: ſed ſpiritualiter continue vſque ad mortem cuiuſque (vſquequo durat etiam ambulatio) perſeuerat. [Vt nõ te-

nebręvos cõprahendant] Ratio monitorij ex parte mali periculique humani vitandi explicatur. Tremendaque periculi ſententia eſt non vti gratia oblatæ copiæ lucis, ex eo q̃ in hac via inciditur in hoc q̃ homo comprehenditur à tenebris. Ad ſimilitudinem negligentis iter agere in die (qui comprehenditur in via à ſuperuenientibus noctis tenebris) periculũ noſtrũ deſcribitur ¶ Et inſinuatur per hoc pœna peccati quæ quandoque infligitur à deo cõtemnentibus vti gratia lucis Chriſti, quia ſcilicet priuãtur internæ lucis irradiatione & vndique à tenebris cęcitatis mentis velut cõprehendũtur tã in parte intellectiua quàm in parte affectiua [Et qui ambulat in tenebris.] Hinc clare apparet q̃ de tenebris in præſenti via ſermo eſt. ambulare enim propriũ eſt viatorũ. ¶ Ne paruipẽde res cõprehẽdi in via à tenebris, ſubiungit malũ inde tibi ꝓueniens. [Neſcit quo vadit.] Non dicit nõ videt quo vadit. quia etiã in die ambulãs nõ videt in via ciuitatẽ ad quã tendit, ſed ſcit quo vadit ambulãdo: quia videt viã qua graditur ducere ad locũ quo intendit ire. ambulãs vero in tenebris nõ videt ſi errat, nõ videt qua ambulat: ac per hoc neſcit quo vadit, neſcit ſi ambulãdo pergit verſus locum quem intendit an alium. Hęc quo ad ſimilitudinem. Sed quo ad ſenſum intentũ ambulãs in mentis tenebris neſcit infernũ quo vadit. ſi enim ſciret inferni pœnas, multo maiori ſtudio caueret ne iret illuc quàm cauet à morte corporis & infamia perpetua huius mundi. [Dum lucem habetis credite] quod prius hortatus fuerat ſub metaphora viatoris, modo hortatur ſub proprietate verborum. Et repetit dũ lucem habetis, nõ dũ lux vobiſcũ eſt, propter rationem dictã. ¶ Dicendo autem credite, non ſolũ declarat quòd credere in lucem eſt ambulare in præſentia lucis & vti luce, ſed etiã declarat modũ quo habetur ab hominibus lux, ſ. non vt clare viſa ſed vt credẽda. Et oportuit hoc explicare, ne opponeres ego lucem non video, ego lucem nõ habeo ſecundũ lucis officiũ quod eſt illuminare & lucere. ſi haberem, ſi viderẽ illã, ambularem credẽdo. Ad hoc enim excludendũ dicit. [In lucem] Ipſa itaque lux apparet & habetur, non vt viſa ſed vt credenda. Et propterea non dicit videte lucem, ſed credite in lucem, videndã poſt huius vitæ viã. Seipſum enim (vt dictũ eſt) dicit lucẽ in quã oportet credere. ſuã per hoc deitatem ſignificans. [Vt filij lucis ſitis.] Prius præcepit vti luce ex parte mali ad euitandũ periculum modo idem præcipit ex parte boni quod aſſequuntur credentes in lucem. Et more hebræo filios lucis appellat: ſicut filios nuptiarũ, filios mortis, & ſimilia. intendens per hoc plenos lucis contra id quod dixerat comprę-

hendi

hendi à tenebris. Illi enim contemnentes lucem, pleni tenebrarum inueniuntur credentes autem in lucem pleni lucis redduntur. auge tur namque lumen continue in credentibus in lucem & magis ac magis replentur luce. Credere enim in lucē (vt iam dictum est) est fidei nō informis sed formatæ. [Hęc locutus est Iesus & abijt, & abscondit se.] pro, abscōditus est, [ab eis.] Alij euāgelistæ post solennem ingressum Iesu in Hierusalem narrant Iesum regressum in Bæthaniā & illis diebus in templo, noctibus vero in mōte Oliueti commoratū. Vnde absconsionem istam (quā supplendo narrat lo annes) intellige nō quantū ad tempus, hoc est quòd aliquo tempo re latuerit, sed quantū ad rationē abeundi hoc est ꝙ Iesus sciēs Iu dęos studere ad se capiendū quàm primū capere cōmode possent & nolens capi vsque ad prędinitū à seipso tēpus & locū, ideo abiit vt absconderetur à Iudæis volentibus ipsum capere. ¶ Et insinuat euangelista in his verbis tria. Primū quòd illi qui audiebāt Iesum erant mali animi erga eū alioquin nō oportuisset abscondi Iesum ab eis. Secundū ꝙ ista absconsio nō fuit miraculosa sicut illa quā do tulerunt lapides & lapidarent eum. Ad illius enim differentiā describitur ꝙ abiit & absconditus est prius, & post exiuit de tēplo. Tertium est quod Iesum exire illis diebus quotidie hora vespertina de ciuitate & in monte Oliueti morari noctibus, euangelista appellat abire & abscondi quia ea ratione abibat vt occultus esset Iudæis, ne caperetur ante tēpus. Diebus autem manifestus apparebat, sciens ꝙ propter timorem tumultus popularis non audebant capere ipsum in die. [Quum autem tanta.] pro, tot. & deest sua. Legendū est. [Tot sua signa fecisset corā eis.] Et significatur per pronomen sua, non solum quòd signa erant eius quantū ad dominū (ad differentiam signorū factorum à prophetis, quorum non erāt signa quæ faciebant sed dei) sed etiam quòd erant eius quantum ad testificat onē ipsius. ita quòd ideo faciebat miracula vt significarent quòd ipse erat filius dei. & tot mirabilia opera erāt in veritate signa ipsius quòd erat filius dei [Nō credebāt in eū Vt sermo Esaiæ] deest, prophetę. 53. cap. [impleretur.] Non dicit vt implerent sermonem Esaiæ, sed vt impleretur quia incredulitas Iudæorum ordinabatur à deo ad implendum prophetiam Esaiæ: sicut ordinauit deus diabolicam iniquitatem contra Iob, ad profectum ipsius Iob. Deus enim etiam peccata nostra ordinat in aliquod bonū. [Quem dixit. Domine quis credidit auditui nostro.] Aduerte hic quod euangelista affert textum Esaiæ iuxta interpretationem septuaginta qua vtebantur Græci. In hebræo enim non habetur

illa dictio domine, ſed apud.70. ¶Significatur autem paucitas credentium dicendo quis credidit. [Et brachium domini cui reuelatum eſt?] Ieſus brachium domini appellatur, eo quòd humanitas ipſius erat organũ coniunctum (hoc eſt ſpectãs ad perſonam) dei: ſicut brachium eſt organũ coniunctũ cuiuſque hominis habẽtis illud. Ita quòd brachiũ quatenus eſt organum coniunctũ appellatur Ieſus, qui erat homo iunctus perſonaliter deo. quatenꝰ autem brachiũ eſt operatiuũ (ſcilicet fortium operum) appellatur idẽ Ieſus brachium, quia venit ad fortiſsima opera miraculorum, debellationis diaboli & conuerſionis mundi. Vnde brachium domini paucis eſſe reuelatum, eſt myſteriũ duarum naturarum in vna perſona Ieſu paucis eſſe ſine velo manifeſtatũ: illis ſcilicet paucis Iudæis qui internum velamen ſuæ malitiæ nõ interpoſuerunt inter propriæ mentis oculos & euangeliũ. [Propterea non poterant credere.] Hinc habes quòd non ſolum credere eſt donum dei, ſed etiam poſſe credere (loquendo de potentia propinqua) eſt gratiæ diuinę. quanuis poſſe credere potentia remota, naturæ ſit rationalis. Ex hoc enim quòd homo rationalis eſt naturæ, potentiam habet intellectus & voluntatis quibus poteſt credere: ſed non niſi ex gratuito dei auxilio appropinquat ad hoc vt poſsit fidei adhærere chriſtianæ. ¶Apparet autem hoc hinc: quia expreſſe negatur non credere ſed poſſe credere ex priuatione gratiæ. Si enim priuatio gratiæ fert ſecũ non poſſe credere, conſequens eſt quòd poſſe credere. conferatur à gratia. & hoc ſuperius dominus cap.6. dixit, nemo poteſt venire ad me niſi pater qui miſit me traxerit eum. Ante itaque fidei donum oportet præuenientis gratiæ non habitu ale donũ ſed gratuitũ auxiliũ diuinæ motionis haberi, quo homo redditur potens credere: dono autem fidei infuſæ redditur credẽs. [Quia iterũ dixit Eſaias.] Textus iſte ſonat quòd prophetia Eſaiæ fuit cauſa impotentię credendi. Et verũ apparet apud penetrantes quòd tria hic interuenerunt: primum prophetia Eſaię, ſecundum priuatio gratiæ, tertiũ impotentia credendi in Iudæis. & quòd deordinate hæc omnia effecit, ita quòd deus executus eſt priuationẽ gratiæ: quia prædixerat per Eſaiã: ac per hoc de vltimo ad primũ, ideo executiue reddidit Iudæos impotentes credere, quia prędixerat hoc per Eſaiã. Ordo itaque inter ipſas diuerſas executiones diuinas, explicatur ab euangeliſta per propterea & quia. [Excæcauit oculos eorum.] Ex Eſaiæ cap. ſexto ſumpta ſunt hæc ſed neque iuxta verba hebræa neque iuxta. 70. interpretes. ſed ſecundũ ſenſum, vt diſcamus à Ioanne euangeliſta licere nobis afferre

dicta

dicta prophetarum mutatis verbis, modo ſeruatur ſenſus. Excæcauit itaque deus, actor omnis mali pœnæ. excæcatio ſiquidem pœna eſt, & eſt priuatio potentiæ videndi. hoc eſt auxilij gratuiti in intellectu quo poſſet mentis oculis videre. [Et indurauit cor eorum.] Induratio quoque cordis pœna eſt: & priuatio gratiæ præuenientis in voluntate, in parte affectiua. [Vt non videāt oculis.] Effectus excæcationis deſcribitur: priorique pœnæ, ſubſequens quoque pœna altera deſcribitur. [Et non intelligant corde.] Similiter indurationis effectus altera pœna deſcribitur, non penetrare corde (hoc eſt affectu) ea quæ Chriſti ſunt. Sicut enim paſſiones animi excæcant mentem hominis, ita induratio voluntatis impedit mentem ne penetret miracula doctrinamque Chriſti. [Et conuertantur.] Deſcriptis ambarum pœnarum proprijs effectibus ſingillatim, ſubiungitur communis effectꝰ omnium illarum quatuor ſcilicet non conuerti, & eſt quinta pœna. ¶Significatur autem affirmatiue hæc pœna quia ſic conſueuit ſignificari. Dicimus enim priuauit eos medico ne medicarentur & ſanarentur: & nō dicimꝰ & nō ſanarētur. Similiter dicimus priuauit eos equo ne equitarent & venirent: & nō dicimus & nō venirent. Sic enim dicitur in propoſito, excęcauit & indurauit ne videant, ne intelligant & conuertantur. Vitatur nanque his verbis conuerſio quæ ſequeretur ſi viderent & intelligerent. [Et ſanem eos.] Sicut ſignificatur excluſio cōuerſionis ex nō videre nec intelligere, ita ſignificatur poſtremo excluſio ſanationis actiuæ quæ ſequeretur ſi viderent, intelligerent & cōuerterentur ad Chriſtū. Et hæc eſt vltima pœna: priuatio ſcilicet actionis diuinæ ſanantis animā languētem peccatorum morbo. ¶Vbi videre potes deſcriptum pœnarum ordinem in hac vita reſpectu reproborum. Inchoant enim à priuatione gratiæ præuenientis: & per tot medias pœnas peruenitur ad priuationē gratiæ ſanantis. & ſic relinquitur anima cæca & indurata, non videns vim miraculorum nec intelligens doctrinam Chriſti, in ſua mortali ægritudine laborans vſque ad infernum. ¶Si quæris cur deus has pœnas diſpoſuit & per prophetā dixit illaturū ſe pœnas iſtas Iudæis in promptu ratio eſt, propter eorū peccata. nā deus non eſt prius vltor quàm homo fit peccator. Conſiſtit itaque ratio euangeliſtæ quare Iudæi non poterant credere: quia decretæ erant à deo (propheta ꝓmulgante) iſtæ pœnæ Iudæis. [Hæc dixit Eſaias, quādo vidit gloriā eius, & locutus eſt de eo. Veruntamen & ex principibus.] Ne intelligeremus hanc prophetiam extendi ad omnes Iudęos ſeu principes eorū, ſubiungit euangeliſta quòd hęc pœna nō

fuit decreta omnibus: quoniam multi primates Iudæorũ crediderũt intus in animo suo in Iesum. [Multi crediderunt in eum.] Aduerte prudẽs lector quòd hinc habes quòd credere in Iesum, apud euangelistam hunc non significat semper actum fidei formatæ. In hoc enim loco dicitur quòd principes multi crediderunt in Iesum: quos ex subiunctis constat non formata, sed informi fide credidisse. Significat tamen plus quàm credere verbis illius: quoniam significat credere confidendo in ipso, scilicet quòd ipse esset saluator Israel. [Sed propter Pharisæos nõ confitebantur, vt de synagoga non eijcerentur.] Hinc apparet tantum valuisse tunc authoritatẽ Pharisææ sectæ vt ipsa obtinuerit statui vt siquis cõfiteretẽ Christum extra synagogã velut excõmunicatus fieret: & vsqueadeo seruari vt etiam in primates ciuitatis sæuiret cẽsura hęc. Timor enim ne extra synagogã fierẽt, principes detinebat. [Dilexerunt enim.] Omnis passio animi oritur ab amore: omnis actio, omnis vitatio omnis omissio oritur ab amore aliquo. Et propterea ratio timoris, ratio omissæ confessionis redditur ex dilectione. [Gloriam hominum magis quam gloriam dei.] Manere in synagoga Iudęorũ, ad gloriam humanam spectat: quia eijci ab illa, ignominiosum erat coram hominibus, sed glorioſum erat apud deum: in conspectu siquidem hominum glorioſum erat manere. coram deo vero & angelis glorioſum erat eijci propter Christi confessionem. Isti autem primates dilexerunt magis gloriam apud homines quàm apud deum. In quo clare apparet mortale illorum peccatum. Præferre enim gloriam humanam gloriæ diuinæ, mortale est peccatum ex suo genere. [Iesus autem clamauit.] Incertũ est an clamor iste fuerit simul cum prærecitatis superius verbis Iesu antequam abiret & absconderetur, an sequenti die fuerit. Certum est enim quòd euangelista interposuit incredulitatem Iudæorum cum credulitate quorundam eorum (pusillanimi tamen) ad reddendã rationẽ huius clamoris. Dirigitur nanque clamor iste ad vtrosque, & vtrorũque occasione declarat Iesus per subiuncta verba necessitatẽ credẽdi in ipsum: ne paruipenderetur credere, vel non credere in Iesum, vt pensetur quantũ malũ est non credere in Iesum. Clamor itaq; Iesu, ad promulgationẽ legis de necessitate credẽdi in Iesum spectat. Cõsueuerũt enim clamando publicari noua dicta. Et dixit [Qui credit in me.] In hoc residuo capituli huiꝰ, simul mõstrat Iesus necessitatẽ, credendi in se, & arguit vtrũq; genus de scriptũ. s. tũ incredulorũ, tum credentiũ fidẽ, sed non factis quales erãt principes descripti. Et inchoat ab istis, simul eõ mẽdãdo fidẽ

arguen-

argueendóque facta,&monſtrando neceſſitatẽ credendi in ipſum, primo ex parte dei ſecundo ex parte neceſſarij fructus. Clamat ergo primo Qui credit in me hoc eſt ita credit quòd etiã confidit in me [Nõ credit in me]Vt terminũ fidei ſuæ. [Sed in eum qui miſit me.]hoc eſt in deũ vt terminũ fidei ſuę Itaq; quòd fides credẽtis in me hominẽ,nõ terminatur in hominẽ vt vltimũ terminum, ſed in deum. Et dicendo qui miſit me,aperit tum quòd de ſe miſſo (hoc eſt ſecundum carnem aſſumptã, ſecundũ hominẽ) loquitur. tũ quòd fides in eũ,terminatur in ipſum vt nunciũ dei, vt miſſum à deo,in deũ autem vt vltimũ terminũ. vt intelligamus & commẽdatã fidem credentiũ in Ieſum,ex hoc ꝙ fides non in hominẽ tantum,ſed in verũ deum,& neceſſitatem credendi in ieſum: quia neceſſariũ eſt credere in deũ q miſit ieſum [Et q videt me,videt eum qui miſit me]Ne erraremus intelligendo ꝙ credere in ieſum miſſum à deo eſt credere in deũ qui miſit illũ,ſicut credere in prophetã aut in ioannẽ Baptiſtã eſt credere in deũ qui miſit illũ: & breuiter ne erraremus intelligẽdo ꝙ credere in ieſum eſt credere in hominẽ purum,& propterea terminari oportet in deũ qui miſit illũ, ſubiunxit quòd ipſe & deus qui miſit illum ſunt inſeparabiles quo ad videri. Hæc enim inſeparabilitas ſignificatur dicendo,& qui videt me videt & eum qui miſit me. ¶Et aperit per hoc ſe nõ eſſe purum hominem,ſe non eſſe puram creaturã.nã videndo hominem, videndo quamcunque excellentiſſimã creaturã, non videtur deus. Nullus enim angelus videndo ſeipſum aut aliũ angelũ,videt deũ. Ex hoc ergo ꝙ quicũq; videt ieſum viſione intellectuali videt deũ qui miſit illũ,manifeſtatur ieſum eſſe verum deũ:cõtra Arrianos. [Ego lux.]Nõ lux talis,ſed lux abſolute,lux intelligibilis,lux omniũ mẽtiũ,lux à qua deriuatur omnis creata lux. [in mũdũ veni.] Niſi extra mundum vniuerſitatẽ creaturarum cõprehendentẽ ante fuiſſet,nõ diceret in mundũ veni.ſed dixiſſet forte in mundũ iſtũ veni Solius aũt dei propriũ eſt,eſſe extra mundũ. ¶Et dicit veni: quia formã ſerui accipiẽs,venit intra vniuerſum. Factus enim caro,factus eſt pars vniuerſi,qui ſupra vniuerſum ſuapte natura eſt. [Vt omnis qui credit ĩ me.]interna habẽs fidẽ ĩ me ſaluatorẽ mũdi Et dicit oĩs,ad cõprehẽdendũ principes.vt nulla fiat exceptio. [in tenebris non maneat]Ecce reprehẽſio principũ,qui animo credebãt & facto nõ confitebantur,qui credebãt in ieſum & facto manebant in tenebris. Nã & manebãt in tenebris culpę,preferendo gloriã hominũ glorię dei & manebãt in tenebris occultatæ fidei quando opus erat confiteri illã. Et quidẽ opus fuiſſe cõfeſſione

principum apparet ex argumento Phariſeorum contra fidē Chriſti. Nunquid aliquis ex principibus credit in eum ſuperius. cap. 7. Et arguuntur quōd non implent principale propter quod venit Ieſus: nam non venit vt crederemus tantū, ſed vt credentes in tenebris non maneamus peccatorum. ¶ Ecce ſimul fructus fidei neceſſarius omnibus. Et eſt fructus lucis, eſt fructus fidei formatæ luce diuinæ gratiæ. Ad hoc enim fides infunditur, vt quilibet credens non maneat in tenebris peccatorum: ſed ſicut corde credit ita exerceat opera lucida: immō ad hoc credat vt non maneat in tenebris peccatorum, alioquin vanum eſt, damnum eſt credere. ¶ Significanter quoque dicit non maneat, ad inſinuandum omnes qui credunt in Ieſum in tenebris peccati fuiſſe, in tenebris peccati inuentos. ſed per fidei lucem non perſeuerare in tenebris eos qui de tenebris exeūt. [Et ſi quis audierit verba mea, & nō cuſtodierit.] & crediderit. Poſtquam arguit credentes corde, ſed nō facto, arguit incredulos qui poſt tot miracula non crediderunt. Et deſcribuntur increduli non abſolute ſed poſt audita verba Ieſu, tāquam inexcuſabiles, quales erant Iudæi, quales ſunt qui publicato euangelio non credunt. [Ego non iudico eum.] Non dicit non iudicabo, ſed non iudico: vt intelligamus quōd de tempore præſenti (primi ſcilicet aduētus ſui) loquitur, quōd non modo ius dicit meritis incredulorum. [Non enim veni vt iudicem mūdum.] Clare explicat primum aduentum, dicendo veni. Et rationem reddit quare nō iudicat modo: quia non venit ad ius dicendum mundo ſecundum merita. Si nanque ad iudicandum veniſſet, omnes damnaſſet, reddendo vnicuique ſecundum propria merita, quilibet enim proprio iure meretur damnari: quum vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ ſint quaſi pannus menſtruatæ: vt Eſaias teſtatur. [Sed vt ſaluificē mūdum.] Superius in cap. 3. attribuerat deo hæc eadem, dicendo non enim miſit deus filium ſuum vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum: modo attribuit illamet ſibijpſi, dicendo non veni vt iudicem, ſed vt ſaluificem mundum, vt intelligamus indiuiſam intentionem voluntatémque patris & filij. ¶ Nec fruſtratum intelligas patrem ac filium intento proprio tanquam intenderit vterque ſalutem mundi, & non fuerit ſubſecuta. Salus ſiquidem mundi intenta, eſt partim ſubſecuta, & partim ſubſequetur. nam non dixit vt ſaluificem ſingulas perſonas mundi, ſed vt ſaluificem mundum. Quod quidem verificatur non ſolum quantum ad ſufficientiam (quia venit ſufficiens ex parte ſua, ſalus mundi) ſed etiam quantum ad efficientiam, quia effecit & facit ſalutem

in

in omnibus partibus mundi, cœleſtibus, terreſtribus & inferni: in omnibus temporibus mundi, ab initio creationis mundi vſque ad finem: in omni differentia perſonarum mundi: ſine exceptione ſexus, ætatis, cõditiõis, & cætera. [Qui ſpernit.] pro, reiicit, me. & non accipit verba mea.] Incredulos euangelio, iterum deſcribit ab incredulitate verborum ſuorum & à ſui reiectione: vt pote dicentium Ieſu. Recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumꝰ. [Habet qui iudicet eum.] Ne impunem putares incredulum (hoc eſt ſolis ſupradictis pœnis preſentis temporis ſcilicet cæcitate, induratione, &c. puniri) ſubiungit quòd habet qui iudicet eũ. Quanuis ego modo non iudicem incredulum verbis meis, habet tamen in præſenti non qui iudicat, ſed qui iudicet in futuro eum. [Sermo quem locutus ſum.] hoc eſt euãgeliũ quod euangelizaui. [Ille iudicabit eũ.] non vt iudex, ſed vt lex. Iudicatur enim reus in iudicio & à lege & à iudice: ſed hic tacito iudice eſt ſermo de lege. Et eſt ſenſus quòd ſermo meus habet vim legis obligatiuæ hominum ad credendum in me, & propterea qui nõ accipit verba mea, ſed reiicit me à ſuo credere, habet iam euangelium quod iudicabit ipſum, vt lex continens ius reddendum incredulis. [In nouiſſimo die.] Vſque ad diem nouiſſimum differendum eſt vniuerſale iudicium: quo completè dicetur vnicuique ius. Ante ſiquidem incomplete ius dicitur: tum quia non puniuntur cum corpore increduli. tum quia nõ complentur incredulorum multorum merita vſque nouiſſimum diem. Continue enim creſcunt merita pœnarũ Machometi & aliorum qui cauſam peccandi poſteris reliquerũt. Et propterea rectus rationis ordo exigit vt differatur commune iudicium donec omnium merita ſint completa. [Quia ego ex meipſo nõ ſũ locutꝰ.] Vis iudiciaria in ſermone meo eſt. ex hoc quod ego homo non ſum locutus ex meipſo homine originaliter. [Sed qui miſit me pater, ipſe mihi mãdatũ dedit.] Aduerſatiua coniunctio ſed, explicans officio mittentis deum patrem, inſinuat quòd de ſeipſo homine dixit non ſum locutus ex meipſo: ſed vt nuncius patris, vt miſſus à patre. Acſi legatus diceret, non ſum à meipſo locutus, ſed qui miſit me rex mandauit vt hęc dicerem. Cõſtat enim quòd miſſio Ieſu, ad myſteriũ ĩcarnationis ſpectat. Et Ieſus quatenus homo, dubium non eſt quòd mandatum acceꝑit à deo patre. [Significantiúſque non dicit mandauit mihi, ſed mandatum mihi dedit: ad comprehendendum non ſolum quod ei mandatũ eſt, ſed etiam quæ mandata data ſunt ei promulganda aliis. Propter hoc nanque meminit mandati, vt vim mandati, vim legis in ſermone

mone suo ex deo patre prodisse intelligamus: quia iudicabit incredulos. [Quid dicam & quid loquar.] Explicatur vis diuini mãdati in sermone Iesu. Et extensum declaratur mandatum tam ad quid dicam, authoritatiue, quãm ad quid loquar narratiue. Loquimur enim etiã narrando & recitando quæ nos non dicimus. ¶ [Et explicauit vtrunque, quia Iesus vtroque modo sermonẽ habuit: & authoritatiue, ego autem dico vobis. vt patet apud Matthęũ. Et narrando, velut nũciando quæ audiuit à deo patre: vt patet. Et ad hos duos modos reducũtur omnia quę in euangelio Iesus dixit: vt mãdati diuini vim habere intelligamus vniuersũ sermonem euãgelicũ. [Et scio quia.] pro, quòd, [mandatum eius vita æterna est,] Dixerat qꝑ venit ad saluandũ mundũ, & addiderat postea qꝑ sermo suus vim iudiciariam habet ex dei patris mandato. Ne obiiceres quòd sermo eius ad puniendũ, & ad occidendum est, quamuis ipse Iesus ad saluandum venerit, modo occurrit. declarando quòd mandatũ dei patris vnde sermo suus habet vim iudiciariam. non est mandatum pœnæ & mortis, sed mandatum vitæ, non cuiuscunque, sed vitæ æternæ Per se enim ordinatur ad vitam æternã, per se enim ductiuum est ad vitã æternã. Acsi aperte diceret. Non ex parte mãdati se tenet iudiciũ punitiuũ incredulorũ, sed ex parte iniuriæ quã ipsi increduli inferunt diuino mandato quoniam mandatum patris ex parte sua tendit ad hoc vt disponat homines ad vitam ęternam. ¶ [Et dixit scio, testificans ex certa scientia quod ipse nouit, vt nos credamus Iesu, testimoniũ de hoc perhibẽti. [Quæ ergo loquor ego.] Quia plures modos loquendi mandatos sibi dixerat, declarat i oibus se seruare mãdatũ paternũ. Loq enĩ cõmune est ad dicere & narrare. [Sicut dixit mihi pater sic loquor.] Fidelissim⁹ legat⁹ Ie s⁹. [qui nõ solũ dicit q̃ dixit ei pater, sed nec in modo loquendi exit fines mãdati, sed sicut loquẽdũ mãdauit pater sic loquit ipse Iesus.

CAPVT XIII.

Ntę diem festum Paschæ] Superfluit diem: & deest autem. Legendum est [Ante aũt festum Paschę.] Et statim quæstio occurrit circa veritatem temporis. Quoniam testantibus alijs euangelistis tempus cœnę fuit festum Paschæ, quia fuit primo die azimorũ quando necesse erat occidi Pascha. Quomodo ergo stãt ista duo si mul: quòd cœnauerit Iesus in primo die azimorum (quod constat esse festum Paschæ) & ante festum Paschæ? Si enim ante festum, ergo non in festo: & si in festo, ergo nõ ante festum. ¶ [Ad hoc dicitur, posthabita responsione illorũ Græcorũ qui correctos asserũt

A

alios

alios euangelistas à Ioanne quoniam si vnum falsum in Euangelio admittitur, perit certa fides reliquorũ, perit certa fides totius scripturę: quoniam qua ratione erratũ est à veritate vnius, pari ratiõe potest esse error in alio, & sic de alijs. Dicitur inquã ꝙ cœnatum fuit vesperæ quartædecimæ lunæ ꝙ erat initium quintædecimæ quæ erat festũ paschatis & cœna illa secũdum veritatem tẽporis erat cœna diei non qui inchoabat illo vespere sed qui terminabatur illo vespere. Erat enim cœna diei Iouis & nõ cœna diei Veneris. Vnde etiam lex nominat ipsam cœnam quartædecimæ non quintędecimæ lunæ dicendo Exo. 12. quartadecima luna ad vesperam immolandum esse agnum paschalem. Quia igitur cœna illa erat initium primi diei azimorum incipientis ab illo vespere, ideo alij euangelistæ vere dixerunt primo die azimorum Iesum cœnasse cum discipulis. & quia eadem cœna erat cœna diei terminati (qui erat velut modo inter Christianos est vigilia festi) ideo Ioannes vere quoque dixit Iesum ante festum paschæ cœnasse cũ discipulis. Est itaque vtrunque verum de cœna illa: & quòd fuit in festo paschatis quo ad legale initium festi, & quod fuit ante festum paschatis quo ad naturale tempus cœnæ, Cœna siquidem illa erat diei ante festum. Alij itaque euangelistæ diẽ legalem, Ioannes diẽ vsualẽ secũdum prandiũ & cœnã suppurauit. Describitur itaque concorditer ab omnibus euangelistis vespertina hora diei Iouis illo anno, quæ erat initium feriæ sextæ in qua tunc erat luna quintadecima & primus dies azimorum ac per hoc festum paschę vt patet Leuit. 23. [Sciens Iesus.] Euangelista narrando rem gestã, explicat tum scientiam tum charitatem Iesu respectu paschalis mysterij hoc est transitus sui ad patrem pro salute suorum. [Quia.] pro, quòd, [venit hora eius.] Res scita est venisse iam horam, vere eius: vtpote ab ipso electã atque decretam. [Vt transeat.] Apte in paschali festo, transitus Iesu eligitur. nam paschæ nomen & ratio ad transitum domini spectat. [Ex hoc mundo.] ex trãsitorio statu huius mundi, in quo erat: vtpote passibilis & mortalis. [Ad patrem.] ad spiritualẽ, immortalẽ, impassibilemq; statũ paternę glorię. [Quum dilexisset suos.] Scientia imminentis proprij transitus ad cœlicem statum, nec obliuioni tradit amorẽ erga suos nec interrupit illum nec nouũ generauit amorem erga illos sed cõtinuauit & consummauit. Continuationem enim amoris significat dicendo quum dilexisset dilexit. ¶ Et dicit suos, vt prædestinatos intelligamus ad differentiam Iudæ & similium. [Qui erant in mũdo.] Non qui erant in Iudæa aut Galilæa sed in mundo, immo non qui

erant

erant in hoc tranſitorij ſtatus mundo ſed in mundo. vt comprehendantur etiam ſui exiſtentes in limbo ſeu purgatorio. Eſt enim ſenſus quum dilexiſſet in tota vita ſua cõtinua verę charitatis dilectione ſuos electos exiſtentes per diuerſas mundi partes. [In finem.] pro, ad finem, [dilexit eos.] Ex hoc quòd ſcientię imminentis proprij ad patrem tranſitus, adiungitur continuatio immo cõſummatio dilectionis ſuorum ad finem, inſinuatur quod tranſitu ſuo ad fœlicem ſtatum dilexit eos ad finem eorum, ad fœlicitatem ad beatitudinem quæ eſt illorum finis dilexit eos; hoc eſt q̃ tranſitum proprium ſubibat non ſolum vt proprium ad fœlicitatem tranſitum ſed vt rationem beandi ſuos Quod conſtat eſſe veriſſimum: quoniam tunc primum ex vi tranſitus Ieſu beatus eſt homo in limbo, tunc primum homo audiuit hodie mecum eris in paradiſo. Et expoſuit per hęc verba euangeliſta, tranſitum Ieſu habere duplex officium: & tranſferendi Ieſum in patris gloriam & beandi electos. Diligi enim ſuo tranſitu à Ieſu electos ad finem eſt per ſuum tranſitum velle electis aſſecutionem finis. ¶ Et dixit hæc hic euangeliſta vt exordium deſcribendi tranſitus Ieſu ex hoc mũdo ad patrem (de quo tractaturus eſt in toto reſiduo euangelij) occaſione ſumpta ex legali feſto paſchatis. Et valde congrue narraturus tranſitum Ieſu, à fructibus talis tantique tranſitus præſciti & dilecti ab ipſo Ieſu orſus eſt [Et cœna facta.] Interpoſita ſcientia & charitate Ieſu circa ſuum tranſitum, proſequitur hiſtoriã euangeliſta deſcribens tempus ablutionis pedum fuiſſe poſt cœnam. Cœna ſiquidem facta tunc eſt quando cœnatum eſt. [Cum diabolus iam miſiſſet in cor.] Non ſolum ab hora factæ cœnę, ſed à deliberata in corde diſcipuli proditione Ieſu ablutio deſcribitur vt horam tranſitus Ieſu iam veniſſe hinc intelligamus Ex eo enim quod proditio Ieſu iam inchoata erat, deſcribitur quod aduenerat hora tranſitus Ieſu ad patrem, [Vt traderet.] Legendum eſt ſic [Iudæ Simonis Iſcariotæ vt traderet eum.] Et aſcribitur diabolo miſiſſe in cor Iudæ: vt intelligamus Iudam non ſolum propria auaritia motum ad tradendum Ieſum, ſed etiam immo principaliter impulſum ſuggeſtione diaboli: & percipiamus diabolũ vires ſuas exercuiſſe ad hoc vt IESVS proderetur. ac per hoc quod latuit diabolum myſterium regni Ieſu: quia ſi cognouiſſent nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent. 1. ad Cor. 2. [Sciens.] Euangeliſta quemadmodum exordium commune toti futuro tractatui de tranſitu Ieſu præpoſuit, ita modo ſpecialiter exorditur pro ſingulari ac nouo humilitatis actu quem deſcripturus erat:

&

& inchoat à scientia. [Quia.] pro, quod, [omnia dedit ei,] pro, sibi, [pater in manus.] Res scita à Iesu, est patrem dedisse in manus Iesu omnia. Et quidem Iesu vt filio dei, omnia dedit pater in manu (hoc est in potestate) ab æterno generando illum omnipotentem. Eidem quoque vt filio hominis omnia (nullo excepto) dedit, gratuito ab incarnationis mysterio, in manu, hoc est in potestate. Habuit enim Iesus homo ex tunc potestatem super omnia, siue in cœlo siue in terra siue in inferno: quanuis non acceperit omnium possessionem. Omnia inquam inter quæ continetur tum diabolus, tum cor Iudæ, tum omnis eorum & Iudæorum machinatio aduersus ipsum Iesum. [Et quia] p, quod, [à deo exiuit & ad deũ vadit.] Altera res scita Iesus est tum gratia vnionis personalis qua à deo exiuit homo filius dei. tanquam ab intimis siquidem puritatis diuinæ exiuit filius dei, quum externam serui naturam assumens factus est homo. Tum continua & in nullo deficiens gratia viatoris. qua indefesse Iesus in toto præsentis viæ tempore ibat meritus ad deum, ad consummate omnia referendum in deum, ad offerendum se & omnia deo. [Surgit à cœna.] Sciens se omnipotentem, & supremis gratiæ donis excelsum, surgit à cœna: ne paruipenderes & actum humilem à nescio, ab inconsulto, & propriæ conditionis rationem non habente exercitatum interpretareris. [Et ponit vestimenta sua.] Superfluit sua vt expeditus esset ad exercitationem officij. [Et quum accepisset linteum, præcinxit se.] ne indigeret ministro porrigente linteum ad extergendum pedes lotos. [Deinde misit.] pro, mittit. [aquam in peluim.] Per seipsum describitur mittens aquam in peluim: spectantibus apostolis quorsum actiones istæ nouæ tenderent. [Et cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo quo erat præcinctus.] Prosequitur prius euangelista vniuersas actiones Iesu quæ interuenerunt in hoc officio redditurus postea ad ordinem lotorum & disputationem quæ intercessit in principio quum applicaret se ad lauandum pedes discipulorum. Immo si verbum cœpit librarium fuerit, non describit euangelista quòd Iesus lauit & extersit sed quòd cœpit lauare & extergere: hoc est applicauit se ad lauandum pedes & consequenter ad extergendum, ad exequendum verunque officium ordinate. [Venit ergo.] incipiendo lauare. [ad Simonem Petrum.] A Petro (qui primus erat in ordine apostolorũ) incœpit. [Et dicit ei Petrus Domine.] Etiã titulo rationẽ horrendi significat Petrus [Tu mihi lauas pedes? Respondit Iesus. & dixi ei. Quod ego facio.] hoc est mysterium contentum in hoc

quod

quod ego facio lauãdo pedes vestros. [Tu nescis modo scies autem postea.] quàm lauero. nam post lotionem pedum aperuit illis mysterium huius facti [Dicit ei Petrus, non lauabis mihi pedes in æternum.] Animi sui deliberationem, non futurum euentum Petrus affirmauit & ideo non temere affirmat, sed ad reuerentiam erga Iesum retinendum animum humana ratione & sibi congrua firmauit: interpretans mysterium quod dicebat Iesus occultum, nõ ingerere ei tantam irreuerentiam. [Respondit ei Iesus. Si non lauero te.] Sicut Iesus quum alloqueretur Samaritanam, ex aqua corporea transtulit sermonem ad aquam spiritus, ita modo alloquens Petrum ex lotione pedum extulit sermonem ad ablutionem animæ. Non enim dicit si non lauero pedes tuos, sed si non lauero te significans ex ipsa mutatione sermonis quod non de pedum externa ablutione sed de ipsius Petri interna ablutione loquebatur quãuis Petrus non intelligeret sic. [Non habebis.] pro, habes. Nõ comminatio futuræ pœnæ sed denunciatio præsentis priuationis, explicatur dicendo non habes. [Partem mecum.] in hæreditate mea paterni regni. Et vere sic exigit diuinæ prouidentiæ ordo vt quicunque non fuerit à Iesu ablutus intus, careat consortio Iesu in regno æternæ patriæ. quia nihil coinquinatum intrabit in illã. [Dicit ei Simon Petrus. Domine non tantum pedes meos, sed & manus & caput.] Sicut Samaritana intelligebat verba Iesu de aqua corporea, sic Petrus (minus penetrans mutatum sermonem Iesu) intellexit verba Iesu de ablutione pedum corporis. & audita denunciata pœna, ne incurrat illam, offert alia membra lauanda qui prius recusabat lauari sibi pedes. [Dicit ei Iesus. Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet.] Quod de interna ablutione loquatur in hac vniuersali, testatur subsumpta particularis, & vos mũdi estis. constat enim quod de munditia animæ loquebatur. Porro igitur carnaliter intelligente & offerente non solum infima pedũ mẽbra sed media (scilicet manus) & supremum (scilicet caput) lauanda, respondit Iesus de interna ablutione animi ad similitudinem exterioris. Qui enim corporaliter lotus est, non opus habet nisi vt pedes lauet: quos gradiendo oportet immundiciam contrahere. Et similiter qui lotus est spiritualiter, non opus habet nisi vt infimas partes animi quibus terrenis se oportet immiscere officijs (cibi, potus, rei familiaris, & similium) lauet. [Sed est mundus totus.] lotis pedibus. Et aduerte quod sicut est sermo de lotis corporaliter & ambulantibus, ita est sermo de lotis spiritualiter & ambulantibus in via huius vitæ. Sicut enim illi loti sola pedũ ablutione indigent

vt sint

vt sint mundi toti, ita isti spiritualiter ¶ Et hæc dixerim ad euitandas obiectiones de ablutis baptismo qui statim morerentur. De talibus enim non est sermo: quoniam ex eo quod officio pedum non vtuntur post lotionem, non opus habent vt pedes lauent [Et vos mundi estis, sed non omnes.] Clare hinc apparet quod de interna ablutione ac mundicia, deque internis pedibus locutus est. Apparet & hinc Iudam interfuisse lotioni pedum: vt euangelista exponit. [Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum. Propterea dixit, non estis mundi omnes. Postquam ergo lauit pedes eorum, accepit vestimenta sua.] Obediente Petro, reliqui apostoli permiserũt absque disceptatione suos pedes ablui à Iesu [Et quũ recubuisset iterum.] Non contrariatur iteratus recubitus cœnæ factæ sed postquam cœnatum est iuxta legis ritum festinanter comedendo agnũ paschalem (& propterea absque interruptione, facta dicitur cœna) lauit Iesus pedes discipulorum & postea iterũ recubuit, tanquã ad ientacula post lotionem pedũ. ¶ Vbi tamen aduerte q̃ sol⁹ Ioannes supplet lotionem pedũ: mediámque dicit inter cœnam & quasi ientacula. Quæ Matthęus quidem computauit vt partem cœnæ, dicens cœnantibus autem illis: Lucas autem cum Ioanne vt post cœnam, ait enim Lucas, similiter & calicem postquam cœnauit. Quia enim fuit post cœnã legalẽ (agni scilicet) & fuit pars cœnę vsualis, ideo diuersimode nominari vere potuit & potest. vnde & ipsemet Ioannes cap. vlt. appellat cœnã, dicẽs qui & recubuit in cœna super pectus eius. Constat enim ex subiunctis q̃ recubitus ille fuit post cœnã [Dixit eis. Scitis quid fecerim vobis?] Docet vt promiserat Petro (scies autẽ postea) mysterium ablutionis factæ. [Vos vocatis me magister & domine.] Magister est nomẽ sapientię, dominus nomen est potentię [Et bene dicitis. sum etenim.] Si ergo ego laui pedes vestros dominus & magister, & vos debetis alter alteri⁹ lauare pedes. Si quòd sonant verba intelligimus, ridiculũ reddimus tantũ apparatũ officij, doctrinæ ac debiti præter hoc quod rei constituuntur Christiani omnes, non soluentes debitum mutuę ablutionis pedum. In vna itaque specie officij, totum genus officiorum intelligimus. ita quod explicando debitũ abluendi pedes, comprehenditur debitum cuiusque officij tã corporalis quàm spiritualis. quia & ipsa ablutio, à Iesu corporalis quidem exercitata est, spiritualis vero sermone exposita. Intẽdit ergo ad literam Iesus vt ab ipsius exemplo agnoscamus nos debitores inuicem ad mutua officia quibus opus est tam ad corpus quàm ad spiritum. Mutua siquidem præcipit dicendo alter alterius. ¶ Sed intellige

propor-

proportionaliter, vt non dedignentur ſuperiores exercere officia ſibi congrua tam ad corporis quam ad ſpiritus aliorum vtilia: ex quo Ieſus dominus non horum aut illorum ſed omnium, & magiſter non horum aut illorum ſed omnium, dignatus eſt ſponte tam vile exercere officiū lauādi pedes piſcatorū &c. [Exēplū enim dedi vobis.] Ne facta à Ieſu domino & magiſtro, admiranda potius quàm imitanda acciperemus, explicat imitanda. [vt quemadmodum ego feci vobis.] Non dicit vt quæ ego feci vobis, ſed quēadmodum vt intelligamus quòd ad imitandum modum faciendi (humiliter, manſuete, beneuole, ſtudioſe &c.) monet. Prius enim explicauerat imitandum officium, dicendo alter alterius lauate pedes nunc monet imitandum modum, dicendo quemadmodum. [Et dicit feci. non dixi. quia non ad implenda ſua verba ſed ad imitandum ſua exempla monet. Et addit vobis, perſonis minimis. [Ita.] Ecce modus imitandus [Et vos faciatis.] non dicatis. [Amen amen dico vobis.] Hæc accumulatio tot rationum adidē teſtatur quod diximus, ſcilicet quod Ieſus intendit monere & præcipere in hac operis ſpecie vniuerſum genus officiorum quibus opus eſt ad proximū, non ſolum quo ad ipſa officia ſed etiam quo ad modum exercēdi ipſa alioquin non tot rationes multiplicaret. [Non eſt ſeruus maior domino ſuo.] Ex parte cōditionis eorū & ſui monet illos vt alter alterius lauet pedes, vt quemadmodum ipſe fecit ita faciant. quia ſcilicet ipſi ſunt ſerui, ipſe dominus. Turpe autem eſt ſeruo vt velit eſſe maior domino ſuo, vt dedignetur imitari dominum. [Neque apoſtolus:] Græcam dictionem reliquit interpres quum debuiſſet latine dicere miſſus ſeu legatus. Ad idem ex officij ratione monet veſtrum officium eſt officium miſſi ſeu legati: meum autem eſt officium mittentis. [Maior eſt eo qui miſit illum.] Non dicit quòd apoſtolus minor eſt illo qui miſit ipſum (quum ipſe Ieſus apoſtolus vocetur ad Heb 3. & tamen non eſt minor deo qui miſit illum) ſed dicit non eſt maior. Poteſt ergo eſſe æqualis. & propterea turpe eſt vt dedignetur imitari illum qui miſit eum. [Si hæc ſcitis.] Non dubitando an hæc ſciant dicit ſi ſcitis: ſed communi more monendo, ambo requiſita ad beatitudinis meritum complectitur, ſcilicet ſcire & facere. Et vtrunque ſub conditionalis antecedente locat: vt neutrum ſine altero ſufficere intelligamus. Pronomen enim hæc, monſtrat proprias ipſorum & Ieſu conditiones, facta Ieſu & modum quo fecit Ieſus, hæc enim oportet ſcire. [Beati eritis.] pro eſtis. Ex parte præmij, non qualicunque ſed beatitudinis, non tantum futuræ ſed

præſen-

præſentis in certa ſecuráque ſpe monet ad idem & propterea dicit eis. [Si feceritis ea.] Non ſufficit hæc ſcire ad eſſe beatum certa ſpe, ſed oportet hæc eadem etiam facere, non dicere ¶Et hinc clare apparet quòd in lotionis pedum officio intendit vniuerſa officia ad proximum, illo modo quo fecit Ieſus. alioquin non dixiſſet in numero plurali hæc & ea, non dixiſſet beati eſtis ſi hæc ſcitis & feceritis. [Non de omnibus vobis dico.] Excipit à beatitudine apoſtolorum (indefinite tamen) dicendo nõ de omnibus vobis. Et eſt ſenſus quòd non dico de omnibus vobis quòd eſtis beati ſi hæc ſcitis & ſi feceritis ¶Vbi diſcerne quòd quanuis iſta conditionalis de futura beatitudine (ſi hæc ſcitis ſi feceritis ea, beati eritis) vera fuiſſet tam de Iuda quàm de alijs: Ieſus tamen non dixit ipſam ſed alteram de præſenti beatitudine, ſi hæc ſcitis ſi feceritis ea beati eſtis. Quam conſtat non verificari tunc de Iuda: qui tunc erat in ſtatu & animo peccati mortalis, & de numero reproborum ſeu præſcitorum ad æternam damnationem. ſed vera erat hæc cõditionalis de alijs apoſtolis. qui mundi erant ſecundum præſentem iuſtitiam, & electi erant ad æternam beatitudinem. [Ego ſcio quos elegerim.] Ne errares putãdo quòd præter opinionẽ Ieſu acciderit quaſi noua hæc exceptio, excludit Ieſus hunc errorem: aperiendo quòd nec præter notitiã nec præter electionem ſuam euenit hæc exceptio. ¶Sed occurrit obiectio: quia ſuperius Ieſus computauit Iudam inter electos à ſe, dicens nonne ego elegi vos duodecim. quomodo ergo nũc excipit Iudam ab electis à ſe? Solutio eſt, quòd ſuperius ſermo fuit de electione ad apoſtolatum: in cuius ſignum appoſuit numerũ duodenariũ, dicẽdo vos duodecim. hic vero eſt ſermo de electione ſimpliciter: qua aliqui homines dicuntur abſolute electi, aliqui vero reprobi. In cuius ſignum dicit quos elegerim ſine additione aliqua: vt intelligamus de electione ſimpliciter, quæ eſt electio ad beatitudinem æternam à qua excipiebat. [Sed vt adimpleatur ſcriptura] Occurrit Ieſus tacitæ quæſtioni, cur elegiſti ad apoſtolatum quem non elegiſti ad beatitudinẽ, cur non omnes apoſtolos dicis beatos? dicendo hoc eſſe vt impleatur ſcriptura. Et coniunctio ſed materiæ contrariæ admixtæ rationem contiguit ratio enim quare inter electos reprobus Iudas eſt mixtus, fuit vt impleatur ſcriptura. [Qui manducat mecum panem.] Senſum verborũ ex pſalmo. 41. affert. Prophetatũ erat quòd proditor futurus erat tam familiaris Ieſu quòd cũ eo comederet panẽ, & cõmẽſalis eſſet [Leuabit,] pro, leuauit, [cõtra me calcaneum ſuum.] Ad ſimilitudinem equi ſeu muli calcitrantis contra domeſticum curatorem

rorē ſuū deſcribitur proditio Iudæ ingrati paſtori proprio [Amē do dico vobis,priuſquam fiat.]Ecce quare prædico hoc vobis ex nūc.[Vt quū factū fuerit credatis,]ꝓpter veſtrā vtilitatē,ad veſtrę fidei ſoliditatē. [quia]pro,ꝙ,[ego ſū.]Nō dicit ſum Chriſtꝰ,ſū filius dei,ſed abſolute ꝙ ego ſum.Hoc eſt ergo quod credendū ab apoſtolis erat,poſtquā fuerat quod Iudas facturꝰ erat,poſtquā Ieſus proditus,dānatus,crucifixus & mortuus fuerat. ¶Quid aūt ſignificet ego ſum,ex Exo 3 habeē dicente deo ad Moyſen Hæc dices filijs Iſrael,qui eſt,miſit me ad vos.Credere itaque ꝙ ego ſum, eſt credere ꝙ ego ſū verꝰ ille deus cuius nomē eſt qui eſt. Oportebat enim credere Ieſum eſſe verū deū quū viſus eſt vere crucifixꝰ & mortuus: vt latro credidit, vt apoſtoli credidetūt tardius ſ. poſt reſurrectionē Ieſu [Amē amē dico vobis:qui accipit ſiquē miſero.]Poſtremo ex dignitate cuiuſq; ſui diſcipuli monet ad idē.ſ.lauādū & modū.vt prius. Vbi manifeſte trāſit à lotiōe ad acceptionē:vt intelligamus vniuerſa officia mandari Et intendit ꝙ non ſolū ex parte prēmij ſed etiā ex dignitate eorū quibus hęc officia exibentur,accendi quilibet deber ad miniſtrādū opportuna ¶Explicatur autem dignitas cuiuſlibet miſsi à Ieſu magna valde ſubiungendo. [Me accipit qui aūt me acepit accipit eum qui me miſit.] In legato meo ego,in me aūt deus ſuſcipitur. Ergo de primo ad vltimū in legato meo ſuſcipitur deus.Quæ maior dignitas?quæ maior gratia pōt ſuſcipiēti eōferri?[Quū hæc dixiſſet Ieſus.]Omittit hic euangeliſta inſtitutionem euchariſtiæ Nā quāuis tā Matthęꝰ quām Marcus ſine ordine narret manifeſtationem ꝙ vnus veſtrū me traditurus eſt,& inſtitutionē euchariſtię:Lucas tamen cū nota ordinis narrat ꝙ Ieſus poſtquām cœnauit inſtituit euchariſtiā: & quòd immediate poſt ſubiunxit de proditore vno dicendo, verūtamen ecce manus tradentis me:mecum eſt in menſa &c. ¶Quocirca ordo fuit talis. Primo cœna facta eſt agni paſchalis : deinde Ieſus lauit pedes diſcipulorum:poſtea iterū recubuit ad proſecutionē cœnæ,& dixit verba ſupraſcripta : deinde inſtituit ſacramentū euchariſtiæ: & demū ſubiunxit hæc quæ modo Ioannes narrat.Ex hoc nāque ꝙ Lucas inſtitutionē euchariſtiæ dicit præceſsiſſe verba illa vnus veſtrum me traditurus eſt.& præceſsiſſe immediate(vt teſtātur allata verba)oportet ordine dicto intelligere hæc geſta, vt conſona inueniantur hæc illis & ediuerſo. Et hinc clare apparet ꝙ Iudas non ſolum interfuit lotioni pedum, ſed etiam communioni euchariſtię.[Turbatus eſt ſpiritu]Turbatus quidem intus eſt triſtitia ſeu timore.Vtraque enim propaſsio,quieti opponitur animi

&

& turbationē infert. Sed nō eſt turbatus carnis impulſu, ſed ſpiritu cauſante & regente turbationē ꝓpter quod non fuit turbatio hæc paſsio, ſed ꝓpaſsio volūtaria. Omnia ſiquidē Ieſus diſponens ſuauiter, cōformem effecit animū materię verborū: ſermonē turbantem diſcipulorū animos prolaturus turbatū quoque ſuū exhibuit animū. [Et proteſtatus eſt.] pro, & teſtatus eſt, [& dixit. Amē amē dico vobis quia] pro, ꝙ, [vnus ex vobis tradet me.] Significatur enim ꝙ nō increpando, non excādeſcendo, nō cōminando, ſed teſtando, ſed tanquā veritatē teſtificando manifeſtauit occultā proditionē ſui efficiendā ab vno eorū. [Aſpiciebant ergo adinuicē diſcipuli: hæſitantes de quo diceret.] Mutuū aſpectū ſupplet euangeliſta omittens verba diſcipulorū & verba Chriſti ſcripta ab alijs euangeliſtis. Et trāſit ad vltimò dicta. [Erat ergo recūbens vnus ex diſcipulis eius in ſinu Ieſu.] Proculdubio locū in quo recūbebat ipſe Ioannes euangeliſta deſcribit á ſinu Ieſu, Et quū ſiue ſedendo ſiue iacendo eſſent, diſpoſiti tamen ad veſcendū manerent, non videt cōgruere ꝙ diſcipul⁹ ille in gremio Ieſu ſederet aut iaceret. ineptus enim talis ſitus fuiſſet vtrique ad veſcendū. Quocirca appellatione ſinus aut fluentē veſtem Ieſu aut ſpatiū quod cōplectione brachij Ieſu cōpræhendi poterat, ſignificat. Deſcribit enim quòd diſcipulus ille recūbebat contiguus Ieſu: vtpote ſedens in ſinu veſtis Ieſu, ſeu infra ambitū qui brachio comprehendi poteſt. Deſcribitur ſiquidem ſitus diſcipuli illius antequām innueret illi Simon Petr⁹ quicquā. [Quem diligebat Ieſus.] hoc eſt cui ſpecialia ſigna dilectionis demonſtrabat nā dilectione interna omnes diligebat: vt in hoc eodē ca. dicer, ſicut dilexi vos. Et hac cognominatióe ſeipſum deſcribit euāgeliſta in tertia perſona, ſicut Moyſes de ſe loquit̄ in tertia perſona. [Innuit ergo huic Simon Petrus.] Ex hoc ꝙ Petrus innuendo loquitur Ioanni, inſinuatur quòd non erat coniunctus localiter Ioāni, vt potuiſſet ei in aure loqui. [Et dixit ei qs eſt.] pro, vt interrogaret quis eſſet, [de quo dicit.] Non dicit euangeliſta ꝙ Petrus & innuerit & dixerit, ſed ſolummodo ꝙ innuit & quid innuit, ſ. vt interrogaret quis eſſet. Facile enim fuit hoc ſigno aliquo ſignificare. [Itaque quū recubuiſſet.] pro, quum incidiſſet, [ille.] Non eſt eadem dictio hic & ſuperius, illa enim ſitum iacentis ſignificat, iſta autē ſitum cadentis. Vnde clarior redditur ſenſus antedictus quòd non in gremio Ieſu recumbebat, ſed iuxta eum. Iacens enim in gremio nō cadit ad pectus: ſed potius aſcēderet ad pectus. [Supra.] pro, ſuper, [pect⁹ Ieſu.] Caput ſiquidem acclinando ſuper pectus Ieſu, dicitur incidiſſe ſuper pect⁹ ei⁹. [Dixit ei, do-

mine quis est? Respõdit.] ℣, respõdet, [Iesus. ille est cui ego intinctũ panẽ.] ℣, bucellã, [porrexero. Et quũ intinxisset panẽ] ℣, bucellã, [dedit.] pro, dat, [Iudę Simonis Scariotis.] pro, Iscariotę. Datiui enim est casus. Et refertur nõ ad Simonẽ sed ad Iudã. ¶ Si iungis his scripta ab alijs euangelistis, inuenies Iesum proditorem suum primo manifestasse vnum ex duodecim: deinde restringendo, vnum ex comedentibus in catino Iesu: & demum soli Ioanni demonstrasse in individuo. [Et post bucellã] proculdubio comestã [Introiuit] deest tũc. Legẽdũ est [tũc ĩtroiuit in eũ Satanas.] Tanquàm bucella traxerit post se Satanam ad interiora Iudæ. Significatur autem per introitum Satanæ, tantum augmentũ malitiæ in Iuda vt velut habitans in eo fuerit Satanas: hoc est vt effectus fuerit Satanas vtens Iuda sicut habitans in domo vtitur illa. [Et dicit ei Iesus, quod facis, fac citius.] Dicẽdo quod facis, insinuat Iudæ se nosse quod Iudas facit. Dicendo fac citius, nõ præcipit vt faciat quod facit: sed circunstantiam temporis, significatam per citius: vt scilicet tempore illo à se deo decreto faceret. Quanuis enim deus non præceperit quòd Iudas proderet Iesum, præcepit tamen vt tali tempore faceret quod facit. & quia illud tẽpus iam aduenerat, ideo præcipitur vt citius faciat: vt impleat tũc, quod erat tempus decretum à deo. [Hoc autem nemo sciuit discũbentium ad quid dixerit ei.] Etiam ipse Ioannes inter nescientes quorsum tenderent hęc verba supputatur. [Quidam enim putabãt quia loculos habebat Iudas, quod dixisset ei Iesus. Eme ea quæ opus sunt nobis.] pro, eme ea quibus opus habemus, ad diẽ festũ. puta azimos panes, & reliqua ad vescendũ necessaria in solẽnitate paschali. [Aut egenis vt aliquid daret.] Hinc clare apparet nec Iesum nec apostolos vixisse mendicando: sed potius dando mendicis. Apparet etiam hinc quòd nõ soluin mulieres sequentes Iesum ministrabãt Iesu de facultatibus suis. sed etiam Iesus habebat marsupium pecuniarum apud Iudam, non tantum ad victum, sed etiã ad erogandũ egenis. Nisi enim sæpe Iesus præcepisset dari egenis, non putassent discipuli ad hoc fuisse hæc verba dicta Quod etiam apparet ex murmure discipulorum in Bethania. Potuit vnguentũ istud venundari & dari pauperibus. ¶ Et hæc notent qui de paupertatis perfectione disputant. vt intelligant non derogare perfectioni Christi & Apostolorũ, habere cõmune marsupium non solum ad proprias necessitates, sed ad subueniendum pauperibus. [Quũ ergo accepisset ille bucellã.] sicut inferi' dicet quũ accepisset acetum, ita nunc dicit quũ accepit bucellam: vtrobique signifi-

cans

cans actum sumendi in cibum seu potum.[Exiuit continuo.(Erat autem nox.]Explicatur tempus nocturnum, tum ad insinuandum aptũ tempus proditioni.tũ ad significandum noctẽ mentis Iudæ. [Quum ergo exisset, dixit Iesus.Nũc clarificatus est.]pro,glorificatus est.Et ne oporteat repetere in omnibus sequentibus istũ textus,legendum est glorificare seu glorificari ¶[Eunte Iuda ad exequendum proditionẽ,prænunciat Iesus discipulis prius imminẽtia sibi:deinde imminentia discipulis vndecim. Et inchoat ab imminente sua gloria.Et aduerbium nũc, demonstrat tẽpus cuius executio iã inchoata erat eunte Iuda ad exequendũ proditionem. Et dicitur glorificatus tempore passionis, tũ merito: quia passio erat meritũ glorificationis,tũ via:quia passio erat transitus ad glorificationẽ.Appellat itaque tẽpus proditionis passionis mortisq3 suę, tempus glorificationis suæ:ad firmãdã fidem discipulorũ vt erigantur ad cognoscendum ꝙ transit ad gloriam, ꝙ oportet ipsum pati vt glorificetur. Et est sermo de gloria omni ei debita ex morte sua.ita ꝙ cõprehẽditur hęc glorificatio corporis & glorificatio hominis &c.[Filius hominis.]vt de seipso quatenus homo est intelligamus.[Et deus clarificatus est]pro,glorificatus est.[in eo.] Nõ solũ nũc glorificatus est filius hominis,sed etiã glorificat⁹ est deus in ipso filio hoĩs.Vere videm⁹ glorificatũ deũ in Iesu Christo mortuo propter salutẽ humani generis.nam inde videm⁹ deũ cognitum & adoratũ à toto orbe terrarũ.[Si deus clarificat⁹ est] pro,glorificatus est,[in eo.]Non suffecit explanare fructũ duplicẽ mortis eius,sed ex secũdo fructu manifestat actorẽ primi fruct⁹:ex hoc enim ꝙ deus glorificatus est in Iesu, intendit inferre ꝙ deus est actor glorificationis Iesu Et propterea subiungit consequens.[Et deus clarificabit]pro,glorificabit,[eum.]scilicet filiũ hominis.[In semetipso.]filio hominis Patũ siquidem esset glorificare filiũ hominis in fama,in opinione aliorũ,immo nihil esset nisi glorificaret eundem ĩ semetipso glorioſum efficiendo ipsum. viuũ anima & corpore. [Et cõtinuo clarificabit.] pro, glorificabit, [eũ.]Ne putares differri glorificationẽ filij hominis ĩ semetipso, manifestat quòd cõtinuo,statum(vtpote infra triduũ) glorificabit eũ,resuscitãdo ipsum à mortuis.[Filioli.]Prædicto fructu mortis suę,prædicit eis ipsam mortẽ iam ĩminere.Et appellat eos filiolos, tũ amoris teneritudinẽ in fine illis monstrãs,tũ statum eorum internũ significans. Erãt enim velut filij paruuli ,adhuc nõ firmati, adhuc nõ perfecti virtute ex alto.[Adhuc modicũ vobiscũ sum] Breuissimo siquidem tẽpore ab his verbis cũ ipsis fuit quãtum ad

cõuersationẽ: puta per duas vel tres horas. Breuissimo quoque tẽpore cum ipsis fuit quantũ ad cõmunicationẽ mortalis carnis: vsque scilicet ad horã nonam diei artificialis sequẽtis. Vnde & post resurrectionẽ ipse dicit de cõmunicatiõe mortalis carnis. quũ adhuc essem vobiscũ. Ita quòd per esse nobiscum intelligit nõ solum conuersari nobiscũ, sed etiã esse similem nobis passibilẽ, mortalẽ. [Quæretis me.] desiderabitis præsentiam meã corporalẽ. [Et sicut dixit Iudæis.] superius. 7. cap. [Quo ego vado vos non potestis venire, & vobis dico modo.] Iudæis dixerat absolute, quo ego vado vos non potestis venire: discipulis autem vndecim dicit hæcmet verba non absolute sed adiuncto aduerbio temporis modo, quo ego vado vos nõ potestis venire modo q̃a illi reprobi nec tunc nec vnquã venturi erãt ad statũ glorię, quo Iesus ibat: discipuli aũt vndecim nõ tunc quidem sed postea venturi erant ad statũ glorię æternæ. [Mãdatũ nouũ do vobis, vt diligatis inuicẽ.] Pręceptũ charitatis mãdatũ nouũ appellatur tũ quia semper est nouũ, nihil vnquã sapiẽs vetustati tũ præcipue quia nouo mõ explicabatur. In veteri enim lege explicatũ est mandatũ dilectionis secũdum formam naturalis iuris, diliges proximũ tuũ sicut teipsum. amicabilia enim quæ sunt ad alios, naturali ratione sunt ex amicabilibus quæ sunt ad se. vt etiã philosophi tradiderunt. Vnde diliges proximũ sicut teipsum, formã sonat naturalis iuris: vt quẽadmodum amas te amore amicitiæ, ita ames proximũ amicitiæ amore. Hoc est pręceptũ vetus. Præceptũ autem nouum sonat nouã formã: quæ explicatur subiungẽdo. [Sicut dilexi vos.] Modus præcipitur diligẽdi inuicẽ, similis modo quo ipse Iesus dilexit nos. Constat enim q̃ hic modus sonat diligere relatiue ad vitam æternã: subordinando tã diligentis quàm dilectorũ bona omnia temporalia vsque ad vitam inclusiue, spirituali saluti dilectorũ. Christus nanq; sic dilexit nos vt etiã vitam poneret pro salute nostra & sic dilexit discipulos vt mitteret eos tãquam oues inter lupos &c. Hæc est igitur explicata noua dilectionis forma, hoc est mandatũ nouũ. vt sicut Christus dilexit nos nõ carnaliter sed spiritualiter, ponẽdo vitã pro nobis. & volendo nobis nõ bona huius mũdi sed bona vitæ æternæ cum quibuscunque huius mundi malis ineidẽtibus, ita nos diligamus inuicẽ. parati ponere vitã pro spirituali salute proximorũ: vt velim⁹ ꝓximis bona vitæ æternæ plus q̃ bona mũdi huius, plus q̃ vitã corporis. Hoc enim mandatũ ad noui testamẽti statũ spectat. hoc nusquã fuerat in veteri testamẽto explicatũ. Vnde merito mandatũ nouũ â Christo dicitur. ¶ Et est præceptũ hoc, nõ cõsiliũ (vnde

&

& mandatum appellatur) affirmatiuum tamen obligans quidem ſemper, ſed non ad ſemper executioni mandandum, ſed quando oportet. [Vt & vos diligatis inuicem.] Ad diſtinguendū inter vim mandati & vim exempli repetit vt diligatis inuicem: vt intelligamus debere nos diligere inuicem ſicut ipſe dilexit nos, tum ratione præcepti, tum ratione exempli ipſius Ieſu. Propter quòd euangeliſta inter præceptum, & exemplum in medio locauit ſicut dilexi vos: vt ſimul ſignificaret & modum præcepti & vim exempli. [In hoc cognoſcēt omnes quod diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicē.] Ecce infallibilia apud omnes nationes ſigna diſcipulorum Chriſti, ecce inſignia propria Chriſtianorum, quæ vtinā hodie apparerent. [Dicit ei Simon Petrus.] Occurrit hic duplex quæſtio Altera de loco. quoniam apud Matthæum & Marcū verba inter Ieſum & Petrum narrantur hymno dicto poſt cœnam, exeunte Ieſu verſus Gethſemane. Ioannes autem refert ea dicta i loco cœnæ. ¶ Solutio eſt, quòd Ioannes ſeruat ordinem hiſtoriæ: Matthæus autem & Marcus ſine ordine res geſtas & dictas referunt. Vnde & inferius aperte ſubiūgetur, ſurgite eamus hinc. Matthæus autem & Marcus rememorant dicta: non dicendo ibi vel alibi hæc dicta fuiſſe. ¶ Altera eſt de ordine verborum. Et hæc quæſtio ab alio quàm ſpiritu ſancto declarari nequit cum certitudine. Coniicere tamen licet quòd colloquium inter Ieſum & Petrū incœpit ab iſtis verbis quæ Ioannes refert, ſcilicet quo ego vado vos non poteſtis ſequi modo. ab his enim verbis motus Petrus petit [Domine quo vadis?] Quod ideo petijt, vt audiens explicari terminum quo ibat Ieſus, offerret quoque ſe ad ſimul eundū. [Reſpondit.] Deeſt, ei, [Ieſus. Quo ego vado, non potes me modo ſequi.] Indignum monſtrauit Petrum reſponſione clariore repetendo Petro quod communiter dixerat vndecim. [Poſtea autem ſequeris.] Deeſt, me Sequutus enim fuit Ieſum Petrus poſtea quū Romæ crucifixus eſt. [Dicit ei Petrus. Quare.] Deeſt. domine. I egēdū eſt, [Domine quare non poſſum te ſequi modo? animam meam pro te ponam.] Prompti & feruentis ſpiritus verba ſunt: habebat nanq; paratam intentionē etiā moriendi pro Ieſu aperte per hoc ſignificās quòd paratus erat ſequi ipſum eūtem per mortem ad aliā vitā. Quibus auditis Ieſus dixit ea quæ Lucas refert, ſcilicet Simon ecce Satanas expetiuit vos vt cribraret, &c. & inſeruit, omnes vos ſcandalum patiemini in me in nocte iſta, & prædixit Petro tantum de ſeipſo promittenti p̄ter eū eſſet negatur⁹. [Reſpōdit ei Ieſus. Animā tuam pro me pones? amen amen dico tibi, non cantabit gallus

donec ter me neges.] Vel tacet Ioānes quòd Marcus explicauit ſcilicet bis: vt Ieſus dixerit, non cantabit bis gallus donec ter me neges, vel tacet quòd Ieſus prius dixerit Petro, non cantabit gallus bis, donec ter me neges & Petro adhuc promittenti de ſe contrarium, poſtea peiora prædixerit non cantabit gallus donec ter me neges. Ita quod vtrunque ei prædixit ſucceſſiue. Quod verificatum fuiſſe, inferius declarabitur.

CAPVT XIIII,

Tait diſcipulis ſuis.] Totum hoc ſuperfluit [Nō turbetur cor veſtrum,] Prædixerat eis quòd omnes ſcandalum paſſuri eſſent in ipſo, & quòd tradendus eſſet. & propterea diſcipulos turbatos vidēs, monet vt turbatio nō peruenat vſque ad cor: hoc eſt voluntatem. Aſi apertius dixiſſet, quanuis turbati ſitis paſſionibus triſtitiæ & timoris, non tamen turbetur voluntas veſtra, ſed maneat immota & quieta in affectu ad bonū ſpirituale ad quod modo eſt affecta. habebāt enim tunc cor mundum & āffectum ad bonum ſpiritus. [Creditis in deum & in me credite.] Anceps eſt vtrobique ad indicatiuū vel imperatiuum, ad creditis vel credite. Poteſt enim legi vt moneantur vtrunque: ita quòd ratio non turbandi corde, apponatur fides in deum & fides in ipſum: monendo credite in deum & credite in me. Poteſt quoque legi alterum indicatiue, & alterū imperatiue ſcilicet creditis in deum & in me credite: ſignificando quòd fides in deum, ſit ratio credendi in Ieſum: vt intelligamus non eſſe duas fides (alteram in deum, alteram in Ieſum) ſed eadē ratione qua credimus in deum, credendum eſſe in Ieſum. Vbi implicite ſignificat ſe eſſe deum: ex eo enim quòd credere in deum, infert credere in Ieſum, manifeſte ſequitur Ieſum eſſe deum. Nam non dicit creditis deo credite & mihi, ſed creditis in deum credite & in me: eodem vinculo exigens credere in ſe quo creditur in deum. ¶ Et dixit hoc, implicite inſinuans quo turbatio cordis ducebat, ſcilicet ad perdendum fidem in ipſum, vt intelligerent quòd quandiu crederent in ipſum, turbatio nō peruenire ad cor, præuidebat enim eos turbandos corde & perdituros fidem in ipſum. [In domo patris mei.] Metaphorice dom' patris ſignificatur gloria æternæ fœlicitatis, in fruitione dei conſiſtentis: quia beati ſunt apud deum ſicut domeſtici filij apud patrē. [Māſiones multę ſūt.] Sicut gloria beatitudinis appellatur domus, ita eſſe beatum appellatur manſio: & multiplex participatio beatitudinis, multitudo manſionum appellatur. Et adiunxit hoc, quia dixerat quo ego vado

do vos non poteſtis venire modo, ne errarent male intelligendo ſcilicet quòd in domo patris non eſſet manſio niſi pro ſolo Ieſu, vel pro paucis: & propterea dixerit eis non poteſtis modo venire, & propterea dixerit ſoli Petro ſequeris autem poſtea. Ad tollendum itaque hunc erroneũ intellectũ, & ſimul erigendo ſpem eorũ ad cœleſtẽ beatitudinem, manifeſtat eis quòd in domo patris ſui manſiones multæ (ſine numero) ſunt. Hæc tria Ieſus proponit diſcipulis ad ſpem, ad fidem, ad charitatem immotã ſeruandã. Circa quæ tria totius huius capituli ſermo verſabitur, ordine retrogrado inchoãdo. ſ. ab vltimo, in domo patris mei manſiones multæ ſunt. [Siquo minus.] pro, ſin minus. ſeu alioquin. [Dixiſſem vobis.] hoc eſt ſi non eſſet multitudo manſionũ in domo patris mei, indicaſſem hoc vobis. Et addidit hoc, vt intelligam⁹ quòd omnia cœleſtia quæ oportet nota eſſe nobis Ieſus indicauit, nihilque eorum tacuit. [Quia vado] Superfluit quia. Et proſequitur erectionẽ ſpei diſcipulorũ ex ſuo officio ad parandũ diſcipulis mãſiones in domo patris. Vado inquit, per mortẽ. [Parare vobis locũ.] Mãſiones quidẽ in domo patris mei iã ſunt multæ, ſed non ſunt paratæ vobis niſi ego parem vobis illas & propterea vado ad parandum vobis locum manſionum in paterna domo. ¶ Et iſta præparatio eſt beneficium apertionis paradiſi. Ante mortẽ enim Chriſti nullus quantũcunque ſanctus ingrediebatur in manſiones beatitudinis: ipſa mors Chriſti beneficiũ hoc humano generi contulit, vt iuſti purgatione nõ indigentes beatificarẽtur. Et hoc beneficiũ ſicut metaphorice appellatur apertio paradiſi, ita metaphorice quoque appellatur parare locũ ſeu manſionẽ hominibus ſanctis. Et eſt ratio huius metaphoræ: quia tanquam non paratus locus alicui eſt, quando ipſe quidem dignus eſt loco, ſed impedimentũ aliquod ne loco illo potiatur adeſt. [Et ſi abiero & præparauero] pro, parauero, [vobis locũ] Nõ ſufficit Ieſu erigere ſpem diſcipulorum: ex hoc ſolo q̃ vadit ad parandũ eis locũ: ſed erigit etiã ſpẽ ex reuerſione ſua. Et ſi abiero, per mortẽ, & parauero vobis locũ beatitudinis. per mortẽ, reſurrectionẽ, & aſcenſionem meã. [Iterũ venio.] pro, venturus ſum. Ire meũ ex hoc in carnem mortalem aduentu, eſt ad parandũ vobis beatitudinis animæ locũ: iterũ aũt venturus ſum in mundũ. [Et accipiã vos ad meipſum.] Tunc accipiã vos reſuſcitando vos integros, ex anima & corpore cõſtantes, ad meipſum, ad cõſortiũ meũ. [Vt vbi ſũ ego, & vos ſitis.] Eũdẽ locũ (paternã ſ. domũ) promittit diſcipulis in quo ipſe eſt. Et non dicit vbi ero ego, ſed vbi ſum ego. quia ipſe erat in beatitudine ſecũdum ſu-

premam

Premam animæ partem. ¶ Et dixit quoque hæc de secundo aduen tu, ad mitigandum dolorem discipulorum de suo recessu. Et ad hoc significandum præposuit, & si abiero vt promissa reuersio tẽ peret abire. [Et quo ego vado scitis, & viam scitis.] Interrogauerat Petrus, domine quo vadis: & indignus clara responsione fuit. Sed dulcis magister tractans modo de domo patris sui, de gloria æternæ fœlicitatis, excitat eos ad considerandum quòd sciũt quò ipse Iesꝰ vadit & viã qua itur illuc. Sciebãt enim (hoc est rationem sciendi habebant sufficientem) ex tot auditis à Iesu quòd vadit ad gloriam æternæ fœlicitatis per viã mortis propriæ. Ita quòd sensus verborum Iesu est. Scitis, hoc est in promptu habetis sufficientem rationem sciendi, & quo vado & qua vado. Et est sermo de scire comitante fidem, non de scire euidentiæ: vt patet. [Dicit ei Thomas. Domine nescimus quo vadis. & quomodo possumus viã scire.] Ex hoc quòd Thomas argumentando, ex ignorantia termini infert ignorantiam viæ, apparet quòd non intellexerat verba Iesu vt sonãt (.s quod scirent discipuli & terminum & viã. huiusmodi enim argumẽtatio nõ est congrua responsio ad verba Iesu ĩ tali sensu) sed quòd intellexit verba Iesu in sensu qué diximus. s quòd habetis sufficientem rationem sciendi & terminum & viã. Huic nãque sensui congrue & nõ cõtradicendo magistro respondẽs Thomas, fatetur hebetudinem suam & aliorũ circa terminũ, & consequenter concomitari oportere nescientiã viæ. Et est sensus. Quanuis verũ dicas quòd habemꝰ rationẽ sciendi vtrũque, tñ fatemur quòd de facto nescimꝰ quo vadis, ac per hoc quomodo possumus viã scire, hoc ẽ & cõsequnter ĩpossibile est nos scire viã notitiã eñ vię cõstat pẽdere ex notitia termini. vt patet [Dicit ei Iesꝰ.] Respõdet directe Iesꝰ, priꝰ explicãdo viã. [Ego sũ via, & veritas, & vita] In textu Greco singulis his tribus dictionibus suus præponitur articulus. Ita quòd significatur, ego sũ illa via & illa veritas, & illa vita. vt intelligamꝰ quòd Iesꝰ nõ est quęcũqȝ via, sed suprema via & suprema veritas & suprema vita. ¶ Et dixit ego sum via, ad cõuincendũ Thomã quòd sciebat viam, sciendo rem. Vere autẽ dicit ego sum illa via. quoniã ipse siue faciens, siue docẽs, siue moriens, resurgẽs, &c. via est & qua ipse iuit, & qua nobis eũdũ est. ¶ Adiũxit aũt se esse veritatẽ & vitã, ne purũ hoĩem ipsũ esse ĩtelligerent: sed simul cũ hoc quòd est via hũanis actionibꝰ & passionibꝰ, ẽ etiã veritas nõ quęcũqȝ, sed suprema, & vita, similiter suprema, quorũ vtrũqȝ soli deo cõuenit. Et adiũgũt hęc vię, ad significãdũ viã bãe fultã veritate & vita, ad differẽtiã humanarũ viarũ, q aut falsæ sũt

aut

aut falſitatis aliquid admixtũ habent,quo ad intellectũ: & quæ laborem ac mortẽ inferũt, vel ſaltem non tollũt. Via enim Chriſti, tota plena eſt veritatis,& omnẽ laborẽ mortémq3 tollit:dum ſpiritus euntis cõtinue magis ac magis viuificatur, & ad vitam tandẽ perducit fœlicitatis animæ & corporis.[Nemo venit ad patrem niſi per me.]Manifeſtat ſe eſſe illam viam,ex hoc quòd niſi per ipſũ (hoc eſt ipſius meritũ) nullus venit ad patrẽ.Acſi apertius .dixiſſet ſumma via eſt qua itur ad patrem:nemo aũt venit ad patrẽ niſi per me.ego igitur ſum illa via.¶In quibus verbis explicare dignatur etiã alterũ ſcilicet terminum quo vadit.dicendo nemo venit ad patrem.Nõ dicit nemo vadit ad patrẽ(quaſi ſine ipſo)ſed nemovenit,tanquã comes ipſius:vt pater inſinuetur communis terminus quo vadit Ieſus & quo venit quicunque it ad vitã æternã ¶Superius,cap.6. dixerat nemo poteſt venire ad me niſi pater qui miſit me traxerit eũ.& modo dicit quòd nemo venit ad patrem niſi per me.vt intelligamus & indiuiſa eſſe opera trinitatis, & mutua officia inter hominẽ Ieſũ & deũ.[Si cognouiſſetis me.]Explicatis via ac termino,explicat rationẽ ignorãtiæ diſcipulorũ. quare ſcilicet ipſi neutrũ ſciũt,vt Thomas dixerat Et è regione argumenti Thomę docet modũ cognoſcendi inchoandũ à via,nõ à termino.Thomas proceſſerat á termino ignoto ad viã ignotã, Ieſus docet i propoſito eſſe cõtrariũ progreſſum intellectus ſcilicet à via ad terminũ,á notitia Ieſu ad notitiã patris. Hoc enim clare ſignificat hæc conditionalis.vt intelligamus quod nõ eſt legitima excuſatio, procedere ex ignoto termino ad ignotam vitã in hac materia vt Thomas arguebat.ga econuerſo procedẽdũ eſt ſi enim cognouiſſetis me.Et eſt ſenſus.ſi cognouiſſetis me viã & veritate & vitã [Et patrem meũ vtique cognouiſſetis.]Ecce quo vado cognitũ eſt vobis ex notitia mei qui ſum via eo igitur modo quo cognoſcitis vel nõ cognoſcitis me, eodẽ modo cognoſcitis vel nõ cognoſcitis patrẽ meũ ad quẽ vado.¶Et dicit ſub cõditione ſi cognouiſſetis me: vt intelligamus q; nõ de cognitione ſenſitiua ſed de cognitiõe intellectuali penetrãte ad intima perſonę Ieſu(hoc eſt ad diuinitatẽ ipſius)loquitur. Et vere cõditio hæc infert cõſequẽs nã impoſſibile eſt cognoſcere perſonã Ieſu & nõ cognoſcere deũ patrem Ieſu. Et vere hic eſt legitimus noſcendi deum patrẽ modus quo ad nos: vt ſcilicet ex notitia quã habemus de Ieſu qui nobis viſibilis apparuit,ad notitiã patris aſcẽdamus.¶Significantérque dicit meũ: vt nõ patrẽ adoptiuũ ſed patrẽ naturalẽ intelligam°. Adoptione enĩ deus eſt pater multorũ filiorum:natura vero.proprius pater eſt Ieſu ſe-

ſu ſecundum diuinitatem. [Et amodo cognoſcetis.]pro, cognoſcite, [eum, & vidiſtis eum.] Quanuis dictio Græca anceps ſit ad cognoſcetis vel cognoſcite, magis tamen quadrat propoſito imperatiuum quàm indicatiuum. Declarata ſiquidem ratione quare neſciebant tam viam quàm terminũ (quia ſcilicet neſciebant ipſum Ieſum) declarat modo rationem quare ipſe dixerit & quo ego vado ſcitis & viam ſcitis, hoc eſt habetis rationem ſciendi. ¶ Et duo dicit. Alterum ſignificans apud illos affuiſſe rationẽ cognoſcendi patrẽ, qui difficilior cognitu putabatur dicẽdo & vidiſtis eũ. ſ. patrẽ. Quod verificari Ieſus ſubiũget, quia qui vidit filiũ vidit patrẽ. Et loquitur Ieſus ad diſcipulos humano more: ex hoc enim ꝙ homo aliquis videtur à te, habes tu rationẽ cognoſcendi illũ. Vnde ita dicit & vidiſtis eum, acſi dixiſſet de aliquo viſo homine quem dicerent ſe non cognoſcere & vidiſtis eum. ¶ Alterum conſequẽs ad prædictam viſionem, ſignificans ꝙ ſaltẽ deinceps cognoſcant patrem: dicendo amodo cognoſcite eũ Conſuetũ morẽ (vt dictum eſt) loquendi ſequens Ieſus, dicit diſcipulis ꝙ quãuis excuſetis vos non cognouiſſe hactenus patrẽ. ad quẽ vadõ, ſaltẽ ex nũc cognoſcite eum quandoquidem vidiſtis eum videdo me. Sicut diceremus de homine prius viſo: etſi hactenus non cognouiſtis eum, amodo cognoſcite illum quoniã vidiſtis illum. Et eſt ſermo de cognitione comitante fidem iuxta illud Apoſtoli, nunc cognoſco ex parte. [Dicit ei Philippus. Domine oſtẽde nobis patrem.] Dixerat Ieſus, & vidiſtis eum ſcilicet patrem, non audens autem dicere Philippꝰ, nunquam vidimus patrem tuũ, rogat oſtende nobis patrem: implicite negans ſe vidiſſe patrẽ [Et ſufficit nobis.] Totiẽs & tot dixiſti de patre tuo. oſtende nobis ipſum & ſufficit nobis de omnibus quę dixiſti [Dicit ei Ieſus Tanto tẽpore võbiſcum ſum, & nõ cognouiſtis.] pro, & non cognouiſti, [me?] Philippus aliquantæ temeritatis reus, quanuis pro omnibus vſurpauerit petere, ſolus tamen arguitur quod non cognouerit tanto tempore Ieſum. [Philippe qui videt me, videt & patrem.] Supfluit cõiunctio. & prẽter hoc quõd præſentia habemus pro præteritis. Legendum eſt. [Philippe qui vidit me, vidit patrẽ] Directe declarat verba quę prius dixerat & vidiſtis eũ. quę iã declarauimus. Intẽdit ſiquidẽ Ieſus ꝙ quicũq; cognoſcit ipſũ, cognoſcit patrẽ: & quicũq; vidit ipſum vidit patrẽ Si clare vidit ipſum, clare quoq; vidit patrẽ & ſi imperfecte nouit ipſum, ĩperfecte quoq; nouit patrẽ [Quomodo tu dicis, oſtẽde nobis patrẽ?] Philippum arguit eo quõd reputabat Philippꝰ cognito Ieſu, adhuc ſupereſſe noſcẽdũ patrem, cuius oppoſitũ tũc dixerat

Ieſus

Iesus, si cognouissetis me, & patrem meum vtique cognouissetis. [Nō credis quia] pro, quod, [ego in patre, & pater in me est?] Duo hinc mysteria apparent. Alterū quod de notitia comitante fidē locutus est: vt exposuimus. Hoc enim manifestat, dicendo non credis. Alterū quod ne erraremus, intelligēdo ipsum Iesum esse patrē & filiū (vt Sabellius intellexit) probat quod qui vidit ipsum vidit patrem. non quia ipse est pater sed quia ipse est in patre & pater in eo. In quibus verbis consubstantialitas simul cum distinctione personarum significatur. nam pronomen ego, personam supponit. & nomen patris, personam quoque significat. Et me esse in patre & patrem in me esse, consubstantialitatem significat extremorum. Neque enim proprie intelligi potest filium esse in patre & patrem in filio nisi consubstantialitate. [Verba quæ ego loquor vobis, à meipso nō loquor.] Manifestat quadrupliciter quod ipse in patre & pater in ipso est. Primo à locutione. quia verba quæ loquor non loquor à meipso, sed à patre. Et intendit per hoc quod indiuisi sunt ipse & pater in loquendo: ac per hoc ipse in patre & pater in ipso est. [Pater autem in me manens, ipse facit opera.] Si intendisset indiuisionem solum quo ad loquendum, dixisset ipse, loquitur verba: sed quia intendit non solum indiuisionem quo ad verba sed etiam quo ad facta, ideo dixit ipse facit opera. ¶Vbi acutius perspice quod simul adijcit indiuisionem sui & patris quo ad facta, & probat indiuisionem sui & patris quo ad verba. Nam sensus est. pater autem in me manens ipse facit opera quæ verbis loquor. vt intelligamus quod quum dixit Lazare veni foras, & similia, verba quæ dixit non dixit à seipso sed à patre: quia pater in ipso manens facit opera, significata per illa verba [Non creditis.] pro, credite mihi. Postquam primo ex verbis, secundo ex operibus declarauit patrem in se & se in patre, declarat tertio hoc idem ex propria authoritate. Credite inquit mihi, qui nunquam mentitus sum, qui sum veritas. [Quia.] pro, quod, [Ego in patre & pater in me est. Alioquin.] Quarto per locum à natura operū mirabilium quæ fecit, exigit vt credant sibi, aperte dicens. alioquin, hoc est si non ob authoritatem meam qui creditis. [Propter opera ipsa.] mirabilia quæ feci. [Credite.] Deest, mihi. Si mihi propter me non creditis, credite mihi propter mirabilia opera mea. [Amen amen dico vobis.] Expeditis ijs quę occasione illius particulæ in domo patris mei mansiones multæ sunt, dicenda occurrerunt, transit ad spectantia ad illam particulā tunc simul propositā, creditis in deum & in me credite. [Qui credit in me.] Quia

propoſuerat creditis in deum & in me credite, intendit monſtrare rationem dicti monſtrando parem eſſe facultatem credentis in Ieſum & credentis in deum. De fide enim in deum, referunt alij Euãgeliſtæ dictum habere fidem dei. & ſi dixeritis monti tollere &cæ. fiet. & alia huiuſmodi. Et propterea de fide in Ieſum paria modo tradit. Et non dicit qui credit in deum, ſed qui credit in me vt oſtẽdat ſe eſſe deum. [Opera quæ ego facio.] Non dicit opus ſed opera, ne intelligeremus ſingulare opus humanæ redemptionis (quod tunc actualiter faciebat) ſed opera quæ cõmuniter faciebat, in quibus faciendis cõtinue perſeuerabat: & propterea vtitur præſenti, dicendo facio. qualia ſunt opera tam moralia quàm miraculorũ. In his enim perſeuerabat faciendo. [Et ipſe faciet.] Ecce officium credentis in Ieſum, facere opera tam moris quàm miraculorũ quę continue exercuit Ieſus. nõ quod illamet numero opera faciet, ſed quod ſimilia illis. [Et maiora horum.] pro, his, [faciet.] Mirabilis apparet promiſsio: ſed ceſſabit admiratio libratis ſubſequentibus conditionibus adiunctis Et eſt ſenſus, non quòd omnia faciet maiora his ſed quòd aliqua maiora his (& moralib⁹ & mirabilibus) faciet credens in Ieſum. [Quia ego ad patrem.] Deeſt, meum, [vado.] Ex tribus partibus integratur cauſa reddita ex qua credens in Ieſum faciet hæc & maiora. Prima autem pars cauſæ tria in ſe cõtinet: ſcilicet ſurrogationem credentium in ſe loco ſui in ſua abſentia. Huiuſmodi enim ſurrogatio ſignificatur dicendo quia ego ad patrem vado. Acſi apertius dixiſſet, Qui credit in me faciet hęc & maiora, quia loco mei relinquo illum eunte me ad patrem. ¶ In quo etiam clauditur efficacia mortis eius, dicendo vado. per mortem enim ibat ad patrem. Et demum clauditur etiam glorificatio eius, dicendo ad patrem. Tranſire enim Ieſum ex hoc mundo ad patrem, eſt de ſtatu mortali & humili ad ſtatum immortalitatis gloriæ & regni ire. Ita quòd ſignificat hęc prima pars cauſæ, quia ego moriendo aſſequor regnũ & gloriam, ſubſtituẽs eos loco mei. Hinc enim & ipſi ſurrogati in officium, hinc & meritum mortis eius & tempus glorificationis eius (quod expectabatur ad abunde effundẽdum ſpiritumſanctum) ſignificatur in cauſa quòd credentes in ipſum facient hæc & maiora. [Et quodcunque.] pro, & quicquid. Secunda pars cauſæ ex parte credentium in Ieſum ſe tenet cõtinens ſimiliter tria. [Petieritis patrem.] Superfluit patrem. Ratio moduſque faciendi hæc & maiora, explicatur ampliſsima facultas impetrandi non aliquid ſed omne quod petierint. ¶ Vbi diligentius cerne & nota coniunctionem &, iungentem hãc cauſę

partem

partem præcedenti. Ita quod continent hæc verba ſub illa coniunctione cauſali quia. Et eſt ſenſus planus: quia ego ad patrem meũ vado, & vos ſurrogati quicquid petieritis &c. Et ſignificatur clare per hoc ꝙ ad hoc vt credens in Ieſum faciat hæc & maiora, concurrunt vt cauſa non ſolũ quod ego vado ad patrem ſed & quod vos petatis. Et cum hoc declaratur etiam modus faciendi hæc & maiora, longe diſtans à modo quo ipſe Ieſus hæc fecit nam ipſe fecit imperando. credentibus autem in eũ promittitur quod facient hæc & maiora ſupplicando. ¶ Et dicendo quicquid, rationem reddit ꝙ hæc & maiora faciet nã ſub quicquid comprehenditur hæc & maiora. Memento tamen ꝙ ſubintelligitur ſeruatis ſeruandis in ſupplicatione [In nomine meo.] Ecce tertium Nõ promittit quicquid petieritis, ſed limitat in nomine meo: hoc eſt ad honorem, famam & gloriam meam, nomẽ enim ad notitiam, famam gloriámque ſpectat ¶ Verum intellige hanc eõditionem non ſolum reſpectu intentionis petentis ſed etiam reſpectu rei: hoc eſt non ſolum quod petens petat pro gloria Chriſti, ſed etiam quod in rei veritate illud ſit expediens tunc pro gloria Chriſti. alioquin ex parte rei ſeu temporis aut loci non petitur in nomine Ieſu. [Hoc faciam.] Deeſt, ego. Legendum eſt. [Hoc ego faciam.] Tertia pars cauſę ex parte ipſius Ieſu in ſtatu gloriæ explicatur. Et ſignificat per hoc quod credens in eum faciet hæc & maiora petendo in nomine Ieſu non ita ꝙ ipſe petens faciet hæc ſine me (ſicut fiunt res à ſurrogatis abſente principali qui ſurrogauit) ſed ita quod ego ipſe in gloria patris exiſtens faciam quicquid ipſi petierint in meo nomine. Et in hoc manifeſtat ſe eſſe deum: qui quęcunque petenda quãuis maiora his, faciet faciendo facere credentes in eum. hoc enim eſt dei propriũ. [Vt glorificetur pater in filio.] Vos quidem petetis pro gloria mea, ego autem faciam quod petetis pro gloria patris mei, vt pater glorificetur in gloria filij. Omnia ſua referre ſe in patrem non ſolum quandiu in carne paſsibili erat ſed etiam in ſtatu gloriæ, hinc manifeſtat vt confirmet fidem quod vna & eadem eſt gloria filij & patris ſicut eſt vna natura & vna voluntas. Et ſimiliter eadem eſt exhibenda gloria à nobis filio & patri. ¶ Colligę prudens lector has conditiones requiſitas ad hoc vt credens in Ieſum faciat hæc & maiora: & ceſſabit admiratio, tam quod promiſſa ſint cuilibet credenti in Ieſum (quoniam non ſunt promiſſa abſolute ſed cũ his conditionibus) quàm ſi non inueniantur executioni mãdata. Non enim hoc prouenit ex defectu promiſſionis ſeu promittentis, ſed ex defectu conditionum quę non ſeruantur à

nobis,

nobis, quæ non concurrunt vt exiguntur. [Siquid petieritis me in nomine meo, hęc faciam,] dixerat siquid petieritis &c. vt rationem & modum faciendi hæc & maiora aperiret. repetit modo eandem sententiam absolute: vt intelligamus petitiones nostras in nomine eius exaudiendas non solum vt faciamus hæc & maiora, sed absolute. Est quoque & altera repetendi ratio: quia vbi prius dixerat siquid petieritis, subaudiendo deum, modo dicit siquid petieritis me ad extendendum quod dixerat creditis in deum & in me credite, similiter esse intelligendum petitis deum petite & me: fidem suæ diuinitatis astruens. [Si diligitis me.] Post spectantia ad duas particulas (scilicet in domo patris mei, & creditis in deum) transit ad spectantia ad primam particulam. scilicet non turbetur cor vestrum, in principio propositam. Et intendit consolari eos, turbatos ex dilectione ad ipsum auditis supradictis de proditione eius & dispersione eorum. & propterea incipit à dilectione. Si diligitis inquit me, in veritate: vt mœstitia vestræ turbationis præ se fert. [Mandata mea seruate.] Probatio dilectionis sit seruare mandata mea: hoc est non perducat vos turbatio vestra ad transgressionem mandatorum meorum. hoc erit vobis testimonium non turbati cordis (hoc est voluntatis) perseuerantia in obseruatione mandatorum meorum: & econuerso si turbatio ducit vos ad non seruandum mandata mea, scitote quod tunc non diligitis me. [Et ego rogabo patrem.] Comprehendite fructus immotæ dilectionis. Ex parte siquidem vestra fructus est seruare mandata mea: ex parte autem mea fructus est quod ego rogabo patrem, & dixit hoc tum ad significandum quasi reciprocā gratitudinem obseruationi mandatorum eius. tum ad significandum quod ad habendū alium paracletum non sufficit vos seruare mandata mea, sed oportet adesse quoque preces meas. ¶ Conuenit autem Iesu secundum humanam naturam rogare patrem. Et dicit rogabo: quia futurū erat meritum mortis eius, intercedens apud patrem. [Et alium paraclitum.] Interpres reliquit dictionem Græcam: quum potuisset Latine dicere consolatorem Iuxta Græcum tamen loquendo corrupta est scriptura. nam scribi debet paracletum, & proferri penultima producta. ¶ Alium consolatorem spiritumsanctum nominat, vere alium personaliter à filio, & vere consolatorem quia officium consolatoris interni exercebit. Et optime quadrat vt turbatis mœstitia, consolator promittatur. Et insinuat per hoc se quoque consolatorem vnum esse: dicēdo quòd alius consolator dabitur. [Dabit vobis.] Pater dator significatur.

Quod

Quod adimpletum eſt in Penteeoſte. [Vt maneat vobiſcum in æternum.] Ne intelligerent quòd alius conſolator dandus eſſet illis ad tempus (ſicut ipſe Ieſus in carne datus eſt cõſolator ad temp') manifeſtat eis quòd ille alius conſolator dabitur eis non ad manendum cũ ipſis ad tempus, ſed in æternum, ſed ſine fine. Sine pœnitentia enim ſunt dona dei: vt Apoſtolus dicit ad Roman 11. Et propterea ipſe deus dat conſolatorem internum vt maneat in æternum cum omnibus illis quibus dat. Sed ex parte eorum quibus datus eſt, contingit quandoque quòd non manet cum eis in æternum. Hoc tamen in vndecim Apoſtolis non habuit locum ſed nõ ſolum ex parte dantis ſed etiam de facto manſit & manet internus conſolator cum eis in æternum. [Spiritum veritatis.] Ne intelligerent alium conſolatorem corporeum (ſicut ipſe fuit) manifeſtat eis quòd conſolator ille erit ſpiritus: vt intelligant quòd non erit exterior conſolator vt homo, ſed internus ſpiritus. ¶ Et appellatur ſpiritus veritatis, non ſolum quia à veritate procedit diuina, ſed etiam quia veritatis puræ ac integræ eſt largitor. Nihil enim mendacij, nihil falſitatis, nihil doli & huiuſmodi, eſt à ſpiritu promiſſo diſcipulis Chriſti. ſed pura ab omni admixtione cuiuſcunque fallaciæ veritas, & integra, omnia ad ſalutem æternã neceſſaria cõprehendẽs. ¶ Et dicendo veritatis, explicat alterum ſpiritus officium: quòd. ſ. dabitur non ſolũ conſolator quo ad partem hominis affectiuã ſed etiã veritatis doctor: nõ tãquàm externus doctor ſed internus ſpiritus [Quem mundus non poteſt accipere.] Ne putarent aliũ cõſolatorẽ dandũ communiter omnibus (ſicut ipſe datus eſt cõmuniter omnibus) ſimul manifeſtat quòd mundo (hoc eſt omnibus promiſcue) non eſt dandus, & quare non eſt dandus, dicẽdo quẽ mundus nõ poteſt accipere: quia ſcilicet non eſt capax ei°. Vere ſiquidem non fuit ſpirituſſanctus datus Apoſtolis in Penteeoſte, datus mundo (hoc eſt communiter omnibus) ſed quibuſdã tantum electis. Et vere mundus non erat capax tanti doni. [Quia non videt eũ nec ſcit eũ.] Quare mundus nõ erat capax ſpiritus veritatis & conſolatoris, ratio redditur ex parte intellectus. quia non videt, clara notitia, nec cognoſcit, notitia fidei, eũ, veritatis ſpiritum. Mundus enim tunc temporis nõ ſolum carebat notitia clara dei, ſed etiam carebat notitia fidei: vtpote non credens eſſe ſpiritũ ſanctum ſpiritum intrantem animã ad inſtruendũ de veritate cœleſtis patriæ. [Vos aũt cognoſcetis] pro, cognoſcitis, [eũ] Nõ differt cognitionẽ in futurũ ſed dicit ꝙ in preſenti cognoſcunt eum. Et quũ duo negaſſet de mundo (ſcilicet videre & cognoſcere) nõ

affirmat vtrunque de eis. non enim dicit vos autem videtis & cognoscitis: sed alterum tantum affirmat, vt intelligamus alterum sufficere. & intelligamus simul quòd Apostoli tunc cognoscebant spiritum veritatis notitia fidei. Et propterea ipsis & non mundo dandus erat consolator. [Quia apud vos manebit.] pro, manet. Ratio cognitionis redditur mansio: vt intelligamus spiritum veritatis manentem in animis Apostolorum iam facere officium suum, faciendo eos cognoscere ipsum. ipse enim spiritus testimoniũ reddit spiritui nostro quòd filij dei sumus. Vnde notitia ab experientia in seipsis significatur. dat enim deus etiam hoc vt sciamus quę à deo nobis donata sunt. 1. Cor. 2. Si obiicis quo pacto stant hæc duo simul, quòd spiritus veritatis manet apud eos & quòd dandus est eis. Solutio est vtrũque esse verũ. nam & tunc Apostoli habebãt spiritum veritatis secundum effectum necessarium ad propriam salutem: dandus autem erat eis secundum effectum consolationis qua tunc carebant, & secundum effectum veritatis ad docendum alios cũ plenitudine gratię & firmitatis &c. [Et in vobis erit.] Cõiunctio &, denotat rationem cognoscẽdi spiritũ veritatis integrari ex duobus: scilicet ex eo quod manet apud vos, & ex eo quòd in vobis erit: hoc est ex mansione & perseuerantia. immo rectius ex mansione & electione diuina. Quod ideo dixerim: quoniam interrupta fuit mansio spiritussancti in Apostolis (saltem in Petro) sed non fuit interrupta diuina electio: secũdum quam dicitur & in vobis erit. ¶ Vbi etiã nota quòd prius dixerat vt maneat vobiscũ: modo autem adiungit in vobis erit. vt intelligant quòd non solũ cum eis sed etiam in eis intus erit. ¶ Nec prætereas notare quòd ex his duobus integrantibus rationem cognoscẽdi spiritum veritatis, insinuatur propriũ hoc esse electorum vt cognoscant in seipsis spiritum sanctum. Si enim ad notitiam sufficeret habere illum sine perseuerantia, non dixisset Iesus, quia apud vos manet & in vobis erit. iungendo nanque hæc duo sub vno quia, vtrãque cõditionẽ requiri significauit. [Non relinquam vós orphanos.] Apostoli ex animo & corpore constabant & propterea Iesus cõsolator eorũ abscessurus, postquàm promisit aliũ consolatorẽ internũ, ac per hoc cõsolatorem animi, modo promittit seipsum redditurũ cõsolatorem corporeũ. Et dicendo non relinquam vos orphanos, cõsolatorẽ se promittit vt patrem. Orphanus enim Græca dictio est, significans orbatũ parentibus. Vnde per hoc & se illis exhibuisse hactenus vt patrem manifestat, & se redditurũ vt patrẽ pollicetur. [Venio ad vos.] Intra triduũ enim resurrecturus, tanq̃ in præsenti

sic

Et dicit venio ad vos, egoipſe carneus, egoipſe pater. [Adhuc modicũ.] Vere modicũ temporis ſupererat quo videretur cõmuniter ab omnibus: vſque enim ad nonam horã vidẽdus erat viuus, mortuus aũt paulopoſt. [Et mundus iam non me videt.] Poſt hoc modicũ temporis, mundus, hoc eſt homines cõmuniter, me nõ videt. ¶ Et dicit in præſenti videt, referendo non ad præſens tempus ſed ad tempus poſt modicũ. Et eſt ſermo de mundo ſecundum ſtatum tranſitorium huius mũdi. Significatur enim quòd poſt illud modicũ tempus homines cõmuniter, durante ſtatu tranſitorio huius mũdi non viderent Ieſum, videndũ tamẽ ab omnibus in fine mundi. Propter quem ſtatũ mũdi ſignificandum vſus eſt verbo præſentis temporis, dicendo non me videt: & non dicendo, & non me videbit. Sonat ſiquidẽ præſens ꝙ mundus in ſtatu mundi poſt illud paululũ non videt Ieſum. Quod eſſe veriſimũ patet poſt reſurrectionem enim non eſt cõmuniter ab omnibus viſus, ſed tãtũ à teſtibus præordinatis à deo. [Vos autẽ videtis me,] Non dicit videbitis ſed videtis. referendo præſens ad tempus poſt illud paululũ. Ita ꝙ aduerbiũ temporis iam, ſeruit vtrique orationi: negatiuæ. ſ. mundus me iam non videt, & affirmatiuę, vos autem videtis me. ¶ Et declarat per hoc ſimilem differentiã ſeruandã in reditu ipſius reſurgentis inter ipſos & mũdũ, quę deſcripta eſt inter ipſos quoque & mundũ quo ad aliũ internũ cõſolatorẽ. Sicut enim ibi dixit quòd dabit vobis, non mũdo, ita modo dicit ꝙ non mũdº ſed vos videbitis me. ne intelligerent ꝙ reſurgens videndus ſit communiter ab omnibº ſicut tũc paſsibilis videbatur cõmuniter ab omnibus. [Quia.] pro, ꝙ, [ego viuo.] Et hoc quoque præſens viuo, ad tẽpus poſt paululũ prę ſens refertur. ¶ Et ſignificantur res videndę duę altera eſt ꝙ ego viuo poſtquàm crucifixus mortuus ac ſepultº fuero. viuo egomet in hacmet carne, hacmet vita qua modo viuo. Altera eſt. [Et vos viuetis.] Securos per hoc Apoſtolos reddit ꝙ non morientur ſecũ, ſed ꝙ perſeuerabũt viuentes. Perſeuerantiã enim vitę, dicendo viuetis ſignificat: timorem mortis interim ꝙ ipſe reddidit. ab eis tollens. [In illo die.] hoc eſt in illa claritate reſurrectionis meæ. Et ad literam etiam in illo die quo reſurgam & veniam ad vos quoniam eodem die aperuit illis ſenſum vt intelligerent ſcripturas, & inſufflando dedit eis ſpiritumſanctum. [Vos cognoſcetis.] Ecce alter fructus reditus mei primus enim deſcriptus eſt cõſolatio videndo me viuũ: alter autẽ eſt notitia. Ille ad partem affectiuã & ſenſibile gaudium, iſte ad partem ſpectat intellectiuam. Sicut etiam à ſpiritu paracleto deſcripſerat vtranque partem perfi-

ciendam. [Quia.] pro, quòd, [ego sum in patre meo.] Cognouerũt Apostoli post resurrectionẽ Christi nõ confusa notitia (nesciẽdo quid crederent vt quãdiu erant cũ Iesu passibili credebant propter verba Iesu) sed distincta & explicita notitia, per speculũ tamẽ & in enigmate, cognouerunt Iesum esse filium naturalem dei, esse cõsubstantialẽ patri, esse in patre secundũ identitatem substantiæ seu essentiæ. [Et vos in me & ego in vobis.] Mysteriũ vnitatis ecclesiasticę secundũ vnionẽ spiritus interni inter caput & membra immo rectius inter personã & membra, alterum cognoscendũ ab Apostolis prædicit. Iesum enim esse in nobis & nos in Iesu, nihil est aliud quàm nos esse mẽbra Iesu, ipsum vero esse velut personã horum membrorũ. Hoc siquidem modo ipse est in nobis vt persona in membris suis & nos sumus in illo vt membra in persona. iuxta declarationẽ Apostoli ad Rom. 12. multi vnũ corpus sumus in Christo, singuli aũt alter alterius mẽbra. ¶ In his duob⁹ (altero ego sum in patre meo, altero vos in me & ego in vobis) vniuersa fidei materia cõprehenditur in primo enim mysteriũ diuinarũ personarũ, in secũdo aũt mysteriũ ecclesiæ comprehenditur. [Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est qui diligit me.] Quia restrinxerat promissionem vtranque (scilicet & alius paracleti & reditus sui) ad apostolos excluso mundo, ne erraremus putando per has restrictiones haberi mundum à Iesu pro derelicto, ideo vtranque promissionẽ quo ad aliquid extendit ad vniuersum mũdũ, & propterea vniuersaliter & in tertia persona dicit qui habet. Et intendit simul describere diligentem Iesum, & manifestare quis est in toto mundo consecuturus non ipsam vtranque promissionẽ sed effectũ vtriusque. Describitur aũt diligens Iesum ex duabus cõditionibus: scilicet ex habere & ex seruare mandata eius. In habere excluditur tã refutatio quàm negligẽtia discẽdi mãdata Iesu. in seruare vero excluditur tam refutatio quàm negligentia exequendi. Vtranque enim conditionem oportet concurrere nam sicut non sufficit plene habere in notitia mandata Iesu sine executione omnium, ita nõ sufficit exequi omnia mandata Iesu quę quis habet in notitia, si refutat aut negligit habere notitiam omnium mãdatorum Iesu. [Qui autem diligit me, diligetur à patre meo.] Ecce participatio primæ promissionis qua dixerat quòd pater dabit vobis alium paracletum. Extenditur enim promissio illa ad omnes diligentes Iesum, non secundum nouum affectum sed secundum dilectionis effectum. & propterea dicit in futuro diligetur. Dilectio nanque dei secundum actum diligendi est æterna & non futura:

sed

ſed ſecundum effectum eſt futura. [Et ego diligã eum.] Non ſolũ à patre meo diligetur, ſed etiam à me. Erit itaque amicitiæ amor inter diligentem me ex vna parte, & patrem meum ac me ex altera. ¶Sed occurrit hic obiectio· quia textus ſignificat dilectionem hominis erga Ieſum in præſenti tempore, dilectionem autem patris & Ieſu in futuro. Ex hoc enim inſinuatur quòd dilectio qua diligimus Ieſum debet præuenire dilectionem patris & Ieſu erga nos, cuius oppoſitum conſtat eſſe verum: quoniam ipſe prius dilexit nos, immò ex hoc quòd de⁹ diligit nos prouenit quòd nos diligamus eum. ¶Solutio eſt, quòd abſolute prius deus diligit nos quàm nos ipſum, ſed quod ad aliquem effectum (puta plenitudinem gratiæ, donum perſeuerantiæ, & vniuerſaliter quo ad ea quæ meremur) prius nos diligimus Ieſum quàm deus nos quoniam prius eſt noſtra dilectio meritoria quàm ſit deum dare donum quod meruimus deum autem dare donum aliquod, eſt deum diligere nos ad illum effectum. Sic autem eſt ſermo in propoſito. vbi de ſpecialibus promiſſionibus eſt ſermo. Et declarat Ieſus quòd quicunque diligit eum meretur vt diligatur à patre eius ad potiora dona, quo ad primam promiſſionem: & quod diligatur ab ipſo Ieſu, quo ad ſecundam promiſſionem. [Et manifeſtabo.] pro, inſinuabo, [ei meipſum.] Ecce effect⁹ in quo quilibet participabit promiſſionem redit⁹ Ieſu. Apoſtolis dixerat quòd viſuri eſſent ipſum & cognituri, &c. cuilibet diligenti ipſum promittit non quòd ſe manifeſtabit, ſed quòd ſe inſinuabit. Dictio enim Græca ſignificat velut tacite & clam indicare· quoniam Ieſus cuilibet diligenti ſe, indicat ſeipſum intus interna illuſtratione & inſpiratione, diuerſimode: prout electi experiuntur, accipientes manna abſconditum quòd nemo nouit niſi qui accipit; [Dicit ei Iudas, non ille Scariotis.] pro, Iſcariotes. [Domine quid factum eſt, quia.] pro, quòd [manifeſtatur⁹ es nobis teipſum, & nõ mũdo?] Admiratur Iudas quo merito conſurgit hæc differentia, ſuperius explicata in vtraq; promiſſione inter mundũ & ipſos Apoſtolos. Et ratio admirationis Iudę erat quia ſolitus erat Ieſus dona ſua promittere communia omnibus: vtpote qui venerat pro ſalute mundi, & qui vitã ſuã dixerat ſe daturum non pro Apoſtolis tantum, ſed pro multitudine hominũ. [Reſpõdit Ieſus.] tali ordine. Primo declarat quomodo ſe habebit ad mundum, & deinde quomodo ſe habebit ad ipſos Apoſtolos, vt melius intelligant differentiã quã dixerat inter ipſos & mundum, Et eſt hæc reſponſio declaratiua antedictorum. [Et dixit ei. Si qs diligit me.] Extẽſionẽ quã prius fecerat ad mũdũ

in tertia persona, qui habet mãdata mea &c. modo declarat similiter in tertia persona: vt intelligamus quòd de omnibus promiscue loquitur/Siquis, cuiuscunque nationis, sexus, ętatis &c. diligit me, vere. [Sermonem meum seruabit.] exequetur mandata mea alioquin nõ est vera dilectio. [Et pater meus diliget eum.] ad dona potiora: vt prius expositum. [Et ad eum veniemus.] Non passibus corporalibus, sed donis internis veniemus inquam pater, paracletus & ego. [Et mãsionem apud eum faciemus.] Ad similitudinem amicorum aduentantium & eligentium manere apud eum quem diligunt, aduentum trinitatis ad animam Iesus describit. vt plurali numero (veniemus, faciemus) multitudinem donorum quæ confert deus superueniens ad animam, intelligamus: dilectionem autem aduentu & mansione progressus intensiuus cum perseuerantia significetur. [Qui non diligit me.] Noua differentia inter mundi personas immiscetur, quæ non habet locum inter ipsos vndecim Apostolos quos alloquebatur: vt intelligamus non esse idem de mũdo intelligendum & de vndecim Apostolis. In mundo enim sunt & diligentes Iesum & non diligentes Apostoli autem vndecim omnes erant electi Et propterea de mundo adhuc loquens dicit. qui non diligit me. [Sermones meos non seruat.] Dilectio Iesu propria monstratur causa seruandi sermonem Iesu, ex hoc ipso quòd dilectio ponitur causa seruationis, & non dilectio nõ seruationis. in causis enim proprijs si affirmatio est causa affirmationis, negatio est causa negationis. ¶Et dicit pluraliter sermones meos: vt intelligamus non seruantem vniuersos sermones eius non diligere ipsum. [Et sermonem.] pro, & sermo. Errore siquidem non interpretis accusatiuus iste introductus videtur· nam & in Græco textu est etiam nominatiui casus. [Quem auditis.] pro, quem auditis, [non est meus.] hoc est non ex humana procedit authoritate [Sed eius qui misit me patris.] hoc est sed ex diuina authoritate vi& habet. Sicut si legatus, nomine principis sui loquens diceret, sermo iste non est me⁹ sed principis qui misit me. ¶Et adiunxit hoc Iesus ad manifestandum vim sermonis sui. Dixerat enim oportet seruari sermonem suum, vsque adeo quòd qui non seruat sermones eius extra charitatem est. Declarat nanque hoc ideo esse quia sermo eius est sermo diuinus, quia sermo eius habet vim legis à deo: & propterea oportet ipsum seruari ab vniuerso mundo. [Hæc locutus sum vobis.] postquàm respondit Iudæ quantum ad visitationem suam & patris exhibendam mũdo, respondet modo quantum ad specialem visitationem cõferendam

ipsis

ipsis Apostolis post ipsius resurrectionem,& consolatur eos ex differentia inter futuram visitationem & præsentem. De præsenti enim dicit,hæc locutus sum vobis: manifestans quòd officium loquentis apud eos exercuit. Et loquitur ad literam de seipso homine, exteriori sermone prædicante, instruente,exhortante. & propterea subiungit.[Apud vos manens.] communicans vobiscum sicut in mansione ita in exteriori sermone. [Paraclitus.] pro, paracletus,seu consolator [autem]E regione sui manentis discipulos distinguit futurum consolatorem.[Spiritussanctus.] Hæ duæ dictiones dupliciter in sacris literis intelliguntur. Nam quandoq; vtimur in vi vnius nominis proprij tertiæ personæ trinitatis. iuxta illud, baptizate omnes gentes in nomine patris & filij & spiritussancti. Circumloquimur enim ignotum nomẽ illius personæ his duabus dictionibus. Quandoque autem in suis diuersis significatis intelliguntur. Et tunc verificantur & de patre & filio, & de spiritu hominis quando sanctus est: vt facile patet inducendo per singula. In proposito autem in vi vnius nominis proprij tertiæ trinitatis personæ sumuntur. ita quòd proprio nomine nominat consolatorem futurum, dicendo spiritussanctus. ¶ Ratio autem nominis huius est authoritas scripturæ, accommodantis hoc nomen ad circũloquendum proprium nomen ignotum nobis illius tertiæ in trinitate personæ Sed accommodationis ratio videtur, vt vel sic tertia illa persona significetur tanquam incorporeus flatus mundus ab omni potentialitate, Sic enim significatur non à seipsa,sed ab alio,aliter quàm filius: & ex adiuncta puritate significata nomine sancti diuina consignificatur natura Lege sacram scripturam & nullum (ni fallor) inuenies actum vitalem similem spirituisancto expressius significatum quàm flatum: insufflante Iesu & dicente, accipite spiritumsanctum. Quod clarius alibi habeatur nescio. Et propterea hinc spiritussancti nomen accommodatum tertiæ personæ apparet tanto rationabilius quanto sic inuenitur relatiuum originis nomen spiritussanctus: intelligi enim nequit quòd flatus(siue corporeus siue incorporeus)non sit ab alio. [Quem mittet.]Quia ad literam sermo est de effusione spiritussancti in Apostolos quæ futura erat in Pẽtecoste, & tũc spiritussanctꝰ missus est in specie visibili igneæ linguæ foris. in animis autem Apostolorum secundum dona gratiæ linguarum,doctrinæ, amoris, fortitudinis,&c. ideo hinc dicitur quem mittet. Ipse enim spiritussanctus secundum seipsum non mittitur sed ratione visibilis speciei dicitur mitti visibiliter, & ratione interni doni in animis

hominum dicitur mitti inuisibiliter [Pater]Attribuitur patri mittere appropriatione, non proprietate: quum etiam filius mittat spiritumsanctum,& ipsemet spiritussanctus mittat seipsum: vt in theologia speculatiua declaratur [In nomine meo]ad notificandum me,ad manifestandum nomen meum,ad gloriam meam propagandam in mundo [Ille vos docebit omnia.] Ecce differentia: ego locutus sum hæc: ille autem docebit intus. Quanta differentia est inter loqui & docere intus,tanta differentia est inter hanc præsentiam meam,& præsentiam spiritussancti futuram in vobis. [Et suggeret.]pro,& submonebit. Non solum docebit quæ non intelligitis sed reuocabit ad memoriã.[Vobis omnia quæcũq; dixero.] pro,dixi vobis. Vbi aperte manifestat quòd spiritussanctus perficiet quæ Iesus inchoauit. Et dicit omnia quæcunque: vt intelligamus nihil periturum,sed omnia & singula,incognita quidem docenda,quæ autem exciderant è memoria commonenda. Et hîc habes nullum errorem Apostolos(siue ex ignorantia siue ex obliuione)potuisse incurrere circa doctrinam Iesu, circa euangelia scribenda aut approbanda [Pacem relinquo vobis.] Postquam Iesus respondit Iudę de seipso tam circa mundum quàm circa ipsos,tanquam rediens ad propositam consolationem turbatorum discipulorum prosequendam, dicit pacem relinquo vobis. Superius dixerat,mandatum nouum do vobis vt diligatis,&c. modo non dicit pacem mando vobis: sed legat testamenti iure, dicendo pacem relinquo vobis. Dilectio enim actio est quæ directe præcipi potest: pax autem nulla est actio,sed fructus consurgens ex actionibus bene dispositis. Et propterea non mandatur, sed relinquitur, tanquam preciosissima hæreditas. hoc est enim testamentũ Iesu. [Et vere quadrat pacis bonum mandato dilectionis. iuxta illud. pax multa diligentibus legem tuam. Intendit enim per hoc declarare eis quod hæredes sui oportet quòd sint hæredes pacis: immò quòd hæreditas sua quam eis relinquit est pax. Vera siquidem pax consurgit ex omnibus proprijs actionibus & passionibus bene ordinatis. si aliqua enim exorbitaret,turbatio esset & pax violaretur. Vt intelligamus in hac hæreditate indictam esse nobis necessitatem habendi omnes actiones & passiones bene ordinatas. Nec moriturus Iesus pater Apostolorum,relinquit illis agros,domos,aut curam propriæ sepulturæ,sed tantummodo pacem. Acsi apertius dixisset quanuis non agros & huiusmodi temporalia bona, quanuis nec corpus proprium relinquam vobis, sed resumam illud,pacem tamen relinquo vobis. [Pacem meam do vobis.] Ne

errares

errares putando quòd Iesus testamento relinquit rem non suam, explicat pacem esse suam. ¶Nec dicit pax quam relinquo vobis est mea, sed pacem meam: vt intelligamus veram pacem quæ sola est digna nomine pacis, esse ipsius. Non enim est pax impijs, non est vera pax, exteriori concordia quantumcunque tranquilla & ordinata. Et breuiter non est vera pax nisi interna qua intus omnibus actionibus & passionibus recte dispositis & habituatis, inferiora animi concordant superioribus, superiora autem animi cum deo. hæc enim sola est vera pax quam constat non esse hominis, sed dei vt domini proprij. Et propterea merito Iesus rē suam aperit se relinquere, subiungendo pacem meam do vobis. ¶Et dicit do, ad declarandum modum quo relinquit, quòd scilicet relinquit donando liberaliter, non ex fidei commisso aurum, non ex debito quocunque. [Non quomodo mundus dat, ego do vobis.] nō dicit non quā, nō qualem mundus dat, sed non quomodo mūdus dat, vt intelligamus quòd de differentia in modo dandi loquitur. Modus quo mundus dat pacem, est exterius tranquille se habendo verbis & factis. Dat enim mundus (hoc est communis hominum cursus) pacem, imprecando, conueniendo, non lædendo, & reliqua huiusmodi exteriora seruando: Iesus autem non sic dat pacem, tam ex parte dantis quàm ex parte discipulorum quibus datur nam dat interius operando in animis hominum. dat exterius tollendo vitam propriam & res, filios, vxorem, & demū propriam vitam singulorum quibus dat. Ecce modus dandi pacē contrarius modo quo mundus dat pacem. [Non turbetur cor vestrū.] Resumit quo hic sermo tendit: sicut consueuerunt prædicatores resumere thema ad maiorem vim exhortationis. [Neque formidet.] Turbatio ad tristitiam, formido ad timorē spectat, quo quis retrahitur à cœpto seu proposito. ¶Et non dicit nō turbemini nec formidetis (quia non exigit modo ab illis tantam perfectionem vt passiones tristitiæ & timoris præueniant) sed dicit non turbetur cor, & nō formidet cor: quia exigit vt nec turbatio nec formido perueniat ad voluntatem, cordis nomine significatā. [Audistis quod ego dixi vobis.] Repetit quoque rationem consolatoriam: vt temperet illam ex ea parte qua turbationem intulit [Vado.] pro, abeo. [& venio ad vos.] Vtrúque dixerat, & quatenꝰ dixerat venio ad vos, consolatorium erat: quatenus vero dixerat abeo, turbationem intulit & timorem. [Si diligeritis me.] Temperat Iesus tristitiam discipulorum ex parte boni ipsius Iesu hactenus enim consolatus eos fuerat promittendo bona illis. Et propterea dicit si diligeretis

ligeretis me, vero amore amicitiæ. [Gauderetis vtique.] qui tristamini de abscessu meo. [Quia vado.] Deest, dixi. Legendū est, [quia dixi vado ad patrem.] Materia gaudij significatur non solum vado ad patrem. Vnde & quadrupliciter hoc declarat. Primo ex parte rei directæ quo ad terminum ad quem, subiungendo. [Quia pater.] Deest meus, [maior me est.] Ecce ratio gaudij ex parte termini. scilicet patris mei quia maior est me, vado ad maiorē, vado ad maius bonum meum. ¶ [Vbi nota quòd ipsemet textus fert secum declarationem quo sensu intelligendum sit pater maior me est: dum assumitur hoc pro ratione itineris ad patrem. ex hoc enim clare manifestatur quòd pater maior est me eunte ad ipsum: hoc est secundum naturam qua vado ad ipsum. Cōstat siquidem quòd secundum diuinam naturam filius, nec exiuit à patre, nec vadit ad patrem: sed ratione humanæ naturæ exiuit à patre & redit ad patrem. [Et nunc dixi vobis prius quam fiat.] Reddit secundo rationem ex parte actus dicendi, significati dicendo gauderetis vtique quia dixi. [Vt quum factum fuerit credatis.] Et sumitur hæc ratio ex vtilitate ipsorū discipulorū. Intēdit enim quòd dixisse eis vado ad patrem, est illis materia gaudij quia est eis vtile ad fidem. Quæ enim prius quàm fiant prædicuntur, quum facta fuerint authoritatem fidei ei qui dixit conciliant. ¶ Nec dicit credatis hoc vel illud, sed credatis absolute vt intelligamus quòd loquitur de credere vniuersa quæ dixit Iesus. Ita quòd sensus est. Dixi vobis prius quàm fiat meum ire ad patrem, vt quum factum fuerit ire meum ad patrem, credatis vniuersa quæ dixi. Supponit enim quòd prius dixerat, quòd ipsi visuri essent ipsum iuisse ad patrem. hoc siquidem viderunt quum viderunt ipsum transisse de morte ad vitam gloriosam, &c. [Iam non multa loquar vobiscum.] Tertio alteram reddit rationem eiusdem actus dicendi. Habuit enim actus ille dicēdi duas conditiones. Alteram quòd fuit ante factum, & huius rationem reddidit, dicendo dixi vobis prius quàm fiat, &c. Alteram quòd fuit nunc, & propterea simul iunxit aduerbium nunc, dicendo & nunc dixi vobis prius quàm fiat. Huius itaque nunc reddit rationem dicendo iam non multa loquar vobiscum ideo nunc dixi vado ad patrem quia reseruaui hoc ad tempus vltimum quo non multa vobiscum loquar. Si enim multa adhuc supererent dicenda, impedirent forte vos à retentatione huius. ¶ Et declarauit per hoc quòd elegit tempus congruum ad dicendum vado ad patrem: vt & ipsa congruitas electi temporis materia quoque sit lætitiæ [Venit enim princeps mūdi huius.] Quarto ex parte rei dictæ

alteram

alteram reddit principalem rationem gaudij. Et ſumitur hæc ratio penes modum & rationem eundi ad patrem. Dicendo enim vado ad patrem, res dicta non ſolum eſt terminus ad quem (ſcilicet ad patrem) ſed etiam ipſum ire, vado. Et propterea quum primam gaudij rationem reddidiſſet ex parte termini, modo reddit alteram ex parte modi rationiſque eundi. Modus autem ſignificatur dicendo, venit enim princeps mundi huius. Vbi nota ex coniunctione enim, reddi ſimul rationem ſupremi temporis (iam non multa loquar vobiſcum) & adiungi modum eundi. Dictioni princeps præponitur in textu Græco articulus. vt intelligamus quòd non de homine aliquo, ſed de illo principe (diaboli) ſcilicet loquitur. Qui appellatur princeps non ſolum quia tunc principabatur & regnabat in mũdo, ſed quia in propoſito veniebat vt princeps ad debellandum Ieſum. Et dixit hoc vt intelligamus impetum furorémque perſecutorum Ieſu non eſſe humanarum tantum paſſionũ, ſed diaboli pugnam, non qualitercũque, ſed vt principis: tanquam in hoc congreſſu ageretur de principatu. Sicut vere ita fuit.

Venit autem ad præliandum contra me, ad occidendum me Declarat enim per hoc quòd modus quo hinc vadit ad patrẽ, eſt congrediendo cum principe mundi huius: propter hoc ſiquidem dicit quòd princeps mundi huius venit. Eſt enim preſentis temporis venit: & aduentum ad congrediendum cum Ieſu ſignificat [Et in me non habet quicquam.] Non dicit & in me non poteſt quicquam, ſed dicit non habet hoc eſt nihil mei eſt eius. In me nanq; nullum eſt peccatum, ipſæ quoque pœnalitates meæ non ſunt eius: immò ſunt contra eum: nam ſunt arma aduerſus eum. Vt hinc intelligamus quòd princeps mundi venit ad congrediendũ cum eo nullũ ius habens in ipſo. hic enim modus eundi ad patrem valde gloriouſus eſt, & magni eſt materia gaudij: ſcilicet mori congrediendo cũ principe mundi nullum habente ius, mori in pugna tam iuſta ex parte ipſius Ieſu, & tam magna: vtpote principe mundi huius. Ecce modus eundi hinc Ratio autem ſubiungitur. [Sed vt cognoſcat mundus.] Tres partes habet hæc ratio vltra executionem, ſcilicet dilectionem patris, obedientiam paternam, vt vtilitatem mundi A qua inchoat cum coniunctione aduerſatiua, inſinuante quod quãuis in me non ſit meritum mortis (quia princeps mundi huius in me non habet [illegible]) veruntamen pro mundi vtilitate quo ad notitiã. [Quia [illegible] diligo patrẽ.] Magna enim mũdi eſt vtilitas noſſe q. Ie[illegible]trẽ. [Et ſicut mandatum dedit mihi pater.] Mũdus no[illegible]ſcat quòd diligo patrẽ, ſed etiam cognoſcat

gnoscat pleniſſimam meam obedientiam vtpote qui non ſolum facio mandatum ſed etiam adimpleo modum mandati. Aduerbium enim ſicut, modum importat. [Sic facio.] Illo modo impleo mandatum ſicut mandatum eſt. Vbi nota quòd quemadmodũ aliis ſuperius dixerat ſi diligitis me mandata mea ſeruate, ita modo comprobat dilectionem ſuam erga patrem ex hoc quòd ſeruat mandatum patris non ſolum quo ad mori, ſed etiam quo ad modum patiendi & moriendi. [Surgite eamus hinc.] Vnica eſt ratio, incipiẽs ſed vt cognoſcat mundus hucuſque. Eſt enim ſenſus planus & ſuauis. Sed vt cognoſcat mundus hæc duo (ſcilicet quòd diligo patrẽ & ſicut mandatum dedit mihi ſic facio) ideo ſurgite (recumbebant enim adhuc) eamus hinc, vt tradar, vt capiar, vt patiar, vt moriar, & breuiter vt adimpleam modos & conditiones omnes paſſionis & mortis meæ iuxta mandatum quod dedit mihi pater. ¶ Et docet ex iſtis quod ipſe homo ex dilectione erga deum & obedientia adamuſſim dati ſibi à deo mandati, ſingula adimplet. Manifeſtat quoque per hæc verba decretum fuiſſe à deo vt capiendum ſe exhiberet non in ciuitate, non in domo, ſed in tali loco, tempore modo &c. Et propterea in executionẽ mandati dicit ſurgite eamus hinc.

CAPVT XV.

EGo ſum vitis.] Proſequitur Ieſus exhortationem diſcipulorum: aſſumendo metaphorã qua cõparat ſe viti, fideles ſuos palmitib⁹ fructuoſis & infructuoſis: patrẽ aũt ſuũ agricolę, tolléti palmites infructuoſos, purgãti aũt fructuoſos vt plus fructificẽt. Et ĩ declaratione huius parabolæ occupãtur duo capitula: quintumdecimũ & ſextũdecimũ. ¶ Sed mirum occurrit, in hoc q̃ euãgeliſta nulla vtitur continuationis nota ad præcedẽtia quũ dixit Ieſum recedere ex loco cœnaculi Suſpicor ego ſurgẽtibus Apoſtolis factã inter ipſos cõtentionẽ quis eorũ eſſet remanſurus maior, audito receſſu Ieſu ad patrẽ. quã contentionem à Luca relatam quia Ioannes omittebat, & aduerſus illã fructus vnitatis ſæpe in ſubiunctis commendatur, ideo abſque continuationis nota ſubiunxit, interruptionem inſinuans per hoc. ¶ Primo itaque proponit ipſam metaphoram, explicando perſonam ſuam & patris. [illegible] homo, ſum, metaphorice, vitis, officium exerceo vitis. [illegible] differentiam labruſcæ & ſimilium ſicut dicimus au[illegible] differentiam auri alchimici. Aſſimilat enim [illegible] huiuſmodi, ſed

verę

veræ viti. [Et pater meus agricola est] Hinc apparet quod seipsum hominem assimilat viti. nã ipsemet vt deus, agricola est non minus quàm pater. Deus enim significatur agricola per hæc verba: hoc est officiũ exercens agricolæ. [Omnem palmitem in me.] Solos fideles per palmites significat, dicendo palmitem in me. ratione enim fidei sunt palmites in ipso existentes: perennes autem infideles nunquam fuerunt palmites Christi. [Non ferentem fructum.] Sola negatio proferendi fructum fidei pensatur: & sufficiens explicatur causa abscisionis, subiunctæ. [Tollet] pro, tollit [eum.] Pater meus agricola abscindit eum à vite. Sicut enim in materiali vite agricola abscindit palmitem infructuosum, ita deus fidelem infructuosum quotidie separat à consortio Christi [Et omnem qui fert fructum.] Ecce alterum genus palmitum. [Purgabit.] pro, purgat, [eum.] Et hoc quoque in materiali vite fit ab agricola. & fit quotidie à deo circa fideles fructificantes in fide. [Vt fructum,] pro, fructus. [plus afferat.] Ad hoc enim fit purgatio palmitis vt plus fructificet: & ad hoc purgatur à deo bonus Christianus vt melior fiat. [Iam vos mundi estis.] Proposita parabola declarat Iesus illã dupliciter. Primo velut explicando terminos applicatos ad propositũ: & intentionẽ quo tendit per hanc parabolã. Et quoniam exhortatio ista tendit ad hoc vt perseverent discipuli in coniunctione ad Iesum, perseverantia autem in bono supponit statum præsentem bonum, ideo à prẽsenti discipulorum statu in bono, incipit dicendo iam vos mundi estis. Rursus introductis in parabola quatuor (scilicet se vite, patre agricola, & duobus generibus palmitum) par fuit vt à patre agricola inchoaret declarationem, assignando pro causa boni status discipulorum patris sermonem. propter quod non sub bonitatis sed munditiæ nomine statum præsentem discipulorũ significauit. Vt quia dixerat officium patris esse purgare, ex hoc ipso quod proponit ante mentis eorum oculos quod sunt mundi propter sermonem patris, agnoscant in seipsis exercuisse officium suum patrem: & ex percepto beneficio à patre accendantur ad studium perseverãdi & percipiendi futurum beneficium purgationis ad plus fructificandum. Nec dicit vos mundi estis, sed proponit iam: vt ponderent quòd quanuis prius fuerint immundi, modo mundi effecti sunt. hoc enim auget bene[illegible] Propter sermonem quem locutus sum vobis.] Munditia[illegible]cium est sermonis quem locutus sum. Et in hoc man[illegible]ciũ esse patris sui: quia superius dixerat, & sermo qu[illegible]st me' sed eius qui misit me patris.

Sciebat

Sciebat Iesus quam efficaciam habuerat sermo suus in animis discipulorum, sciebat quòd habuerat in eis efficaciam mundandi ex virtute diuina: quam patri attribuit. & propterea dixit ipsos mundos propter sermonem. [Manete in me.] Ex percepto beneficio declarat quod supersit studium: simul declarans quorsum tendit hæc parabola. & simul nihilominus exponens atque applicans ad propositum illum terminum in me. Ita quod sicut dicendo iam vos mundi estis propter sermonem &c. declarauit patrem agricolam quo ad fructum mundiciæ, ita modo explicando ad quid debet eorum studium tendere, explicat in duobus consistere inhæsionem palmitis in vite. hoc est coniunctionem discipulorum cum Christo ad fructificandum. Manete inquit in me. [Et ego in vobis.] Non est sensus, manete in me & ego manebo in vobis: sed studete vt vos maneatis in me & ego in vobis. ita quod vtrunque mandatur eorum studio. Quid autem hæc duo significent specialiter, inferius ipse Iesus explicabit. nunc enim velut summarie applicat metaphoram. [Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me manseritis.] Quadruplici ratione monet ad hoc studium. Vbi aduerte quod simul inserit his rationibus applicationem aliorum terminorum metaphoræ ad propositum. ¶Prima itaque ratio ad primam partem spectat scilicet manete in me. & ex parte necessitatis sumitur. Quæ satis clare patet ex similitudine palmitis non potentis ferre fructum à semetipso nisi manserit in vite. [Ego sum vitis, vos palmites.] Præcedenti & subsequenti rationi seruit hæc particula, explicans Iesum esse vitem respectu discipulorum vt palmitum: quod adhuc non fuerat explicatum. ¶Aduerte quòd hæc ratio quanuis sit completa ex ratione similitudinis, non tamen est completa ex ratione rei: sed postea complebitur. [Qui manet in me & ego in eo.] Secunda ratio ad vtranque spectat particulam scilicet manete in me, & ego in vobis. Et ex parte vtilitatis sumitur, subiungendo. [Hic fert fructum multum.] Prima enim ratio necessariam coniunctionem cum Iesu ad ferendum fructum, hæc autem vtilem ad ferendum fructum multum monstrat. [Quia sine me nihil potestis facere.] Directo & plano sensu redditur ratio complens primam rationem: quæ super solam similitudinem ad vitem & palmitem fundata erat. relinquebat enim ratio illa [illegible]stioni, vnde est quod tu officium vitis & alij officium [illegible]bent? Huic inquam tacitæ quæstioni occurrit [illegible]nem quare non possunt

poſſunt fructum quencunque(multum vel paucum) ferre, quare ipſe vitis & alij palmites: quia ſine me nihil poteſtis facere. Quæ ſententia eſt veriſsima vt ſonat: vtendo pronomine me pro Ieſu ſecundum diuinam naturam: quoniam ſine ipſo nec poſſumus eſſe. Verum ſequendo contextum literæ (loquentis de Ieſu vite, hoc eſt ſecundum humanam naturam) ſenſus eſt. quia ſine me, homine nihil, fructus, hoc eſt nihil meritorij ad vitã æternam, poteſtis facere. Sermo eſt enim ad literam de fructu fideliũ. [Si quis in me non manſerit.] Tertia ratio ad primam ſpectat particulam ſcilicet manete in me: & ſumitur ex pœna nõ manentis in Ieſu. ſimúlque exponitur ille termin⁹ in parabola poſitus, tollit eũ. [Mittetur.] pro, miſſus eſt, [foras ſicut palmes.] Ex hoc præterito apparet quod dictio manſerit tam apud Græcos quàm Latinos aneeps ad præteritum vel futurum ſubiunctiui, intelligenda hoc in loco eſt in præterito ne pœna præcedat culpam. Sed præcedente culpa ſignificata per hoc quod nõ manſit in Ieſu (vtpote nolendo ſeruare præcepta Ieſu) ſubſecuta eſt pœna quod miſſus eſt foras, iudicio diuino excluſus eſt á beatitudinis cõſortio. pœna enim damni per miſſionem foras, ſignificatur: quia iuſti admittuntur intus ad æterna nempe gaudia æternæ beatitudinis. Quocirca idẽ ſignificatur per miſsionem foras & per ablationem ſignificatam dicendo tollit eum. & exponitur quod pœnam hanc præcedit culpa palmitis nolentis manere in vite. [Et areſcet.] pro, aruit. omnem fidei vigorem perdidit: vt etiam damnum donorum præſentis vitæ intelligas. [Et colligent eum.] pro, & colligunt eos. Significatur enim quòd quotidie fit. Sine intermiſsione nanque reprobi colliguntur ex hac vita à dæmonibus cum ſibi paribus, velut palmites in faſciculos. & propterea pluraliter dicitur eos. [Et in ignem.] æternum, [mittent.] pro, mittunt. quotidie, [& ardet.] pro, ardent continue ex nunc vſque in æternum. Abſque conſumptione enim animę cruciantur in inferno ex nunc & deinceps ſine fine. [Si manſeritis in me & verba mea in vobis manſerint.] Quarta ratio ſicut ſecunda ad vtranque ſpectat paruculam ſcilicet manete in me, & ego in vobis. ¶ Vbi aduerte explicari quid importat & ego in vobis, dicendo & verba mea in vobis manſerint. vt intelligamus Ieſum eſſe in nobis nihil aliud eſſe quàm verba Ieſu manere in nobis: manere in intellectu fidei, in voluntate ſpe & charitate, in viribus executione. Et ſumitur hæc quarta ratio ex ſocietate appetitus, ſignificata ſubiungendo. [Quodcunque volueritis petetis, & fiet vobis.] Vbi ſimul promittitur adimplendum quicquid

quid volumus ex coniunctione ad Iesum,& explicatus modus fructificandi Explicatur enim in his verbis quod petendo fiet quicquid volumus quod est dicere, intercedente supplicatione fructũ producetis desideratum . vt intelligeremus coniunctionem nostri ad Christum non fructificare per modum naturæ, sed mediante humili supplicatione. [In hoc clarificatus] pro,glorificatus, [est pater meus]Supererat rationem reddere patris agricolæ,purgantis palmitem fructiferum vt fructus plus afferat. Ratio itaque quare pater Iesu deus , agricolæ officio describitur, assignatur gloria ipsius patris : dicendo in hoc glorificatus est pater meus. [Vt fructũ plurimum.]pro, multum,[afferatis]hoc est vt in statu & dispositione sitis afferendi fructum multũ.Glorificatus enim est inchoatiue quum dispositi sunt Apostoli ad afferendum copiosum fructum Quo qualiter fiat,inferius exponetur. [Et efficiamini mei discipuli.]Duo simul significantur. Alterum est quod explicatur quod importet manere in me , dicendo & efficiamini mei discipuli . vt intelligamus cum admonemur manere in me,admoneri efficiamini mei discipuli. ¶Et bene nota quòd de existẽtibus iã discipulis suis dicit & efficiamini mei discipuli : q̃ est alterũ hic significatũ. vt intelligamus perseuerantiam manendi in Iesu,cõsistere in cõtinuo effici eius discipulum. hoc est in continuo profectu sub disciplina eius.quod est continue proficere in charitate.nã superius dixit, in hoc cognoscent omnes quod discipuli mei estis si dilectionem &c. Et hic finitur ratio parabolæ,explicata applicatione terminorum ad materiam . posthac autem prosequetur significata parabolæ per singula. [Sicut dilexit me pater.] Incipit ã duabus particulis : manete in me,& ego in vobis .Quod si vis penetrare,recole quod ego in vobis explicatum est, verba mea in vobis manserint.Et propterea in hoc progressu quum leges præcepta mea seruaueritis , seu feceritis quæ præcipio vobis intellige importari & ego in vobis & loco manete in me,ad speciem descẽdendo intellige dictum manete in dilectione mea. Et hæc pro clariori notitia terminorum & intellectu persecutionis metaphoræ prælibata sint. ¶Monet itaque ad manere in me , ex authoritate modi quo Iesus dilexit eos . Authoritatem autem dilectionis suæ erga eos,deducit ex modo quo pater dilexit eum.dicendo.[Et ego dilexi vos.]illo modo quo deus pater dilexit me hominem,ego homo dilexi vos . Et determinat modus significatus per sicut, dilectionem ex parte rei dilectæ Ita quod sensus est sicut dilectus sum ego homo à deo , ita vos dilecti estis à me. ¶Et est verum

propor-

proportionaliter. nam Ieſus homo dilectus eſt à deo ſic vt ſpiritualia dona ſibi congrua in præſenti haberet: per meritum autem & paſsionem ac mortem acquireret quę congruebat ipſum acquirere in futurum. Simili nanque modo Ieſus dilexit Apoſtolos vndecim: dando eis ſpiritualia dona ſecundum congruitatem temporis, & diſponendo vt reliqua acquirerent patiendo, laborando, moriendo &c. [Manete in dilectione mea.] Optime infertur monitio ad manendum in dilectione Ieſu erga eos ex tanta authoritate. Et eſt ſenſus perſeuerate dilecti à me, digni dilectione mea actiue: quia ſcilicet dilexi & diligo vos. vt intelligamus quòd manere in Ieſu eſt manere dilectum ab eo [Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea.] Ne vagarentur quęrendo quid agendũ eſt ad manendũ in Ieſu dilectione (quæ nõ eſt in facultate diſcipulorum) declarat quid agendum eſt ſcilicet quòd ſeruanda ſunt opere præcepta Ieſu. quod eſt in facultate eorum. ¶Vbi aduerte quòd per hæc ſimul declarat illas duas partes (ſcilicet manete in me, & ego in vobis) mutuo ſeſe inferre nã ipſum in nobis eſſe declarauerat verba ſua in nobis manere quod modo magis explicat, prȩcepta ſua ſeruari à nobis. Præcepta igitur Ieſu ſeruando, manemus in vite, manemus in Ieſu, manemus in Ieſu dilectione, manemus dilecti à Ieſu, & vitis Ieſus in nobis manet, verba eius manent in nobis. ¶Et dixit hæc ne errarent putando quòd ſiue ſeruarent Ieſu præcepta ſiue non, perſeuerarent dilecti à Ieſu: ſicut carnis filij perſeuerant dilecti à patre etiam ſi inobediẽtes fuerint. [Sicut & ego.] Superfluit &. [Patris mei præcepta ſeruaui, & maneo in eius dilectione.] Ne dura appareat ſarcina impoſita diſcipulis ad ſeruandũ ſeipſos in dilectione Ieſu monſtrat hanc obedientiam eſſe neceſſariã diſcipulis ab exemplo ipſiuſmet qui eſt filius: vt intelligamus quòd ſi filium oportuit obedire ſeruando præcepta patris proprij, ad hoc vt perſeueraret dilectus à patre, cõſequẽs eſt vt diſcipulis non ſit oneroſum obedire ſeruando præcepta Ieſu (quæ iam dictum eſt eſſe præcepta dei patris Ieſu) vt perſeuerarẽt dilecti à Ieſu. Vbi clariſsime conſpicitur quòd Ieſus loquitur de ſe ſecundũ humanam naturã. [Hæc locutus ſum vobis, vt gaudium meũ in vobis ſit.] pro, maneat. Ne obedientia ſeruandi præcepta, propter bonum proprium Ieſu mandata diſcipulis putetur ſubintrare quòd ideo ſimile obedientię onus illis iniũxit vt ſimile gaudiũ habeant: vt quemadmodum ipſum obedientem patri imitabuntur obediendo ei, ita gaudiũ ipſius quod habet obediendo patri, participetur in ipſis diſcipulis. Ita quòd ad eorũ gaudium obedientiã

hanc ordinari intelligant. [Et gaudium vestrum impleatur.] Non solum ad participationem mei gaudij in presenti vita, sed etiam ad hoc vt gaudium participatum iam effectum vestrum impleatur in futura vita, ordinatur obedientia hæc. Plene enim gaudere in hac vita sancti non possunt sed in cœlesti patria, sanctorum gaudium impletur. vbi nulla pœnalitas, nullus defectus plenitudinem gaudij impediet. Vtrunque autem in Apostolis impletum esse constat: quoniam & in præsenti vita ibant gaudentes à conspectu concilij &c. & omnes transierunt ad gaudium æternum [Hoc est præceptū meum.] Vniuersa monitio ad hoc reducta erat si præcepta mea seruaueritis, & propterea consequens fuit vt quæ essent hæc præcepta manifestaret. Et quanuis pluraliter dixerit verba mea, præcepta mea omnia tamen sumendo ad vnum redigit dicendo hoc est præceptum meum: quoniam in hoc vno impleto omnia implentur, & sine hoc seruatio cæterorum nihil prodest ad manendum in dilectione Christi. [Vt diligatis inuicem sicut dilexi vos.] Repetit mãdatum nouũ superius declaratũ in .13. cap. [Maiorem hac dilectionem nemo habet.] Explicat modũ significatũ dicendo sicut dilexi vos ex parte modi amandi penes magnitudinem amoris: intendẽs quòd dilexit eos tanta dilectione quanta nemo habet maiorem. [Quã vt animam suã] Superfluit quam. hoc est vitam suam corporalem. anima enim secundum animandi officium & vita corporalis in idem redeunt. [Ponat.] non cogatur mori sed sponte moriatur. [Quis.] Infinite dixerit, ad compræhẽdendum omnes homines. [Pro amicis suis.] Duplex quæstio occurrit circa hanc sententiã. Altera est quia maioris dilectionis est ponere animã suã pro inimicis suis quàm pro amicis suis. iuxta illud Pauli ad Ro. 5. cõmendat autem charitatem suã subiungendo, si enim quũ inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filij. Et iuxta doctrinam saluatoris apud Matthæum diligite inimicos vestros &c. ¶Altera est de qua magnitudine est sermo, quum dicitur maiore. Nam si de magnitudine extensiua est sermo, nõ apparet verũ. quũ maior dilectio sit ponere non solum vitã sed etiã famam & gloriã quàm ponere vitã pro amicis. Si vero de quantitate intensiua, non apparet quoque verum: quoniam stat maiorem intensiue esse intus charitatem, quę nó adæquatur ex actu ponendi animam pro amicis. ¶Ad hęc ordine retrogrado respondetur. Et solutio quidem secundæ quæstionis est quòd hic est sermo non de dilectione absolute, sed de dilectione alterius. Afferẽ enim hęc sententia ad præcepũ diligatis inuicem sicut dilexi vos. vbi patet sermonem esse de

dilectione

dilectione qua alius diligitur Nec est sermo de alterius dilectione secundū se, sed suos actus exterioris: vt patet ex explicato exteriori actu scilicet vt ponat quis animam suam pro amicis suis Et per hoc cessat quæstio de quantitate intensiua charitatis, in sa. sermo enim est de charitate vt extenditur ad actus exteriores. Et est sensus quòd nullus habet dilectionem secundum actum exteriorem, maiorem q̄ qui ponit animam suam pro amicis suis. Et hoc patet comparando omnes exteriores actus dilectionis alterius, comparando inquam secundum proprias materias: puta ponere vitam, ponere regnum, ponere famam. & reliqua quæ ordinata dilectiõe possunt poni pro altero. constat enim quòd ponere vitã maius est. ¶ Nec obstat quòd maius est ponere vitam & famam quàm ponere vitam: quoniam comparatio intelligitur inter disparatos actº dilectionis, & non inter vnum actũ solũ & ipsummet iunctum cũ alio: quoniam sic communiter fiunt comparationes & intelliguñ. Quũ enim dicitur quòd charitas est maior cæteris virtutibus, nõ intelligitur quòd charitas est maior seipsa iuncta cũ alia virtute, sed accipiendo singulas virtutes disparate. Maius est autem ponere vitã quàm ponere famã, eo modo quo ordinata dilectio potest ponere famam & gloriã suam pro altero scilicet subeundo ignominias & calumnias &c. ¶ Solutio vero primæ est, tũ ex eo quòd sermone formali nullus ordinata dilectione ponit animam suã pro inimicis: quoniam inimicus vt sic sonat rationem repugnantẽ dilectioni ordinatæ. Vnde falsum est quòd maioris dilectionis actº est ponere vitã pro inimicis: quia non est actus ordinatæ dilectionis. Ad authoritates autẽ inductas in oppositum, dicitur quòd loquũtur de inimicis materialiter & relatiue ad amicitiam. Christus enim mortuus est vt nos de inimicis efficeremur amici, & iubemur diligere inimicos materialiter: hoc est dona dei quæ sunt in inimicis. Vnde secũdum hoc ponere vitam pro amicis actu vel potentia, seu habitis vel habendis, includit ponere vitã pro inimicis materialiter. & propterea nõ est maius ponere pro inimicis quàm p amicis: immo est pars eius quod est ponere pro amicis. ¶ Tum ex eo quòd dominus ideo in tertia persona indicit hanc sententiã (dicendo nemo habet) vt insinuet p non de seipso sed de alijs hominibus loquitur Alijs autem hominibus quãuis præceptũ sit diligite inimicos vestros, benefacite orate &c. nunquam tamen dictum est ponite animas vestras pro inimicis vestris, pro ijs qui vos odio habent quoniã diligere, benefacere & orare possunt referri ad naturã & ad spẽ beatitudinis: sed mori p actualiter inimicis quũ nõ

referatur ad ſalutem ſpiritualem inimicis (quem conſtat perſiſtere in peccato mortali) ordinata dilectio non cauſat in hominibus alijs à Chriſto, qui faciebat quòd ſuum mori efficiebat inimicos amicos. Quocirca quũ præcepiſſet Ieſus vt diligatis inuicẽ ſicut dilexi vos, ſubiunxit hanc ſententiã de hominum inter ſe maxima dilectione in actu exteriori. vt hinc intelligeremus quàm maior tũ dilectio eius erga nos: penſando quòd ipſe ponit animam ſuam pro nobis (quanuis inimicis) reconciliandis, librando quòd dilectio eius ſuperat maximã hominũ inter ſe dilectionem. tũ vt tẽperaret præceptũ, diligite inuicẽ ſicut dilexi vos. Aeſi apertius ſubiunxiſſet, non exigo à vobis vt modum meæ erga vos dilectionis imitemini, quantũ ad hoc quod dilexi vos ponendo animã meam pro vobis quũ inimici eſſetis: ſed ſufficit quo ad hoc quòd diligatis inuicem ponendo animas veſtras pro amicis: quia inter homines maiorẽ hac dilectionem nemo habet vt animã ſuã ponat quis pro amicis ſuis. ¶ Eſt itaque huius vniuerſalis vt ſonat ſententiæ ſenſus q̃ nullus homo maiore dilectione proſequitur exteriori opere alios quàm ponẽs vitã ſuã p̃ amicis ſuis, habitis vel habẽdis. Quanuis Chriſto excepto nullus homo ponat vitam pro amicis niſi quos habet. Solus enim Chriſtus moriens potuit acquirere amicos. qui ſolus mortuus eſt infra triduum reſurrecturus. Et propterea hanc vniuerſalem ſententiam adiecit Ieſus vt intelligerent Apoſtoli q̃ Ieſus maximum illis dilectionis impendebat officium, ponendo animam propriam pro ipſis vt amicis. Vnde & ſubiũgit. [Vos amici mei eſtis ſi feceritis] pro, faciatis. Eſt enim præſens ſubiũctiui. [Quę ego præcipio vobis.] Ne iugum præceptorũ exactũ ad manendum in dilectione Ieſu, pateret in animis diſcipulorũ quòd monerentur ad perſeuerandũ in Ieſu dilectione vt ſerui dilecti, declarat eis q̃ ſunt in dilectione Ieſu vt amici: vt intelligant ſe moneri vt perſeuerent in dilectione Ieſu, hoc eſt à Ieſu dilecti vt amici. ſimulque intelligant amicos id ſe ſeruare faciendo præcepta Ieſu vt hinc percipiant quod iugum præceptorũ ad dignitatem eorum ſpectat: vtpote fouens & ſeruans eos in gradu amicorum Ieſu. Vbi perpende quòd ſicut paulo ſuperius fructũ ſeruãdi præcepta, declarauit eſſe gaudium hic & in futuro, ita modo aliũ fructum eorũdem explicat gradum amicitiæ Ieſu, eſſe amicum Ieſu. diligi à Ieſu vt amicũ. [Iam.] pro, poſthac, [non dicã] pro, dico, [vos ſeruos.] puros. Nõ promittit mutationem nominis ſeruorũ in nomen amicorum, obſtaret enim promiſsioni q̃ paulo inferius nominat eos ſeruos, non eſt ſeruus maior domino ſuo &c. ſed pro

nun-

nunciat eos posthac nõ esse mere seruos, sed seruos amicos. Dicit itaq; eis q̃ posthac nõ sunt puri serui, sed serui amici, sed serui asciti in amicos. hoc est quod habẽt in seipsis vnde nõ sũt posthac mere serui. [Quia seruus nescit.] Hinc apparet dictus sensus: quòd scilicet non deliberatione à seruitute seu seruitutis nomine sed de quadam eleuatione inter seruos est sermo. Translatio enim ex nescire quæ facit domin⁹ ad scire quæ facit dominus, nõ tollit seruitutẽ sed eleuat seruũ in gradũ amicorũ. [Quid faciat domin⁹ ei⁹.] Quanuis serui sciant quid fieri per eos iubeat dominus nõ tamen sciunt quid dominus faciat, non cõmunicant seruis domini quid ab ipsis dominis faciendũ est. [Vos autẽ dixi amicos: quia omnia quęcũq;] pro, quę [audiui à patre meo nota feci vobis.] Nõ dicit omnia quę vidi aut noui, sed quæ audiui: vt insinuaret quod nõ de omnibus sibi notis sed de omnibus quæ tanquàm legatus à patre audierat loquitur. Omnia enim illa notificauerat discipulis quæ acceperat à patre vt in carne passibili annunciaret. & in hoc continue perseuerabat officio ad magis explicandum. Multa autẽ alia se nosse quę etiã dicturus est illis, inferius testatur. multa habeo vobis dicere quæ non potestis &c. vt intelligamus illa alia multa esse extra numerum eorũ quæ audiuit à patre: vtpote quæ nouit à pãtre vltra mandata notificandorũ in carne passibili. [Non vos me elegistis.] Quanuis in vite clarũ sit, quòd vitis efficit palmites & nõ palmites vitẽ, in politicis tamen cõgregationibus contrarium apparet. nã populus elegit regem, nõ rex populũ. & sic de alijs. Et propterea ad hoc excludendũ & declarandũ secundũ proprietatẽ rei gestæ quòd descripserat in metaphora vitis, affert hanc tertiam rationem ad hoc vt discipuli maneant in dilectione Iesu. Primam enim attulit ex fructu gaudij secundam ex fructu amicitiæ: hanc autem tertiam ex beneficio præcedentis electionis. Et in hac simul manifestat quòd cõiunctio ipsorum cum Iesu, non est orta ab eis sed ab ipso Iesu. Non, inquit, vos me elegistis, quemadmodũ populus regem, aut milites ducem, aut discipuli præceptorẽ & cæt. [Sed ego elegi vos.] Ne etiam errares quòd casu aut sorte coniunctio hæc euenerit, explicat sed ego elegi vos, tum electione æterna tũ temporali. [Et posui vos.] in apostolat⁹ gradu [vt eatis.] ad prędicãdũ. [& fructũ afferatis] prædicando, duplicẽ scilicet profectum meriti vobis, & salutis animarum alijs, [Et fructus vester maneat.] De vtroque fructu hoc verificatur. Fructus quidem meriti Apostolorum perseuerat in vitam æternam: fructus autem conuersionis ad fidem perseuerat vsque ad finem mundi, infe-

rendus vitæ æternæ. ¶ Et dixit hęc ad exponendum quòd ipse est vitis non naturalis sed voluntaria: quæ produxit Apostolos non natura sed electione, tanquàm palmites ferentes fructum nõ periturum. [Vt quodcũq; petieritis patrẽ in nomine meo, det vobis.] Apponit modum ferendi fructũ fore supplicando. vt intelligãt media oratione tam fructũ meriti quàm fructum prædicationis producendũ esse. [Hęc mando vobis vt diligatis inuicem.] Postquàm declarauit metaphoram quo ad mansionẽ palmitum fructiferorũ in vite, declarat consequenter eandem metaphoram quo ad purgationem eorundem palmitum. dictum enim fuit, purgat vt fructus plus afferat. De hac itaque purgatione (quæ malis pœnæ sit) dicturus, præmittit hæc mando vobis vt diligatis inuicem: demonstrans per pronomen hæc innumera genera malorum toleranda quæ subiunguntur redacta in duo capita. odium scilicet & persecutionem. ¶ Præmittit autem hæc mala toleranda ideo mandare, vt se inuicem diligant, eo modo supple sicut ipse dilexit eos: vt intelligant etiam præcepta hæc ordinari & tendere ad eundem fructum ac finem quo tendit obseruatio reliquorum præceptorum. Et apte explicauit hoc in materia odiorum & persecutionum quoniam exhibere se exosum mundo, præ se fert quandam apparentem contrarietatem ad præceptum de mutua dilectione. Ad tollendam igitur hanc apparentem repugnantiam, præmittit hæc vt scilicet sitis exosi & persecutionibus mundi expositi, mando vobis, non recedendo à nouo præcepto, sed ad hoc vt diligatis inuicem, vt superius mandaui scilicet sicut dilexi vos. ¶ Vt vere fructus patientiæ tot malorum, est mutua sanctorum dilectio sicut Christus dilexit nos. purgantur enim ad proficiendum in charitate, ad maiori charitate fructificandum in ecclesia dei. [Si mundus vos odit.] hoc est si communiter homines vos odio habent. Et sub odio intellige omnes internas passiones & machinationes, significatas à prima passione contraria bono. quæ est odium. Ecce primum caput purgationum, continens multa purgationum genera. [Scitote.] Dictio Græca anceps est ad imperatiuum & indicatiuum, magisque videtur quadrare vt legatur indicatiue. [Scitis.] Testes enim ipsosmet inducit ex certa quam iam habebant scientia. [Quia] pro, quòd, [me priorem vobis.] Textus Græcus anceps est ad prius quàm vos, vel primum vestrum. ita quòd vestrum est genitiuus pluralis, & primum est accusatiuus. Sed magis quadrat sequentibus vt legatur. [Primum vestrum odio habuit.] nam subiungitur ratio. non est seruus maior domino

suo.

suo. Est itaque sensus, scitis quòd me primum omnium vestrum caput omnium vestrum, odio habuit, Consolatur enim eos ab exemplo suo, qui tamen non egebat purgari his odijs. [Si de mundo fuissetis.] Rationem reddit naturalem quare mundus odit discipulos eius. Et intendit per esse de mundo, constare doctrina, moribus & actibus ex sapientia seu prudentia seu affectibus humanis. [Mundus quod suum erat diligeret.] Naturaliter siquidem in quiunt philosophi amabile est bonum, singulis autem propriũ. Naturaliter ergo mundus diligit bonum proprium [Quia vero de mundo non estis.] quia fides vestra, mores vestri, doctrina vestra non ortum habet à mundo. quia nec ab affectibus humanis, nec à sapientia & prudentia humana [Sed ego elegi vos de mundo.] Nullum locum relinquit errori putantium Apostolos secundum originem animæ non esse de mundo sicut alios homines: apponendo pro aduersatiua, sed ego elegi vos de mundo. Electionem siquidem causam monstrat esse quare non sunt de mundo. electio enim abstraxit eos ab effectibus, sapientia & prudentia mundi & transtulit in sapientiam, prudentiam & affectus Christianos. [Propterea odit vos mundus.] Quum inferendum fuisset, propterea non diligit vos mundus, intulit longe peius, propterea odit vos mundus, vt intelligeremus quòd in eo quod dixit, sed ego elegi vos de mundo, significatur contrarietas ad mundum: quòd scilicet electi sunt ad sapientiam, prudentiam & affectus contrariantes mundo. In virtute siquidem contrarietatis per hæc verba significatæ, intulit propterea odit vos mundus. odium enim est respectu contrarij. [Mementote sermonis mei quem ego dixi vobis.] Reuocat ad memoriam superius dicta, ad monstrãdam viam exempli proprij quod dixerat. scitis quòd me primum vestrum odio habuit [Non est seruus maior domino suo] reuocate ad mẽtem quòd non estis melioris conditionis quàm ego. [Si me persecuti sunt, & vos persequentur.] Ecce secundum caput purgationis, continens etiam multa genera. Nam sicut odium continet omnes passiones & machinationes internas, ita persecutio omnia externa mala pœnæ. Et similiter ab exemplo proprio procedit [Si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt.] Hoc ad literam relatum ad homines illius temporis, omni caret quæstione ex eo quòd ipse Iesꝰ testatur sic fore. Et hic sensus est literalis: vt patet ex contextu. [Sed hæc omnia facient vobis.] primũ & præcipue Israelitæ seu Iudæi. [Propter nomẽ meũ.] profitendũ à vobis, exosum

eis [Quia nescium eum qui misit me.] hoc est quia nesciũt deum misisse me. Ignorantia ergo quòd deus miserit me, causa erit tot malorum: veruntamen huiusmodi ignorantia non excusat eos Quod dupliciter probat. [Si non veniissem & locutus fuissem eis.] Negatio non cadit super vtrunque verbum: scilicet veniissem, & locutus fuissem. Et pronomen eis, demonstrat Israelitas: ad quos in persona venit & locutus est, tanto tempore prædicando. Vnde & dicebat, non sum missus nisi ad oues quæ perierũt domꝰ Israel. [Peccatum non haberent.] huiusmodi ignorantię. [Nunc autem excusationem.] pro, prætextum. Qui plus est quàm excusatio. sonat enim palliationem quandam. [Non habent de peccato suo.] Significatur quòd non habent colorem seu apparentiam excusandi peccatum suum post manifestam meam prædicationẽ. [Qui me odit.] Ecce inexcusabilis ignorantiæ radix, odium Iudæorum erga me ad hoc enim insinuãdum subdit hęc verba infinite [Et patrem meum odit.] Ne excusabile intelligeres odium Iudæorum erga Iesum, explicat quòd qui odit ipsum, consecutiue odit & patrẽ eius: hoc est deum. [Si opera.] mirabilia. [nõ feciissem in eis.] Israelitis Adiungit prædicationi mirabilia opera à se facta inter Iudæos: vt nullum tergiuersationis locum relinquat. [Quæ nemo alius fecit.] Vt patet legenti antiquorum gesta, nullus vnquã resuscitauit quatriduanum mortuum, &c. [Peccatum non haberent.] huiusmodi ignorantiæ. [Nunc autem & viderunt.] Non audierunt, sed viderunt mirabilia quæ feci. [Et oderunt.] Et cum his omnibus oderunt. Ecce radix cæcitatis [Et me & patrem meum.] hoc est deum. Et quidem quòd oderint Iesum, clare apparet ex effectibus Quòd vero oderint deum, consecutiue habetur: quia quum in Iesu nullũ esset malum quod recta ratione posset odio haberi, sed ratio odij erat prædicatio firmata tot miraculis trahens populum, manifeste sequitur quòd in deum actorem horum redũdabat odium erga Iesum. [Sed vt adimpleatur sermo.] Tacitæ quæstioni (quare deus permittit huiusmodi odium Iudæorum erga Iesum) respondet vt adimpleatur: hoc est ordinetur à deo odium eorum ad veracitatem scripturarum sacrarum. [Qui in lege eorũ scriptus est.] Clare patet hinc quòd de Israelitis locutus est. Et appellatione legis tota vetus scriptura sacra comprehenditur. nam sermo iste scriptus est in Psalmo trigesimoquinto. [Quia.] pro, quòd, [odio habuerunt me gratis.] hoc est sine vlla offensa, sine vlla iniuria, sine vlla data occasione odij. [Quum autem venerit.] Ad cumulum inexcusabilitatis persecutorum nominis mei accedet multiplicatio

testium

tium. nam vltra prædicationem meam,& opera mea ſuperue-niet ſpirituſſanctus teſtis: adiungemini & vos teſtes ¶Et dicit venerit vt intelligamus quòd ſpirituſſanctus non eſt res aliqua carens facultate veniendi: vt ſunt virtutum dona, quæ dantur & infunduntur,ſed non veniunt proprie loquendo ad nos. Vnde Ieſus proprio & formali vtens ſermone vt intelligamus rem quæ eſt paracletus non eſſe ſicut dona virtutum,ſed eſſe ſubſtantiam viuam facultatem habentem veniendi ad homines, dicit quum autem venerit [Paraclitus.]pro, paracletus.hinc ad paucos dies,[quẽ ego mittã vobis.]Superius dixerat quem pater mittet,modo dicit quẽ ego mittam vt eãdem operationem patris & filij inquantum deus eſt intelligamus, vt indiuiſa intelligamus opera trinitatis Ego demonſtrat proculdubio Ieſum ſecundum diuinam naturam.ſolius enim dei eſt mittere ſpiritumſanctum . Miſſio autem iſta eſt miſſio viſibilis:qua ſcilicet in ſpecie viſibili ignis, & linguæ venit ſpirituſſanctus in corda Apoſtolorum.[A patre.] Et quòd mittam habeo à patre, & ita mittam quòd pater mittet vt fons & caput miſſionis.[Spiritum veritatis.] Græca dictio interpretata ſpiritum,anceps eſt ad accuſatiuum vel nominatiuum,ſpiritum vel ſpiritus:ſed parui refert an ſenſus ſit quum venerit paracletus ſpiritus veritatis,vel quem ego mittã ſpiritũ veritatis. Et appellatur ſpiritus veritatis nõ ſolum ad differentiam ſpiritus mendacij(de quo ſcribitur tertij Regum vltimo ero ſpiritus mendax in ore prophetarum eius)ſed etiam ad̃ ſignificandum quòd erit ſpiritus ſolius & totius veritatis eorum quæ ſunt neceſſaria ad̃ ſalutem æternam. [Qui à patre procedit.]æternaliter. Et aduerte hic quòd nulla ratio admittit ex iſta affirmatiua(ſcilicet qui à patre procedit)inferri negatiuam,ergo non procedit à filio:quin potius quia indiuiſa ſunt opera patris & filij in omnibus vbi non obuiat relationis oppoſitio(vt ſub Eugenio quarto in concilio Græcorum & Latinorũ deductum hac ratione eſt) in hoc quod dicitur qui à patre procedit,includitur quòd etiam præcedit à filio. Pater enim & filius in omni operatione ſunt vnum in qua non obuiat relationis oppoſitio,& quia in hoc quod eſt ſpiritumſanctum procedere à patre,nulla admiſcetur relationis oppoſitio inter patrem & filiũ ideo conuenire etiã à filio concluditur quòd ſpirituſſanctus procedit ab eo, ex hoc ipſo quòd procedit à patre. [Ille.] proculdubio paracletus ſpiritꝰ veritatis.[Teſtimonium perhibebit de me.] quòd ſum miſſus à patre quòd ſum naturalis filius patris,&c Ecce nouus teſtis irrefragabilis,(vtpote ſpiritus veritatis) aderit.[Et

vos

vos testimonium perhibetis.]pro, perhibete. Quãuis Græca dictio aneeps sit ad perhibete vel perhibetis, magis tamen congruit proposito præsens imperatiuum quàm indicatiuum. Mandat enim Iesus vt & ipsi libere testimonium de vita sua, de actionibus suis, de moribus suis proferant publice. [Quia ab initio mecum estis.] qa præsentes fuistis, vidistis, palpastis omnia, ab initio quo ĩcœpi docere. Initiũ nanque gestorum â Iesu à tempore baptismatis Ioãnes attẽdi, testatur Petrus Apostol⁹ in electione Matthæi Actu. primo.

CAPVT XVI.

Hæc locutus sum vobis.] de odijs & persecutionibus imminẽtibus vobis. [Vt nõ scãdalizemini] Non ideo hæc dixi vt accumulem vobis tristitiam aut timorem, sed ad vestram vtilitatem, ad vestram cautelam vt superuenientibus his odijs & persecutionibus non impingatis, non ruatis. Iacula enim præuisa minus feriunt, & nota causa profectus, facili⁹ tolerantur. [Absque synagogis.]pro, alienos à synagoga. [faciẽt vos]Effectus odii & persecutionum describens, explicat duos extremos effectus: primum scilicet & vltimum. Primus est excommunicare eos à congregationibus Iudæorum: vltimus est occisio. De quo subditur. [Sed venit hora]seu tẽpus. Dictio siquidem Græca vtrunque significat & magis congruit vt intelligatur tempus. Et est præsentis temporis venit, à passione enim Christi tempus hoc cœpit esse præsens. [Aduersatiua autem coniunctio, ad quantitatẽ paruam antedicti mali (scilicet excommunicationis à synagoga) refertur. Quod enim diceretur, sed hoc parum est, venit tempus, &c. id exercet coniunctio aduersatiua paruo malo adiungens maximum malum. [Vt omnis]non aliquis. [qui interficit.]pro, interfecerit, [vos]Ecce alterum extremum lõge peius malum. [Arbitretur.]pro, existimet. Non significat dictio Græca iudicare, sed putare: quod dicimus videtur mihi. [Obsequium.]pro, cultum, [se prestare deo.]Interfici quidem extremũ malum est: sed horribilius valde redditur quòd tanquam inimici, non deorum (qui dæmones sunt) sed veri dei interfectio imminens prænũciatur: vsqueadeo vt inter religionis opera quibus deus colitur, habendum sit interficere vos. [Et hæc facient vobis.] Superfluit vobis Ratio omnium persecutionum subiungitur ignorantia: non tamen excusata, vt prius dixit. [Quia non nouerunt patrẽ.]hoc est deum vt patrẽ, quod est ignorare mysteriũ trinitatis. [Neq; me.]

verum

verum deum & verum hominem, quod est ignorare misteriũ incarnationis pro salute mundi. Israelitæ enim de quibus loquitur (quorum sunt synagogæ) quanuis nossent deum, nesciebant tamẽ hæc duo quę Iesus manifestauit mundo. [Sed hæc locutus sum vobis.] Aduersatiua ad tristitiam causatam in Apostolis ex auditis refertur significans quod non vt ingereret illis tristitiam hæc locutus est illis [Vt quum venerit hora.] seu tempus. Eadem enim est dictio quæ est superius. Ecce ad quid hæc dixi, vt quum venerit tempus persecutionum [Eorum reminiscamini] pro, memineritis, significatur enim recordari, non reminisci. quod proprie est oblitorum. Et pronomen eorum, refertur ad hæc quę locutus est. Vnde & in textu Græco habetur memineritis eorum. [Quia ego dixi vobis.] Non paruam vobis cõsolationẽ afferet memoria prænunciatarũ persecutionum: ea præcipue ratione quia ego propter quem tolerandæ sunt (vtpote omnia præuidens) non decepi non occultaui sed sciens & prudens dixi vobismet, non per tertiam per sonam intermediam, non alicui vestrum [Hæc autem,] scilicet imminentia mala vobis postquam ascendero ad patrem [Non dixi vobis ab initio.] electionis vestræ in Apostolos quum dixi vobis ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos &c. Tunc enim nec dixit hæc duo hic explicata (scilicet excommunicationem à synagogis, & occisionem ipsorum habendam vt cultum dei: vt patet Matth. 10.) nec dixit persecutiones imminere illis postquam ipse abscessisset ab eis ad patrem: sed omnes illæ persecutiones sonabant tempus præsentiæ eius. vnde & ibi dicitur, non consummabitis ciuitates Israel donec veniet filius hominis [Quia vobiscum eram.] hoc est quia quandiu durabat tempus præsentiæ meæ vobiscum, non erat tempus vt solicitos vos redderem de malis imminentibus post abscessum meum ad patrem. hoc enim fuisset cogitare de crastino, hoc fuisset præuenire tempus congruum sermonis huius. Modo autem non sum mansurus vobiscum conuersatione humana vt hactenus, ideo non tunc sed nunc quum tempus instat dixi hæc vobis. [Nunc autem vado.] non ibo sed actualiter vado nã actualiter ad patiendum & moriendũ ibat [Ad eum qui misit me.] vt intelligamus quòd secundum quod homo, secundũ humanam naturam in qua missus est vadit ad deum patrem mittentem, Et subiunxit hoc tum ad significandum Apostolis ꝙ iam obliti sunt ipsius Iesu, quanuis recedentis ab eis ad patrem. tum ad inchoandam declarationem modi quo mala prænunciata purgant ad plus fructificandum. à morte siquidem Christi

qua iuit ad patrem, inchoat meritum paracleti vim fructificatiuam dantis patientibus persecutiones. [Et nemo ex vobis.] Quamuis Petrus, Thomas & Philippus antequam hæc prænunciassem mala interrogauerint. nunc tamen nemo ex vobis. [Interrogat me, quo vadis.] hoc est solicitus est de me, vt saltem interrogaret (hoc est perseueraret interrogando) de loco ad quem vado: de quo loco adhuc nihil respondi explicite, prioribus interrogationibus pulsatus. [Sed quia hæc.] imminentia post recessum meum mala. [Locutus sum vobis.] manifestando illa. [tristitia impleuit.] non in parte occupauit. [cor vestrũ.] vt nec cogitetis de me, vt non sit amplius vobis curæ prosequi quæstionem à vobis toties motam de loco ad quem vado [Sed ego veritatem dico vobis] Coniunctio aduersatiua, ad tristitiam de imminentibus malis ipsis Apostolis quæ mutos illos reddiderat refertur. [Expedit vobis.] Postquam declarauit metaphoram vitis & palmitum, & quantum ad manere in ipso & econuerso & quantum ad purgationem palmitum quo ad res quibus purgantur, declarando quod mundi odia & persecutiones sunt res quibus purgantur, supererat vt declararet quomodo hæ purgationes haberent vim magis fructificandi. Dictum est enim in parabola, purgabit eum vt plus afferat fructus & propterea hoc intendens modo declarare, aperit quod vis proferendi maiorem fructum patiendo, erit mediante alio paracleto ad quem mittendum oportet ipsum moriendo ire ad patrem agricolam, cuius est purgare palmites fructuosos vt plus fructificent. A propria itaque Apostolorum vtilitate futura ex ipsius ire ad patrem, consolatur ipsos dicens expedit vobis. [Vt ego vadam.] per mortem. [Si enim.] Deest, ego, [non abiero paracletus non veniet ad vos.] Declarat vtilitatem futuram ipsorum esse illam, talem ac tantam, quam, qualem & quantam ex alio paracleto habituri sunt: quia aduentus eius pendet ex suo recessu ¶Si quæris causam quare si Iesus non iret paracletus non veniret, multæ possũt accommodari rationes congruę: sed illa quæ cogit, est quia sic decreuerat sancta trinitas. quæ omnia suauiter disponens, ordinauit vt non duo simul adessent in hac vita consolatores (alter humana conuersatione & alter spirituali eleuatione) sed recedente primo, apostoli abstraherẽtur ab humanis consolationibus, & totos se darent spiritualibus, succedente secundo vt rei probauit euentus [Si autem abiero, mittam eum ad vos] Perpende prudens lector quod pater agricola vtitur odijs & persecutionibus mundi aduersus Apostolos ad purgandum illos, à rebus, & filijs, vxore,

coniunctis

coniunctis, à carnis propriæ occasionibus, & breuiter ab effectib⁹ omnibus vitæ huius. sed ipse non est author iniquitatum illarum. paracleto autẽ vtitur ad hoc vt purgationibus his Apostoli magis ac magis fructificent. & ipse simul cum filio est author missionis. Dicit autem potius mittam quam mittet pater, vt prosequatur parabolam. palmitem enim purgatum fructificare magis, quanuis sit effectus vtriusque (scilicet vitis & agricolæ) magis tamen est vitis. [Et quũ venerit ille, arguet mundum.] proculdubio per vos ad quos mittetur. Et hinc incipit describi maior fructificatio Apostolorum, simul cum ratione persecutionum quibus purgabũtur. Ex eo enim quod consolator ille per vos arguet manifestatur noua fructificatio. & simul ex eo quod per vos arguet mundum, mundus insurget contra vos. [De peccato. & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidẽ quia nõ crediderunt.] pro, non credũt, [in me.] Peccatum mundi declarat esse non credere in Iesum. vt intelligamus non perfectionis sed necessariæ rectitudinis esse credere in Iesum. ita quod non credere in Iesum est peccatum, est à recta ratione recedere. peccatum enim rectæ aduersatur rationi. ¶ Et meminit specialiter huius peccati. tum quia sicut fides tollit omne peccatum, ita sine fide impossibile est placere deo. tum quia mundus non reputabat esse peccatum non credere in Iesum. sed spiritussanctus per os apostolorum repræhendit & conuicit mundum quod hoc est peccatum. [De iustitia vero quia ad patrem vado & iam non videbitis.] pro, videtis, [me.] Quemadmodum peccatum declarauit esse non credere in eum, eodem stylo intelligendum est declarari iustitiam esse Iesum ire ad patrem & iam non videri ab Apostolis. ¶ Est autem prima pars huius iustitiæ, Iesum ire ad patrem. hoc est Iesum satisfacere per mortem suam pro peccatis humani generis. mortuus est enim propter nostra peccata & resurrexit propter iustificationem nostram, ad Ro. 4: Hoc enim quod est ire ad patrem, significat mortem & resurrectionem. est siquidem moriendo acquirere immortalitatis gloriam, satisfaciendo pro humano genere. Satisfactio enim iustitiæ actus est. ¶ Altera vero pars huius iustitiæ est retributio cœlestis habitaculi, significata dicendo & iam non videtis me. à negata siquidem conuersatione visibili cum Apostolis, retributionẽ cœlestis habitaculi remotissimi à nobis, significauit. Vnde quum dicitur & iam non videtis me, demonstratur tẽpus ab ascentione Christi. Significantiusque non dicit non videbitis sed non videtis. vt intelligerent quòd à die ascentionis qua consummauit ire

suum

ſuum ad patrem, in præſenti ſeculo non viderent eum. Nec tollit ſpem videndi eum in futuro ſeculo. in quo ſemper conuerſabitur corporaliter cum eis. ¶De hac inquam tali ac tanta iuſtitia Ieſu Chriſti (continente in ſe & ſatiſfactionem pro mundo & præmium gloriæ cœleſtis) arguet, reprehender, conuincet per Apoſtolos ſpirituſſanctus mundum quod ſine fructu quo ad multos facta ſit. [De iudicio autem: quia princeps huius mundi iam iudicatus eſt.] Superfluit iam. Primum ex parte mundi non credentis, ſecundum ex parte Ieſu moriendo ſatiſfacientis &c, tertium autem ex parte diaboli ſumptum eſt Et dicendo princeps mũdi huius, de diabolo nõ qualitercũque ſed quatenus princeps huius mundi per idololatriam loquitur. Hac enim ratione vt princeps venerabatur vt ſuperius declaratum eſt. Et dicitur iudicatus: quia non potentia ſed iure deiectus eſt à principatu mundi huius. Iudicatus ſiquidem eſt in morte Chriſti. tunc enim merito Chriſti iniuſte ab eo occiſi, ius dictum eſt contra principem mundi huius: executio autem ſententiæ poſtmodum per Apoſtolos & Chriſti diſcipulos facta eſt, deſtructa idololatria in mundo communiter Arguet itaque ſpirituſſanctus mundum per Apoſtolos de hoc iudicio q̃ venerantur principem iure iectũ: ac per hoc iniuſte principem. ¶Si collegeris hæc tria, & conſideraueris apoſtolicas prædicationes, videbis capita prædicationis eorum hæc tria fuiſſe: & ad hoc ſtuduiſſe, ad hoc miracula feciſſe, vt conuincerent mundum de relinquenda idololatria, de peccato infidelitatis, & de oblata propitiatione ex Chriſti morte, paratáque cœleſtis vitæ retributione. Quod nunquam aſſecuti eſſent niſi ſpirituſſanctus per eos fuiſſet locutus & operatus. [Adhuc multa habeo vobis dicere] Inchoat aliud augmentum fructificationis futuræ per eos adueniente paracleto. Sunt autem multa quæ reſtabant dicenda, quod conceptus eſt de ſpiritu ſancto, quod conceptus & natus ex virgine, quod deſcenſurus erat ad inferos ad beandum ſanctos patres, quòd aſcenſurus erat in cœlum, & alia quæ poſt reſurrectionem Apoſtoli didicerunt. [Sed non poteſtis portare modo.] Non taceo illa multa quia nolim vobis communicare, ſed quia vos nõ eſtis modo diſpoſiti ad percipiendum ea. Et vtitur metaphora importabilis ponderis dicendo non poteſtis portare: vt intelligant illa multa eſſe magni ponderis (non corporalis grauitatis ſed ſecundum ſpiritualem magnitudinem ſeu virtutem) & ſeipſos eſſe ſecundum mentem velut imbecilles reſpectu magni oneris: [Quum autem venerit ille.] Hic punctandum eſt commate.

re, nam pronomen ille non refertur ad ſequentia (eo quod ſpiritus neutri generis eſt apud Græcos) ſed refertur ad antedictum paracletum maſculini generis. Eſt enim ſenſus. quum autem venerit ille paracletus. [Spiritus veritatis.] non ſolum paracletus ſed ſpiritus veritatis. [Docebit.] pro, ducet, [vos omnem,] Deeſt in. Legendum eſt. [in omnem veritatem.] Ecce fructus quanuis ego multa taceam vobis dicenda, ille tamen ducet vos nõ ſolum in veritatem illorum multorum quæ taceo, ſed etiam in omnem veritatem intellige Chriſtianæ fidei, non veritatem geometriæ &c. ¶Eſt enim ſermo de ducere interno, quod plus ſignificat quam docere. nam docere ſiſtit in intellectu: ducere autem in omnem veritatem, ad vniuerſas partes animi ſe extendit: memoriam ſcilicet voluntatem & affectum. ſimul cum viribus ſubminiſtrantibus: cogitatiua ſcilicet phantaſia, & reliquis. [Non enim loquetur à ſemetipſo.] Coniunctio enim, monſtrat quod ratio redditur quare ſpiritus veritatis ducet in omnem veritatem tã eorum quæ dixit quàm eorum quæ habebat dicenda Ieſus diſcipulis. quia non loquetur à ſemetipſo. Spiritus enim ſanctus quia non eſt à ſemetipſo ſed eſt à patre & filio, ideo nec loquitur nec quidcunque aliud facit à ſemetipſo: ſed & operari & loqui habet ab alio, à quo habet eſſe. [Sed quæcunque audiet.] pro, audierit [loquetur.] Dictio Græca interpretata audierit, anceps eſt ad præteritum vel futurum ſubiunctiui. Et ſi ad æternam notitiam ſpirituſſancti referatur, nihil refert vtro tempore intelligatur quoniam æternitas comprehendit omne tempus. Sed quoniam non dicit quæcunque ſciet aut ſciuerit, planus literæ ſenſus eſt quòd quæcunque audiet à mittente: ad ſimilitudinem legati, qui non loquitur à ſemetipſo ſed quæ audiuit à mittente. Præmiſit enim mittam illum ad vos. vt intelligamus quod de ſpirituſancto loquitur ſecundum officium nuncij, ſeu vt mittendo aut miſſo: & percipiamus hæc omnia quæ de ſpirituſancto ſubiunguntur, dici de ſpirituſancto vt nuncio. Propter hoc enim non dixit quæcunque nouerit ſed audierit: ad ſignificandum quòd de notis ſpirituſancto vt nuncio (hoc eſt vt annuncianda) loquitur. Hæc ſiquidem ſunt quæ metaphora auditionis à mittente ſignificantur. non enim inter diuinas perſonas inuenitur proprie auditio. Et quemadmodum ſpiritumſanctum mitti ad Apoſtolos eſt ſpiritumſanctum fieri nouo eſſendi modo in Apoſtolis, ita ſpiritumſanctum audire à mittente eſt ſpiritumſanctum fieri nouo modo in Apoſtolis ſecundum officium loquendi,

quendi. Non dico ſecundum actualem locutionem (quoniam de illa ſubditur loquetur) ſed ſecundum officium loquendi mittitur enim Apoſtolis vt ſit in illis: audit autem vt locuturus inſit. Et quanuis ſignificata notitia in ſpiritu ſancto nuncio per audire, nõ ſit noua ſed æterna, ratione tamen temporalis effectus connotati in officio quo mittitur, ſignificatur temporaliter per verbum futuri temporis audierit. [Et quæ ventura ſunt annunciabit vobis.] non ſolum vos doctos reddet, ſed etiam prophetas conſtituet Et non dicit & omnia quæ ventura ſunt: ſed indefinite, & quæ ventura ſunt. Quæ autem annunciabit & quæ non, humanæ eſſet præſumptionis diſcutere: quum ſpiritus ille diuidat ſingulis prout vult. [Ille me clarificabit.] pro, glorificabit. Primum augmentum fructus relatiue ad mundũ, ſecũdum vere relatiue ad Apoſtolos, hoc autem tertium relatiue ad ipſum Ieſum deſcribitur. Ille, per vos prædicantes & prophetantes, me glorificabit, in hoc mundo. [Quia de meo accipiet.] Non ſumitur hic meum poſſeſſiue (eo modo quo ager eſt meus) ſed eſſentialiter: eo modo quo anima eſt mea, quo natura eſt mea Dicim⁹ enim animã meã, naturam meam, eſſentiam meam. Hoc ſiquidem modo Ieſus dicit de meo accipiet: de eſſentia mea, de ſapientia mea, de ſcientia mea. ¶Nec dicit meum ſed de meo: vt ordo originis ſpiritus ſancti de meo ſignificetur. Vbi ſubtiliter penetrare ſtudeas duplicem ordinem ſignificari: tum accipientis ad rem quæ accipitur, tum originis accipientis, vt de meo. Et alter quidem ordo (ſcilicet accipientis ad rem quæ accipitur) monſtrat quod ſpirituſſanctus accipiet ſapientiam ſcientiámque filij non filiationem. propter quod non dixit de me ſed de meo accipiet [Alter (ſcilicet originis importatæ in præpoſitione de) monſtrat quod ſpirituſſanctus procedit ab eo quod eſt filij vt principio quo filius producit ipſum. Sicut enim filius generatur ab eſſentia patris vt principio quo pater generat filium, quanque eſſentiam filius per generationem accipit, ita ſpirituſſanctus producitur ab eſſentia patris & filij vt principio quo pater & filius producunt ſpiritumſanctum: ita quod ſpirituſſanctus in hoc quod producitur accipit eadem patris & filij eſſentiam, ſapientiam, ſcientiam, potentiam, & reliqua omnia abſoluta. ¶Et bene nota qui minus exercitatus es in theologia ſpeculatiua, quod non vere dicitur quod filius aut ſpirituſſanctus producitur de eſſentia aut ſapientia diuina (hoc enim ad quaternitatem abbatis Ioachim damnatam ſpectat) ſed ſane dicimus quod producitur filius de eſſentia patris, & ſpirituſ-

ſanctus

ſanctus de eſſentia patris & filij. Et hoc ſignificatur hoc in loco per pronomen meum. formaliſsime enim dixit de meo ſignificatur nãque eſſentia, ſapientia, ſcientia &c. non abſolute ſed vt eſt perſonæ. ¶Dixit autem accipiet in futuro, propter officium temporale connotatum. acceptio enim ipſa eſt productio paſsiua ſpiritus ſancti quæ æterna eſt. ſed quoniam temporali futuro officio nuncij iungitur, ideo tempore futuro ſignificatur. Eſt enim planus literæ ſenſus, ideo me glorificabit ille quem ego mittã quia de meo ſapere, de meo ſenſu accipiet, proculdubio nuncius: ad differentiã humanorum nunciorum. qui mittuntur quidem & audiunt quæ mittens dicit, ſed non accipiunt ſapientiam prudentiamque mittentis: iuxta prouerbium poteſt dari officium ſed non ſenſus. [Et annunciabit vobis.] Ecce executio officij paracleti ſpiritus veritatis quẽ mittet ipſe: vt etiã ex ipſa executione officiũ nuncij in illo agnoſcamus. Significanterque adiungit vobis: vt fructum hunc qui eſt glorificare me intelligant ſpiritum ſanctũ productũ per ipſos Apoſtolos. [Omnia quæcunque habet pater, mea ſunt.] Indiuiſio inter patrem & filiũ, quantum ad omnia (non quædam) quæ habet pater, explicatur. Vbi perſpice ſignificari, tũ res quas habet, tum patrem habentem: vt intelligamus è regione omniũ quæ habet, ſupputari patrem. ita quòd ſub omnia quæ habet, non comprehenditur pater, non comprehenditur paternitas, non comprehenditur eſſe patrem. Et abſque exceptione quacunque verum eſt quòd omnia quæ habet pater mea ſunt. Penetra autem ſi potes, quòd communicare in omnibus patrem & filium diſtinctos inter ſeſe, ſignificat non habere aliquid patrem quo careat filius & econuerſo ſed omnia aliter habere patrem (ſcilicet non ab alio) & aliter habere filium, ſcilicet à patre. [Propterea dixi quia.] pro, quòd, [de meo accipiet & annunciabit vobis.] Ex veritate dictæ ſententiæ reddit rationem quare dixerit de ſpiritu ſancto quòd de meo accipiet. Ex hac igitur euangelica doctrina habemus quòd ideo ſpiritus ſanctus procedit à filio, quia omnia quæ habet pater ſunt etiam filij. ac per hoc quum pater habeat hoc quod eſt eſſe principium ſpiritus ſancti, filius quoque eſt principium ſpiritus ſancti. & habemus hanc vniuerſalem quòd pater & filius in omnibus ſunt vnum vbi non obſtat relatiua oppoſitio inter patrem & filium: immo quòd in trinitate diuina omnia ſunt vnum, ſalua ſola diſtinctione penes relatiuam oppoſitionem patris & filij & ſpiritus ſancti. Lege ſpeculatiuam theologiam, ſi hæc non intelligis & noſſe cupis. [Modicum.] temporis intercedet. paucarũ ſci-

licet ho rarum ſpatium. [Et iam.] Superfluit iam. [non videbitis me.] pro, non videtis me. Et hoc idem intellige in ſubſequentibus non videbitis. omnia nanque legenda ſunt in preſenti. Poſt modicum enim temporis mortuus eſt. & non viderunt eum, ſed cadauer eius. Referuntur autem præſentia iſta ad tempus præſens poſt modicum. ¶ [Et adiunxit hæc, ad declarandum aliud genus purgationis eorum. Prius enim declarauit purgationem ab extrinſecis perſecutionibus. modo vero declarare intendit purgationem ab internis animi paſsionibus. vt intelligamus quòd vtroque modo cœleſtis agricola purgat palmites fructiferos vt plus fructificent. [Et iterum modicum.] temporis intercedet poſt mortem meam. [Et videbitis me.] Voſmet in hac vita videbitis meipſum viuum. [Quia ego vado ad patrem.] Ratio vtriuſque interualli & interruptæ ac redditæ viſionis eſt: quia vado ad patrem. In ire ad patrem, ineluditur mori & reſurgere. [Dixerunt ergo ex diſcipulis eius ad inuicem, Quid eſt hoc quod dicit nobis. modicum & non videbitis.] pro videtis. [me & iterum modicum & videbitis me: & quia vado ad patrem? Dicebant ergo, quid eſt hoc quod dicit modicum? neſcimus quid loquitur.] Obſcurus intellectus diſcipulorum deſcribitur ſatis clare. [cognouit autem Ieſus quia.] pro, quòd. [volebant eum interrogare: & dixit eis, De hoc quæritis inter vos quia.] pro, quòd, [dixi. modicum & nõ videbitis] pro nõ videtis, [me, & iterum modicum, & videbitis me? Amẽ amen dico vobis quia] pro quòd, [plorabitis & flebitis.] pro lamentabimini, [vos] Declarat primum poſt modicum quo non vident ipſum, ab exteriori fletu & lamento. Tẽpus enim mortis ipſi⁹ Ieſu ſignificatur: quo Apoſtoli plorauerunt & luxerũt Ieſum. [Mũdus autem gaudebit.] Vobis lugentibus, cõmuniter homines gaudebunt. nam Iudæi & Gentiles gauiſi ſunt in cruce de Ieſu: vt patet ex inſultationibus eorum. [Vos autem cõtriſtabimini.] Non ſolũ exterius plorabitis & lamentabimini: ſed etiam intus in cordibus veſtris afficiemini triſtitia. [Sed triſtitia veſtra vertet in gaudiũ.] Declarat alterum poſt modicum quo viſuri erant ipſum, à gaudio quod habebant poſt reſurrectionem eius, in quod cõuertetur eorum triſtitia. tanquàm illud gaudium fructus ſit purgationis habitæ per triſtitiam. [Mulier quum parit triſtitiam habet, quia venit hora eius. quum autem peperit puerum iam non meminit preſſuræ propter gaudium quia natus eſt homo in mundum.] Declarat hos ſucceſſus à ſimili ſucceſſu gaudij ad triſtitiã in muliere. Et ſimilitudo eſt clara. [Et vos igitur nunc quidem triſtitiam habetis:]

Applicat

Applicat ſimilitudinem ad propoſitum. [Iterum autem videbo vos.] Vt apertius declaret ex parte ipſius Ieſu(quia ſcilicet moriturus erat & reſurrecturus)hos ſucceſſus, non dicit iterum autem videbitis,ſed iterum autem videbo.hoc eſt ego ipſemet qui modo vos video & mortuus non videbo vos, iterum viuus videbo vos. ¶Vbi nota acute lector quòd ſuũ poſt reſurrectionem videre ſignificat in futuro,diſcipulorum autem ſignificauit in præſenti.vt intelligamus non interrumpendum morte ipſorum videre diſcipurum ſuum autem videre interrumpendum morte, nouúmque videre ſibi futurum, Apoſtolis perſeuerantibus in ſua vita. [Et gaudebit cor veſtrum.]Ad literam gauiſi ſunt diſcipuli viſo domino. [Et gaudiũ veſtrũ nemo tollet.] pro tollit,[à vobis.]Firmitas interni gaudij ſignificatur tanta quòd nulla perſecutio ſufficeret ad tollendum ab eis ipſorum internum gaudium. Et dixit hoc.ad ſignificandum quod futurum eorum gaudium aduenientе ſpiritu paracleto,non erit inſtabile ſicut gaudium quod habuerunt hactenus de præſentia Chriſti. hoc enim mundus abſtulit ab eis illamet nocte. ¶Et dicit in præſenti,nemo tollit, vt intelligerent continuam præſentis ſæculi perſecutionem ad tollendum inſtare. [Et in illo die.] quo iterum videbo vos. [Me non interrogabitis quicquam.]hoc eſt non erit vobis opus vt interrogeris me quicquàm: vtpote abſque interrogatione docti. Et hoc verificatum eſt non ſolum à die quo confirmatum eſt gaudium eorum per ſpiritumſanctum: ſed etiam à die quo poſt reſurrectionem vidit Apoſtolos. Poſtquam enim viderunt eum, ita inſtruxit eos de regno dei & aperuit illis ſenſum vt intelligerent ſcripturas,vt non oportuerit illos interrogare quicquam. Vnde tam Petrus qui præſumpſit interrogare Ieſum de Ioanne, domine hic autem quid?reprehenſus eſt: quàm diſcipuli in aſcenſione eius conuenientes præſumentes interrogare domine ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael, reprehenſi ſunt. [Amen amen dico vobis.] Demum circa metaphoram vitis palmitum declarat quòd vniuerſaliter, non ſolum magis fructificare ſed etiam abſolute fructũ ferre, mediante humili ſupplicatione habetur. [Si quid.] pro quòd, [quæcunque petieritis patrem.] Ecce modus omnem fructum ferendi [In nomine meo.] in inuocatione nominis mei. Nouum modum petendi docet eos. quem hodie continue ſeruat eccleſia, apponendo petitionibus, per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuũ. [Dabit vobis.] Ecce modus efficaciæ, diuina largitio reſpondens

petentibus in nomine Christi. Et dicit quòd dabit vobis quæcunque petieritis inuocato nomine meo: quia sic est in veritate quòd quæcunque non solum Apostoli sed electi quique petunt absolute, impetrant. nullus enim electus secundum rationem rectam petit absolute quod potest negari, sed petit illud sub conditione: vt paulus ter dominum rogauit vt discederet à se angelus Satan, &cæ. [Vsque modo non petistis quicquam in nomine meo.] Sciebat Iesus quòd hoc supplicandi modo (scilicet inuocato nomine Iesu) non adhuc vsi fuerant Apostoli. [Petite & accipietis.] Exposita efficacia impetrandi hoc nouo orandi modo, & quòd hactenus illo non sunt vsi, monet vt vtantur illo. Tanquàm si diceret. vtimini illo, & experiemini efficaciã scilicet quòd accipietis. [Vt gaudiũ vestrum sit plenũ.] vt hac via perueniatis ad plenitudinem gaudij: præcrit in patria cœlesti. [hæc in prouerbijs locutus sum vobis] Pronomen hæc demonstrat dicta ex tunc, surgite eamus hĩc: nam ex tunc incœpit parabolam, ego sum vitis vera &c. & prosecutus est eam declarando spectantia ad illam hucusque. Vnde finem imponens parabolæ dicit hæc in prouerbijs, in metaphoricis sermonibus, dixi vobis [Venit.] deest sed. Legendum est. [Sed venit hora seu tempus. Significat enim tempus post resurrectionẽ. [Quum iam non in prouerbijs] hoc est in metaphoris. [Loquar vobis, sed palã.] seu manifeste. [de patre meo annunciabo vobis.] Post resurrectionem enim Iesus instruxit discipulos aperte de mysterio trinitatis inter alia quæ docuit de regno dei. [In illo die.] quum instructi fueritis, & apertus fuerit vobis sensus ad intelligẽdum scripturas, & cognoueritis me esse naturalem filium dei. [In nomine meo petetis.] inuocatione nominis mei supplicabitis deo. [Et non dico vobis.] hoc est prætereo, taceo. [Quod ego rogabo patrem de vobis.] pro, vobis. taceo officium meum quòd rogabo patrem pro vobis Non dicit se non rogaturum: sed dicit se tacere nunc officium suum quod aliâs promiserat. Rationem autem tacendi nunc hoc officium subiũgit. [Ipse enim pater amat vos] Ratio tacendi proprium officium rogandi pro ipsis patrem, est acsi diceremus quia pater ipse tam affectus est amore ad vos, nihil dico de intercessione mea ad eum pro vobis: vt hinc intelligerent seipsos non solum diligi ab ipso Iesu sed etiam à patre. [Quia vos me amastis.] Hinc apparet quòd de amore gratiæ subsequentis fuit sermo, dicens ipse enim pater amat vos. amor nanque subsequentis gratiæ causatus est ex merito quo discipuli amauerunt Iesum. De amore autem gratiæ præuenientis scriptum

est

eſt quòd ipſe prior dilexit nos. Sobrie autem intellige quòd patris amor cauſatus eſt ex amore diſcipulorum: quoniam non eſt ſermo de actu amandi ſecundum ſe (quandoquidem ille eſt æternus, & eſt ſubſtantia dei) ſed ſecundum effectum ſubſequentium gratiarum, ad quæ dona amauit Apoſtolos ex eo quòd ipſi amauerũt Ieſum. [Et credidiſtis.] Hic clare teſtatur Ieſus veram fuiſſe fidem in Apoſtolis de ipſo [Quia] pro, quòd, [à deo exiui] deeſt ego. Legẽdum eſt. [quod ego à deo exiui.] Quum res intellectualis ordinis iungitur rei ſenſibili, exit' à penetralibus intelligibilis ſecreti ad externum ordinem. intellectus enim & intelligibile velut interiora ſunt: ſenſus autem & ſenſibile velut foris ſunt. Ieſus non ſolum intellectualem, ſed diuinam ac omnino impaſſibilem perſonam iunxit ſenſibili & paſſibili carni. Et propterea dixit q; ego exiui à deo. perſonam enim eius quæ diuina eſt, demonſtrat pronomen ego. [Exiui à patre.] aſſumendo carnem, naturam ſenſibilem ac paſſibilem: vt declaratum eſt [Et veni in mundum.] hoc eſt in conuerſationem cõmunem mundo, conuerſatus eſt enim ita Ieſus vt communis eſſet cuilibet volenti videre & audire ipſum. Et adiũxit hoc quia potuiſſet exiſſe à patre ſumendo carnem ſenſibilem abſq; eo quòd veniſſet ad communem hominum conuictum: vt ſi aſſumpſiſſet carnem ſenſibilem ſed incorruptibilem (vt modo habet in cœlo) aut in paradiſo terreſtri fuiſſet, apparens quandoque aliquibus vt poſt reſurrectionem fecit. [Iterum relinquo mundum.] Iterum, refert alterum iter: non alteram relictionem tanquam primum iter fuerit exiſſe à patre & veniſſe in mundum: quo iam completo alterum aggrediatur iter, inchoans conuerſo. Primum incœpit à patre, & terminatum eſt ad mundum hoc autem incipit à mundo & terminatur ad patrem. ¶Sed nota differentiam dicendo relinquo mũdum Non dixerat reliqui patrẽ: quia ita exiuit à patre quòd nõ reliquit patrem, ita iunxit ſibi carnem paſſibilem quòd nõ reliquit diuinitatem communem ſibi cum patre. mundum autem relinquit: qui conuerſationem huius mundi ad quam venerat, relinquebat. [Et vado ad patrem.] Non dicit & intro ad patrem (quòd eſſet relinquere naturã ſenſibilẽ, quã aſſumendo exierat) ſed vado ad patrem, vado ad conſortiũ & conuerſationẽ glorię paternæ. Immortalitate enim & habitaculo cœleſti conditiones paternæ glorię habentur ab humanitate Chriſti. ſecundum quam ibat ad patrẽ. [Dicunt ei diſcipuli eius. Ecce nunc palam loqueris, & prouerbiũ nullũ dicis] Diſcipuli paulo ante tanquam muti ex triſtitia effecti, ex poſt auditis ſermonibus Ieſu conſolatoriis, tũ ex ſuperuenturo pa-

racleto, tum ex iteranda visione ipsius, tum ex promissa efficatia impetrandi in nomine eius, tum ex commendato amore commendatáque fide ipsorum erga eum, &c. resipiscentes loquuntur, & tria dicunt. Primum quòd modum loquẽdi promissum à Iesu (scilicet non in parabolis) iam apparet impleri. Et propterea demonstrando præsens tempus tanquam promissio non fuerit facta in lõgum tempus, dicunt ecce nunc manifeste loqueris, absque metaphoris. [Nunc scimus] Dicunt secundo quòd non scimus. [Quia.] pro, quòd, [scis omnia.] scilicet etiam intima cordium & futura. Quẽadmodum enim primum dixerunt, quia videbatur eis quòd Iesus aperte locutus fuerit dicendo quòd ipse pater amat vos, quia vos me amastis & credidistis, &c. ita hoc secundũ dicunt quia Iesus in consolatoria hac institutione tetigit omnes passiones eorum, satisfecit omnibus affectibus eorum, promisit omnia desiderabilia ab eis ad vitam spiritus & gaudium internum spectantia, [Et non opus est tibi vt quis te interroget.] Si scire omnia significaret scire omnia quæ disci possunt, affirmãdũ fuisset opus esse interrogatione (quoniam ratio exigit vt interrogemus scientes, & non ignorãtes) sed quoniam Iesum scire omnia significat scire etiam omnia futura & omnes affectus ac desideria ignorantiásque singulorum, ideo consequenter quadrat quòd non opus est tibi, non opus est ex parte tua vt quis interroget te: vtpote qui absque interrogatione scis omnibus & singulis ignorantijs, affectibus, desiderijs euentibúsque prouidere. [In hoc credimus quia.] pro, quòd, [à deo existi.] Tertio dicunt motiuum apud eos validum ad firmandum eos in credendo quòd Iesus à deo exiuit. Dico autem ad firmandum quia teste Iesu iam crediderant quòd ipse à deo exiuit: vnde quum dicitur in hoc credimus, firmitatem suæ fidei significant. [Respõdit eis Iesus. Modo creditis?] Interrogatiue lege, interquendo in eos infirmitatem proprię fidei: ipsismet ignoram: hoc est modo estis firmi in fide? [Ecce venit hora.] Præsentis temporis est venit. [Et iã venit.] hoc est & iã adest. [Vt dispergamini vnusquísque in propria.] percipite quanta est firmitas fidei vestrę, quòd in promptu est vt fugiatis. Quod autem dicit in propria, non significat domos proprias (quum Apostoli essent Galilæi, nec haberent proprias domos in illis locis circa Hierusalem in quæ dispersi sunt) sed appellatione propriorum intelligit latibula seu habitacula ad propriam cuiusque salutem quæsita. [Et me solum reliquatis.] vt rei probauit euentus [Et non sum solus quia pater mecum est.] Ne intelligerent discipuli quòd propter seipsum dixerit hæc verba

Iesus

Iesus (tanquam verba querula quòd ipsum essent relicturi) subiungit de seipso quòd ipsis omnibus fugientibus quanuis remaneat solus, destitutus societate amicorum hominum, non tamen remanet destitutus à patre deo quia deus pater semper cum eo est, plus potēs quàm omnis societas humana. [Hæc loquutus sum vobis.] Conclusio est & fere peroratio totius sermonis à cœna habiti [Vt in me pacem habeatis.] Fructus intentus continet duo: scilicet pacem, & in me. Habere enim pacem in Iesu, est fructus vniuersarum sanctarum actionum & passionum. nam tam habere pacem non in Iesu nihil est, quam esse in Iesu sine pace nihil est. Fides enim informis mortua est: & pax sine Iesu, velut corp⁹ sine capite est. [In mūdo pressuram habebitis.] pro, habetis. Ne errarent intelligendo pacem habendam in Iesu annexā habere pacem mundi, repetit quod diffusius dixerat quòd in mundo existentes simul cum pace in Iesu haberent afflictiones, haberent non pacem mundi, sed perturbationes, afflictiones & oppressiones, &c. mūdi [Sed confidite.] persistite inter pressuras mundi cum secura & certa spe superādi & coronam assequendi æternam [Ego vici mundū.] Ex duobus capitibus fiduciā discipulorū fouet. Alterū est, quia mūdus est victus à me. victo enim regno aliquo à principe exercitus, fidētiores reddūtur milites ad debellādas particulas aliquas. [Alterum est, quia ipse Iesus caput eorū vicit mūdū: vt non solū ab exēplo victoriæ, sed etiā à præsidente victore confidāt. magna enim cōfidētiæ pars est tum exēplū victoriæ, tū præsidētia victoris prīcipis. Et vere sancti non in proprijs viribus, sed in victoria Christi confidunt in tribulationibus & persecutionibus, prēsidio Christi victoris innitentes. Dicit autem vici, quanuis adhuc victoria non esset consummata, vel quia quod parum deest nihil deesse videtur, vel quia tā passio quam meritum passionis eius, & mortis iam incœperat, ac per hoc victoria iam inchoata erat quæ in morte fuit consummata.

CAPVT XVII.

Hæc locutus est Iesus.] Historiam texens, ordinē subiunctæ orationis ad supradictum sermonem declarat secundum ordinem temporis quo post sermonem relatū subleuauit oculos [Et subleuatis oculis.] Deest, suis, [ī cœlū.] Modū exteriorē quo orauit describit, vt exteriore motu īternū mētis motū similē intelligamus. [Dixit.] Docuerat verbis se esse vitē & discipulos palmites: exercet modo facta orationis officiū vitis, orādo & petēdo p ipsis. Et qm̄ instruxerat discipulos q̄ modus fructificādi erat media oratione plures-

que repetijt hoc propterea vt nõ ſolum verbo, ſed facto inducerer diſcipulos ad fructificandum orando, coram ipſis orat, & quod amplius eſt, ad inſtruendum diſcipulos vt poſtquam docuerint gẽtes adiuuent illas orationum ſuffragio, poſt ſermonem orat p eis. Immo ſi perſpecta fuerint promiſſa in ſermone antedicto adimplenda per ſpiritumſanctum, orat vt impleantur promiſſa. Tria ſiquidem officia deſcripta ſunt exercenda à ſpirituſancto ſcilicet arguere mũdũ, docere conſolarique Apoſtolos, & glorificare ipſum Ieſum. Hæc enim tria in hac oratione tangit, ordine retrogrado inchoat ſiquidem à glorificatione ſui [Pater venit hora.] Oratio hæc eſt Ieſu ſecundum humanam naturam: quia eius eſt orare. Et dicitur veniſſe in præterito, quia inchoata erat hora mortis eius. Venit autem electa & deſiderata [Clarifica.] pro, glorifica, [filiũ tuum.] Ecce prima petitio qua petit glorificari. miraculis quidem in paſſione (petræ enim ſciſſæ ſunt, & ſol obſcuratus eſt, & tenebræ factæ ſunt, &c.) gloria autem corporis & gloria fideiChriſtianæ in reſurrectione, & deinceps merito paſſionis. [Vt.] Deeſt. &, [filius tuus clarificet] pro, glorificet, [te.] Non ſolam petitionem, ſed fructum petitionis proponit, Supplicat, glorifica filium tuum ad hunc fructum vt & filius tuus glorificet te Non peto gloriam mei hominis ſiſtere in homine, ſed reflecti in gloriam tuam. [Sicut dediſti ei.] filio tuo. Modum dandi gloriam filio vt glorificet patrem, petit ſimilem modo quo dedit eidem filio poteſtatem. Ita quòd ſenſus eſt. ita glorifica filium tuum ad hunc fructum vt filius glorificet te, ſicut dediſti ei [Poteſtatem omnis carnis. ad hunc fructum, vt omne donum, quod dediſti ei,] filio tuo, [det eis.] omnis carnis [vitam æternam.] Vide ſingula Dedit deus pater filio ſecundum humanam naturam poteſtatem acquirendæ omnis carnis. hoc eſt cuiuſcunque conditionis, ætatis, &c. hominum. Dedit autem illi poteſtatem hoc fructu, vt omne donum datum Chriſto homini fructuoſum ſit ad dandum omni carni vitam æternam, in Chriſto ſiquidem nihil fuit non fructuoſum ad dandum alijs vitam æternam nam & corpus eius & anima eius & gratiæ quæcunque in eo, fructuoſa fuerunt ad dandum cuiuſcunque conditionis hominibus vitam æternam Et propterea dicitur, vt omne, nullo excepto, quod dediſti ei, filio tuo, det vitam æternam eis, cuiuſcunque carnis. Poſtquam itaque petit glorifica filium tuum vt filius tuus glorificet te, petit modum, vt ſimili ſcilicet modo fiat vtrunque hoc eſt ſimili modo [glorifica filiũ tuum ad hũc fructum vt filius tuus glorificet te, quemadmodum dediſti

ei poteſtatem trahendæ vniuerſæ carnis ad hunc fructum vt omne datum ei det illis vitam æternam ¶Si quæris quis eſt iſte modus? reſponderetur quòd eſt munde ita quòd petit vt munde glorificetur quemadmodũ munde executioni mandata ſunt dona præconceſſa. Nec per hoc intelligas peti æquè munde ſed ad imitationem munditiæ qua ipſe Ieſus exercuit dona dei, Chriſtiani munde glorificent Ieſum ad gloriam patris. [Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſolum.] Ne vacillares putando extraneum quid allatum à Chriſto ad ſimilem modum, declarat quòd in eo quòd dictum eſt vitam æternam dictum eſt cognoſcere patrem Et intelligas propinquos eſſe illos fructus ſcilicet glorificare patrem & dare illis vitam æternam: quia eſt dare illis vt cognoſcant patrem. conſtat enim viam ad glorificandum patrem eſſe, dare alijs vt cognoſcant patrem eſſe verum deum. Et hinc perpendere poſſumus quàm propinque & ad propoſitum petat Ieſus glorifica me vt glorificem te ſimili modo quo dediſti mihi poteſtatem lucrandi cuiuſlibet conditionis homines ſimili fructu, ſcilicet vt omne mihi datum det illis vt cognoſcant te ſolum, & cætera [Verum deum.] Arriani fouent errorem ſuum ex iſto textu in quo manifeſte filius alloquens patrem fatetur cognoſcendum patrem ſolum, verum deum Si enim inquiunt pater ſolus eſt verus deus, ſequitur quòd filius non ſit verus deus. ¶Sed cæci ſunt: nolentes intelligere quòd dictio excluſiua ſeu exceptiua iuncta termino perſonali (puta patri ſeu filio) reſpectu eſſentialium, non excludit niſi à diuerſo. conſtat autem quòd nec pater eſt diuerſus à filio, nec filius eſt diuerſus à patre, ſecundum profeſſionem fidei catholicæ. Et propterea dicendo quòd ſolus pater eſt deus, ſenſus eſt pater eſt deus verus, & nullus diuerſus à patre eſt verus deus. Quod catholica fides profitetur. non enim per hoc excluditur filius. ¶Et ne Arriani dicant gloſam logicã ſeu metaphyſicã conuincuntur euangelio Matt. c. 11 nemo nouit filium niſi pater. Si ex hoc quòd ſolus pater nouit filium oportet excludere quemcunque alium etiam non diuerſum, ſequitur quòd filius non nouit ſeipſum. Et ſimiliter quum ſubiungitur neque patrem quis nouit niſi filius, infertur ergo nec pater nouit ſeipſum. Hæc enim ridicula ſequuntur ex hac Arriana perfidia quòd dictio exceptiua ſeu excluſiua addita termino perſonali reſpectu eſſentialium (quale eſt noſſe, quale eſt eſſe deũ, eſſe ſapientem, potentem & huiuſmodi) excludit ab alia perſona. ¶Et bene nota quòd non dicit vt videant, ſed vt cognoſcãt: quoniam ad literam eſt ſermo de vita æterna non reſtricta ad modum

quo

quo habebitur in patria, ſed cõmuni viæ & patriæ. Superius enim in c. 6. expreſſe dixit, qui credit, in me habet vitã ęternã, vita ſiquidem æterna habetur hic inchoatiue, cognoſcendo ſolũ verũ deũ, &c. & in patria completiue, videndo [Et quẽ miſiſti Ieſum Chriſtum.] Non ſufficit ad vitam æternã cognoſcere deũ, ſed oportet etiã cognoſcere deũ hominẽ. Miſſus enim Ieſus Chriſtus, deus homo eſt. Neque ſiquidẽ in hac via habetur æterna vita inchoatiue niſi cognoſcatur Ieſus Chriſtus, nec in patria habetur vita æterna perfecte, niſi cognoſcatur Ieſus Chriſtus, remaneret enim deſiderium fidei non ſatiatum ſi non cognoſceretur Ieſus Chriſtus in quẽ credidimus. [Ego te clarificaui.] pro, glorificaui, [ſuper terram.] declarat executũ ſe eſſe quod dixerat, vt omne quod dediſti eis det eis vitam æternam. Declarat autem illud omne trifariã. Primo quãtum ad potentiam datã ei: ego te glorificaui, vſus ſum potentia mihi data ad glorificandũ te, ſuper terrã, miraculis multis. ¶ Secũdo quantum ad officium redẽptionis humanæ, ſubiungendo. [Opus cõſummaui.] Iã habet pro facto q̃ cõtinue proſequebatur. [Quod dediſti mihi vt faciã.] nõ dicit q̃ præcepiſti mihi, vt pl' ſignificet. ſ. d onũ exequendi, multa enim præcipit deus quæ nõ dat exeq. Vnde & ſcriptũ eſt, Scio q̃ cõtinẽs eſſe nõ potero niſi tu dederis. [Et nũc clarifica.] pro, glorifica. [me tu pater.] Antequã tertiũ ſubiũgat, explicat qualem gloriam petit. Tãquã dicẽs. Ex quo ego & poteſtate & officio vſus ſum ad gloriam tuã ad dãdũ eis vitã æternã, ſupplico vt debitã mihi ex merito operũ gloriã gratuito exequaris ipſum enim ſupplicare eſt petere gratuitã executionẽ glorificationis. [Apud temetipſum.] Ecce qualem gloriã peto: nõ eam quæ eſt apud homines, & nõ apud deũ, ſed eam quæ eſt apud deũ, qualecũque interpretentur illam homines. Gloria enim crucis & ignominiarum pro redemptione humana, pro iuſtitia, pro veritate, gloria eſt apud deũ: quanuis apud homines ignominia reputetur. Et ſimiliter gloria multa ſæpe eſt apud homines quæ apud deum nulla habetur, gloria tyrannorum, &c. Petit itaque talem gloriam quę ſit apud deũ probata [Claritate:] pro. gloria, [quam habui priuſquam mundus fieret.] pro, eſſet, apud te. Primo petijt gloriã, deinde modũ, poſtea qualitatẽ, & demũ debitũ ſeu deriuationẽ. Eſt enim ſenſus, glorifica me ex gloria quã habui apud te priuſq̃ mundus eſſet, Gloria enim à xpo petita, debita fuit ei multipliciter. Et prima debiti ratio erat æterna gloria quã filius deus in ſua diuinitate habet ab ęterno: ex hoc enĩ q̃ perſona illa erat glorioſa apud deũ ab ęterno, debita fuit humanitati aſſumptæ in vnitatẽ perſonæ gloria, &

ex

ex illa deriuata est in humanitatem gloria. Et propterea vltra alios modos debiti prius tactos, explicauit hunc alium excellentiorem modum ex deriuatione à gloria æterna. Oratio enim hæc non solum est ad orandum, sed ad instruendum. [Manifestaui.] Tertio quantum ad doctrinam. Disiunxit autem hoc tertium à primis duobus, quia illa duo spectant ad dandum vitam æternam pro quanto consistit in cognitione patris solius veri dei: hoc autem tertium spectat ad dandum vitam æternam pro quanto ad illam concurrit cognoscere Iesum Christum missum à deo patre vt clare sequentia testantur. [Nomen tuum.] quo pater meus nominaris & es. Non dicit manifestaui te (quia secundum veritatem non erat manifestatus ipse pater Apostolis vnde & philippus dixit ostende nobis patrem) sed nomen tuum, hoc est quod vere nominaris pater meus quod antea ignorabatur. Mysterium enim trinitatis quãuis vtcunque à prophetis cognitum fuerit, fuit tamen innominatum proprijs nominibus patris & filij & spiritus sancti antequam Iesus nomen patris sui manifestaret. [Hominibus quos dedisti mihi.] Non omnibus hominibus manifestaui, sed illis quos tu mihi homini dedisti interno gratiæ dono vt adhærerent mihi. [De mũdo.] non de cœlo missos sed de mundo electos. de communi hominum multitudine à mundanis affectibus abstractos. [Tui erãt] solius, inquãtum fide in te deum tantummodo credebant: & quãtum ad dona, à te tantum deo dona gratiæ habebant. [Et mihi eos dedisti.] Non priuando te illis, sed communicando mihi illos: & quantum ad fidem vt credãt etiam in me hominem deum, & quãtum ad dona, vt habeant dona etiã à me homine deo. Et dicit hoc ad significandum quales apud deũ discipuli sui sunt scilicet de numero electorum. [Et sermonem tuum seruauerunt.] Ecce fructus primus manifestati à me nominis tui discipulis mihi à te datis. [Nũc cognouerunt.] Ecce fructus secundus directe intentus s. cognoscere & quem misisti Iesum Christũ. [Quia omnia quę] pro, q, omnia quæcũque, [dedisti mihi, abs te sunt.] hoc est q. oia quæ in me secundum rem sunt dona tua, cognita sunt ab eis esse dona tua in me. Et hoc dicit ad explicandum cognitũ fuisse ab Apostolis id quod superius dixerat, vt omne quod dedisti ei det eis vitam æternam. Cognouerunt enim Apostoli omnia quæcunque faciebat aut dicebat Iesus, esse à deo: & non hæsitabant vnde esset miracula, doctrina & facta Iesu. [Quia verba quæ.] pro, quæcunque, [dedisti mihi dedi eis.] Non dicit verba quæcunque locutus es mihi locutus sum eis, sed dicit quæcunque dedisti mihi dedi eis.

ad

ad significandū quòd ratio quare cognouerunt Apostoli omnia Iesu Christi esse à deo, non fuit externum dicere, sed internū dare: hoc est quia tradidit internam notitiam in mentibus eorum Et significatur notitia data appellatione verborū dicendo verba quę cunque dedisti mihi dedi eis: vt intelligamus quòd Iesus non omnem notitiam infusam animæ suæ transfudit in discipulos, sed illam tantum quæ est ei data sub ratione verborum: hoc est dicendorum. Multa enim data sunt ei nō dicenda, verum quæcunque data sunt ei vt dicenda in hac via, dedit Apostolis ĩterna doctrina. Et hinc cognouerunt Apostoli omnia Iesu esse à deo [Et ipsi acceperunt.] intus verba data efficax enim datio monstratur ex acceptione subsecuta doni dati. [Et cognouerunt vere, quia.] pro, quòd [à te exiui.] sumendo carnem Ecce tertius & principaliter intentus fructus s. cognoscere & quem misisti Iesum Christum [et crediderunt quia.] pro, quòd, [tu me misisti.] Differentia inter hæc duo (.s. à te exiui, & tu me misisti) non est penes naturas quoniam tam exitus quàm missio temporalis, est secundum naturam humanam, sed penes authoritatem: nam dicēdo à te exiui, authoritas in ipso exeunte significatur: vtpote propria volūtate exiens: dicendo autē tu me misisti, authoritas in patre mittente significatur. [Duo aūt dicit de Apostolis .s. quòd cognouerunt & crediderunt, & oportet vtrunque esse verum: propter quod in textu adiungitur cognouerunt vere, tanquam fructus accepti doni. Recole superius pluries dictam differentiam inter cognoscere rem gestam & vniuersaliter sic esse in seipsa seu in seipso, vel credendā & intellige ꝙ Apostoli vere cognouerunt Iesu à deo exitum, non in seipso, sed indubitanter credendum: & propterea crediderunt id quod cognoscebant esse credendum. [Ego pro eis rogo.] Postquam absoluta est prima orationis pars (qua rogauit pro gloria sua) transit ad secundā, rogans pro discipulis. Et hoc ipsum explicat, ad instructionē nostrā. [Nō pro mūdo rogo.] Differētia inter discipulos & mūdū quātū ad beneficiū hui' oratiōis, explicat. Et per mūdū ītellige homines mūdi sine delectu. [Sed pro ijs quos dedisti mihi.] Ecce ratio differētię qa isti dati sunt mihi à te, quia horū cura mihi incūbit ex hoc ipso ꝙ dedisti eos mihi. [Quia tui sunt.] æterna electione. [Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt.] Ne erraremus putantes propria aliqua esse patris quæ nō essent etiā filij, subiūgit oīa esse eis communia. Ita ꝙ non solū diuina essentia, sapientia, potētia & hmōi, sed etiā electa & possessa quęcunque communia sunt, indiuisa sunt respectu patris & filij. [Et clarificatus sum.] pro, glorificatus sum,

[in

[in eis.] Secũda ratio quare rogat p eis. Primã quidem rationem ex parte patris ſumpſit, dicendo pro ijs quos dediſti mihi. hanc vero ſecũdã ex parte ſui ſumit, dicendo, & glorificatus ſum in eis: nõ ã facto quam decreto parũ ſiquidem glorificatus hactenus fuerat Ieſus in Apoſtolis, ſed immobili decreto diuinę diſpoſitionis poſita erat glorificatio Ieſu in Apoſtolis: vtpote in eorũ mentibus, moribus, actibus, prędicationibus, paſsionibus fructibuſque glorificãdus in hoc mũdo. Vnde merito ex parte ſui Ieſus rogat pro eis. [Et iam nõ ſum in mũdo.] Tertiã ad idem rationẽ apponit, incipiẽtẽ ex ſua abſentia à mundo. demonſtratur enim tempus mortis eius tanquam præſens: vtpote certiſsime inſtans Sed hæc à mundo abſentiæ Ieſu ratio, imperfecta eſt rogandi pro Apoſtolis ratio, niſi adiungeretur quod Apoſtoli remanerent in mũdo. Et ideo hãc tertiam rationem ex parte Apoſtolorum remanentium in mundo abſque Ieſu, ſumit, adiungendo [Et hi in mũdo ſunt.] Eodem modo intellige Apoſtolos eſſe in mundo quo Ieſus non eſt in mundo. nam Ieſus à tempore ſuæ mortis non eſt in mundo: hoc eſt cũ hominibus communiter corporaliter exiſtens. Apoſtoli autem remanebant communiter cum hominibus corporaliter exiſtentes. & propterea indigebant adiuuari interceſsione Ieſu ad patrem. [Et ego ad te venio.] Ne errares putando Ieſum morte non eſſe in mundo (ſicut alij homines mortui non ſunt in mundo) adiunxit ſingulariſsimum priuilegium ſui receſſus à mundo ſcilicet quòd ego ad te patrem meum venio. Moriendo ſiquidem recedebat à communi hominum mortalium conſortio: ſed ibat ad immortalẽ vitam corporis aſſumendam, ad incorruptibilem glorioſumque ſtatum conformem patri incorruptibili ac glorioſo aſſequendum ibat ad potiendum regno dei. [Pater ſancte.] Poſt rationes quare rogat pro Apoſtolis, ſubiungit ipſam orationem breuiſsimam. & deinde proſequitur ſingulas eius particulas. Appellat itaque patrem ſanctum, quia effectum ſanctitatis petere intendit. & formaliter loquens, à patre quatenus ſancto petit. Sanctitas autem quũ ſit perfecta munditia, ſoli deo per excellentiam conuenit: qui ſolus eſt mundus ab omni potentialitate. [Serua eos.] Ecce petitio, inferius declaranda [In nomine tuo.] In ſtudio & affectu nominis tui, non gloriæ & famæ propriæ. [Quos dediſti mihi.] Explicat ſimul ex parte patris, ex parte ſui, & ex parte diſcipulorum quod ſunt electi quos petit ſeruari ſanctos: dicendo quos dediſti mihi. [Vt ſint vnum ſicut & nos.] Ecce fructus ad quem petit ſeruari electos ſanctos: vt ſcilicet ſint vnum quemadmodum

& nos

& nos (ſcilicet tu & ego) ſumus vnum. ¶Et nota hic tria, ne ſæpius oporteat in hoc capitulo repetere: Primum eſt quod pronomen nos demonſtrat patrem & Ieſum ſecundum quod homo. Quod ex eo ſecundum planum literæ ſenſum habetur, quod ille demonſtratur qui orat: conſtat autem quòd filij hominis eſt orare & propterea in tota hac oratione demonſtratur Ieſus ſecundum quòd homo. ¶Et bene nota quod non demonſtratur deus, ſed pater quem alloquitur quia non intendit dicere vt ſint vnum ſicut nos ſcilicet deus & ego filius hominis. tum quia deus & filius hominis non poſſunt appellari nos. nam pronomen nos plures perſonas demonſtrat: Ieſus autem homo & deus non ſunt duæ ſed vna perſona, ſed Ieſus homo & pater ſunt duæ perſonæ demonſtratę pronomine nos. ¶Secundum eſt. quod non dicit vt ſint vnum quantum & nos, ſed ſicut & nos: quia non ſignificatur quòd quanta eſt vnitas inter filium hominis & patrem, tanta ſit vnitas inter Apoſtolos & Ieſum. Sed ſignificatur quòd quemadmodum filius hominis & pater ſunt vnum, ita Apoſtoli & ipſe ſint vnum. ¶Tertium eſt. quòd filius dei homo & pater, ſunt vnũ non natura (alia enim eſt natura filij dei vt homo, & alia eſt natura patris) nec perſona (alia eſt nanque perſona Ieſu & alia perſona patris) ſed ſunt vnum indiſſolubili vinculo charitatis mutuæ: & inde donorum ſpiritualium, hinc pleni vſus illorum donorum. & præter hoc ſunt vnum vnitate gloriæ beatitudinis: quia Ieſus homo erat non ſolum viator ſed etiam comprehenſor. Et hunc vnitatis modum non adæquãdum ſed imitandum atque deſiuandum petit in diſcipulos: vt ſcilicet vinculum adſit firmum mutuæ dilectionis relatæ in deum, & dona habeant ab ipſo ſpiritualia ad quorum vſum omni conatu ſtudeant in hac vita, & tandem aſſequantur vnitatem gloriæ. Hic eſt fructus ad quẽ electi ſeruantur in ſanctitate. Et hæc nota ſemel pro ſemper in ſequentibus. [Quum eſſem cum eis.] Deeſt in mundo. Completa ſumma totius petitionis, proſequitur ſingulas eius particulas: inchoans ab illa particula pater, reddendo triplicem rationem quare commendat eos patri. Prima eſt quia ipſe Ieſus functus eſt officio ſeruãdi eos. Quum eſſem, inquit, cum eis, hoc eſt communicans cũ illis in carne mortali & conuerſatione paſsibili nõ ſeorſum ſed communem me exhibens mundo. [Ego ſeruabam eos in nomine tuo.] quod peto á te ſerua eos in nomine tuo ego faciebam [Quos dediſti mihi ego cuſtodiui.] Declarat ab effectu quod ipſe ſeruabat Apoſtolos in ſanctitate. Et intellige dediſti ſecundum adhæſionem officij.

[Et

[Et nemo ex eis perijt nisi filius perditionis.] Ex hac exceptione apparet quod diximus scilicet sensum esse, quod dedisti mihi secundum adhæsionem officij & gradus Apostolatus: alioquin locum non haberet exceptio. nam ex æterna prædestinatione datis Iesu, nullus perijt. ¶Appellatur autem Hebraico more filius perditionis dignus perditione passiua: seu plenus perditionis actuę Quēadmodum dicunt filius mortis, hoc est dignus morte: & filij nuptiarum pleni gaudijs nuptialibus. Iudas enim vtroque modo filius perditionis fuit. [Vt scriptura impleatur] Ratio quare vn⁹ ex Apostolis perierit, redditur vt scriptura impleatur. Et est sensus quod ad implendam scripturam electus est Iudas quanuis perditionis filius inter apostolos. Hic est enim directe intentus sensus: quoniam intendit reddere rationem quare non omnes Apostolos seruauerit. ¶Quanuis etiam verum sit quod ipsa culpa Iudæ ordinata non causata est ad adimpletionem scripturæ. deus enim mala ordinat in bonum. [Nunc autem ad te venio.] Secunda ratio redditur ex bono interni gaudij spiritualis ad quod seruandi sunt. quod modo ipse studet ingerere. Prima enim ratio ex præterito officio ac fructu, hæc autem ex præsenti officio simul & fructu secuturo redditur. Et propterea dicit. nunc, in præsenti, ad te venio, relinquens mundum, subtrahens corporalem præsentiam meam istis qua seruabam eos. [Et hæc loquor.] nunc. [in mũdo.] adhuc communis mundo. Ecce officium præsens. [Vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis.] Ecce consequens fructus officij præsentis, vt participent internum meum spirituale gaudium, non videndo sed experiendo in semetipsis, intus in proprijs animis impletum effectum. Hoc est enim ad quod eos seruari oportet. ¶Et sicut prima ratio respicit seruatos in nomine tuo, ita hæc secunda respicit subiunctum vt sint vnum sicut & nos. Gaudium enim Iesu vnitatem illam consequitur: & gaudium Apostolorum vnitatem quoque charitatis & vsus cum donis spiritualib⁹ consecutum est. [Ego dedi eis sermonem tuũ] Tertia ratio nõ dicit ego dixi eis, sed ego dedi eis: vt intelligamus donum internum insiti diuini sermonis in animis discipulorum. & percipiamus Iesum ideo commendare discipulos patri, quia datum à Iesu sermonis paterni donum occasio est vt discipuli odio habeantur à mundo. [Et mundus eos odio habuit.] & communes homines mundi eos, suscipientes sermonem tuũ, odio habuerunt. [Quia non sunt de mundo.] hoc est quia non constant doctrina, moribus, vita ac studijs mundanis, seu ortis ex mundo.

[Sicut

[Sicut &.] Superfluit &. Legẽdũ eſt. [Sicut ego nõ ſum de mũdo.] Sermo tuus acceptus ab Apoſtolis per me, facit eos nõ eſſe de mũdo quo ad ſtudiũ, mores, affectum &c. quemadmodum ego quoque non ſum ſecundum affectum, ſtudium, vitam, mores, verba &c. de mundo. ſimiles mihi quo ad hoc fecit. Et adiunxit hanc ſimilitudinem ad ſignificandum non eſſe malum effectum ſermonis à ſe dati, quanuis huiuſmodi effectum cõcomitetur quod mũdus eos odio habet. [Non rogo.] proſequitur illã petitionis particulã, ſerua eos. [Vt tollas eos de mũdo.] hoc eſt de conuerſatione & vita in hoc mũdo. [Sed vt ſerues eos à malo.] Non dicit vt ſerues eos à tribulationibus, ab odijs, à perſecutionibus, ſed à malo: hoc eſt vt ſerues eos ne aliquid proueniat eis in malum, ne cedat in malum. Diligentibus enim deum omnia cooperantur in bonum. & nulla tribulatio cedit in eorum malum · quod eſt malum æternæ ſeparationis à deo. [De mundo non ſunt, ſicut &.] Superfluit, &. [ego non ſum de mundo.] Repetit pauloante allatam rationem. non tamen ſuperflue: quia prius attulit Apoſtolos nõ eſſe de mundo ad ſimilitudinem ſui, pro ratione quare mũdus eos odio habuit. modo autem affert idem pro ratione vt non tollantur de mundo ſe d ſeruentur à malo. Homines enim tales ſunt quibus mundus indiget, & merentur ſeruari à malo. [Sanctifica eos in veritate.] Deeſt tua. Proſequitur illa particulam ſancte incœpit enim dicendo pater ſancte. proprie ſiquidem à patre ſancto petitur ſanctificatio. Sanctificare autem eſt mundum facere relatiue ad deum, eſt deputare ſeu offerre deo ſeu diuino cultui: Et in propoſito pro mundificare ſumitur. petit enim vt pater mundificet Apoſtolos in veritate ſua de qua ſuperius promiſit quod ſpiritusſanctus ducet eos in omnem veritatem. Petit ſiquidem ad literam quod pater ſanctificet Apoſtolos in ſpiritu veritatis. hoc eſt enim ſanctificare eos in dono interno veritatis ſuæ. Ex tunc nanque fuerunt Apoſtoli in diuina veritate mundificati ab omnibus ignorantijs paſsionibúſque quas habebant: timendo Iudæos &c. Et proculdubio mundificatio iſta facta fuit ſpiritu veritatis vitæ, doctrinæ & iuſtitiæ. [Sermo tuus veritatis eſt.] Merito ſanctificandi ſunt in veritate tua, quia ſanctificandi ſunt ad ſermonem tuum prædicãdum. ſermo enim tuus veritas eſt. [Sicut tu me miſiſti in mũdum, ita & ego miſi eos in mũdũ.] Quemadmodum quem petijt ſerua eos reddidit rationem ex functo officio proprio ſeruando eos, & ex præſenti officio circa fructum in eis, ita modo petendo ſanctifica eos in veritate tua, affert prius

proprium

proprium officium quo circa hoc functus est dicendo. sicut tu me misisti ita ego misi eos in mundum. Et est sensus quòd quemadmodum tu me misisti ex charitate ad prædicandum mundo veritatem, ita & ego ex charitate misi eos ad prædicandum veritatem in mundum. & similiter sicut tu me misisti sicut agnum inter lupos ita ego misi eos sicut oues inter lupos. & propterea egent vt tu sanctifices eos in veritate tua. [Et pro eis ego sanctifico meipsum.] Ecce officium præsens quo Iesus sacrificat seipsum, passione & morte offerendo se pro eis. [Si vis fiat in verbo sanctifico, parui refert. quoniã significatum in idem redit. sanctifico, id est deputo meipsum deo pro eis. hoc est enim offerre & sacrificare seipsum deo pro eis. Sanctifico meipsum, hoc est mundum me facio à carnis corruptibilitate & animi passibilitate hanc enim munditiã faciebat offerẽdo se in cruce [Vt sint & ipsi sanctificati in veritate.] vt sint & ipsi mundificati in veritate, re & officio veritatis. subaudi tuæ. Quanuis possit intelligi vt sint & ipsi sanctificati non ficte sed in veritate, vt ex meæ sanctificationis merito deriuetur ad eos in veritate sanctificatio. Et perpende connexionem non tam peritorum quàm requisitorum ad integritatem primi petiti scilicet serua eos. nam ad perfectam Apostolorum seruationem in nomine dei, exigitur eorumdem mundificatio à malo timore, malo amore, ignorantijs & huiusmodi: & q̃ hæc fit in terno dono spiritus veritatis [Non pro eis autem rogo tantum.] Declarat extendi preces suas etiam ad rogandum pro alijs electis Ex hoc enim q̃ Iesus in omnibus exauditus est, intelligimus quòd pro solis electis credituris rogauit. in quibus solis verificatur fructus subiunctus. [Sed & pro eis qui credituri sunt in me per verbum eorum.] non quia eorũ sed quia verbũ fidei est, commissum tamen eis. ideo nõ excluduntur ab hac oratione latro & Paulus, qui non erant credituri per prædicationem Apostolorum: quoniam erant credituri per illudmet verbum quod cõmissum est Apostolis. [Vt omnes.] tam Apostoli quàm credituri per verbum eorum. [Vnũ sint.] charitatis vinculo. [sicut tu pater in me & ego in te.] Declarat modum vnitatis. Vbi aduerte quòd superius proposuit modum vnitatis (dicendo sicut & nos) sed non exposuit illum. & propterea modo exponit tum modum vnitatis inter se patrem: tum modum vnitatis inter electos & ipsos. patrem scilicet & Iesum. Et modum quidem vnitatis inter se & patrem exponit dicendo. sicut tu pater in me & ego in te: hoc est sicut tu pater es in me homine sicut amatus in amante, sicut veneratus in venerante, sicut in obsequentissimo

tissimo filio &c. & ego, homo, in te: sicut dilectus, sicut in quo tibi bene complacet &c. [Vt & ipsi in nobis vnum sint.] Ecce expositio modi quo ipsi omnes electi debent esse vnum in nobis scilicet in patre & me Et significatur modus iste vt fruct⁹ vnitatis inter patrem & Iesum per coniunctionem vt. Sunt autem electi vnum in patre & Iesu, in hoc ipso quòd sunt vnius fidei, spei & charitatis in dilectione actiua erga eos patris dei & Iesu hominis. Dilectio siquidem qua pater diligit electos, & similiter qua Iesus homo diligit electos, est qua electi sunt in deo & Iesu: iuxta superius dicta in parabola de vite. manete in me, manete in dilectione mea Et vtraque dilectio est causa spiritualium donorum in electis. paterna quidem principalis: Iesu autem meritoria & ministerialis. [Vt credat mundus quia.] pro, quòd, [tu me misisti.] Fructus vnitatis Christianorũ in deo patre & Iesu, apponitur propagatio fidei ad vniuersum mundum: vt intelligamus extensionem fidei non tam fieri prędicatione quàm virtute vnitatis christianorum in deo & Iesu. Videns enim mundus Christianos vnum esse fide, spe & charitate, studio, moribus &c. secundum deum & Iesum, mouetur ad credendum quòd Iesus est vere Messias, est vere homo missus à deo, est vere filius dei missus in mundum. ¶Experientia autem restatur verum esse quod dicit dominus. quoniam ex quo Christiani parum aut nihil sunt vnum in Iesu & patre, non extenditur fides Christi sed cõtinue diminuitur, non sequitur fructus vt credat mũdus. hoc est communiter homines mũdi. [Et ego claritatem.] pro, gloriam, [quam tu.] Superfluit tu. [dedisti mihi, dedi eis.] Prosequitur aliam particulam petitionis: illam scilicet in nomine tuo. declarando similiter officium proprium quo in hoc functus est cũ fructu. Nomen ad gloriam spectare, immo gloriam in nomine consistere & econuerso, patet. Et propterea petendo seruа eos in nomine tuo, quum subiunxisset quum essem cum eis ego seruabã eos in nomine tuo, modo declarat quomodo hoc fecit: dicendo quòd gloriam quam dedisti mihi ego dedi eis. Gloria data à patre Iesu, est quòd Iesus venit in nomine patris sui. ego inquit veni in nomine patris mei non veni quærens gloriam meam, propagaturus nomen meũ, sed nomen & gloriam patris mei. Hanc inquã gloriam nominis tui quam dedisti mihi, magno dono spirituali à te accepi ego homo dedi eis, dono etiam spirituali interno dedi eis. Magnũ donum est vt discipulorum animi, studia, affectus solam dei gloriam quærerent, sola dei gloria delectarentur. In hoc enim succubuerunt omnes philosophi & magnates mundi, quantuncunque

eũque viderent præditi virtutibus. Et propterea ſpecialiter meminit huius doni [Vt ſint vnũ ſicut & nos vnũ ſumus.] Eũdem exponit fructũ datæ glorię quẽ dixerat fructũ orationis & ſeruationis: vt intelligamus deſtructiuum vnitatis Chriſtianorũ in deo de Chriſto eſſe gloriã propriã, nomen propriũ. & ſeruari vnitatem in Chriſto quandiu perſeuerat donũ quærendi nomen & gloriã dei, quandiu perſeuerat donũ delectationis in nomine & gloria dei ac Ieſu, quandiu ſumus cõtenti illa gloria in hoc mundo quam dedit deus Ieſu in hoc mundo: vt. ſ gloriaremur in ſolis ijs quæ dei ſunt. [Ego in eis & tu in me.] Continue auget expoſitionem. Primũ ꝓpoſuit vnitatis modũ: deinde expoſuit illũ nunc autem exponit ordinem inter has vnitates. Ordo enim inter vnitatẽ electorũ cũ Ieſu & vnitatem inter Ieſum & patrem, exponitur dicendo. ego in eis ecce vnitas inter Ieſum & electos, & tu in me, ecce vnitas inter patrẽ & Ieſum hominẽ: ad ſignificandum ꝙ ex hac deriuatur illa. vt intelligamus ꝙ ex hoc ꝙ pater eſt dilectus, veneratus &c. à Ieſu, ipſe Ieſus eſt dilectus & veneratus &c. à nobis. [Vt ſint conſummati in vnum.] Ecce fructus: qui nõ ꝓprie eſt tertia vnitas, ſed eſt explicatio perfectę vnitatis. Exigitur enim ad perfectã vnitatem electorũ in Ieſu vt etiã ſint vnũ inter ſe, non qualitercunque ſed perfecta vnitate: vt ſint ſinguli aliorum membra, vt ſimul compatiãtur, ſimul congaudeant &c. [Et cognoſcat mundus.] deeſt vt. Legẽdũ eſt [Et vt cognoſcat mundus quia.] pro, ꝙ [tu me miſiſti.] Ecce iterũ idem fructus cũ augmento. ex huiuſmodi enim cõſumma ta perfecta bonitate, nata eſt prouenire extenſio fidei Chriſtianæ. [Et dilexiſti eos ſicut & me dilexiſti.] Ecce augmentum fructus: vt non ſolũ cognoſcat mũdus quòd tu me miſiſti, ſed etiam quòd tu dilexiſti eos ſicut dilexiſti me. Ex perfecta enim vnitate Chriſtianorum habetur vnde mundus cognoſcat quòd deus diligit Chriſtianos quemadmodum dilexit & Chriſtum, dando illis ſpiritualia dona ad imitationem donorum ſpiritualium quæ data ſunt Chriſto homini. [Pater quos dediſti mihi.] Proſequitur illã petitionis particulã quos dediſti mihi dupliciter. Primo quo ad ipſos in ſeipſis. & deinde relatiue ad mũdũ, ex quo ſunt electi. [Volo.] Quia non eſt petentis dicere volo, admiſcet Ieſus tot petitionibus cõpetentibus ſibi ſecundũ ꝙ homo, actũ cõuenientem ſibi ſecundũ ꝙ deus. tũ ne errares à diuinitate eius: tanquã longe vagatus inter ea quę humanitatis ſuę ſunt. Tũ ad inferendum ꝙ non ita petit quin ipſemet ſecundũ ꝙ deus ſit autor & largitor præcipui petiti quod eſt ęterna fœlicitas. [Vt vbi ſum ego.] Non dicit vbi ęo ego, ſed

vbi ſum: ſignificans fœlicitatem à loco. Eſt enim ſenſus, vt in qua fœlicitate ſum ego. Erat enim Ieſus & ſecundum quòd deus & ſecundum quòd homo, beatus. nam erat verus comprehenſor ſecundum ſuperiorem animæ partem. [Et illi ſint mecum.] in eadem beatitudine ſint mecũ fœlices [vt videant claritatem.] pro, gloriam, [meam quam dediſti mihi.] De gloria animæ Chriſti eſt ſermo: vt patet ex eo quòd ſubiungitur. [Quia dilexiſti me.] Gloria enim diuinitatis non eſt data filio à patre quia pater dilexerit filium: ſed eſt ei data naturali generatione. ita quòd non voluntate cuius eſt diligere, ſed natura (cuius eſt generare) dedit pater filio diuinitatis gloriam. Sed gloriã animæ dedit pater filio quia dilexit eum. Et intendit per hoc quòd fœlicitatem quam electi habebunt communem cum Chriſto concomitabitur videre gloriam Chriſti hominis. [Ante conſtitutionem mundi.] Singulariſsimum eſt in Chriſto quòd perſona dilecta erat ante cõſtitutionem mundi: quãuis gloria ad quam diligebatur fuerit multo poſt conſtitutionem mũdi. Quia enim dixerat volo ideo ſubiunxit perſonã ſuã dilectam ante mundi conſtitutionem: vt hinc intelligeremus quòd ſecundum illam naturam dicit volo, ſecundum quam erat ante cõſtitutionẽ mundi. Et vt clare textus porrigat ſenſum punctandum eſt inter dilexiſti & me. ita quòd ratio redditur gloriæ iam tunc datæ animæ Chriſti, non meritum ſed dilectio perſonæ ante mundi conſtitutionem exiſtentis · hoc eſt paterna dilectio terminata ad perſonam filij. Et vere ſic eſt: quia nullo merito anima Chriſti beatificata eſt, ſed ex hoc quòd deus voluit beatitudinis bonum perſonæ diuinæ. beatitudo enim animæ Chriſti eſt beatitudo perſonæ diuinæ exiſtentis ante mundi conſtitutionem. ¶ [Et dicit dilexiſti, abſolute, & non dilexiſti ad hoc. quoniam deus dilexit perſonam filij non ad hoc vel illud, ſed ſimpliciter & abſolute ad omne bonum gratię & glorię [Pater iuſte.] proſequitur eandem particulam quos dediſti mihi, penes differentiam inter ipſos & mundum, ex eo quo electi ſunt. ¶ Et aduerte q; ſicut ſuperius petitur ſanctificationem, appellauit patrem ſanctum, ita modo expoſiturus iuſtitiam, appellat patrem iuſtũ: vt intelligamus non acceptione perſonæ ſed iuſtitia, effecta eſſe quæ ſubiunguntur Quæ ideo ſubiunguntur ex diuina prodire iuſtitia vt tertium officium ſpiritusſancti (ſcilicet arguet mundum) vt diſparitas officiorum ſpiritusſancti reſpectu mundi & electorũ, declaretur ex iuſtitia diuina prodire. [Mundus.] deeſt & Legendũ eſt. [& mundus te non cognouit: ego autem te cognoui.] Duas cõbinationes ſubiungit,

&

& propterea inchoat à coniunctione &. Prima combinatio, iusti-
tiæ est, & mundus te non cognouit, ego autem te cognoui ex tua
iustitia pater deriuatur hæc differentia quòd mundus te non co-
gnouit. ego autem te cognoui. Iustitiæ enim est quòd ego secun-
dum humanam naturam cognoui te: debetur enim assumptæ na-
turę donum, cognitionis tui ex hoc ipso quòd assumpta est ad me-
am personam. Et similiter iustitiæ est quòd mundus te non cogno
uit: hanc siquidem pœnam damni meruit mundus, tum ex pecca-
to originali: tum ex peccatis personalib⁹ communiter ab homini-
b⁹ mũdi commissis. [Et hi cognouerunt quia]pro, quòd, [tu me
misisti.] Ecce secunda cõbinatio etiam iustitiæ. Pronomen hi de-
monstrat quos dedisti mi hi. Et quanuis gratiæ fuerit quòd sint e-
lecti de mundo & dati Christo, iustitiæ tamen est vt electi, & dati
Christo cognouerint quòd deus misit ipsum Christum: debetur e-
nim electis huiusmodi cognitio. Sicut gratiæ est quod aliqua eliga
tur à rege in vxorem: sed eoipso quòd est vxor, iustitiæ est vt sit re-
gina, vt habeat authoritatẽ, &c. [Et notum feci eis nomen tuum.]
Non solum iustitiæ est, quòd electi cognouerunt *me à te* missum
esse, sed etiam vt ego notificem non mundo, sed electis nomen tu-
um: ego enim ad hoc teneor [Et notum faciam.] post resurrectio-
nem meam, quando aperte annunciabo ipsis de te patre meo. Acsi
apertius dixisset, quòd ego notificaui & notificabo nomen tuum
electis iustitiæ est: quòd vero notificem mundo, non iustitiæ sed
redundantiæ est Notificatio enim fit propter electos. sed fit publi-
ce, ita vt redundet etiam in non electos [Vt dilectio.] Ecce finis,
fructus ac ordo, qui non habet locum nisi in electis. [Quia dilexi-
sti me.] hominem. [in ipsis sit.] vt quemadmodum ad ipsos deri-
uatur per me notitia nominis tui, sic quoque per me dilectum à te
extendatur *dilectio tua ad ipsos diligendos* vt. s. & ipsi sint à te di-
lecti. nam & hæc deriuatio iustitiæ est: quia ex merito Christi est.
[Et ego in ipsis.] sim vt dilectus in diligentibus Debetur enim Ie-
su vt diligatur ab electis. Et hic est fructus notitiæ nostræ de Iesu
& de nomine patris eius. ¶ [Et sic omnes particulas petitionis sigil
latim prosequutus est Iesus: excepta illa, vt sint vnum sicut & nos,
quã multipliciter inseruit alijs, tanquã per singulas intẽtũ fructũ.

CAPVT XVIII

Haec quum dixisset Iesus.] Nõ dicit hæc quum orasset,
H sed dixisset, tum ad significandũ quòd oratio fuit exte-
riori voce dicta, & ipsa oratio fuit quoddã dicere dis-
cipulis, apostrophando ad patrem: tum respectu vltimo dictorum:

quæ non fuerunt orantis ſed dicentis, ab illo loco pater volo vt vbi ego ſum, vſque, ad calcem dictorum. ¶ Et continuat ſubiuncta geſta præcedentibus dictis, vt intelligamus continuationem fuiſſe: ita quòd dictis his immediate ſecutus eſt egreſſus ſubiunctus Hoc enim ſuppleuit euangeliſta omiſſum ab alijs. [Egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis trans torrentem.] Non dicit abſolute egreſſus eſt, ſed egreſſus eſt trans torrentẽ. iam enim in fine 14. cap. dixerat ipſum egreſſum è cœnaculo, dicẽte Ieſu ſurgite eamus hinc. verba enim illa cũ effectu intelliguntur Sed dicẽdo egreſſus eſt trãs torrẽtem, ſignificat quòd ire ab Hieruſalẽ trans illũ, erat egredi vt intelligamus locũ cis torrẽtẽ, eſſe infra ſepta Hieruſalẽ ſeu ſuburbiorũ ei⁹. Quocirca iũgendo hæc tria (ſ. ſurgite eam⁹ hinc, in receſſu à cœnaculo & longũ deinde ſermonẽ, tribus capitulis recitatũ & quòd quũ finiſſet hũc ſermonẽ egreſſus eſt trãs torrẽtem) videtur quòd ſermonẽ prædictũ in via dixerit à cœnaculo vſque ad ripã torrentis. Hoc enim non ſolũ cõſonat huic euangeliſtæ ſed etiã alijs, deſcribentibus quod hymno dicto exierunt in monte Oliueti. hymnus nãque fuit dictus tunc quũ dixit, ſurgite eamus hinc. nam tũc ſurrexerũt à menſa. [Cedron.] In textu Græco cedron genitiu⁹ eſt pluralis, ſignificans cedrorum. Verũ nonnulli putant textus Græcos corruptos ab imperitis Hebrææ linguæ: quia torrẽs iſte apud Hebræos appellatur torrens chidron. & eſt ſingularis numeri: & ſignificat obſcuritatẽ. Afferúntque teſtimonia multa ex ſacra ſcriptura, nominantia torrentem illum torrentẽ chidron tum. 2. Reg. 15. tum. 3. Reg 15. tum Hiere. 31. An autem verum ſit corruptum eſſe textum, aſſerere non audeo propter articulum pluralis numeri qui in Græco apponitur. Multum tamen veriſimile apparet euangeliſtã nominaſſe torrentem nomine proprio apud Hebræos. ex eo quòd torrens ille Hebræorum erat, & iuxta eorum primam ciuitatem, & tali nomine in ſcriptura nominatum ſciebat. Nec eſt à ratione alienum vt imperitia linguæ Hebrææ corruperit & dictionem & articulum. Siue itaque chidron ſiue cedrõ nominetur, certum eſt torrẽtem illum qui apud Hebræos chidron dicitur ſignificari qui eſt inter Hieruſalem & monte Oliueti. & Ioannem ſupplere quòd alij euangeliſtę omiſerãt de tranſitu huius torrẽtis. [Vbi erat hortus.] Alij dicunt in villam quæ dicitu Gethſemane. Ioannes deſcribit locum magis in ſpecie, nominando hortum exiſtentẽ in illa villa ſeu in illo agro. [In quem introiuit ipſe & diſcipuli eius] ad orandum & expectandum Iudam proditorem. [Sciebat autem & Iudas qui trãdebat eum, locum.] Ne putares quòd

Ieſus

Ieſus latebras quæreret, declarat euangeliſta locum notum Iudæ: vt intelligamus quòd Ieſus elegit ire ad locum notum proditori. [Quia frequenter Ieſus conuenerat illuc cum diſcipulis ſuis.] Ne hæſitares vnde ſciebat Iudas locum illum, rationem notitiæ deſcribit. [Iudas erga quum accepiſſet cohortem.] gentilium militum: vt authoritatem Romanam venerentur ſi qui forte occurrerent in via defenſuri Ieſum. [Et à pontificibus.] pro, principibus [ſacerdotum, & phariſæis miniſtros.] A curia ſeculari cohortem & à curia eccleſiaſtica miniſtros Iudas accepit: vt quod vtraque authoritate fiebat, nemo præſumeret impedire. [Venit illuc.] in hortum ſibi notum: in quo ſine tumultu turbæ, poterat ipſum tradere in manus cohortis & miniſtrorum. [Cum laternis.] pro, lucernis. Ab officio lucendi intellige ſignificata vaſa illa quæ lucem velatam (tranſparentem tamen) continent: nam præter has lucernas habebant faces, luce non velata. [Et facibus & armis, Ieſus itaque ſciens omnia quæ ventura erant ſuper eum.] Subiunctus euãgeliſta quòd Ieſus interrogauit quem quæritis, & quòd proceſſit eis obuiam, præmittit quòd ſciebat omnia quæ ventura erant ſuper eum: ne putares quòd neſcius interrogaret aut procederet. [Proceſſit & dixit eis quem quæritis?] Vt ſponte ſe pati manifeſtet, vtque facilius voce propria diſcernatur à Iuda nocte. (cuius facies non tam facile diſcernebatur) dicit quem quæritis: tanquam optimum ſui ſignum in nocte exhibens Iudæ cognoſcenti vocem eius, [Reſponderunt ei. Ieſum Nazarenum. Dicit eis Ieſus: ego ſum.] Non interrogat quid vultis à Ieſu Nazareno, aut ad quid quæritis eum? ſed ſciens ſe quæri ad mortem, manifeſtat ſeipſum. [Stabat autem & Iudas qui tradebat eum cum ipſis.] Vt intelligamus quòd Iudas etiam cecidit retrorſum, præmittit euangeliſta quòd Iudas ſtabat cum illis. [Vt ergo dixit eis ego ſum, abierunt retrorſum & ceciderunt in terram] tanquam vox illa percuſſiſſet eos omnes ita vt non caderent in facies ſuas, ſed caderent ſupini in terram. Et hoc facto monſtrauit Ieſus ſe non perdidiſſe poteſtatem quam hactenus exercuerat faciendo miracula. Simúlque monſtrauit in poteſtate ſua eſſe euitare inuaſionem illorum, qui enim ſola voce illos ſic proſtrauit, multo magis poterat ſeipſum ſaluare. [Iterum ergo interrogauit eos: quem quæritis?] Poſtquam illi ſurrexerunt, iterum Ieſus interrogauit eos: vt intelligamus quòd poſtquam ſurrexerunt, non impetuoſe proceſſerunt, ſed ſpatium interfuit interrogandi, reſpondendi & inhibendi. Hæc enim omnia tacita ab alijs euangeli-

sis Ioannes supplet [Illi autem dixerũt. Iesum Nazarenũ? Respõdit Iesus. Dixi vobis quia.]pro,quòd,[ego sum si ergo me quæritis sinite hos abire.]Non rogat sed præcepit vt non capiant discipulos: ad insinuandũ quòd non beneficio satellitum, sed ipsius Iesu discipuli non sunt comprehensi. ¶Et hinc apparet quòd adolescens ille quem Marcus describit tentum, non erat aliquis vndecim apostolorum, quos demõstrauit Iesu, dicendo finite hos. Intelligendum est enim hoc præceptum potestatiue dictũ: hoc est cũ efficacia executionis ex diuina virtute, vt subiuncta verba euangelistæ testantur dicendo [Vt impleretur sermo quem dixit.]Efficacia enim præcepti significatur [Quia.]pro,ꝙ, [quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quenquã]Hæc Iesu verba in præcedenti ca. dicta, non de morte corporis sed de interitu animæ dicta esse constat,& propterea mirum apparet quòd euãgelista applicauerit illa ad comprehensionem corporis. ¶Solutio est, quod euangelista nõ applicat ad comprehensionem corporis, sed ad interitum animæ, qui subsecutus fuisset si discipuli comprehensi fuissẽt, nam omnes tanto timore perculsi sunt quòd fugerunt,& negatio Petri testatur quid alij discipuli fecissent si tunc comprehensi fuissent. Quia itaque comprehensio illa ad interitum animarum fuisset, ideo euangelista dicit quòd ad implendum sermonem Iesu de salute animæ, nullus discipulorum comprehẽsus est. [Simon ergo Petrus habẽs gladium, eduxit eum: & percussit pontificis seruum & abscidit auriculã eius dextram Erat autem nomen seruo Malehus.]Duo supplet hic euangelista scilicet nomen serui, & verba eius ad Petrum. calicem quem dedit mihi pater,&c [Dicit ergo Iesus Petro. Mitte gladium tuum in vaginam.]Superfluit tuum. [Calicem quem dedit mihi pater, non vis vt bibam]Superfluunt duæ dictiones. Legendum est. [Non bibam illum.]Ita quòd non significatur reprehensio voluntatis Petri: sed repellitur impedimentum bibendi calicem passionis, vt intelligamus quòd vsus gladij impedimentum erat, immò directe contrariebatur voluntariæ bibitioni calicis decreti ei à patre. [Cohors autem.]pro,igitur, [& tribunus.]quẽ adhuc non explicauerat caput scilicet cohortis. [Et ministri Iudęorum comprehẽderunt Iesum, & ligauerunt eum & adduxerunt eũ ad Annam primum.]Hæc apud Annam gesta supplet Ioan. Et significantius adiunxit primum, vt discerneremus hæc à narratis apud alios euãgelistas apud Caipham, ne erraremus putando Iesum ductum ad Annam & Caipham simul existentes. Statim itaque comprehensum ac vinctum Iesum adduxerunt prius ad Annam:

& postea

& postea(vt dicetur)ad Caipham.[Erat enim socer Caiphæ qui erat pontifex anni illius.]Ratio redditur quare ductus est ad Annã. [Erat autem Caiphas qui consilium dederat Iudæis.]Commemoratur consilium Caiphæ,non tam vt describatur quòd ipse est ille cuius in.11.c.mentio facta est,quàm vt intelligatur socer non solum affinitate,sed animo contra Iesum esse iunctũ Caiphæ.[Quod expedit vnum hominem mori.]pro.perdi.Significatur enim quòd expedit vnum hominem occidi.[Pro populo.Sequebatur autem Iesum Simon Petrus] Discipuli omnes reliquerunt Iesum quum est comprehensus,& fugerũt.verum videntes aliqui eorum quòd cohors & ministri contenti erant comprehensione solius Iesu,resumpto spiritu secuti sunt Iesum,à longe tamen [Et alius discipulus.]Quis fuerit iste discipulus nescitur.[Discipulus autẽ ille erat notus Pontifici.]Non solum Caiphas erat Pontifex,sed etiam Annas.vnde & Lucas sub principibus sacerdotum Anna & Caipha, describit tempus prædicationis Ioannis Baptistæ. [Et introiuit cum Iesu in atrium pontificis.] Iste alius discipulus confidens in eo quòd erat notus Pontifici,miscuit se cum ministris pontificis: & sic introiuit cum Iesu. [Petrus autem stabat ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus alius qui erat notus Pontifici: & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum. Dicit ergo Petro ancilla ostiaria: nunquid & tu ex discipulis es hominis istius?]Coniunctio &,insinuat ancillam scire quod ille alius erat discipulus Iesu.Nisi enim sciuisset illum alium esse ex discipulis Iesu,aut de hoc non interrogasset aut interrogasset nunqd tu ex discipulis ei⁹ es?sed interrogãdo nũquid & tu,mõstrat alium etiam ex discipulis hominis istius.Sed illi alteri discipulo nihil dictum est,tanquam familiari domus Põtificis [Dicit ille non sum] Ecce Petri constantia.Et hæc proculdubio fuit prima negatio [Stabant autem serui & ministri.]Nota situm vt clarius intelligas negationes Petri [Ad prunas.]pro,prunis congestis,[quia frigus erat & calefaciebant se, Erat autem cũ eis & Petrus stans.] Nota similiter situm,& scito quod superfluit & [Et calefaciens se Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis & de doctrina eius.]Duas nouitates examinat,alteram de congregatione discipulorum:alteram de qualitate doctrinæ.[Respondit ei Iesus.]quo ad secundũ articulum de doctrina,qui erat principalis articulus.[Ego palam.]seu manifeste.[locut⁹ sum mũdo.] hoc est communiter hominibus mundi,& hoc quo ad auditores. [Ego semper docui in Synagoga & in templo.]quo ad loca particulariter electa ad docendum. Quod ideo subintelligendum est:

quoniam

quoniam extra Synagogas & templum docuit iuxta mare & in cãpestribus, non minus publicis locis Synagoga & templo. Sed hæc loca erant velut loca ab euentu: Synagogę autem & templum erant loca electa, & propterea dicit ego semper docui in Synagoga & tẽplo. [Quo omnes Iudæi conueniunt: & in occulto locutus sum nihil.] Ad excludendum secretam doctrinam discipulis secretioribus datam, adiungit duabus affirmatiuis negatiuam verissimam: quoniam dicendo discipulis prædicate super tecta: declarabat omnia publicanda. [Quid me interrogas?] Interrogauerat pontifex in genere de doctrina. respondet Iesus petens quid in specie se interrogat. Dictio interpretata quid, anceps est ad quid & cur: est enim eadem quæ repetitur statim subdendo quid locutus sim ipsis. & infra quid me cædis. Sed hic quadrat vt significet quid, petendo speciem rei quam interrogat, & significat cur, petendo quam ob causam ipsum interrogat, habens in promptu innumeros testes suæ doctrinę, vt manifestata vel materia in specie, vel ratione quare ipse interrogatur, appareat quid respondẽdum sit. [Interroga eos qui audierunt quid locutus sim ipsis.] Remittit vt ab auditoribus nosca in specie quid docuit. Acsi apertius dixisset: nolo ego esse testis in causa propriæ doctrinæ, interrogentur illi qui audierunt [Ecce hi sciunt quæ dixerim ego.] Ne ad longe positos remittere videatur, subiungit quòd in promptu sunt in ciuitate, nõ ex relatione, sed ex certa scientia scientes quæ ego in specie dixerim. [Hæc autem quum dixisset.] Non expectata responsione ad alterum articulum. [Vnus assistens ministrorum dedit alapam Iesu, dicens: Sic respondes pontifici?] Modum respondendi punit: ex eo quod Iesus dixerat quid me interrogas. & remiserat eũ ad auditores, quum tamen nihil præsumptionis aut irreuerentiæ tam petitio quàm responsio contineret [Respondit ei Iesus. Si male locutus sum.] Directe respondet ad aduerbium sic: nam non dicit si malũ, sed si male locutus sum. [Testimoniũ perhibe de malo.] Non dicit affer testem: sed tu ipse testimonium perhibe de malo aliquo morali quod interuenerit in hac mea responsione. Acsi apertius dixisset: in genere dicis sic respondes pontifici, explica in specie rationẽ aliquam testificantem morale malum in locutione mea: hoc enim esset perhibere testimonium de malo. [Si autem bene.] locutus sum. [Quid me cædis?] hoc est cur me cædis. Et dedit Iesus hanc responsionem ad interpretandum mandata sua: vt scilicet intelligeremus illa pro loco & tempore. Mandauerat siquidem ipse, si quis te percusserit in maxilla, præbe ei

alteram

alteram: manifestat hac responsione illud esse intelligendũ quando & vbi oportet seu expedit. & non absolute vt verba sonant. Et per hoc declarauit similia mandata similiter esse intelligenda [Et misit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem.] Ista verba interposita inter primam Petri negationem & subiunctas, non nihil quæstionis parere videntur circa locum subiunctarum negationum: an fuerint in domo Annæ an in domo Caiphæ. Veruntamen tum ex plano contextu huius literæ tum ex diuersitate situum, facile constat quòd subiunctæ negationes patratæ sunt in domo Annæ. & præter has aliæ negationes fuerũt postea subsecutæ in domo Caiphæ. ¶Ex contextu quidem, quia Ioannes ex industria descripsit situm ministrorum & Petri ingressi in domum Annæ, præmittendo. stabant autem serui & ministri congestis prunis, erat autem cum eis Petrus stans & calefaciens se. Et quia introduxerat Petrum post iesum, narrans quid Petro accidisset in introitu, exigebat contextus ratio vt prius prosequeretur, & perficeret iesu prius ingressi gesta ibidem (quorum complementum fuerat quòd Annas misit Iesum ligatum ad Caipham) & consequenter prosequeretur & perficeret gesta Petri ibi resumendo à loco & situ in quibus pinxerat eum, nam repetit situm eundem Petri (erat autem Simon Petrus stans & calefaciens se) vt plano contextu manifestaret quòd redit ad Petrum in eodem loco descriptum, ex situ iuxta prunas ad calefaciendum se. ¶Ex diuersitate autem situum: quia Lucas clare inchoat negationes Petri in diuerso situ tam Petri quàm aliorum, dicens accenso autem igne in medio aulæ circunsedentibus, illis sedebat Petrus in medio eorum. Ecce Ioannes describit illos & Petrum stantes, ab ingressu Petri vsque ad negationes Petri inclusiue. Lucas vero & Petrum & alios sedentes describit etiã in prima negatione, vt intelligamus quòd Ioannes gesta in domo Annæ Lucas vero gesta in domo Caiphæ describit. Quanuis etiam hæc locorum diuersitas ex diuerso ignis modo insinuetur. quia apud Ioannem congestæ prunæ apud Lucam accensus est ignis: ibi prunæ, hic flamma.

¶Et si diligentius euangelistarum verba librata fuerint, clare conuincitur quòd Petrus ter negauit ad vocem mulieris, vltra negationes ad vocem virorum. Nam apud Matthæum describitur Petrus exiens semel negans dicendo, exeunte autem illo in vestibulum vidit eum alia, &c. Constat enim quòd hæc negatio non est illa quã descripsit Ioannes, dicens quòd ancilla ostiaria, &c. nã illa non dixit Petro exeunti, sed ingredienti vel ingresso, & ad congestas pru

nas ſtanti vel eunti. Ecce duæ negationes ad vocem mulieris: altera à Ioãne, altera à Matthæo. Et præter has oportet fateri tertiam apud Lucam deſcribentem Petrum non ingredientem non ſtantem non exeuntẽ ſed pariter cum alijs ſedentem, ad mulieris vocem negantem dicendo quem quum vidiſſet ancilla quædam ſedentem ad lumen & fixiſſet in eum oculos dixit & cætera. ¶Vnde colligitur quinquies ad minus Petrum negaſſe. ter ad vocem mulieris, & bis ad minus ad vocem virorum. Dico autem ad minus propter contentioſos. Secundum planum enim euangeliorum ſenſum, negauit bis ad vocem virilem in domo Annæ apud Ioannem. & bis in domo Caiphę apud Lucam. ita quòd ſepties ſecundum hiſtoriam Petrus negauit Ieſum. Et impletum eſt non ſolum quod primo dixerat Ieſus, antequam Gallus bis cantet negabis me ter, ſed etiam quod peius poſtea prædixit, antequam Gallus cantet negabis me ter. Hoc enim impletum eſſe in domo Annæ Ioannes ſupplet in cuius ſignum ſolus non meminit pœnitentiæ Petri, quæ dilata fuit vſque ad ſecundum Galli cãtum in domo Caiphæ. ¶Puerile autem eſt ambigere de multiplicato negationum numero, ex eo quod Ieſus dixerat ter. Qui enim plus quam ter negat, conſtat quod ter negat: & qui plus quam tres aureos ſoluit, tres aureos ſoluit & cæt. [Erat autem Simon Petrus ſtans, & calefaciens ſe. Dixerunt ergo ei. nunquid & tu ex diſcipulis eius es? Negauit ille: & dixit non ſum. Dicit ei vnus ex ſeruis pontificis cognatus eius.] Deeſt, exiſtens, [cuius, abſcidit Petrus auriculam. nonne ego te vidi in horto cum illo? Iterũ ergo negauit Petrus: & ſtatim Gallus cantauit. Adducunt ergo Ieſum à Caipha.] Ita legendũ eſt, corruptio enim textus eſt legere ad Caipham. Prætermittit ſiquidem euangeliſta vniuerſa geſta in domo Caiphæ, ſciens illa narrata ab alijs euangeliſtis. Et ad ordinate narrandum non prætermittit ordinem quod ſcilicet à Caipha, hoc eſt à domo Caiphę, adducunt Ieſum. [In prætorium] Pilati domum. Ita quod Ieſum introduxerunt in prætorium: [Erat autem mane.] Tempus deſcribitur. [Et ipſi] ſcilicet principes ſacerdotum & primates Iudæorum. [Non introierunt in prætorium.] vtpote domum viri gentilis. [Vt non contaminarẽtur.] Immunditiam enim quandam contrahere ſe arbitrabantur introeundo in domum viri gentilis. [Sed vt mãducarẽt paſcha] hoc eſt azimos panes: quos ſolis mũdis manducare licebat Quod enim appellatione paſchatis intelligatur tota ſolennitas paſchalis (durans dies ſeptem) clare patet ex verbis Lucæ euangeliſtæ Actu. 12. vbi dicitur, erant autem

dies

dies azimorum.ſubiungendo : volens poſt paſcha producere eum populo. Agnum nanque paſchalem manducauerant præcedente veſpera Iuſtos profitebantur ſe iſti perſecutores Ieſu,euitantes cõtaminari : & ſic impediri à manducatione azimorum. [Exiuit ergo Pilatus ad eos foras.] Defert Pilatus cærimonijs Iudæorum in præcipua eorum ſolennitate. quum audiuit enim quod propter cærimonias ſolennitatis abſtinendum eis eſſet ab ingreſſu prætorij, exiuit ad eos, Ieſu exiſtente in prætorio. [Et dixit. Quam accuſationem affertis aduerſus hominem hunc?] Secundum ordinem rei geſtæ oblatus fuit Pilato exiſtenti intus in prætorio Ieſus vinctus occidendus abſque accuſatione aliqua. & dictum eſt ei quod primates Iudæorum foris manent propter paſchalem cærimoniam. Et propterea Pilatus egreſſus ad eos, primum petit de crimine, non abſolute ſed per viam accuſationis : vtpote Iudex. [Reſponderunt : & dixerunt ei, Si non eſſet hic malefactor.] Pontifices & primates Iudæorum volentes ex authoritate occidi Ieſum ſubterfugiunt accuſare. propriam authoritatem ingerentes vt ſufficientem ad damnandum Ieſum. Hoc enim ſonant hæc verba. ſi non eſſet hic malefactor. [Non.] pro, nequaquam, [tibi tradidiſſemus eum] non pontifices,ſeniores, phariſæi & vniuerſum concilium. [Dixit ergo eis Pilatus.] Infert Pilatus reſponſionem congruam ſupercilio productæ authoritatis Iudæorum. [Accipite eum vos.] ex quo recuſatis accuſationem proponere coram me, nolo ego accipere eum damnandum, ſed accipite eum vos. [Et ſecundum legem veſtram iudicate eum] hoc eſt & ſecundum legem vobis decretam, ſupple à Romanis, iudicate eum, punite eum. [Dixerunt ergo ei Iudæi.] Inferunt etiam Iudęi ex verbis Pilati reſponſionem. [Nobis non licet interficere quenquam.] hoc eſt punitio iſtius excedit vires legis noſtræ de qua loqueris. quoniam iſte meretur mortem, nobis autem non licet interfieere quẽquam. Hinc enim clare apparet quòd non de lege Moſaica, ſed de lege decreta eis à Romanis loquũtur nam ſecundum legem Moyſi falſum erat, nobis non licet interficere quenquam : ſed ſecundum legem Romanorum pœna mortis reſeruata erat præſidi ſeu regi. Vnde & Herodes videns quòd placeret Iudæis occiſio Iacobi appoſuit vt apprehenderẽt & Petrum. Act.12. [vt ſermo Ieſu impleretur.] Interſerit Euangeliſta rationem diuinam quare Ieſus non à Iudęis per ſeipſos ſed per manus gentilium paſſurus relinquitur. [Quem dixit, ſignificãs qua morte eſſet moriturus.] Refert Ioannes ſermonem Ieſu ab alijs Euangeliſtis narratum ſcili-

cet

cet quod à Iudæis tradetur gentibus ad flagellandum & crucifigendum. [Introiuit ergo.] Omittit hic Euangelista quod ex subiunctis subintelligi vult, scilicet quod Pilatus quum audisset quod hic agitur de pœna mortis, voluit scire causam quare merebatur Iesus mortem & tunc primates explicauerunt accusationem quòd erat crimen læsæ maiestatis, pro quanto fecerat se regem Iudæorum. hoc enim audito introiuit [Iterum in prætorium.] hoc est in locum iudicij. [Pilatus.] Dicit iterum: quia prius ingressus fuerat prætorium ex propria aula, quũ introductus fuit Iesus in prætorium. [Et vocauit Iesum: & dixit ei, tu es rex Iudæorum?] Hinc manifeste apparet hanc fuisse accusationem tandem explicatam à primatibus. Et interrogauit hoc Pilatus, volens cognoscere si sic esset quod Iesus diceret se regem Iudæorũ. [Respondit Iesus: à temetipso hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me?] Sciens Iesus Pilatum gentilem non esse capacem responsionis dandæ, disponit ipsum antequam respondeat ad interrogata disponit petendo an hanc interrogationem formet à seipso vel ex auditu ab alijs. Habebatque duplicem ad hoc rationem. Alteram quia ipso Iesu existente intus in prætorio, accusatio fuerat facta foris. vnde merito ratio interrogandi apparebat. Alteram quod aliter fuisset respondendum Pilato hoc interroganti à semetipso & aliter eidem interroganti ex accusatione Iudæorum: quia Iudæi loquebantur de regno Messiæ, Pilatus autem à seipso locutus fuisset de regno temporali: qualia sunt regna aliorum regum. [Respondit Pilatus: Nunquid ego Iudæus sum? gens tua & pontifices tradiderunt te mihi. quid fecisti? Respondit Iesus.] Postquam Pilatus aperuit quod non ex se sed ex accusatione pontificum & gentis Iudaicæ interrogauit eum tu es rex Iudæorum, respondet Iesus ad quæsitum. [Regnum meum non est de hoc mundo.] hoc est regnum de quo loquũtur pontifices & Iudæi, regnum Messiæ prophetatum & expectatum, hoc inquam quod est regnum meum non est de hoc mundo. [Sicut non dicit non est in hoc mundo, non est super hunc mundum. ita nec dicit non oritur seu ortum est de hoc mundo, sed dicit non est: hoc est non constat de hoc mundo transitorio, non constat ex dominijs, gradibus, statibus, affectibus, officijs, actionibus, fauoribus, consilijs, armis & effectibus huius (hoc est transitorij) mũdi. Hoc enim directe ad satisfactionem quæsiti tendit. non enim de origine regni erat quæstio, sed de ipso affectato regno. Quanuis etiam verba Iesu verificentur de origine. quia regnum eius

non

non erat ab electione, potentia, arte & reliquis huius mundi causis. Secundum tamen literalem sensum præpositio de, significat ordinem dependentiæ, tanquam totius à partibus constituti ad ea ex quibus constituitur, Regna enim reliqua sunt de hoc mundo vt partibus eorum. constant enim ex dominijs, gradibus, statibus, affectibus & effectibus transitorij mundi. regnũ vero Messiæ non constat ex his. & ideo dicitur non esse de hoc mundo. Nam neque per fidem regnũ eius est de hoc mundo: neque quod vere & proprie regnum eius est (quod scilicet in fine mundi manifestabitur) constat ex his transitorijs. [Si ex hoc mundo esset regnum meum.] Manifestat quod dixit ab effectu præsenti scilicet ex hoc quod si ex hoc mundo esset regnum meum [Ministri mei vtique decertarent vt non traderer Iudæis,] hoc est haberem ministros qui pro me decertarent vt non traderer voluntati Iudæorum. vel illi qui vere sunt ministri mei in regno meo, pugnarent vt non traderer voluntati Iudæorum, tendentium ad tollendum me de hoc mundo. Et vtrouis modo intelligatur, vera est conditionalis quod si regnum meum esset ex hoc mundo ministri mei decertarent vt non tollerer ex hoc mundo. [Et per ministros vere suos intellige angelos, aut etiam homines electos in futuros ministros spiritualis regni. Nullus enim comparuit coram Pilato pro Iesu, nullus in populo, null' inter Pharisæos verbum aliquod dixit pro Iesu in toto illo passionis tempore ita quod sensus literalis ad excludendum à Pilato occasionem scandali de affectato regno, est. quod si regnum meum esset ex hoc mundo, haberem vtique aliquos ministros decertantes pro me (facto vel fauore vel verbo) vt non traderer voluntati Iudæorum: cuius contrarium tu vides. [Nunc autem regnum meum non est hinc.] Quod dicit nunc, non ideo dicit tanquam futuro tempore regnum eius futurum sit hinc: sed ideo vt explicet regnum suum non esse nunc, hoc est tempore præsentis status passibilis carnis eius. Et est sensus. dixi regnum meum non est de hoc mundo: adiungo quod regnum meum non existens hinc seu de hoc mundo, non est nunc in præsenti tempore passibilitatis & mortalitatis meæ. Ita quod negatio negat & hinc & nunc adiungendo prius negato hinc, negationem nunc. Vel ad differentiam regni sui in futuro statu dicit quòd nunc non est hinc: quia tunc erit etiam hinc: hoc est constabit etiam ex regnare in istis sensibilibus: quoniam tunc regnabit manifeste etiam in isto mundo sensibili. Vnde post suam resurrectionem inchoato iam regno eius dicit. data

est

est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, transacto nunc mortalitatis. Et hic sensus est planior. ¶ Nec prætereas quod tertio repetitur à Christo regnum meum, infra tam pauca verba. Ex industria enim Iesus totiens repetit: vt inde Pilatus cognosceret quod non occultat sibi diffinitum à deo regnum non ex mundo hoc. [Dixit itaque Pilatus. ergo rex es tu.] Optime intellexit & intulit Pilatus, Iesum non negasse se regem, sed consistentiam regni negasse ex hoc mundo. [Respondit Iesus. Tu dicis quia] pro, quod [rex sum ego.] Tẽperat Iesus assertionem vtpote nõ affirmans neque negans Et ne arrogantiæ vel iactantiæ tribuatur, subdit officium sibi incumbens. [Ego in hoc natus sum] natiuitate temporali. [Et ad hoc veni in mundum.] Existens supra mundum veni in mundum, sumendo carnem, per hoc enim naturam diuinam, & per illud humanam in seipso significat. [Vt testimonium perhibeam veritati.] Ne putaret Pilatus gentilis quod Iesus inuertendo quæsitum diuerterit ad regnum non de hoc mundo, & figmentum esse quod dixerat Iesus regnum meum non est de hoc mundo: quum nihil esset commune ei & Pilato nisi veritas, ideo simul & affirmat se non inuertere sed dicere veritatem, & excludit esse figmentum, & instructionem proponit ab amabili omnibus veritate: declarando officium suum esse perhibere testimoniũ veritati. Ac si apertius dixisset, ea quæ dixi de regno meo non alia dixi ratione quàm vt testimonium perhibeam veritati: quia ad hoc officium exercendum veni in mundum & natus sum. Testimonium inquit non euidentiam: quia venit ad seminandum veritas fidem, non euidentem notitiam in mundo hoc [Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam.] hoc est non frustra nõ inutiliter assumpsit hoc officium: quia omnis qui est secundum affectum ex veritate, audit interno auditu vocem meam, qua ego testimonium perhibeo veritati. affectus enim ex veritate, non potest esse nisi ad veritatem. ¶ Et aduerte quàm oportune sint hæc omnia dicta. Respondit de regno suo non de hoc mundo, ad tollendum scandalum, quia acclamatus fuerat Messias Affirmauit se testem veritatis, ad tollendam falsitatem. Dixit se habere credulos auditores tales, ad tollendam vanitatem. [Dixit ei Pilatus. quid est veritas?] hoc est in quo consistit veritas de qua loqueris? [Et quum hoc dixisset.] non expectata responsione. [Iterũ. secũdo, exiuit ad Iudæos & dicit eis. Ego nullã inuenio in eo causam.] Satis factum sibi Pilatus arbitratus est de crimine affectati regni, ex eo quòd Iesus declarauerat regnum Messiæ de quo Iu-

dæi

dęi ipſum accuſabant non eſſe de hoc mundo: & hoc probauerat quia nō habebat miniſtros decertantes pro ſe. Et vere rationabiliter acquieſcebat Pilatus quoniā anhelantes ad regnū, per apparatus ſaltē aliquorū pro eis loquentiū produntur. ¶ Et quanuis euāgeliſta concluſionem tantū narret verborū Pilati ad Iudęos, recitādo quòd dixit ego nullā cauſam inuenio in eo, humani tantū iudicij ratio indubie ſuadet ꝙ Pilatus retulerit Iudæis reſponſionem Ieſu ſcilicet regnum meum non eſt de hoc mundo, & quòd nō habet miniſtros decertantes pro eo. Quo audito primates Iudæorum dixerunt quòd callidę Ieſus inuertit materiam regni quòd quum non poſsit negare vſurpatum nomen regium inuertit illud in regnum nō de hoc mūdo. Et tunc multiplicauerunt accuſationes tacitas à Ioāne, quas refert Lucas ſcilicet ꝙ ſubuertit gentē incipiēs à Galilęa vſque huc, ꝙ prohibuit tributa dari Cęſari. hęc enim hic attulerunt primates Iudæorum ad manifeſtandum ꝙ regnū mundi huius ſibi vſurpabat. Et dicendo vſque huc, declarauerūt cōmotionem factā in Hieruſalem ante quinque dies. quando acclamatū eſt ei, benedictus qui venit in nomine domini rex Iſrael. Et tunc Pilatus ponderans Galilæę nomen, miſit illum ad Herodem: & Herodes illuſum remiſit ad Pilatum, qui dixit Iudæis ꝙ neque Herodes neq; ipſe inuenit in Ieſu cauſam mortis Hæc omnia tacet hic Ioānes: & tranſit ad ſubſecuta poſt hæc ſubiungendo. [Eſt autē cōſuetudo vobis vt vnū dimittam vobis in paſcha vultis ergo dimittam vobis rēgē Iudæorū?] Expert° Pilatus ꝙ nec iudicio ſuo nec remiſſione ad Herodē ſatis facere poterat primatibus Iudæorū, rētat tertiam viā ſi forte etiā inuitis primatibus (quos ſciebat inuidia moueri) liberaretur Ieſus fauore populi & propterea cōmemorat cōſuetudinē. [Clamauerunt rurſus] pro igitur, [omnes.] vt nullus eſſet qui pro Ieſu loqueretur. [Dicentes, nō hūc ſed Barabbam. Erat autem Barabbas latro.] ¶ Attende ꝙ Ioānes ſummariē narrat hāc propoſitionem: vtpote ab alijs euangeliſtis plene narratā Dicentibus quòd Pilatus propoſuit optionem Ieſu & Barabbæ. & quòd illis optantibus Barabbam, adhuc Pilatus tanquàm volens vtrunq; dare populo ſi vtrūque petiſſet, inſtitit quid igitur faciam de Ieſu? & quòd populus tanto furore agitabatur vt non reſponderit fac quicquid vis aut fac iuſtitiam, non eſt noſtrum niſi petere liberationem vnius, ſed tractando Ieſum peius omnibus clamauerunt crucifige eum: quum tamen de reliquis crucifigendis ſe non impedirent. Hæc enim hic tacet Ioannes.

CAPVT XIX.

Vnc ergo.] Insinuat per ergo euangelista explicatã à Luca causam subsecutę flagellationis. s. correptũ illũ dimittã, seu corripiã & dimittã illum. Cernens enim Pilatus q̃ nõ ex voto succesisit data optio turbę, cogitauit alia via liberare Iesum. s. flagellãdo & illudendo, vt sic saciato furore turbę liberaret Iesum à morte [Apprehendit.] per ministros, [Pilatus Iesum, & flagellauit.] similiter per ministros. vt flagris cęsus, non arrogaret sibi decętero quouis mõ regiũ nomẽ. [Et milites plectẽtes coronã de spinis, imposuerũt capiti eius.] Ordo historiæ iste videt ad literã quẽ Ioannes seruat: narrando scilicet q̃ prius Iesus fuit flagellatus, & deinde illusus corona spinea. Ita q̃ primo exuerunt Iesum vestimentis suis & flagellauerunt & deinde antequàm indueretur iterũ propria vestimenta, circundatus est purpura ad illusionẽ regij tituli ante quinque dies acclamati. [Et veste purpurea circundederunt eũ.] quoniã nõ tam induerunt quàm circũposuerũt. [Et veniebant ad eũ.] Omnes hę quatuor dictiones superfluunt. [Et dicebant, aue rex Iudęorũ. & dabant ei alapas.] Omittit Ioannes hic arundinẽ pro sceptro & percussiões cũ arũdine: sciẽs explicata hæc ab alijs. [Exiuit iterũ.] quarta vice, [Pilatus foras. & dicit eis. Ecce adduco vobis eũ foras vt cognoscatis quod nullã inuenio in eo causam.] hoc est ecce monstro eum vobis punitũ flagellis & illusionibus dehonestatũ, vt hinc cognoscatis q̃ nullam in eo inuenio mortis causam. sicut enim flagellaui & dehonestaui ita quoque dãnassem ad mortẽ si causa mortis supereesset. [Exiuit ergo Iesus.] deest, [foras portans spineã coronam & purpureum vestimentum. Et dicit eis. Ecce homo.] hoc est videte publice dehonestatũ ac cõfusum hominẽ quẽ detulistis. Et dixit ac fecit hoc Pilatus, vt monstratus Iesus eũ tanta confusione, existimaretur nũquàm amplius cõuersaturus inter homines ac per hoc cessarent ab impetitione mortis. [Quum ergo vidissent eũ pontifices & ministri.] Non dicit euangelista quum vidisset eum turba, sed quum vidissent eum pontifices & ministri ad significandũ capita furoris fuisse põtifices cũ suis ministris. [Clamabant, dicentes crucifige crucifige eũ.] Vere monstrãt quòd nõ ex ira sed ex odio (prout Iesus dixerat) persequebãtur eum. odium enim insatiabile est. Et propterea viso Iesu flagellato & dehonestato, non mitigatur eorum animus, sed ad turpiora & crudeliora tendit, clamando crucifige. Turpissimũ enim supplicij genus erat crux, & crudele. Nec sufficit eis dicere, sed clamãt & repetunt. [Dicit eis Pilatus. Accipite eum vos & crucifigite.] Nõ sunt hęc verba

concedentis pontificibus vt accipiant Iesum & crucifigant(hoc enim libenter acceptassent) sed sunt verba horrentis crimen: iuxta consuetum loquendi modum quum horremus facinus aliquod patrare dicimus nãque suadentibus,facite vos illud ego nolo facere. Dicimus enim hæc non indulgendo sed horrendo crimen.Et propterea ratione horrendi subiungit. [Ego enim non inuenio in eo causam.]crucifixionis.[Responderũt ei Iudęi.Nos legẽ habemus, & secundum legem.]deest.nostram,[debet mori.]Audito scrupulo conscientiæ Pilati,pontifices dicunt quòd non est timendũ crimen aliquod in occisione Iesu quia secũdum legem debet occidi. [Quia filium dei se fecit.] Hactenus studium põtificum fuerat inducere Pilatum ad occidendum Iesum ex crimine læsæ maiestatis (quia scilicet se regem fecerat) sed vbi vident apud Pilatum hanc causam non prævaluisse ad iudicium mortis (sed ad flagella & illusiones) & propterea Pilatum horrere damnare ad mortem eum qui non mereretur mortem, citant aliud crimen de vsurpata diuinitate,cum authoritate legis imponentis pœnam mortis vsurpantibus sibi diuinitatem. [Quum ergo audisset Pilatus hunc sermonem magis timuit.]Hinc apparet quòd Pilat' timebat liberare Iesum etiã quum diceret nullam causam inuenio in eo. & audita iustitia legis, auctus est timor. [Et ingressus est prætorium iterum: & dicit ad Iesum vnde es tu?Iesus autem responsum nõ dedit ei.] Et in promptu est ratio: quia iam discussum fuerat & cognitum à Pilato quòd erat Galilæus, quòd erat Nazarenus sub Herodis iurisditione. {Dicit ergo ei Pilatus. Mihi non loqueris? nescis quia,] pro, quòd,[potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te?Respondit Iesus. Non haberes potestatem aduersum me vllam nisi tibi datum esset desuper.] Sensus literalis est quòd nullã habes potestatem aduersum me ex meo demerito, sed tantum quia præses es.Et in hoc explicauit suam innocentiam non solum respectu pœnæ mortis sed etiam respectu cuiuscunque minimæ pœnę:dicẽdo nõ haberes aduersus me vllam potestatem. ¶Et describit potestatem inferendi malũ per esse datum desuper. tum quia Pilati potestas à Romana pẽdebat potestate. tum quia à deo pendebat.¶Et dixit hæc Iesus ad excludendã iustitiam allegatã ex lege diuina à Iudæis cõtra ipsumquia filiũ dei se fecit.Exigebat siquidẽ hęc iustificatio accusatiõis vt Iesus manifestaret ꝓpriã innocẽtiã & peccatũ illorũ qui tradiderãt ipsum Pilato.[Propterea qui me tradidit tibi,maius peccatum habet]Ex hoc quòd nullũ meũ demeritũ subijcit me pœnæ quã potes inferre, causatur &

quòd tu pecces & quòd magis peccet qui tradidit me tibi: tanquã principalior punitor innocentis. Dicendo enim maius peccatum, implicite quoque dicit Pilatum peccatum habere. simulque declarat falsam esse Stoicorum doctrinam, censentium omnia peccata esse paria. [Et exinde.] pro, ex eo. vel audito verbo vel tempore. [Quærebat Pilatus dimittere eum.] Clare hinc apparet quòd Pilatꝰ intellexerit verba Iesu in sensu expositio quòd. s. innocẽs esset. ¶Sed non caret quęstione quo pacto verificatur quòd ex eo quærebat Pilatus dimittere eum: quum antea hoc idem quæsisset. Solutio est quòd antea Pilatus studuerat animo ad liberãdum Iesum: ex nunc autem manifeste quærebat dimittere Iesum. Cuius signũ est quòd non prius sed modo de Iudæis dicit [Iudęi autem clamabant, dicentes. Si hunc dimittis.] ꝑ, dimiseris, [nõ es amicus Cęsaris.] Vidętes Iudæiꝙ neutrius criminis causa apud Pilatum prævalebat via iustitiæ, ad minas se conuertunt lædendæ amicitiæ Cæsareæ. intendunt enim quòd delaturi sint ipsum ad Cæsarem, tanquam paruipendentem eius amicitiã. Habebãt siquidem Iudæi Romæ agentes eorũ causas: & perillos minantur se significaturos Pilatũ nõ esse amicũ Cæsaris [Omnis enim.] Superfluit enĩ [qui se regem facit, contradicit Cæsari.] In prõptu est ratio, quia faues contradictoribus Cęsaris in tã pręcipua causa. s. tituli regij. [Pilatꝰ autem quũ audisset hos sermones.] pro, hunc sermonẽ, [adduxit foras Iesum. & sedit pro tribunali in loco qui dicit Lichostratos.] pro, lithostrotos. [Hebraice autẽ Gabatha.] Dictio Græca est lithostrotos, corrupta in codicibꝰ Latinis imperitia scriptorũ. & sonat Latine lapide stratus. Erat enim locus nominatus à Græcis ex hoc quòd erat stratus lapide. Ab Hebręis autẽ nominabatur Gabatha, à celsitudine seu eminentia. Gabatha enim Hebraice, Latine dicitur excelsum seu eminens. Vnde patet quòd hæc erant cognomina illius loci, non solum diuersis linguis sed etiã diuersis rationibus Habebat enim vtrãque cõditionẽ: & ꝙ erat non lateribus sed lapidibus stratus, & ꝙ erat eminens. Crediderim ego esse locũ pulchro lapide constructũ ad hoc vt publicæ sententiæ ibidẽ à præside promulgarentur, vt ab omnibus conuenientius videri posset eminens iudex Et propterea tot cognomina sortitũ esse [Erat autẽ parasceue.] Dictio Græca est, significans preparationem. Et appropriatur diei veneris apud Hebræos: eo ꝙ illa die præparabant necessaria ad victum pro sabbato, iuxta legis mandatum. Vnde non obstante quòd esset primus dies paschalis solẽnitatis. propter sabbatũ tamẽ sequẽs (quod erat sanctius omni alio festo) prępărabãt

necessaria

neceſſaria pro die ſequẽti. [Paſchę.] hoc eſt īfra ſolẽnitatẽ paſchalem. vna enim ſola paraſceue infra paſcha accidebat, ſicut & vnum ſabbatum. Et rationabile eſt q̃ pro ſabbato paſchali cultior fiebat præparatio. Et propterea etiã euangeliſta nominauit eam paraſceuen paſchæ, tanquã cultioris apparatus. ¶ Et dixit hoc quãtum ad hiſtoriã vt ſciremus quòd illo die qui apud Hebræos eſt paraſceue (hoc eſt immediate præcedẽte ſeptimũ diem) hæc geſta ſunt. Et q̃ interfuerũt non ſolũ Iudæi ſeu Hieroſolymitæ perſecutores Ieſu, ſed etiã Galilæi & aliarũ nationũ Hebræi conuenientes ad paſcha: vt ab omnibus Ieſus paſſus fuerit, & nullius nationis inuentus fuerit aliquis in turba (etiam inuitante totiens Pilato) qui fuerit profeſu. [Hora quaſi ſexta.] Explicat non ſolum diem ſed horã diei quintã appropinquando ad ſextã, qua promulgata eſt ſentẽtia crucis in Ieſum. vnde à ſententia vſque ad crucifixionẽ tam paruũ ſpatiũ fuit q̃ hora ſexta crucifix⁹ eſt. ¶ Quod apud Marcum legitur erat autem tertia & crucifixerunt eum, errore (vt ibi dictũ eſt) mutati ſunt characteres ſexti in tertiũ. Sunt enim parũ differentes in Græco. [Et dicit Iudæis. Ecce rex veſter] Ad huc inſinuat Pilatus velleitatẽ ſuã dimittendi Ieſum demonſtrando Ieſum titulo regio deductũ ad ſuſcipiendã ſententiã Acſi apertius dixiſſet, videte ad quid deductus eſt Meſias veſter. Si forte ad compaſſionem flecterẽtur. [Illi autem clamabant. Tolle tolle crucifige eum] Perſiſtunt in furore. [Dicit eis Pilatus. Regem veſtrum crucifigam?] Hinc clare apparet quòd ad flectendũ illos hæc dicebat Pilatus: vt etſi non cõpaſſione ſaltem erubeſcentia deſiſterent. Erat enim nonnulla confuſio Iudæorum vt eorũ Meſiam Pilatus crucifigeret. [Reſponderũt pontifices.] Significanter euãgeliſta pontifices reſpondiſſe explicat vt magnitudinẽ odij tantã in eis cognoſceremus vt ſine reſpectu profiterẽtur. [Non habemus regem niſi Cæſarem] Quẽ tyrannũ & hoſtẽ reputabant, profitẽtur ſolũ regẽ vt Ieſu crucifixionẽ obtineãt. [Tũc ergo tradidit illũ eis.] pontificibus ſ. & iudęis: hoc eſt voluntati eorum. Pronomen enim demõſtrat illos de quibus hactenus fuerat ſermo. [Vt crucifigeretur.] Non dicit vt crucifigerent eũ: ad inſinuãdũ quòd Pilatus tradidit volũtati quidem Iudæorũ Ieſum, nõ vt ipſi crucifigerent eũ, ſed vt crucifigeretur à militib⁹ ſolitis exercere hoc officiũ. [Suſceperũt autem.] milites: qui inferius explicantur. [Ieſum, & eduxerunt eum. Et bajulãs ſibi crucem.] pro, crucẽ ſuã Ad cumulum pœnæ, & quia ignominioſum erat, nulluſque inueniebatur qui portaret alienã crucẽ, iuſſus eſt Ieſus portare crucẽ ſuam. ¶ Omittit autẽ hic euangeliſta duo

Alterum eſt quòd Ieſu impotente continuare geſtationẽ crucis, angariatus eſt Simon Cyreneus. Alterum eſt quod plorantibus & lamentantibus mulieribus Ieſus in via dixit Filiæ Hieruſalem nolite flere,&c [Exiuit.]extra ciuitatẽ,[ſ eũ qui dicitur Caluarię locũ.]Caluaria totum eſt caput nõ ſolũ pilis,ſed carne carens:vnde ab huiuſmodi capitibus damnatorũ ibidem forte manẽtib⁹, Caluarię nomen loeus ille accepit.Si non per tranſlationem locus vbi occiduntur damnati,Caluariæ appellatus ſit.[Hebraice autem Golgotha.] ſcribi deberet Golgoltha vel Gulgoleth,vt alijs placet. Et quia Hiero.dicit non Hebræam,Sed Syram eſſe dictionem;intelligе euangeliſtam dixiſſe,Hebraice autem Golgoltha ſeu Gulgoleth: quia vſurpata erat dictio hæc & incorporata Hebręę linguę [Vbi crucifixerũt eũ.]pro,Ieſum,[& cũ eo alios duos,hinc & hinc:medium autem Ieſum.Scripſit autem & titulum Pilatus : & poſuit ſuper crucem.]Hinc apparet quòd nõ in parte crucis,ſed ſuper crucem ſuſtentabatur titulus : ac per hoc crux terminabatur in ſuperiori parte ligno tranſuerſo in quod extenſæ erant man⁹,alioquin titulus non fuiſſet poſitus ſuper crucem, ſed in parte crucis.¶[Diuina prouidentia diſpoſitum eſt vt cauſa crucifixionis publicę ſuper crucem à præſide poneretur. Quis Chriſtianis crederet quòd Ieſus pro hac cauſa crucifixus eſſet,niſi Pilatus ipſe publico titulo teſtaretur?Sicut quis Chriſtianis crederet q⁹ Ieſus non vſus fuiſſet humanis artibus ad aſſequẽdũ primatum,niſi tam Herodes quàm Pilatus teſtatus publice fuiſſet factis deriſionum & illuſionũ,quòd accuſata examinata ac diſcuſſa facta Ieſu pro regno,erant digna ludibrio,q⁹ nihili pendenda erant.Sicut etiã quis Chriſtianis crederet quòd Ieſus non feciſſet ſibi amicos aliquos,ſeu quòd in fauore turbarum nõ confiſus fuiſſet(præſertim quũ inimici ei⁹ timerent turbam quum vellent comprehendere eũ) niſi turba non ſolũ Iudæorũ,ſed etiam Galilæorum & cęterorum Hebræorũ cõuenię tiũ ad Paſcha,tot horis tam pertinaciter Pilato contradicẽte, vnanimiter cõtra ipſum clamaſſet,nullúſque interceſſor aut retractor alicui⁹ eorũ fuiſſet.Hæc quidẽ teſtimonia ab hoſtiũ factis nõ verbis,elegit Ieſus vt confutarẽtur increduli quòd ipſe diuinitatis virtute fidẽ propagauit nomine ſui [Erat autem ſcriptum,Ieſus Nazarenus rex Iudæorum.Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus eſt Ieſus .Et erat ſcriptum Hebraice,Gręce,& Latine.Dicebant ergo Pilato Põtifices Iudæorum:noli ſcribere rex Iudæorũ,ſed quia ipſe dixit rex ſum Iudæorum. Reſpondit Pilatus: Quod ſcripſi ſcripſi. Milites

ergo

ergo quũ crucifixiſſent eum.] Hinc apparet quòd iſti milites ſunt de quibus ſuperius dixit, ſuſceperunt autem, &c. [Acceperũt veſtimenta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem, & tunicam.] Intellige quatuor partes computata tunica in vna illarum quatuor partium ita quòd ſubdendo & tunicam, non fit additio ad quatuor partes: ſed ſpecificatio tunicæ q̃ fuit ratio q̃ vterẽtur ſortibus pro omnibus quatuor partibus, quam partẽ quis tolleret, vt alij euangeliſtæ narrant: Ioannes enim explicauit occaſionem ſortium ratione tunicæ non ſcindendæ. [Erat autem tunica inconſutilis, deſuper.] pro, à ſummis, [contexta per totũ.] Deſcribitur tunica â ſummis vſque ad ima circumquaque contexta. ita q̃ ſola textura abſque ſutoris opera confecta erat. Et propterea arbitrati ſunt milites non eſſe ſcindẽdam. [Dixerunt ergo adinuicem, non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa cuius ſit. Vt ſcriptura impleretur.] Quanuis milites non facerent hæc intentione implendi ſcripturam, diuina tamen prouidentia diſponebat hæc ad implendas ſcripturas dicens: [Partiti ſunt veſtimẽta mea ſibi, & in veſtẽ meam miſerunt ſortem. Et milites quidẽ hæc fecerunt. Stabãt aũt iuxta crucem Ieſu mater eius, & ſoror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalene.] Matthæus deſcribit Mariã Magdalenã à lõge: quia quũ prius manerẽt à longe, poſtea appropinquauerũt iuxta crucẽ. [Quũ vidiſſet ergo Ieſus matrẽ, & diſcipulũ ſtãtẽ.] pro, aſtãtẽ, [quẽ diligebat.] Seipſum Ioannes ſpecialidilectionis ſigno ſolitus eſt cognominare. [Dicit matri ſuę. Mulier ecce filius tuus.] Nõ dixit mater, ne doloré exaggeraret, ſed cõmuni proprio ſexus nomine ipſã appellauit, idigẽtiã adminiculi ſignificãs & propterea ſubrogauit illi Ioãnẽ in filiũ. [Deinde dicit diſcipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eã diſcipul⁹.] Deeſt, ille, [in ſuã.] pro, in ſua. Eſt enim accuſatiuus pluralis neutri generis. Et eſt ſenſus, q̃ ex illa hora accepit Ioannes beatam virginem in propria officia. Cœpit enim ex illa hora officioſum ſe exhibere circa beatam virginem: curando quę ad eã ſpectabant, obſequẽdo in ijs quæ illi cõmoda aut oportuna erãt. [Poſtea ſciẽs Ieſus quia.] q̃, q̃, [oĩa.] Deeſt, iã, [cõſũmata ſunt.] Declarat euãgeliſta aſſiduũ Ieſu ſtudiũ erga adimplẽda oĩa ſecũdũ diuinã diſpoſitionẽ ordinata circa ipſius paſſionẽ, deſcribẽdo q̃ ſciẽs omnia reliqua iã cõſũmata, vt q̃ ſupererat vnũ ante mortẽ ei⁹ cõſummaret, ad implẽdas ſcripturas prophetarũ. [Vt conſummaretur ſcriptura.] Pſalmi, & in ſiti mea potauerunt me aceto. [Dicit Sitio.] Ad literam ex tormentis ſtiebat. & verum paſſionis effectum ſe ſentire profeſſus eſt. Ita tamen

quòd hanc professionem ordinauit ad adimpletionem scripturę, ad executionem veracitatis diuinæ in scriptura prædictæ. [Vas autem.] pro, igitur, [erat positum aceto plenum.] Ratio huius vasis pleni aceto in promptu est vt citius crucifixi morerentur. quòd erat gratum militibus & Iudæis. Militibus quidē ne diutius morarentur in custodia. Iudæis autem quia debebant illo die secundum legem sepeliri crucifixorum corpora: vt patet Deute. 21. [Illi ergo spongiam plenam] pro, impletā, [aceto, hysopo circūponentes] Apud alios euangelistas spongia fuit imposita arundini seu calamo, sed alij euangelistæ tacent modum quo spongia iuncta est arundini: Ioannes verò supplet modum, dicendo quòd per modū circumpositionis iuncta est arundini nexu hysopi. Ita quòd herba hysopi erat circumligans spongiam circumpositam arundini. [Obtulerunt ori eius. Quum ergo accepisset Iesus acetum.] Antequam crucifigeretur, quum dedissent ei vinum seu acetum amarū noluit bibere: in cruce autē bibit [Dixit. Consummatum est.] mysterium passionis meæ, adimpletis quæ scripta sunt de me. [Et inclinato capite tradidit spiritum.] Tacet Ioannes verba quæ dixit tradendo spiritum. Pater in manus tuas commendo spiritū meum. [Et dicit spiritum, quia spiritus nomen est rei ita incorporeæ quòd etiam independens est à corpore: iuxta id quod superius dictum est, spiritus est deus. Et exinde translatum est vt sit etiam nomen status: vt scilicet significet rem illam in statu sine corpore. Et sic sumitur in proposito. Et propterea non dicit tradidit animam (quia non tradidit illam in statu animæ) sed dicit tradidit spiritum quia tradidit illum in statu spiritus. Tradidit autem tanquā in depositum reddendum sibi. Nec est dubium quòd tradiderit patri, vt Lucas explicauit. [Iudæi ergo quoniam parasceue erat, vt non remanerent in cruce corpora sabbato (erat enim magnus dies ille.] seu illius, [sabbati.] Propter solennitatem Paschalem septimus ille dies solennior erat quàm septimus quisque dies solitus [Rogauerunt Pilatum vt frangerentur eorum crura & tollerentur. Venerūt ergo milites. Et primi quidem] Verba hæc insinuant ordinem inchoando ab eo qui erat propinquior militibus iuxta talem enim ordinē appellatur vnus primus. [Fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autē quū venissent: vt viderunt eū iā mortuū, non fregerunt eius crura.] An idē fuerit ordo rei gestæ qui est ordo narrationis (. s quòd sicut pri⁹ narrat euāgelista vtriusq3 crura fracta, & postea narrat gesta circa Iesum, ita prius secūdū ordinē rei gestæ fuerint fracta vtriusq3 crura & postea venerīt

ad

ad Iesum)an diuersus sit ordo narrationis ab ordine rei gestæ,incertum est. Ex eo nanque quòd euangelista meminit primi insinuare videtur quòd ordinate processerunt ac per hoc quòd prius venerint ad Iesum medium quàm ad alterum latronẽ extremum. Ex eo vero q̃ ratio prius frangendi vtriusq; latronis crura,in prõptu erat(quia illi apparebant manifeste viui, Iesus autem iam apparuerat clamans voce magna expirasse) potuit esse quòd de primo ad vltimum transirent, & demum venerint ad Iesum: & clare viderunt eum mortuum. [Sed vnus militum lancea latus eius aperuit] pro,pupugit. Ad tollendam omnem ambiguitatem vulnus lancea intulerunt. [Et cõtinuo exiuit sanguis & aqua] Miraculose de corpore mortuo exiuit proculdubio aqua,non phlegma. Quicquid sit de sanguine quo ad miraculum: quoniam de corpore nuper mortuo non apparet euidenter esse miraculum exire sanguinẽ. Ex eo tamen quòd aqua simul exiuit,insinuatur quòd etiam sanguis miraculose exierit. Ratio autem huius miraculi,in promptu est mysterium redemptionis precio sanguinis & regenerationis lauacro aquæ. vt hoc facto intelligeremus effectum mortis Iesu pro nobis. [Et qui vidit,testimonium perhibuit.] De seipso Ioãnes loquitur: declarans seipsum testem de visu [Et verum est testimonium ei⁹.] Nõ solũ de teste,sed de testimonio prolato scribit. Et sicut testẽ asserit certissimum(vtpote de visu)ita testimonium affert irrefragabile vtpote verum [Et ille scit.] Asserit tertio intentionem sanctã ac vtilem testificandi hæc. Et quoniam nemo nouit quæ sunt hominis nisi spiritus hominis qui est in eo,ideo seipsum affert in testem huius sanctæ ac vtilis intentionis dicendo. [Et ille.] ipsemet, [scit quia] pro,quòd, [vera dicit,&,] superfluit & Legendum est. [vt vos credatis,] Ipse enim met scit quòd ideo hæc vera dicit vt vos credatis,& nõ affectu aut passione humana [Facta sunt enim hæc vt scriptura impleretur.] Facta siquidẽ sunt hęc non solũ ad redẽptionẽ humanã absolute. sed ad exequẽdũ veritatẽ diuinam. [Os nõ cõminuetis ex eo.] Exo. 12. scriptũ est hoc ad literam de agno Paschali. Vnde hinc apparent duo. Alterum est quòd nõ semper Apostoli vtuntur scriptura secundum sensum literalem sed quandoque secundum sensum mysticum Alterum est quòd aliquis sensus mysticus spectat ad adimpletionem scripturæ, ex intentione proculdubio spiritussancti: alioquin nunquam dixisset Ioannes vt scriptura impleretur,loquens de sensu mystico. Os enim agni Paschalis non comminuendum,figura erat non frangendi ossa Christi, figurati per agnum Paschalẽ. [Et iterũ alia scriptura.] Zach. 12.

dicit

[dicit. Videbunt in quem transfixerũt.]pro,pupugerũt. [Posthæc aũt.]Superfluit autẽ [rogauit Pilatũ Ioseph ab Arimathia(eo q̃.]pro,quum. Legẽdũ est [quũ esset discipulus Iesu,occultus aũt propter'metum Iudæorũ)vt tolleret corpus Iesu.Et permisit Pilat⁹.Venit ergo & tulit corpus Iesu.Venit aũt & Nicodem⁹ qui venerat ad Iesum nocte primũ,ferẽs mixturã myrrhæ & aloes quasi libras cẽtum.Acceperunt aũt]pro,ergo,[corp⁹ Iesu & ligauerũt eũ.]pro, ipsum,scilicet corpus.[linteis eũ aromatibus.sicut mos est Iudæis sepelire]Hoc explicat euãgelista,ne putares superfluum sumptum in officio sepulturæ.Quod enim in humanis officijs fit secundum patriæ consuetudinem reprehensione caret [Erat autem in loco, vbi crucifixus est,hortus:& in horto monumentũ nouum in quo nõdũ quisquam positus erat.Ibi ergo propter parasceuem Iudæorũ quia iuxta erat monumẽtũ.]Breuitas tẽporis cogens ad celerẽ sepulturam.describitur ex eo quòd erat parasceue:hoc est dies precedens sabbatũ,terminandus imminente occasu solis.Non enim licebat extendere officia hæc ad aliquas horas noctis quia à vespera incipiebat ocium sabbatinum.Propter breuitatem itaque temporis legitimi sepelierunt in loco propinquo.[Posuerunt Iesum.] Quum debuisset dici posuerunt corpus Iesu,dixit tamen posuerũt Iesum.non solum seruando solitum loquendi morem(quo Dauidem aut Abraham sepultum dicimus)sed etiam ad significandum identitatẽ hypostasis in mortuo & viuo Iesu,quo fuit in ipso singulariſſimum. Quanuis enim anima Iesu separata fuerit à corpore eius,eadem tamen numero hypostasis perseuerauit in corpore mortuo & in anima,quia quod semel assumpsit nunquã dimisit.

CAPVT XX.

NA autem sabbati.]pro,sabbatorum.Omnes euangelistę concorditer describunt à numero plurali(.ſ.sabbatorum)diem resurrectionis,quanuis apud omnes euangelistas interpres vsus fuerit numero ſingulari.

V

Et est magna differentia in proprietate sensus,quoniã vna sabbati nullũ diem determinate significat:quoniã sabbatũ cõmune est nomẽ omni festo Iudæorũ quo non licet operari,sed vna sabbatorũ explicat iuxta morem Hebræum,diẽ quẽ hodie appellamus dominicũ.Nã appellatione sabbatorũ septimi quiq; dies (qui non quandoque,sed semper sunt sabbata)intelligũtur,& vna sabbatorum dicitur dies illa quæ est vna relata ad sabbata,relata ad septimos dies.Qui ideo dicitur non dies prima,sed dies vna, quia Moyses appellauit eundem diem vnum.dicendo & factũ est ve spere

veſpere & mane dies vnus. More itaque ſcripturæ loquẽdo euangeliſta dixit vna ſabbatorum: ſignificando diem illum qui ſemper inuenitur vnus (non ſecũdus, non tertius) relatus ad dies qui ſemper ſunt ſabbata. [Maria Magdalene.] Tacet Ioannes ſodales ab alijs euangeliſtis expreſſas. Apud Lucam enim diſcipuli hoc referentes expreſſe dicunt. Mulieres quædam ex noſtris terruerũt nos &c. [Venit mane quum adhuc tenebræ eſſent.] Tempus auroræ deſcribitur, vnde & apud Lucam dicitur quod ante lucem venerũt ad monumentum. ¶ Nec obſtat quòd Marcus dicat orto iam ſole: quoniam aurora ortus ſolis eſt. [Ad monumentum. & vidit.] pro, & videt, [lapidem ſublatum à monumẽto.] Tacet hic Ioannes viſionem angelorum, narratam ab alijs euangeliſtis. [Cucurrit.] pro, currit, [ergo: & venit ad Simonem Petrum & ad alium diſcipulum quem amabat Ieſus.] Narrat Ioannes hæc tanquam præſentia poſt tempus quo venit ad monumentum: ad inſinuandum feſtinas actiones Magdalenæ, Huiuſmodi enim celeritatem tacitam ab alijs, ſupplet Ioannes. [Et dicit illis. Tulerunt dominum de monumento.] Aſſerit quod viderat. Non ſolum viderat lapidem ſublatũ ab oſtio monumenti, ſed hortãte angelo viderat monumentũ vacuũ & propterea dicit (vt putabat) tulerũt dominũ de monumento. [Et neſcimus.] In hoc numero plurali inſinuat euangeliſta ſodales. Et ſimul cũ nulla fide data verbis angelorũ (qui dixerãt illũ viuere) mẽtes mulierũ euãgeliſta explicat tacendo q̃, etiã retulerũt ſe viſionem angelorũ vidiſſe &c. [Vbi poſuerũt eũ. Exijt ergo Petrus, & ille alius diſcipulus & venerũt ad monumẽtũ. Currebãt aũt duo ſimul: & ille alius diſcipulus pręcurrit citius Petro & venit primus.] pro, prior, [ad monumẽtũ. Et cũ ſe inclinaſſet, vidit.] ℘, videt, [poſita linteamina: nõ tñ ĩtroiuit. Venit ergo Simõ Petrus ſequẽs eũ. & ĩtroiuit ĩ monumẽtũ & vidit.] pro, videt, [linteamina poſita & ſudariũ q̃ fuerat ſuper caput eius nõ cũ linteaminib' poſitũ, ſed ſeparatũ ĩuolutũ in vnũ locũ.] Deſcribũtur hęc ita diſtincte, vt omnis ſuſpitio aſportati cadaueris tollatur. Si enim cadauer fuiſſet aſportatũ, non relicta fuiſſent linteamina (mixtione enim myrrhæ & aloes vi ſcata erant linteamina quibus obuolutum fuerat corpus) nec fuiſſet ſeparatim ſudariũ adhibita inuolutionis cura poſitum, ſed fuiſſet aſportatũ cadauer vt iacebat, linteaminibus ligatũ &c. ¶ Et dixit hęc euãgeliſta, ad deſcribẽdũ quòd etiã ex his minutulis teſtimonia reſurrectiõis aderãt. [Tũc ergo introiuit & ille] ℘, alius, [diſcipulus q̃ venerat primus.] pro, prior. [ad monumẽtũ: & vidit & credidit.] Vidit hęc relata: & credidit Ieſũ reſurrexiſſe. [Nondũ enim

ſciebant

ſciebant ſcripturam.]Excuſat euangeliſta tarditatem ad credendū ex ignorantia facte ſcripture.[Quia.]pro,quòd,[oportuit.]pro, oportet,[eum à mortuis reſurgere.]Non refertur præſens tempus prolationis verborum:ſed præſens determinatum in ſacra ſcriptura.Eſt enim ſenſus quod nondum ſciebant ſcripturam continentē quod oportet Ieſum à mortuis reſurgere.quod iā completū erat.Omnes enim ſcripturæ reſurrectionem Chriſti prophetantes, continebant hoc.¶Neceſſitas autem qua oportet,multiplex eſt ſcilicet vt glorificaretur ſecundum merita, vt firmaretur fides atque ſpes reſurrectionis noſtræ,vt inchoaretur regnum dei &c.[Abierunt ergo iterū.]pro,rurſus,[diſcipuli ad ſemetipſos.] hoc eſt ad habitacula propria.[Maria autem ſtabat.]Quanuis Ioannes deſcribat Mariā tacendo ſodales,non tamen intelligendum eſt quòd Maria remanſerit ſola, ſed cum ſodalibus.Et cum hoc deſcribitur ſola quo ad ſitum,dicendo ſtabat.Et quo ad locum,ſubiungendo. [Ad monumētum foris.]& quo ad fletū,ſubiungendo.[Plorās.] Vt intelligamus q̄ quāuis ſola non eſſet, ſodalibus tamen aut ſedentibus aut qualiū vagantibus quærendo,ipſa ſola iuxta oſtiū monumēti foris non ſedebat ſed ſtabat & flebat.[Dū ergo fleret,inclinauit ſe & proſpexit in monumentum.]Superfluunt duæ dictiōes, & proſpexit.Legendum eſt.[Inclinauit ſe in monumentum: & vidit duos angelos in albis,ſedentes vnum ad caput & vnum ad pedes.vbi poſitum erat corpus Ieſu.]Solus Ioannes ſupplet hanc viſionem duorum angelorum ſimul Vidit autē corporeis oculis:vt patet ex circunſtantijs veſtium,quia in albis:& ſitus,quia ſedētes: & locorum intus in monumento,quia vnum ad caput & vnum ad pedes loci vbi poſitum erat corpus Ieſu.[Dicunt.]Deeſt &.Legēdum eſt.[Et dicunt ei illi.]ſ. angeli.[Mulier quid ploras?] Ex hoc ſingulari & ex ſubiunctis verbis(dominum meum, & neſcio) apparet quòd Maria ſola erat ibi vt expoſuimꝰ.[Dicit eis.quia tulerunt dominum meum,& neſcio vbi poſuerunt eum.]Hæc deeſt, legendum eſt[Et hæc quum dixiſſet.]non expectata reſponſione angelorum, non habens reſpectum ad angelos.[Conuerſa eſt retrorſum.]Inquietus affectus quærentis Ieſum manifeſtatur huiuſmodi motibus dū modo ſe inclinat in monumentū,mō reſpicit retro foris.Et tantus(vt diximus)erat affectus vt poſthabeat præſentiam & ſermonem angelorum.[Et vidit Ieſum ſtantem & nō ſciebat quia.]pro,q̄,[Ieſus eſt.Dicit ei Ieſus.Mulier q̄d ploras quem quæris?illa exiſtimās q̄ hortulanus eſſet,dicit ei.Dñe ſi tu ſuſtuliſti]q̄,aſportaſti,[eū.]More amātis nō nominat quē putans om-

nes

nes intelligere de quo loquitur, quem amat. [Dicito mihi vbi posuisti eum,& ego eum tollam.] Vide affectum sine mensura virili propriarum. Et inter hæc omnia semper mens Mariæ describitur perseuerans in opinione quod asportatum fuisset eadauer. hoc enim apostolis, hoc angelis, hoc Iesu hortulano dixit. ¶Et tacet hic euangelista quod Maria his dictis vertit vultum aliò : puta ad monumentum. [Dicit ei Iesus. Maria.] Non solum nomine proprio sed etiam tono vocis propriæ nominauit ipsam : alioquin ex solo nomine proprio non cognouisset eum, sed dixisset, vnde me nosti. Et hinc apparet quod verba quæ prius Iesus dixerat Mariæ (mulier quid ploras, quem quæris) aut non dixit solita resonantia propriæ vocis, aut non peruenit ad mariam illa solita resonantia : hoc est quòd quanuis Iesus solito more loqueretur, auditus tamen Mariæ non immutabatur solito more ab illa voce. Et vtrouis modo acciderit miraculum fuit. Quamprimum ergo solitæ vocis suauitatem in Mariæ appellatione percepit, agnouit eum. [Conuersa illa, dicit ei. Rabboni; quod dicitur magister.] Hinc clare patet quod auerterat se ex inquietudine affectus : & statim agnita voce magistri, conuertitur ad Iesum verbo & facto. Verbo quidem, solito nomine appellando eum magistrum : facto autem ruendo in amplexum eius. quod euangelista subsequenti prohibitione insinuat. [Dicit ei Iesus. Noli me tangere.] pro, ne me tange. Prohibendo ne me tange, manifestat quòd illa ruerat ad tãgendum eum. Et quoniam vterque describitur stans, ideo dixit quod ruit vt amplecteretur eum. Quod etiam ex eo apparet, quòd eodem mane non prohibuit mulieres quæ tenuerunt pedes eius. Hinc enim signum est, quod Maria stans, non ad tangendum pedes sed faciem seu collum tendebat. Nec mirum : quoniam tanta erat vis amoris vt non consideraret quid faceret in tam magna, insperata ac subita lætitia occursus. ¶Quod si verba domini exactius librentur apparebit quod non prohibuit tactum, sed familiarem sed solitum tactum : vt testatur subiuncta causa, quæ explicatur subiungendo. [Nondum enim ascendi ad patrem meum.] Est siquidem sensus. quia nondum ascendi ad patrem meum non me tangas : hoc est ex hoc quòd nõdum ascendi ad patrem meum sed tecum sum, non adest tibi facultas tangendi me, sicut prius quum essem vobiscum tetigisti me. Acsi apertius dixisset. Ex hoc quod adhuc sum in terra, non putes me esse passibilem sicut pri⁹. Hæc enim mora parui est temporis : vsquequo, scilicet ascendam ad patrem meum. Vnde & statim mittit ipsam ad annunciandum

dum aſcenſionem ſuam. ¶ Et bene nota quòd non dicit nondum iui ad patrem meum, ſed dicit nondum aſcendi: quoniam iam iuerat ad patrem moriendo & reſurgendo: vt ipſe prius dixerat, vado ad eum qui me miſit. Iam enim intrauerat in gloriam ſuam: ſed quia adhuc ſecundum corpus erat in terra, ideo dicit nondum aſcendi. [Vade autem ad fratres meos.] Quos paſsibilis & humilis appellauerat amicos, modo, immortalis & glorioſus appellat fratres. tum vt eiuſdem naturæ ſe cum illis eſſe declararet & intelligeremus ex hac appellatione ipſum non mutaſſe naturam, ſed eſſe eiuſdem naturæ humanæ & carnis cuius prius fuerat, cuius erant apoſtoli. Tum vt ab exemplo diſceremus exhibere nos amicis magis intimos quum promoti fuerimus ad aliquem ſuperiorem gradum quàm prius. [Et dic eis.] Ecce Magdalena fit Apoſtolorum apoſtola. [Aſcendo ad patrem meum & patrem veſtrũ.] Ieſus homo proculdubio aſcendit: ac per hoc dicendo aſcendo, ſecundũ humanam naturam ſe ſignificat. Addendo vero ad patrem meum, naturam in ſe diuinam ſignificat: nam deus non eſt pater Ieſu adoptione, ſed natura tantum. Propter quod ſignificantius non dicit patrem meum & veſtrum, ſed dicit patrem meum & patrem veſtrum. Si enim dixiſſet patrem meum & veſtrum, communis pater vna eadémque ratione ſignificatus eſſet, & Arriani anſam acciperent: ſed dicendo ſeparatim patrem meum & patrem veſtrum alia ratione ſignificat patrem ſuum & alia patrem apoſtolorum. Patrem inquit meum, naturalem & patrem veſtrum, gratuita adoptione. [Deum meum.] Deeſt &. Legendum eſt. [& deum meũ & deum veſtrum.] vt intelligamus nõ demonſtrari patrem dicendo & deum meum, ſed demonſtrari deum, vtranque ſimiliter naturam in ſeipſo per hæc verba ſignificans alio modo. Ex hoc enim quòd aſcendit, hominem ſe manifeſtat: ex hoc vero quòd aſcendit ad deum ſuum, gratia vnionis perſonalis iunctam naturam humanam hypoſtaſi diuinæ manifeſtat. Eſt enim ſenſus, Aſcendo ad deum meum, ſingulariſsima gratia ſingulariſsimo modo (vnionis ſcilicet perſonalis) meum. Propter quod etiam non dixit deũ meũ & veſtrum, ne eadem ratione intelligeretur deus eius & aliorum ſed dixit deum meum & deum veſtrum, vt alia ratione intelligeretur deus eius & deus aliorũ. Eſt enim (vt dictum eſt) deus eius perſonaliter: eſt autem deus aliorum prouidentia, cura, cultu &c. [Venit Maria Magdalene, annũcians diſcipulis quia vidi.] pro, quod vidit, [dominum.] Verba ſunt non Mariæ Magdalenæ ſed euangeliſtæ, narrantis dicta à Magdalena. [Et hæc dixit mihi.] pro, ei.

Verba

Verba enim ſunt ſimiliter euangeliſtę narrantis quòd Magdalena annunciauit tum quod vidit dominum, tum dicta ſibi à domino. ¶Tacuit hic euangeliſta quòd inter eũdem iterum vidit Ieſum ſimul cum alijs mulieribus. quod Mattheus retulerat. [Quum ergo ſero eſſet die illo vna ſabbatorum, & fores eſſent clauſæ vbi erant diſcipuli congregati propter metũ Iudæorum.] Explicat Ioannes tot conditiones ſingulares, tum ad integritatem hiſtoriæ, tum ad multiplicationem miraculi. Hoc enim nouum erat miraculum quod ianuis clauſis Ieſus ingreſſus fuerat. [Venit Ieſus: & ſtetit in medio.] non angulo Vt non vt ab aliquo ſic ab aliquo non videretur, ſed vt ab omnibus videretur & palparetur, ſtetit in medio. [Et dixit eis. Pax vobis.] Etiam ipſa ſalutatione monſtrat ſe eſſe eorum magiſtrum, qui hanc ſalutationem eos docuerat. [Et quum hæc.] pro, hoc, [dixiſſet, oſtendit eis manus & latus.] Deeſt, ſuum. Non ſolum verbis ſed factis ſtatim conteſtatur ſe eſſe eundem qui crucifixus eſt, oſtendendo eis manus & latus. ¶Hinc habemus quòd in manibus & pedibus & latere poſt Chriſti reſurrectionem fuerunt ſigna clauorum & lanceæ. ad hoc enim oſtendit eis manus & latus, vt ex ſignis clauorum & lanceæ cognoſcerent eaſdem eſſe manus, idem eſſe latus. &c. ¶Omittit hic Ioannes pedes, expreſſos à Luca: & quod Ieſus non ſolum oſtendit eis manus pedes & latus, ſed etiam inuitauit eos ad palpandum carnem ſuam & loca vulnerum. quod Lucas explicauerat. [Gauiſi ſunt ergo diſcipuli viſo domino.] Concluſionem gaudij in diſcipulis ſubſecuti (tacitis alijs relatis à Luca) Ioannes refert, ſupplendo quod Lucas tacuerat. ſcilicet quod iterum dixit eis pax vobis. Hoc enim circa finẽ illius apparitionis videtur fuiſſe. [Dixit ergo eis.] Deeſt, Ieſus, [iterum] pax vobis [Sicut miſit me pater, & ego mitto vos.] Omni ex parte comprobat Ieſus ſe eſſe eundem. Eadem enim & eodem modo eademque authoritate dicit & mandat quæ ante mortem diſpoſuerat. ¶Et nota aduerbium ſicut, ſignificans modum. nam vere quemadmodum pater miſit Ieſum ad prædicandum bene faciendo & mala patiendo, ita explicat ſe mittere diſcipulos. Et dixit hoc, tum vt intelligerent quòd non erat cum eis manſurus corporali præſentia. tum vt ſperarent ſe miſſos ad mortem reſuſcitandos, quemadmodum videbant Ieſum miſſum à patre ad mortem reſuſcitatum. [Hæc.] Deeſt &, & eſt numeri ſingularis:. Legendum eſt. [Et hoc quum dixiſſet, inſufflauit] Sicut in principio huius ingreſſus manifeſtauit ſeipſum dupliciter (verbis ſcilicet & factis) ita modo de-

ſtinationi

ſtinationi diſcipulorum adhibet verba & facta. inſufflare enim factum eſt Quorſum autem inſufflauerit, ſubiungit euangeliſta. [Et dicit eis Accipite ſpiritum ſanctum.] Inſufflatio datio quędam corporei ſpiritus eſt. Et propterea aptiſsime congruit ad ſignificandum donationem incorporei ſpiritus vt etiam per ſenſibilia facta inſtruamur de ijs quæ intus fiunt in anima. ¶ Lucas refert quod aperuit illis ſenſum vt intelligerent ſcripturas, quod ſpectat ad perfectionem partis intellectiuæ: ioannes quòd dedit illis ſpiritum ſanctum, perficientem principaliter partem affectiuam. Sed hoc in loco datꝰ videtur ſpiritus ſanctus ad perfectionem vtriuſque partis, relatæ ad vſum ſacramentorum. immò relatæ ſpecialiter ad vſum ſacramenti pœnitentiæ. vt ſubiuncta ſine aliqua coniunctionis nota teſtantur. [Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt] Hic eſt primus & vltimꝰ locus in teſtamento nouo, explicans in ſpecie remiſsionem peccatorum fieri poſſe ab hominibus. in genere ſiquidem dictum fuerat, quæcunque ſolueritis ſuper terram &c. Mirabilis eſt facultas hæc vtpote ſoli deo propria. Quocirca ne intelligeremus authoritatiue dimitti peccata â diſcipulis, non dixit remittite peccata, ſed quorum remiſeritis peccata remittuntur eis: vt vis & efficacia remiſsionis explicaretur non in diſcipulis ſed in deo remittente. dicendo enim quorum remiſeritis peccata, remiſsionem quidem ſed miniſterialem ſignificare ſe monſtrat, ex eo quod ſubiungit remittuntur eis. ¶ Et quoniam non aliter Chriſti diſcipuli remittunt peccata aliorum niſi remiſsionem ſeu abſolutionem in ſacramento pœnitentiæ exhibendo. ideo hoc in loco inſtituitur & promulgatur ſacramentum pœnitentiæ Et propterea vide ſingula. Dicit quorum, neminem excipiendo. Dicit remiſeritis, & non dicit remiſſa dixeritis aut monſtraueritis aut declaraueritis. Nihil enim horum eſſet vere remittere ac per hoc non ſaluaretur veritas verborum Chriſti. Dicit peccata. Non dicit pœnas peccatorum ſed ipſa peccata non reſtringendo ad peccata hæc vel illa, aut oris vel operis, ſed nullum excipiendo peccatum. Dicit remittuntur eis, ad ſignificandam diuinam efficaciam aſsiſtentem immo operantem in ipſa remiſsione veſtra. Dicit & quorum retinueritis retenta ſunt: ad ſignificandum concedi facultatem non ſolum remittendi ſed etiam retinendi peccata. Similique efficacia donari retentionem qua donatur remiſsio. ¶ Et nota quod non dicit & quæ retinueritis, ſed & quorum retinueritis: vt intelligamus non concedi facultatem remittendi peccata aliqua & retinendi

retinendi alia. Impium enim est à deo sperare dimidiam veniam & similiter impium est ministros eius dimidiã dare veniam. aut enim omnia peccata dimittuntur aut nullum, tam à deo quàm à ministris eius. Et propterea dicit & quorum, hominum. Est enim cõcessa facultas omnia peccata remittendi quorumcunque hominũ. Et similiter omnia peccata retinendi quorumcunque hominum. ¶Si quæris modum seu actionem retentionis, scito quòd sicut deus remittit dando gratiam, retinet autem negando gratiam indigno, ita ministri eius remittunt peccata prębendo absolutionem sacramentalem, retinent autem negando eã indigno. Propter quod præmisit accipite spiritũsanctum. Hoc enim ideo præmissum est, ideo ab hoc inchoauit, vt intelligamus non ad libitum posse ministros Christi remittere & retinere peccata sed tantummodo spiritu sancto ad hoc mouente. Quanuis etiam hoc propositum sit, vt intelligamus donũ esse spiritussancti facultatẽ remittendi ac retinendi peccata. ita quòd acceptio spiritussancti ad facultatem & vsum facultatis refertur. alioquin efficax non est tam remissio quã retẽtio. In cuius signũ nec in baptismo nec in eucharistia sed in solo hoc sacramento dixit accipite spiritũsanctũ. In eucharistia enim dixit, hæc quotiescũque feceritis, in mei memoriã facietis. In baptismo aũt, docete omnes gẽtes baptizantes &c. Hic aũt accipite spiritũsanctũ ad significandũ hoc esse singulare in sacramento pœnitentiæ, & actio sacramentalis requirit in ministro spiritũsanctũ dirigentem & mouentem, requirit iudicium internũ secundũ spiritũ sanctum in ministro, hominis peccatorũ eius. ¶At si quæris vnde sciam spiritumsanctum me mouere ad retinendum vel remittendum. in promptu est responsio quòd quum spiritussanctus sit spiritus sapientiæ, scientiæ, intellectus, consilij timoris domini &c. Tũc proculdubio mouet spiritussanctus quando seruatis seruãdis quę sunt scientię, consilij & huiusmodi, recta ratione concluditur hũc esse absoluendũ vel nõ absoluendũ. ¶Si obijcis quòd hic nihil dicitur de confessione sacramentali peccatorũ. In promptu est solutio quòd implicite significatur concursus propriæ confessionis peccatorũ suorũ. Nam quum remittere vel retinere cõmissum Christi ministris, exercerí non possit recte nisi cognitis peccatis & hominibus quorum sunt dimittenda aut retinenda peccata, & notitia ista non sit vi aut metu extorquenda sed oportet quòd voluntarie exhibeatur ad hoc vt sit meritoria remissionis, cõsequẽs esse oportet vt interueniat confessio propria peccatorum quorum remissionem quis quærit. ¶Si rursus obijcis quòd hinc nihil habe-

cur de confessione auriculari Respõdetur quod sicut in baptismo Christus non instituit modum baptizandi (siue immergendo siue infundendo siue aspergendo) sed modos reliquit ecclesiæ vsui, ita in sacramento pœnitentiæ instituit cõfessionem voluntariam peccati, sed modum confitendi & similiter absoluendi (an ad aurem an publice) ecclesiæ vsui reliquit: iuxta qualitatem tamen peccati, publici vel occulti. nam conformis debet esse peccato tam pœnitentia quàm remissio. ¶Si demum obijcis dominum nõ præcipere hic vt quæramus remissionem peccatorum à ministris, sed dare ministris suis facultatem remittendi vel retinendi peccata confitẽtibus illa. Fateor institutionem sacramenti pœnitentię hic haberi, non præceptũ. [Thomas autẽ vn⁹ ex duodecim.] Non existentib⁹ sed institutis. vndecim enim tantum tunc erant sed quilibet erat & vocabatur vnus ex duodecim institutis apostolis [Qui dicitur didymus.] Græcã dictionem interpres reliquit quum potuisset dicere latine geminus seu gemellus Vnde autem hoc cognomen habuerit, aliter nescitur nisi quia vocabulũ sonat quod fuerit natus cũ alio vno eodémque partu, & inde cognominatus geminus seu gemellus. [Non erat cũ eis quando Iesus] Occurrit quęstio quoniam Lucas dicit quod discipuli redeuntes ex Emaus inuenerunt congregatos vndecim. & interpositis vltro citróque dictis subdit, dũ autem hęc loquuntur steterit Iesus in medio eorũ & dixit, pax vobis. Quomodo ergo apud Lucã erant congregati vndecim & apud Ioãnem deerat Thomas? ¶Solutio est q̃ multis vltro citróque dictis postquã venerunt discipuli ex Emaus, Thomas recessit & post recessum eius dũ remanentes multi pręter decẽ Apostolos & illos duos discipulos de his loquerentur venit Iesus. Nõ enim dicit Lucas vndecim affuisse quando venit Iesus, sed quando redierunt discipuli ex Emaus [Dixerunt ergo ei alij discipuli vidimus dominũ. Ille autem dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixurã.] pro, figurã, [clauorũ] Hinc apparet q̃ alij discipuli non solũ dixerant Thomę vidimus dominũ, sed etiã q̃ viderant manus pedes & latꝰ cum signis vulnerũ: alioquin non dixissent Thomas se quoque velle hæc videre. Et pari ratione retulerũt reliqua, scilicet q̃ comederat cũ eis, q̃ insufflauerat in eos &c. [Et mittã digitũ meum in locum.] pro, in figurã. [Clauorũ.] Non est contentus Thomas testimonio sensus visus, sed exigit testimonium quoque sensus tactus. Et dicendo mittam digitũ meũ in figurã clauorũ, monstrat audisse se à discipulis q̃ non remanserat obducta exterius in superficie manus cicatrix claui. sed profundũ interius foramen secũdum figuram

gurã clauĳ,in quod foramẽ poſſet mitti digitus. Et ſimiliter intelli ge quod ſubiũgitur [Et mittã manũ meã in latus eius.]hoc eſt in foramẽ ſecundũ figurã lãceæ quod in latere Chriſti apparebat. Vo lebat enim Thomas experiri tactu an eſſet apparẽtia huiuſmodi fo raminũ,an in veritate eſſent ibi huiuſmodi foramina.[Nõ credã.] Vſqueadeo exigit ambo hæc teſtimonia, vt ſine his ſe nõ creditu rũ aſſerat [Et poſt dies octo iterũ erãt diſcipuli eĳ intus,& Tho mas cũ eis.Venit Ieſ⁹ ianuis clauſis:& ſtetit in medio,& dixit eis] Superfluit eis. [Pax vobis] Similiter & iã tertio.ſalutat diſcipulos imprecãdo eis pacẽ vt Chriſtianorũ corda toties repetita pax pe- netret. [Deinde dicit Thomę.]Non requiſitus offert diſcipulo in- credulo quę quęſierat,ſimul mõſtrans ſe (quanuis abſentẽ) noſſe quę dixerat Thomas,& ſuauiſsimũ ſe eſſe ſatiſfactorẽ deſideriis di ſcipulorũ [Infer digitũ tuũ huc.]Hinc apparet ex verbis Ieſu,ve- ra[illegible]manſiſſe foramina clauorũ & lanceę. ita ꝙ caro Chriſti diſcõ tinua eſt in manibus,pedibus & latere.Et huiuſmodi cõditio quã- uis in carne paſsibili indecora appareat,in carne tamen glorioſa ad cumulũ glorię eſt effecta,abſque vllo prĳudicio integritatis, ſen- ſus & cuiuſcunque alterius operationis Sed hęc noſtrã notitiã ex- cedunt:vtpote qui eandem carnis naturã tranſlatã in impaſsibilita tem & gloriã nũquam vidimus, in ſe aut in ſua ſimili [Et vide ma nus meas,]Quũ non videamus digitis,dicendo vide,intendit eui- denter cognoſce Frequenti enim vſu,videre appellamus euidenti notitia cognoſcere.quocũque ſenſu, quocũque actu interiori ani- mę euidẽter cognoſcamus.Perinde dictũ eſt vide manus meas,ac- ſi dictũ fuiſſet & euidenter cognoſce manus meas. [Et affer manũ tuã & mitte in lat⁹ meũ.& noli eſſe.] pro,& ne ſis, [incredulus ſed fidelis.]pro,credulus. Directe reſpondet ad id quod dixerat Tho- mas,non credã [Reſpõdit Thomas & dixit.] deeſt,ei [Dominus meus & deus meus.]In textu Gręco pręponitur articulus dictioni dominus,& alter articulus dictioni deus.Et hic eſt ſolus textus in vniuerſis euangeliſtis in quo Ieſus in carne appellatus eſt deus.Et appoſitus eſt articulus, vt nullã Arriani habeant exceptionem, vt non poſsint inficiari(quemadmodũ alibi inficiantur)deũ ſine ar- ticulo eſſe ſummũ deũ. Hic enim clare Ieſus appellatur deus cũ ar ticulo,ad explicandã Ieſu veram diuinitatem quemadmodũ appel lando dominũ cum articulo, explicant ſupremũ dominiũ. [Dicit ei Ieſus, Quia vidiſti me Thoma.] Ex his Ieſu verbis apparet ꝙ Thomas tetigit foramina, ꝙ id fecit aut quod inuitauerat ipſum Ieſus dicendo vide.eodem enim verbo vtitur,dicẽdo quia vidiſti:

hoc eſt quia euidẽter cognouiſti me eſſe eundẽ. [Credidiſti.] Hinc apparet profeſsionẽ Thomæ (ſcilicet dominus meus & deus meꝰ) approbatum eſſe à Chriſto. nã hoc quod profeſſus eſt, eſt id quod credidit. Vidit enim hominem carnem, foramina: credidit autem non quæ vidit, ſed illum eſſe verum deum & dominum. neutrum ſiquidem horum vidit, ſed credidit. [Beati qui non viderũt & crediderũt.] Ordo præmij ad meritum, beatitudinis æternæ ad fidem præſentis temporis ſignificatur, apponendo beatitudinem præteritæ fidei vt intelligamus beatitudinis præmium non eſſe eorum qui credunt, ſed eorum qui crediderunt. beati enim non credunt ſed vident clare quod crediderunt. ¶ Et dixit hoc Ieſus, ad declarandum ordinem iſtorum duorum actuũ (ſcilicet videre & credere) quòd eſt econtrario ad ordinem Thomæ, qui ex viſione duci voluit & ductus eſt ad credendum. Cõtrarius dicit Ieſus eſt ordo: quia credere ducit ad beatitudinẽ, quæ eſt clara viſio. Rurſus quia credere Thomæ fuit tanquam credere conuicti & coacti ad credendum ex euidentia facti, docet Ieſus beatitudinis præmium eſſe eorum qui non tanquam conuicti crediderunt, dicendo enim qui non viderunt, excludit conuictionem ad credendũ, dęmones ſiquidem conuicti credunt. & propterea non meritorie credunt. Ad ſignificandum itaque tũ ordinem inter beatitudinis pręmiũ & fidei meritum, tum ordinem inter videre & credere, tum meritum fidei abſque conuictione, declarauit beatitudinis præmium eſſe eorũ qui non viderunt & crediderunt. ¶ Vnde patet ratio quare dixerit in præterito, non viderũt & crediderunt. pręteritum enim refertur non ad præſens prolationis ſed ad præſens beatitudinis. Et propterea ſub tali præterito compræhenditur tota via pręſentis temporis vſque ad patriã. ¶ Nec per hoc reprobatos intellige qui velut conuicti ad credendum dicũtur, ſicut Thomas. ſed minoris meriti arguuntur Thomas tamen prioris incredulitatis culpã magnitudine profeſsionis penſauit primus enim fuit qui profeſſus ſit expreſſe Ieſum eſſe verũdeũ. [Multa quidẽ & alia ſigna fecit Ieſus in cõſpectu diſcipulorũ ſuorũ quæ non ſunt ſcripta in libro hoc.] Sciebat Ioannes ſe pauca ſigna facta à Ieſu retuliſſe, ſciebat multa alia relata ab alijs Euangeliſtis. & propterea ne quiſpiam crederet ipſum omnia aut plurima complexum eſſe, vel minorem fidem adhiberet alijs Euangeliſtis, ſubiunxit hęc. [Hæc autem ſcripta ſunt.] Declarat quare hæc ſcripſerit. [Vt credatis.] Ecce finis propinquus. [Quia] pro, quòd, [Ieſus.] Nazarenus de quo hæc ſcripſimus. [Eſt Chriſtus] Eſt Meſias ille à pphetis, prędictus, [Filiꝰ dei.] nõ

adoptiuus

adoptiuus ſed naturalis. His enim duobus creditis de Ieſu, iã credita eſt vtraq; ipſi° natura, iã creditũ eſt myſteriũ redẽptionis & ſalutis humanæ per ipſum. [Et vt credẽtes, vitã habeatis.] Ecce fructus vltimus. [Vitã.] nunquàm terminãdam, hic inchoandã & in patria in ęternũ manſurã. [In nomine.] In inuocatione nominis. [Eius.] Hęc enim tria (ſcilicet credere, inuocare nomen, Ieſu & vitã animæ habere credendo & inuocando) ſunt fructus Euangelij.

CAPVT XXI.

P Oſtea manifeſtauit ſe iterum Ieſus.] deeſt, diſcipulis, [ad mare Tiberiadis.] Deſcribitur loc° Galilęę. vt intelligamus diſcipulos poſt octo à reſurrectione Ieſu dies egreſſos â Hieruſalem, & hac atque illac diuertiſſe. [Manifeſtauit autem ſic. Erant ſimul Simon Petr° & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael q erat à Cana Galilææ, & filij Zebedæi, & alij ex diſcipulis eius duo.] Iſti ſeptẽ eiuſdẽ artis deſcribuntur ſimul: vt pari ratione intelligamus alios nõ diuulſos ſed fere cateruatim ſociatos [Dicit eis Simon Petrus. vado piſcari:] pro, piſcatum. Petrus poſtquàm iam ter viderat Ieſum qui ſurrexerat á mortuis, poſt apertum ei ſenſum vt intelligeret ſcripturas, poſt acceptum ſpiritũ ſanctum, vadit ad piſcãdũ, vt intelligamus non dedecere hæc & ſimilia exercitia Apoſtolicos ſacerdotes. [Dicunt ei, venimus & nos tecum.] Hinc apparet quòd omnes iſti piſcatores erant, [Et exierunt,] Superfluit & [& aſcenderũt in nauim.] deeſt, ſtatim. [& illa nocte nihil prendiderũt. Mane autẽ iã facto ſtetit Ieſus in littore.] Non in mari, ne Phantaſma putaretur, ſed in terra, vt verus homo haberetur. [Non tamen cognouerunt diſcipuli quia.] pro, quòd, [Ieſus eſt.] Mirum eſt quòd nec viſu nec auditu cognouerũt Ieſum cum quo tanto tẽpore fuerant conuerſati, qui tũc etiam loquebatur eis ſubiuncta verba. Et quum ex parte diſcipulorum non appareat impedimentum (credebant enim & acceperant ſpiritum ſanctum) nec ex parte Ieſu appareat mutatio (puta q in alia ſpecie apparuerit aut alia voce locutus fuerit: quũ ſubiungatur abſque narrata mutatiõe aliqua in ipſo Ieſu, q poſtea cognouerũt eum) relinquitur quòd ex parte immutationis medię hoc cauſatũ fuerit quòd nõ cognouerunt eum; hoc eſt q neq; ſpecies viſibiles neque ſpecies audibiles perueniebant ad diſcipulos ex integro: hoc eſt cum omnibus cõditionibus quas ab obiecto habebãt, quòd ſine miraculo nõ fuit. Poſtea autẽ ſubtracta hac miraculoſa ſuſpẽſione ĩmutatiõis, cognouerunt eũ.

[Dicit ergo eis Iesus, Pueri] pro, filioli. Blãdo nomine fatigatos fine fructũ nocte illa discipulos, vere sibi charos vt filiolos appellat [Nunquid] Legendũ est [Num quid pulmẽtarij habetis?] vel ad verbũ, nũ quòd pulmentariũ habetis? Græca dictio nõ est simplex sed composita ad significãdũ cibũ qui adiungitur, proculdubio pani sed interpres carens proprio vocabulo ei⁹ quod vulgari Italico dicim⁹ cõpanatico, vsus est pulmẽtarij nomine ad significãdũ cõmuni nomine cibũ qui cũ pane comedit qualis est caro pisciũ & animaliũ [Respõderũt ei nõ. Dicit eis] deest, ille aũt. Legẽdũ est. [Ille aũt dicit eis mittite ĩ dexterã] pro, in dexteras partes, [nauigij rete: & inuenietis Miserũt ergo. & iã nõ valebãt illud trahere præ multitudine pisciũ Dicit ergo discipulus ille quẽ diligebat Iesus, Petro dominus est] Ioannes dono intellectus ĩcipit præ cæteris donari nã cõferẽdo multitudinẽ pisciũ difficultatẽ tractũ retis cũ verbis illius hominis qui in littore tũc eis dixerat, mittite ĩ dexteras partes & inuenietis, cõclusit & intellexit q̃ ille hõ ĩ littore est Iesus. Et hoc indubie asseruit Petro, sibi valde familiari. [Simõ] deest ergo, [Petrus quum audisset quia] pro, quòd. [domin⁹ est.] Quẽadmodũ intellect⁹ Ioãnis, ita amor Petri ad adeũdũ Iesũ describitur quòd sta ĩ quũ audiuit, relictis omnibus iuit ad Iesum. [Tunica.] pro, superindumento. Græca enim dictio non significat tunicam sed superindumentum, quicquid sit illud supremum vesti mentum, quod pallium appellari videtur. [Succinxit se.] vt corpus tãtum operiret, non crura & inferiores partes ([Erat enim nud⁹) & misit se in mare.] Non dicit quòd ambulauit super mare, sed q̃ se misit in mare Erat enim tam parũ alta aqua vt posset ambulare homo in illa. [Alij autẽ discipuli nauigio] pro, nauicula, [venerũt (non enim longe erant à terra, sed quasi] pro, circiter, [cubitis du centis] A dictione nõ, hucusque, est parenthesis & referrur ad reddendã rationẽ quare Petrus misit se in mare absq3 periculo, q̃a parum. ſ distabãt à terra. Ita quòd & Petrus ãbulare & nauicula alij vehi possent. in duobus enim palmis aquæ nauiculæ natant [Trahentes rete pisciũ. Vt ergo descenderunt in terram, viderũt.] pro, vident, [prunas positas, & piscem superpositum, & panẽ.] Discipuli alij trahentes rete, è nauicula descenderunt continuantes tractũ: & vbi descenderunt, vident congestas prunas & piscem quem ipsi non attulerant positum super prunas. Iesus enim angelorum ministerio & prunas & piscem & panẽ attulerat & disposuerat, siue de nouo formauerat, præparãs partẽ saltẽ prandij. Dico autẽ partẽ. quia iussit afferri ex piscibus nouiter captis, nõ ad superfluitatem.

[Dicit

[Dicit eis Iesus: afferte de piscibus quos prēdidistis nunc. Ascēdit Simon Petrus.] Tacet euangelista quæ Petrus dixerit Iesu aut ecōuerso & Petrum qui cum Iesu erat, ad præceptum Iesu præcipientis vt afferrent de piscibus captis, conscendisse nauem vt celerius implerentur iussa describit. Ita quòd vbi prius alij discipuli fuerāt in nauicula & Petrus extra, modo alij discipuli sunt in terra continuantes tractum retis & Petrus ascendit in nauiculam ad trahendum rete [Et traxit rete in terram plenum magnis piscibus, cētum quinquagintatrib⁹.] Petrus in nauicula describitur quòd traxit rete in terram nō quòd solus traheret, sed quòd ipse è nauicula subleuabat rete, facilitans tractum: vt ipso sic subleuāte rete plenum piscibus prope terram, reliquorum discipulorum in terra trahentium tractum quodammodo efficeret subleuando. [Et quum tanti.] pro, tot, [essent non est scissum rete.] Miraculo dignum euangelista censet quòd tot magni pisces simul tracti fuerint absq; scissione retis: vt intelligamus & hoc ad cumulum miraculi accessisse. [Dicit eis Iesus. Venite.] Reuerentia discipulorum retinens eos ab appropinquatione ad Iesum insinuatur, describendo quòd Iesus inuitauit eos, venite [Prandete.] Hinc apparet quòd illo tempore non tantum cœnabatur, sed etiam prandium fiebat. Erat enim mane quum hoc gestum est. [Et nemo audebat discumbentium.] pro, discipulorum, [interrogare eū, tu quis es?] Describitur quòd antequam discumberent, quando Iesus dixit eis venite prandete, discipuli cognouerūt ipsum esse Iesum [Scientes.] Vtrunque dicit euangelista: & quòd non audebāt interrogare, & quòd sciebāt ipsum esse Iesum, vt intelligamus non pusillanimitatem, sed reuerētiā discipulorum retrahentem tum ab appropinquatione ad Iesum tum ab interrogatione. & reuerentiam retrahentem ab vtroque, causari à scientia (à certa notitia) quòd ipse esset dominus, quia, pro, quòd dominus est. Non dicit quia Iesus est, sed quia dominus est vt rationem reuerentiæ retractiuæ intelligamus ex dominio. [Et venit Iesus, & accepit panem, & dabat eis.] Omnia sunt præsentis tēporis Legēdum est, [& accipit panem & dat eis. & piscem similiter.] Dicendo & venit, significat accessum Iesu ad eos iā discūbentes tāquam Iesus officio ministri fungatur dum describitur quòd non solum venit, sed accipit panem & piscem & dat eis quæ parauerat. [Hoc iam tertio.] pro, hac iam tertia vice, [manifestat⁹ est Iesus discipulis suis quū resurrexisset à mortuis.] Nō solū manifestationē, sed tertiam manifestationem asserit Ioannes hāc fuisse: vt intelligam⁹ manifestationes alias ab alijs scriptas, fuisse post

hanc ita quòd antequam discipuli conuenirent in montem Galilææ constitutum illis à Iesu, fuit hæc apparitio iuxta mare Galileę, vt etiam sic impletũ sciamus quòd Iesus præcessit eos in Galilæam. ¶Sed bene nota quod non dicit hanc tertiam manifestationem absolute (quoniam ipsemet scripserat quatuor) sed dicit tertiam discipulis suis. ¶Verum non caret quæstionis scrupulo hæc assertio: quia apud Lucam Iesus ipso die quo resurrexit, manifestatus est discipulis in Emaus, ac per hoc ista non est tertia discipulis suis, sed quarta. Solutio est quod appellatione discipulorum Ioannes gratia materiæ intelligit Apostolos. Dico autem gratia materię (hoc est resurrectionis Christi testificãdæ) appellasse illos discipulos, qui erant decreti proprij testes resurrectionis Christi, hos autem constat esse Apostolos. vt patet Actuum 1. dicente Petro, oportet ex his vnum testem nobiscum fieri resurrectionis eius ad plebem. Et constat illos duos discipulos in Emaus nõ fuisse Apostolos: quoniam ipsi regressi in Hierusalem, inuenerunt congregatos vndecim. ¶Et significantius libra numerum pluralem, discipulis suis vt non supputetur manifestatio illa qua Iesus ipso quo resurrexit die, Apostolo Petro soli apparuit. Remanet itaque solida veritas hanc esse tertiam manifestationem Apostolis, in numero plurali. [Quum ergo prandissent.] Iesus non minima mysteria exercuit immediate post sumptum cibum. Nam & sacramentũ Eucharistiæ instituit post cœnam: & in die resurrectionis postquam comedit coram discipulis, aperuit illis sensum, dedit spiritumsanctũ: & nunc post prandium committit Petro pontificatum. Vt discam? ab exemplo tam cœnam quàm prandium sic sumere, vt nullũ prę-stetur impedimentum exercitijs spiritualibus vt nõ minus idonei simus ad exercitia spiritualia. [Dixit Simon Petro Iesus. Simon Ioannis.] pro, Iona. Pater enim Simonis Petri non Ioannes, sed Ionas vocabatur, vt clare patet Matth. 16. Simon bar-Iona, hoc est filius Iona. [Diligis me.] Antequam curam ouium committat, non petit scis aut potes aut vis, sed diligis me. Non dicit diligis oues meas, diligis præmia mea, promissiones meas & huiusmodi, sed diligis me. [Plus his?] Clarius dixisset interpres plus quam hi. Ita ꝙ duo petit. alterum est diligis me. alterum est plus quàm hi. ¶Et hęc cõparatiua cõuincit quòd alloquitur Petrũ vt distinguitur ab alijs Apostolis: vt hinc clare constet pontificatũ cõmissum ita Petro ꝙ nulli alij Apostolo. [Dicit ei.] Prima Petri responsio. [Etiam domine.] Affirmat quæsitũ. [Tu scis.] Affert ipsum Iesum in testẽ interni affectus ipsius Petri, profitẽs per hoc Iesum videre

cor

cor Petri.[Quia]pro,ꝙ,[amo te.] Explicat hoc Petr⁹,ne affirmatio dicta(etiam domine)intelligeretur extendi ad totum quæsitū. Refugit enim Petrus respondere ad secundam quæsiti partem scilicet plus quàm hi.hoc enim non nisi temere & præsumptuose potuisset affirmare.Et propterea explicat afferendo Iesum in testem quo ad primam tantum quæsiti partem(scilicet diligis me) dicendo tu scis quòd amo te,[Dicit ei.pasce agnos meos.]Vide quibus verbis pontificatus cōmittitur,ad similitudinē pascētis agnos mādat vt cibum animæ det agnis,non vrsis,non leonibus,sed agnis, sed hominibus similibus agnis,non qualicunque ratione,sed quia mei sunt.Ideo petij diligis me plus quàm hi, vt ex maiori dilectione erga me,assumeres studium atque onus pascendi agnos nō tuos sed meos.Nulla merces,nulla mercedis ratio,nulla Petri vtilitas proponitur:sed solus Christi amor exigitur & affertur ratio pascendi agnos Christi.[Dicit ei iterū]pro,rursus secundo. Narrat euangelista quòd non solum secundo,sed etiā rursus(hoc est velut à capite incipiens)interrogauit [Simō Ioānis.]pro,Iona,[diligis me?]Non repetit secundam partem prius quæsiti(scilicet plus quā hi)ne putaret Petrus repeti interrogationem quia non respōderat ad secundam particulā:vt intelligeret repeti interrogationē propter primam particulam,eisdem præcisè verbis factā.[Ait illi etiam domine,tu scis ꝙa.]pro,quòd [amo te.]Repetit respōsionē Petr⁹ de verbo ad verbum.& propterea non est opus expositionem repetere.[Dicit ei,pasce agnos meos]pro,rege oues meas.Alijs verbis vtitur modo, vbi prius dixerat pasce modo dicit rege Sed aduerte ꝙ Greca dictio non significat regere cōmuniter,sed regere pastoraliter,quod quia Latinus sermo nō potest explicare vnica dictione,ideo tutius putauit interpres dicere pasce. ¶Et vbi prius dixerat agnos meos,modo dicit oues meas,quę sunt matres agnorum Sed & oues sine cornibus sunt & inermes sicut agni. ¶Et per hos duos actus(pascere.ſ.& regere)vniuersa officia necessaria animabus, cōprehensa sunt.Pascere enim est prouidere de cibo animæ, regere vero est prouidere illis educendo & inducendo, stabulādo & illa faciendo quæ apud Eze.c.34.scribuntur,quod est gubernare animas secundū expediētia saluti animarū ipsarū.[Dicit ei tertio.]Ideo Ies⁹ multiplicat q̄stionē de amore sui.vt intelligam⁹ primum secundum & tertiū requisitum ad pontificem.esse amorē ipsius Iesu,& hinc totū negociū pendere,& sine hoc amore non esse pontificē aut pastorē nisi ęquiuoce.Vt disceremus nullū esse assumendū ad pastorale officiū nisi credatur teste Iesu quòd amet ipsum

ſum Ieſum, hoc eſt niſi credatur in veritate cõſcientiæ coram deo q̃ ille amet Ieſum. Et ſimiliter ipſe qui aſſumitur in paſtorem niſi coram deo cognoſcat ſe amare Ieſum, nulla debet ratione paſtorale officium ſuſcipere [Simõ Ioannis] pro, Iona, [amas me?] Bis interrogauerat diligis me: modo interrogat amas me, augẽdo interrogationem. Diligere enim voluntatis eſt eligentis bene velle alicui: amare autem impetum addit affectus, ſignificans quòd benevolentiæ actus extenditur vſque ad appetitum ſenſituum in quo eſt paſſio amoris hinc enim tractum eſt vt vehementer diligere dicatur amare. [Contriſtatus eſt Petrus, quia dixit ei tertio amas me?] Memor Petrus eius quod acciderat ei ante mortem Chriſti (quod ſ. quum dixiſſet quòd paratus erat in carcerem & mortẽ ire cum Ieſu, audierat quàm neſciebat futuram negationẽ) contriſtatus eſt modo incipiẽs dubitare de aliquo malo futuro. [Et dicit ei. Domine tu oĩa noſti.] Bis dixerat etiã domine: modo nõ audet aſſerere, ſed plus credens ſciẽtiæ Ieſu quàm ſibijpſi, quàm cordi proprio, dicit domine tu omnia ſcis, etiã mea intima tã præſentia quã futura [Tu ſcis,] pro, tu cognoſcis. Non deſiſtit tamẽ innocare ipſum teſtẽ, [quia.] pro, quòd [amo te,] Perſeuerat Petr⁹ ſemper repetendo idẽ verbũ, amo te. Sciebat in ſeipſo Petrus affectũ amoris erga Ieſum: & propterea quanuis bis Ieſus interrogauerit diligis me, ipſe tamen ſẽper reſpondit amo, plus reſpõdens: vtpote cõſcius ſui proprij affectus erga Ieſum. [Dicit ei] deeſt, Ieſus, [paſce oues meas.] Secũda vice dixerat rege oues meas: modo dicit paſce oues meas. Ita quòd vterque actus (paſcendi & regendi) explicatus eſt reſpectu ouium: reſpectu autem agnorum ſolus actus paſcendi explicatus eſt: ea ratione quia regimen paſtorale principaliter reſpicit oues, & velut acceſſorie agnos, cibus autẽ vtriſque eſt æquè neceſſarius. Et abſque vlla exceptione tam agnos quàm oues committit vt intelligam⁹ nõ has vel illas oues, nõ hos vel illos agnos, ſed omnũ agnorum ac ouium curam Petro cõmitti. ¶ Et quãuis omnũ Chriſtianorum cura cõmiſſa intelligatur Petro, ſoli tamen prædeſtinati (qui ſoli agni & oues Ieſu Chriſti ſunt) exphcantur paſcẽdi & regendi à Petro: quia huc tẽdit iſtitutio paſtoralis officii & curæ, vt prædeſtinati paſtu & regimine ſpiritus ſeruentur, & perducantur ad beatitudinẽ. ¶ Cõmittuntur aũt paſcendi, & regẽdi paſtoraliter, ſub nomine ouiũ & agnorũ: vt intelligam⁹ regimẽ Petri inſtitutũ vt ſit regimen hominũ inermiũ, hoĩm appetentiũ paſci regi & à paſtore, vt ſit regimen non vtens gladio, ſed baculo paſtorali, nõ ad percutiendũ, ſed ad dirigẽdũ oues. Ita tamen vt in

regimine

regimine pastorali intelligatur etiã seruare agnos ac oues à lupis, leonib⁹ & vrsis prout debet & decet pastorẽ seruare gregẽ ab hrs. hoc em̃ est illud regimẽ de quo superi⁹ dictũ est, bon⁹ pastor animam suã dat pro ouibus: tuẽdo oues à lupis, leonibus & reliquis ad perditionem animarum (non rerum, non corporum) rẽdentibus, falsa doctrina vel peruersis studijs, institutis, suasionibus, moribus & exemplis [Amen amen dico tibi] Iuncto officio pastorali subiungit fructũ, in prẽsenti vita subsecuturũ, ad significandum fructum officij pastoralis in præsenti vita esse martyriũ. [Quũ esses iunior.] Descripturus martyrium Petri, vt magis memoria retineretur, metaphorico vtitur sermone à contrarijs conditionibus ætatũ, iuuenilis scilicet & senilis. Et propterea tria præteritæ ætatis commemorat. Primum adolescentiam, dicendo quum esses iunior. Significatur enim per hoc quod tunc erat iuuenis: & minor ætas commemoratur: [Cingebas te] secundo commemoratur facultas cingendi seipsum. ad literam significando facultatem vtendi manibus libere, ad cingendum seipsum. [Et ambulabas vbi] pro, quo, [volebas.] Tertio commemoratur libertas ambulandi ad desiderata loca. ¶ Quo contra describit conditiones ætatis senilis, subiũgendo. [Quũ aũt senueris] Et hinc clare patet Petrũ tũc fuisse iuuenẽ: quũ quadraginta fere anni fluxerint post hæc verba vsque ad mortẽ Petri q̃ sub hac metaphora describ⁹ Iesus [Extẽdes man⁹ tuas.] senili debilitate iã impotẽtes. [Et alius te cinget.] Ad literã senex ipotẽs se cingere, extendit manus (ne impedimẽto sint officio cingẽdi) & ali⁹ cingit eũ [Et ducet quo tu nõ vis.] Superfluit tu Sicut cõtra illud, cĩgebas te (præsertim dubio manib⁹ tuis) descripsit extẽdes manus tuas & alius te cinget, ita cõtra illud & ambulabas quo volebas, describit & ducet quo nõ vis Ad literã enim senes ducuntur quandoque quo nõ volũt. [Hoc autẽ dixit.] Explanat Euãgelista quorsum hæc dixerit. [Significans qua morte clarificaturus.] pro, glorificaturus, [esset deũ] Genus mortis significari explicat, dicendo qua morte. extensione siquidem manuũ mors crucis significata est Quę etiam significatur ex hoc quod dicitur, alius cinget te. qui enim cruci affigebantur, ligabantur, prius in ipsa cruce. Quod dicit & ducet quo non vis, mortem ipsam violentam ac crudelem significat. Quam voluntate naturali non solum. Petrus sed etiã ipse Christus non voluit. Vnde & dixit. non sicut ego volo fiat sed sicut tu vis. ¶ Hæc scripsit Ioannes postquam iam Petrus crucifixus erat. nam scripsit mortuo Domitiano, Petrus autem fuerat crucifixus vltimo Neronis anno. Et propterea futurum

futurum glorificaturus refertur ad tempus prolatorum à Iesu verborum, nõ ad tempus quo scriptum est euangelium. [Et quum hoc dixisset, dicit ei sequere me.] Ad literã mãdat vt corporali gressu sequeretur Iesum ambulantẽ seu incipientem ambulare. mysterium tamẽ imitationis sui crucifixi intendẽs: vt postea declarabit. [Conuersus.] Deest autẽ, [Petrus.] Corporaliter vertit se Petr⁹ sequendo Iesum. [Vidit illũ discipulũ quẽ diligebat Iesus sequentẽ] corporali gressu. Quanuis soli Petro Iesus dixerit sequere me, Ioãnes non iussus secutus est etiã post tergum Petri & Petrus versus retro, vidit Ioannem sequẽtem. [Qui & recubuit.] pro. cecidit. Nõ enim sedit aut iacuit, sed capite cecidit. [In cœna super pectus ei⁹, & dixit. domine quis est qui tradet.] pro, tradit, te? Non vane Ioannes qui solitus est describere seipsum ab vna conditione (scilicet quẽ diligebat Iesus familiaribus signis) modo describit seipsum à casu super pect⁹ in cœna & actu interrogãdi de proditore, sed vsus est tot præcipuis beneuolẽtiæ, familiaritatis ac fiduciæ indicijs, ad significãdũ in qualẽ gradum post Christi negationẽ Petrus ascit⁹ fuerat vt scilicet ipse Petrus interroget pro Ioanne tam dilecto, tã domestico ipsi Iesu, qui Petrus antequã negaret Christum interpellabat Ioannem vt interrogaret Iesum. Vt intelligamus in magnis internam amicitiam dei asscribi quãdoque homines post crimina quàm ante habuerant. Acsi apertius dixisset conuersus Petrus vidit illum discipulum quem diligebat Iesus, cui ipse Petrus innuit in cœna vt interrogaret Iesum &c. [Hunc ergo.] Superfluit ergo, [quum vidisset Petrus, dicit Iesu. domine hic autem quid?] Verbum multũ commune: sed ex subiunctis apparet q̃ de genere mortis seu de morte Petrus quæsiuit. [Dicit ei Iesus Sic.] Corruptus est textus s Latinus, nõ ab interprete, sed à nescio quo. Legendũ est. [Si eũ volo manere donec veniam, quid ad te?] Ita q̃ nõ est aduerbiũ sic, sed coniunctio cõditionalis si. Et ita quilibet debet non solũ legere in ecclesia, sed delere de proprio codice sic. Et hoc authoritate veritatis Euãgelicę: quia nõ est mutand⁹ sensus textus Euãgelici propter inueteratũ errorẽ scriptorũ. ¶ Et est sermo nihil definiẽs, nisi q̃ non pertinebat ad Petrũ si Iesus vellet manere Ioannẽ vsque ad suũ aduentũ. [Tu me sequere] Hinc apparet q̃ mysteriũ intendebat imitationis, mãdãdo sequere me. nam clare patet hoc nũc repeti quo ad mysterium imitationis, tu me sequere, imitando mortẽ crucis hoc pertinet ad te, & nõ spectat ad te si Ioannẽ volo manere donec veniã. [Exiuit ergo sermo iste inter fratres quia.] pro, q̃ [discipul⁹ ille nõ moritur.] Subiũgit Euãgelista sen-

sum in

ſum in quo Apoſtoli intellexerunt verba Chriſti de Ioanne, quod ſcilicet intellexerunt Ieſum inſinuaſſe per illam repræhenſionem Petri quod Ioannes non moreretur, ſed victurus eſſet vſque ad ſecundũ Chriſti aduentũ, cũ quo ſempiterna deinceps gloria frueretur. [Et non dixit ei Ieſus, non moritur.] Non aſſerit Euãgeliſta ſenſum diuulgatũ inter Apoſtolos eſſe falſum, ſed aſſerit ꝙ Ieſus non aſſeruit illum ſenſum quia vere nullũ ſenſum de mãſione aut nõ manſione Ioannis aſſeruit. Ita ꝙ non intendit Euangeliſta dicere, & nõ dixit Ieſus nõ moritur, id eſt hęc verba nõ moritur (quoniã nec Apoſtoli dicebant quòd Ieſus dixerit hæc verba) ſed intendit dicere, & nõ dixit, nõ aſſeruit Ieſus non moritur, id eſt ſenſum ſignificatũ per hæc verba non moritur. quem ſenſum Apoſtoli intellexerãt. [Sed ſic.] pro, ſi, [eum volo manere donec veniam quid ad te?] Hinc etiam proterui poſſunt conuinci quod corrupte legitur aduerbium ſic. nam ab euangeliſta repetitur vnica oratio, ſi eũ volo manere donec veniam quid ad te. non eſſet autem vnica oratio legendo aduerbium ſic. Nec opus fuiſſet repetere quid ad te, ſi eſſet altera oratio: ſicut non eſt repetitum tu me ſequere. ¶ Aduerte hic quod ex ſenſu diuulgato inter apoſtolos, apparet quod de ſecundo Chriſti adũentu dictum ſit donec veniam. & ſimiliter ꝙ de manſione in hac vita dictum ſit manere. Sed quia nihil aſſeruit Ieſus nec euangeliſta aliter declarauit, ſenſus literalis eſſe videtur, quòd ſi eum volo manere in hac vita donec veniam quid ad te? Et multo minus ad te pertinet ſcire ſi eũ volo manere ſine aliquo genere mortis violentæ donec veniam ad accipiẽdum eum ad me ad quem enim non ſpectat ſcire mortem vel vitam Ioannis, multo minus ſpectat ſcire genus mortis. ſuper quo genere orta & formata fuerat interrogatio Petri quærentis hic autem quid? Et ſcripſit hæc euangeliſta vt intelligerent paſtores eccleſiæ non ſpectare ad eos quærere futuros euentus eorum quæ ex voluntate pendent Ieſu. Satis eſt eis ſolicitos eſſe de præcepto eis facto. tu me ſequere, tu me imitare. [Hic eſt diſcipulus ille qui teſtimoniũ perhibet de his, & ſcripſit hęc. Et ſcimus quia.] pro, ꝙ, [verũ eſt teſtimoniũ eius.] Ioannes in perſona totius eccleſiæ loquitur dicendo & ſcimus. Quod proculdubio ſpiritu ſancto agente dixit vt non ipſe ſolus ſed vniuerſa eccleſia certitudinem profiteatur veri teſtimonij. [Sunt autem & alia multa quæ fecit Ieſus.] Superius dixit multa alia miracula facta à Ieſu in conſpectu diſcipulorum, non eſſe ſcripta in libro hoc modo extendit ſermonem ad quæcunque facta, ſiue ſigna ſiue non ſigna, ſiue in conſpectu diſcipulorum ſiue

non.

non [Quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse.] Superfluit posse. & legendum est. [Capturum qui scribendi sunt.] pro, scribēdi forent, [libros.] Nō dicit nec ipsum arbitror mūdum capturum illa facta si scribenda essent, sed libros qui scribendi forent: vt intelligamus quod non de ipsis factis à Iesu, sed de libris arbitratur quod mundus non caperet. Vt intelligamus quòd de innumera multitudine librorum conficiendorum si per singula scriberentur facta Iesu, loquitur & percipiamus hyperbolica figura non latenter sed manifeste ipsum vti, non in persona ecclesiæ sed in persona propria. ¶Apparet ènim manifesta hyperbole, dicendo quod si scriberentur mundus non caperet. cōstat nanque quòd si scribuntur in mundo scribuntur. Sed sicut describentes maximam velocitatem dicimus velociorem aquilis aut vento, & describentes maximam albedinem dicimus albiorem niue, & similia. ita Ioannes significat maximā multitudinem factorū à Iesu ex hoc quòd si sigillatim scriberentur, mundus non caperet libros continentes tot facta. Et sicut non mentitur nec falsum dicit dicens velociorem aquilis aut vento, candidiorem niue & huiusmodi (quia intelliguntur hæc hyperbolice dicta: & non ad fallendum, sed ad significandum magnam velocitatem, vel magnum cādorem, &c.) ita nihil mendacij nihil falsi hic arbitratur Ioannes: quoniam hyperbolice se manifestat loqui ad significandum innumerabilem multitudinem factorum Iesu. Cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen. Caietæ die, 16. Maij 1528.

Commentariorum Thomæ de Vio Caietani Cardinalis sancti Xisti in euangelium secundum Ioannem Finis.

Excudebantur à Nicolao Buffet,
è regione collegij Remensis.
1 5 4 2.